



St. Lips fecit.

J.F. Roemer M.D.

Linnaea
9491
-C613
1820
V.6

CAROLI A LINNÉ
EQUITIS
SYSTEMA VEGETABILIIUM

SECUNDUM
CLASSES ORDINES
GENERA SPECIES.

CUM
CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS
ET
SYNONYMIIS.

EDITIO NOVA, SPECIEBUS INDE AB EDITIONE XV. DETECTIS
AUCTA ET LOCUPLETATA.

VOLUMEN SEXTUM.
(CUM IMAGINE DIVI J. J. ROEMER.)

CONCINNATUM

A
Jos. AUGUSTO SCHULTES, BOIO,
M. D. ET PROF. P. O. BOTAN. ET THERAP. SPEC. IN UNIV. LANDISHUTHANA,
CONS. REG., PLUR. SOCC. LITT. SODALI.

UMBELLIFERAS

DIGESSIT

C. SPRENGEL,
M. D. ET PROF. HALENS., CONS. REG., PLUR. SOCC. LITT. SODALIS.

STUTTGARDTIAE
SUMPTIBUS J. G. COTTAE.

1820.

MISSOURI

Opera JEHOVAE magna!

exposita omnibus, qui delectantur illis;

gloriosum et decorum opus Ejus!

DAVID.

EXCELLENTISSIMO.

L. B. FRID. MARSCHALL. A. BIEBERSTEIN.

AUG. RUTH. IMP. CONS. STAT. ACTVAL. ORD. S.
WLAD. EQV.

IN.

T E S S E R A M.

REVERENTIAE. CVLTVS. GRATIQUE. ANIMI.

L. S.

Quae sexto huic volumini praefanda veniunt, publice ante omnia referendae sunt gratiae illis, quibus in continuatione *Systematis Vegetabilium* suis me juvare auxiliis benigne placuit:

Do. C. A. AGARDH, Ph. D. et Prof. Lund. etc., cujus proposito in me animo specimina debemus plurima ab illo undique collecta;

Do. J. B. BALBIS, M. D. et Prof. Lugd. Allobrog. etc., qui observationes quasdam mecum amicissime communicavit;

Do. B. BESSER, M. D. et Prof. Krzemieniec. etc., qui tam animadversionibus suis, quam speciminibus siccis mihi subvenit amantissime;

Excellentissimo L. B. Frid. MARSCHALL A BIEBERSTEIN, Aug. Ruth. Imp. Cons. Stat. Actual. etc., qui pro suo in amabilem scientiam, quam tot novis plantarum speciebus ditavit, amore operis sui immortalis, *Supplementi Florae tauro-caucasicae*, philyras singulas mihi benignissime transmitters dignatus est;

Do. Leoni DUFOUR, M. D. et Medico ad St. Severum etc., qui elegantissima a se per Hispaniam et Galliam occidentalem lecta plantarum specimina humanissime impertit;

Do, PANZER, M. D. et Physico Heersbruck etc., cujus viri doctissimi annosae in rebus botanicis experientiae et indefesso studio tribuendum, quidquid in expositione generum LINI, *Armeriae*, *Statices* in hoc volumine praestitum fuerat;

Do. Max. RÖMER, Actuario r. bav., qui omne in cultu Themidis sibi reliquum otium expoliendae huic editioni impendit;

Do. A. W. ROTH, M. D. et Physico Vegesackensi etc., qui olim a se communicatas cum divo J. J. Römer specierum novarum descriptiones etiam per nos divulgare humanissime permisit;

Illustrissimo Domino DE SCHLECHTENDAL, cujus adnotationes ad *Herbarium Willdenowianum* divo J. J. Römer benignissime commissas denegare publico nefas duximus, aliter licet sentiente co. Kunth*);

Do, SCHRADER, M. D., Prof. Gotting. etc., qui e ditissimo Musarum omnium thesauro Georg. Augustae humanissime adminicula largitus est;

Do, C. SPRENGEL, M. D., Prof. Halensi etc., qui UMBELLIFERAS in hoc volumine digessit. Quae, et quanta huic in UMBELLIFERIS experientissimo viro debemus, nonnisi inspectio ipsa operis docere potest. Monen-

*) Cls. Kunth (in *Nov. gen. et spec.*, T. III. post indicem) irasci in nos videtur, quod contra consuetudinem inque detrimentum scientiae species ab illustr. L. B. de Humboldt ad divum Willdenow missas, post hujus obitum ab illustr. de Schlechtendal cum divo J. J. Römer communicatas publici juris fecissemus. Nos vero, quid in rebus botanicis moris sit, et scire et fecisse nos credimus; peccasse enim in nostram tam L. B. de Humboldt et Bonpland, quam divi Willdenow, meritorum immortalium reverentiam videremur, si conticuissemus quae ab illis detecta, ab hoc licet nimis breviter descripta erant, quamprimum haec ab amicissimo ipso divi Willdenow viro, illustri de Schlechtendal, et cum J. J. Römer communicata fuissent sine, ut publici juris fiant. Nos, licet nunquam ullo commercio litterario cum divo Willdenow juncti, nonnisi eâ tamen pietate et reverentiâ de diis Willdenowî manibus et loqui et agere erga illos suosque amicos possumus, quâ non posse omnes ex amicis et discipulis olim suis post obitum ejus dolemus.

dus tamen amicus Lector, ut τὸ *v. v.* et *v. s.*, quod in operibus botanicis solenne est, quodque singulae, quam vel vivam vel siccam vidi, doctissimus *Sprengel* speciei subscripsit, non nostrâ forte incuriâ in textu omissum sit, sed infaustâ hic attentione D. correctoris, qui, monitus olim a divo *J. J. Roemer*: „in schedulis meis, quibus *v. v.*, *v. s.* passim pro more Botanicorum adscribere solebam, τὸ *v. v.*, *v. s.* semper expungendum esse,“ etiam in schedis Sprengelianis illud suppressit. In cuius rei testem facio et precor illustr. D. Consiliarium intimum *Cotta* de *Cottendorf*.*) Ne interea a mea et in publicum et in celeberrimum Professore Halensem reverentiâ vel minimum deficere videar, postquam ratio τῶν omissorum *v. v.* et *v. s.* quaerenti mihi data fuisset inspectis demum philyris impressis, eadem diligentissime iterum et caste ex ipsis schedis Sprengelianis indici operis subscripsi, ne littera e MS. Sprengeliano desit.

Do. DE VEST, M. D. et Prof. Graecii etc., qui pro sua humanitate observationes plures ex amplissima Herbarii Joanne Norici supellectile mecum communicavit.

Do. WEINMANN, Horti Pawlowskiani Aug. Ruth. Imperatricis Matris Cultori, cui et observationes et specimina plura elegantissima debemus.

Superest denique, ut viris clarissimis DD. BERTOLONE, M. D., Prof. Bonon., LEHMANN, M. D., Prof. Hamburg., Thom. NUTTALL, M. D., Prof. Univ. Philadelph., L. S. RAFINESQUE, Prof. in Univ. Transylvania Lexington pro illis, quae ad futura volumina benignis manibus mittebant, publicas piissime gratias referam.

Questis de amplitudine operis id tantum respondendum videtur: non nos, sed naturam potius ipsam de tanto plantarum,

*) Test. Cotta.

quas procreavit, numero accusent, ingeniumque et industriam tot virorum intrepidorum indefessorumque, qui ex omni terrarum angulo nova plantarum genera speciesque prius incognitas quotidie nobis afferunt. Definitionibus sic dictis dodecasyllabis distinguere species nimis nunc saepe affines nostris non amplius, ut olim, temporibus licet. Est descriptiunculis opus, quibus carere scientia amabilis in tanto plantarum agmine nequit, nisi totidem Oedipis, quot Botanicis, poterit gaudere. *Ci. de Candolle* opus spectatissimum, si consideras, nostro, ubi finem exoptatum omnibus attigerit, duplo triplove amplius pagellarum numero deprehendes.

Artem criticam qui in nostris voluminibus desiderant, abjudicare potius quam judicare videntur et dogmatibus magis fideique cuidam botanicae favere, quam dubiis: horum vero nos non raro in rebus, quae vulgo liquidissimae creduntur, plura movimus. Nobis enim ars critica eadem videtur cum ratione dubitandi, cum dubia tantum inter, si alicubi, clavis ad barathrum illud, in quo Dii optimi veritatem demittebant, delitescere videtur.

Imaginem divi *J. J. Römer*, qui operis hujus volumina quatuor priora redegit, non a Te, benevole Lector, emi credas: huic enim volumini in memoriam viri optimi et de rebus botanicis meritissimi apposuit pie uxor ejus maestissima, et amicus
Calendis Augusti. 1820.

J. A. SCHULTES
M. Dr. et Prof.

Classis V.

P E N T A N D R I A.

D I G Y N I A.

Clavis Familiae

ASCLEPIADEARUM cli. R. Brown in *Mem. Wern. Soc.* I. p. 12.

I. POLLINIS MASSAE (10-20) CEREACEAE LAEVES, nec in granulis separandae.

A. *Corpuscula stigmatis* (5) sulco longitudinali bipartibilia juxta basin vel latere utrinque exserentia processum Massam pollinis unam affigentem.

a. *Pollinis massae erectae* v. conniventes, stigmati incumbentes, basi, vel infra medium lateris, affixae.

*) CONTORTARUM genera *Linna.* APOCYNEARUM *Adans. et Juss.* *Cal.* quinquedivisus, persistens, *Cor.* monopetala, hypogyna, quinqueloba, regularis, aestivatione imbricata, rarissime valvata, decidua. *Stamina* 5; epipetala, laciniis limbi alternantia. *Filamenta* saepius connata. *Antherae* biloculares, septisve semicompletis nunc subquadri-loculares. *Pollen* ad dehiscentiam antherarum coalescens in *massas* numero loculorum rariusve per paria confluentes et geminatim v. quaternatim v. solitarie processibus quinque stigmatis affixas. *Ovaria* 1. *Styli* 2, arcte approximati saepe brevissimi. *Stigma* ambobus commune, dilatatum, pentagonum, angulis corpusculiferis. *Folliculi* 1, altero nunc abortiente. *Placenta* suturae intus applicata, demum libera. *Semina* numerosa imbricata pendula, ad umbilicum saepissime comosa. *Albumen* tenue. *Embryo* dicotyledoneus rectus. *Cotyledones* foliaceae. *Radicula* supera. *Plumula* inconspicua. *Frutices*, rariusve *Herbae*, ut plurimum lactescentes et volubiles. *Folia* integra, opposita, quandoque alterna v. verticillata, ciliis interpetiolaribus loco stipularum saepius instructa. *Flores* subumbellati, fasciculati v. racemosi, interpetiolaris. R. Brown *Memoirs Wernerian Society* I. p. 12.

α. Antherae apice simplices, nec membranâ terminatae.

α. Columnâ fructificationis tubo corollae inclusa. Tubus stamineus extus appendiculatus.

Ν. Corollae tubus e basi ventricosâ cylindraceus: limbi quinquepartiti laciniâe ligulares conniventes. Corona staminea duplex, interioris foliola lobis exterioris opposita .

CEROPEGIA.

2. Corolla campanulata limbo 10-fido, laciniis accessoriis nanis. Corona staminea duplex; *exterior* 5-fida laciniis bifidis; *interior* pentaphylla, foliolis laciniis exterioris oppositis (alternantibus)?

HUERNIA.

3. Corolla campanulata quinquefida. Corona staminea simplex, pentaphylla, foliolis dorso dentato-cristatis

PIARANTHUS.

β. Columna fructificationis exserta v. semi-exserta:

Ν. Corona staminea duplex: (utriusque figura varia); interior (cujus foliola antheris opposita) quandoque obsoleta. Massae pollinis altero margine cartilagineo-pellucido

STAPELIA.

2. Corona staminea simplex decaphylla; foliolis 5, antheris oppositis indivisis obtusis, 5 reliquis bipartitis acutis. Massae pollinis utroque margine opaco

CARALLUMA.

3. Corona staminea simplex quinqueloba, lobis antheris alternantibus, denticulis nanis quandoque interjectis. Massae pollinis medio affixae, stigmati incumbentes

MICROSTEMMA.

7. Corona staminea nulla: corollae subrotatae faux squamis quinque coronata. Massae pollinis basi affixae, apice coarctato pellucido

LEPTADENIA.

β. Antherae membranâ terminatae.

α. Tubus stamineus extus appendiculatus.

Ν. (Corona staminea monophylla truncata, nullo modo lobata. *Decand.*)

FISCHERIA.

2. Corona staminea (simplex pentaphylla) foliolis *depressis* carnosis. Corolla rotata.

- a. Coronae foliola angulo interiori producto in dentem antherae incumbentem HOYA.
- b. Coronae foliola angulo interiori simplici edentulo TYLOPHORA.
2. Corona staminea (pentaphylla), foliolis compressis.
- a. Coronae foliola apice indivisa intus edentula MARSDENIA.
- b. Coronae foliola apice indivisa, intus lacinulâ aucta PERGULARIA.
- c. Coronae foliola bifida, laciniis apice recurvis DISCHIDIA.
- [1] Tubus stamineus extus inappendiculatus.
- N. Semina comosa. Folliculi graciles laeves. Corolla (sub) urceolata, fauce (saepe) coronatâ, nunc edentulâ GYMNEMA.
2. Semina calva, marginata. Folliculi ventricosi, carnosi; corolla subrotata, fauce edentulâ SARCOLOBUS.
- b. *Pollinis massae transversae*, extremitate exteriori (respectu loculi transversim dehiscentis) affixae, stigmati occultatae. Corona staminea monophylla lobata.
- a. Semina comosa. Folliculi saepius costati v. muricati. (Caulis volubilis) GONOLOBUS.
- β. Semina calva crenata. (Caulis erectus.) MATELEA.
- c. *Pollinis massae pendulae*, apice vel supra medium lateris affixae. Antherae membranâ terminatae.
- α. Tubus stamineus appendiculatus.
- N. Corona staminea simplex pentaphylla, foliolis antheris oppositis, lacinulis 5 nanis in eadem serie quandoque interjectis.
- d. Corolla quinquepartita reflexa. Coronae foliola subcucullata, apice tubi filamentorum imposita.
- a. Coronae foliola cucullata, e fundo exserentia lacinulam corniformem. Folliculi graciles, laeves ASCLEPIAS.
- b. Coronae foliola subcucullata, utrinque unidentata, absque lacinulâ interiori. Folliculi inflati, ramentacei GOMPHOCARPUS.

PENTANDRIA. DIGYNIA.

- b. Corolla rotata non reflexa. Coronae foliola acuta v. acuminata, intus edentula OXYSTELMA.
- c. Corollae subcampanulatae tubus ventricosus.
- a. Columna fructificationis exserta. Massae pollinis compressae.
- a. Coronae foliola carnosae obtusa simplicia, denticulis 5 alternantibus nanis. Folliculi ventricosi, ramentacci XYSMALOBIUM.
- b. Coronae foliola longitudinaliter adnata, aversa, basi recurva. Folliculi ventricosi, laeves CALOTROPIS.
- c. Coronae foliola carnosae, obtusa, soluta. Massae pollinis curvaturae processuum dein ascendentium affixae. Corollae lacinae ligulares OXYPETALUM.
- d. (Coronae foliola lunato-biloba carnosae H. et B. LACHNOSTOMA.)
- e. (Coronae squamae 5 subrotundae carnosae H. et B. MACROSCEPIS.)
- b. Columna fructificationis inclusa. Massae pollinis ventricosae.
- a. Corolla campanulata. Coronae foliola e basi dilatata subulata, intus simplicia. Massae pollinis affixae. Stigma muticum. KANAHIA.
- b. Corolla urceolata. Coronae foliola lacinulâ interiori parallelâ aucta. Massae pollinis infra apicem affixae. Stigma rostratum DIPLOLEPIS.
2. Corona staminea simplex monophylla, tubo intus quandoque laciniis carinisve aucto. Corolla subrotata.
- a. Corona annularis integerrimâ. Massae pollinis compressae HOLOSTEMMA.
- b. Corona ore 5-20-fida, dum 5-fida, lobis antheris oppositis CYNANCHUM.
- c. Corona 5-partita (in textu 5-phylla), lobis antheris alternis METAPLEXIS.
1. Corona staminea composita, seriebus 2-3 insertione distinctis.
- a. Corona duplex, exterior 1-5-phylla, interior 5-phylla. Faux corollae esquamata.

PENTANDRIA DIGYNIA.

- a. Corona *exterior* 5-partita, laciniis acuminatis: *interior* brevior, *exteriori* opposita DITASSA.
- b. Corona *exterior* 5 - (10) partita, cum vel absque lacinulis alternantibus nanis; *interior* longior, *exteriori* alternans, foliolis basi solutis. Folliculi ramentacei DOEMIA.
- c. Corona *exterior* cyathiformis v. annularis, crenulata, *interior* longior, *utraqe* carnosae. Folliculi graciles laeves SARCOSTEMMA.
- d. (Idem: corollâ urceolato - rotatâ H. et B. PHILIBERTIA.)
- b. Corona triplex, singula quinquephylla, *extima* fauci inserta laciniis opposita; *media* foliolis tripartitis; *intima* indivisis EUSTEGIA.
- β. Tubus stamineus nudus.
- κ. Faux corollae (sub) campanulatae coronata dentibus 5 tubum decurrentibus METASTELMA.
- λ. Faux corollae urceolata nuda. Tubus squamis 5, inclusis, cum fasciculis totidem pilorum alternantibus MICROLOMA.
- μ. Faux corollae suburceolata (subcampanulata) nuda. Tubus esquamatus, pilosiusculus ASTEPHANUS.
- B. *Corpuscula stigmatis* (5) *exsulca*. Singula apice affigentia massas pollinis 4 sessiles subsimiles. Tubus stamineus appendiculatus. Corolla rotata SECAMONE.
- II. POLLINIS MASSAE (5-20) GRANULOSAE (granulis e sphaerulis 4 connatis compositis) 1-4 apice dilatato soluto corpusculi singuli stigmatis applicatae. (Filamenta fere libera. PERIPLOCEAE.)
- A. Filamenta basi connata, supra distincta. Antherae cohaerentes imberbes. Massae pollinis 4 corpusculo singulo affixae. Corolla rotata HEMIDESMUS.
- B. Filamenta longitudinaliter distincta. Antherae cohaerentes barbatae. Massa pollinis una, corpusculo singulo affixa. Corolla rotata, squamis (5) faucis aristatis. PERIPLOCA.
- C. Filamenta longitudinaliter distincta. Antherae imberbes. Massae pollinis 4, corpusculo singulo affixae. Corolla hypocrateriformis GYMNANTHERA.

a. *Flores monopetali inferi.*α. *Familia ASCLEPIADEARUM R. Brown.*

1069. CEROPEGIA,*) *Corona* staminea exterior abbreviata 5-loba; interior 5-phylla, foliolis ligularibus indivisis. *Massae* pollinis basi affixae, marginibus simplicibus. *Stigma* muticum. *Folliculi* cylindracei, laeves. *Semina* comosa. *R. Brown Mem, Wernerian Soc. I. p. 21.*

Olim character generis erat: *Cal.* minimus persistens, dentibus 5 acutis. *Cor.* basi magnâ, globosâ, tubo cylindraco oblongo, limbo minimo dentibus 5 acuminatis, apice connivente, lateribus dehiscente. *Filamenta* minima, incurva, conniventia. *Stylus* vix ullus, *stigmata* duo. *Folliculi* 2 cylindracci acuminati erecti longissimi uniloculares, univalves. *Semina* numerosa, imbricata, pappo coronata plumoso. Huc fors ISAURA *Commers.*, STEPHANOTIS *Aub. du. Pét. Thouars* tanquam species, ut videtur clo, *Juss. Ann. Mus. XV. p. 547.*

Obs. STEPHANOTIDI *Aub. du Pét. Thouars*: *Cal.* 5-phyllus, patens, brevis. *Cor.* tubulosa, basi ventricosa, limbo 5-fido contorto. *Stamina* more *Asclepiadearum* cum pistillo conferruminata. *Corpuscula* similia bicornia, sed lobi adscendentes. *Ovarium* duplex, stylo brevi. *Folliculi* 2 horizontales, acuminati, crassi: semina papposa. (CEROPEGIA *acuminata* hujus videtur congener clo, *Aub. du Pét. Thouars, gen. madagasc. n. 35.*)

1070. HUERNIA. *Corollae* lacinae accessoriae dentiformes. *Foliola coronae stamineae* interioris e basi gibbosâ subulata, indivisa, laciniis exterioris alternantibus. *Massae pollinis* basi affixae, altero margine cartilagineo pellucido. *Stigma* muticum. *Folliculi* subcylindracci laeves. *Semina* comosa. *Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 23.*

STAPELIAE *tertiaae sectionis* corollâ 10-dentatâ *spec. plant. ed. Willdenow, Character e campanulata, venusta, guttata. R.*

*) Complures hujus ordinis CONTORTAS ad *Decandriam* esse amandandas, licet stamina nonnisi operose eruantur, evincunt observationes *Jacquinii, Rottböllii, Kölreuteri, Casp. Medici.* De qua translocatione perlustra exempla ASCLEPIADUM, CYNANCHORUM, STAPELIARUM ab iis examinata. Accedat autem oportet multarum aliarum specierum scrutinium, antequam de omnibus idem constitui possit. Nam e. g. de PERIPLOCA *graeca* adhuc res dubia; non item de PERIPLOCA *africana, Murray.* (Post recentiores cel. *Medici* observationes plura CONTORTARUM genera ad classem *Gynandriam*, sensu latiore sumtam, essent amandanda. Cfr. *Ejus commentationem de situ gynandro plantarum in Hist. acad. Theod. Palat. VI. p. 374.* Multa quoque gravia hoc de argumento protulit *Cavanilles* in opere: *1c. et Descript. pl., quae in Hispania crescunt. V. 1. p. 5, 6.*) *Persoon Ed. Sjet. Veget. XV. p. 269.*

Brown. Corolla acute 10-fida inferne campanulata, laciniis alternis longissime diminutis denticuliformibus. Ligulae horizontales fundo corollae adnatae usque ad medium, semiconnatae, rhombeae, emarginatae. Stamina ut in *STAPELIA acuminata*, etc. at magis undata. *Haworth* p. 28.

1071. *PIRANTHUS.* Cor. carnosae. Corona externa nulla. Massae pollinis basi affixae, altero margine cartilagineo pelucido. Stigma muticum. *R. Brown Werner. Societ. I. p. 23.*

STAPELIA punctata et pulla Masson.

1072. *STAPELIA.* Cor. rotata, quinquefida, cornosa. Columna fructificationis exserta. Massae pollinis basi affixae. Stigma muticum. Folliculi subcylindracei, laeves. Semina comosa. *Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 23. Lam. Ill. t. 178.*

Olim character generis erat: Cal. brevis, 5-fida. Cor. rotata. Nectarium duplex stellulâ 5-fidâ genitalia tegente. Stigmata 2 sessilia. Folliculi 2 subulati. Semina plumosa. *Persoon* in *Monogynia* habet. Confer *Cavanill. Annal. Bot. V. 1. p. 420.*

Obs. Ill. Haworth *STAPELIAS* in genera decem alia, scilicet: *HEWENIAS*, *DUVALIAS*, *OBESIAS*, *PODANTHES*, *GONOSTEMMAS*, *TRIDENTEAS*, *ORBEAS*, *TROMOTRICHES*, *STAPELIAS* et *CARUNCULARIAS* dispescuit.

1073. *CARALLUMA.* Cor. rotata profunde quinquefida. Columna fructificationis exserta. Massae pollinis erectae, basi affixae, marginibus simplicibus. Stigma muticum. Folliculi graciles laeves. Semina comosa. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 25.*

STAPELIA Roxb.

1074. *MICROSTEMMA.* Cor. rotata, quinquefida. Columna fructificationis exserta. Corona staminea carnosae. Stigma muticum. Folliculi graciles, laeves. Semina comosa. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 26. Prodr. Fl. nov. Holl. 1. p. 459.*

1075. *LEPTADENIA.* Cor. subrotata, tubo brevi, fauce coronatâ, squamis 5 sinibus impositis: limbo barbato, aestivatione valvatâ. Stigma muticum. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 34.*

1076. *FISCHERIA.* Cal. 5-partitus. Cor. rotata 5-partita lobis undulato-crispis. Corona staminea (*Stylostegium*) monophylla carnosae truncata nec ullo modo lobata, basi annulo nectarifero cineta. Antherae apice simplici uncinato intus replicato; massae pollinis medio lateri insertae, stigmati incumbentes. Stigma pentagonum; Folliculi duo. *Decand. Cat. Hort. monsp. 1813. p. 112.*

„Familia ASCLEPIADEARUM *MICROSTEMMA* inter *HOYAM*: illi affinis

corollâ monophyllâ, distincta vero ab illo et ab omnibus affini-
bus ob coronam apice integerrimam nec in lobos aut in cor-
nua productam. Huic characteri addam corollam vere rotatam,
nec ullo modo infundibuliformem, 5-partitam nec 5-fidam etc.
In honorem cl. *Pischer, Gorenkiens. Botan. Decand. l. c.*

1077. HOYA. *Cor.* quinquefida. *Massae pollinis* basi
affixae, conniventes, compressae. *Stigma* depressum papillâ
obtusâ. *Folliculi* laeves. *Semina* comosa. *R. Brown Mem.*
Werner. Soc. I. p. 26. Prodr. Fl. nov. Holl. I. p. 459.

Nectarium duplex, superius cornicula 5 seu squamae duplicatae,
exterius 5 cornicula duplicata genitalia tegentia. *Jacq.*
Eclog. t. 2.

1078. TYLOPHORA. *Cor.* quinquepartita. *Massae polli-*
nis erectae, basi affixae, marginibus simplicibus. *Stigma*
muticum. *Folliculi* laeves. *Semina* comosa. *R. Brown*
Mem. Wern. Soc. I. p. 28. Prodr. Fl. nov. Holl. I. p. 460.

1079. MARSDENIA. *Cor.* urceolata, quinquefida, nunc
subrotata. *Massae pollinis* erectae, basi affixae. *Folliculi*
laeves, semina comosa. (*Stigma* saepius muticum, quando-
que rostratum, rostro indiviso vel bifido, quod fors distincti
generis). *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 29. Prodr.*
Fl. nov. Holl. I. p. 460.

PERGULARIAE forsâ nimis affinis, quae diversa tantum foliolis
coronae stamineae intus lacinulâ auctis.

1080. PERGULARIA. *Cor.* hypocrateriformis, tubo urceo-
lato. *Massae pollinis* erectae basi affixae. *Stigma* muticum.
Folliculi ventricosi laeves. *Semina* comosa. *R. Brown*
Mem. Wern. Soc. I. p. 31.

Olim character generis erat: „*Contorta. Nectarium* ambiens
genitalia cuspidibus 5 sagittatis. *Cal.* „(videtur legendum esse:
Cor.)“ hypocrateriformis.“ Huic addidit *Persoon Syn. I. p.*
271. (qui eandem MONOGYNIAE inseruit)“ tubo cal. longiore.
Folliculi 2 saepius asperi, „jungitque observationem sequen-
tem:“ *Cel. Andrews*, qui hoc genus ad GYNANDRIAM *Decan-*
driam amandat, sequentem nectarii dedit characterem: Necta-
rium duplex, genitalia involvens: squamulae exteriores 5 cus-
pidatae, quinque interiores (quae vera filamenta?) membrana-
ceae: singula occultans stamina (antheras?) duo alterna (quae
tunc non pistillo uti in GYNANDRIA annexa). Secundum eundem
P. glabra (cui folia vere ovata sunt) et *japonica* eandem effi-
ciunt speciem, ab eo *P. minor* denominatam et depictam, nec
non *P. purpurea* et *tomentosa* haud diversa, quas sub nomine
P. odoratissima conjunxit.“ Aliter vero sentit cl. *R. Brown.*
l. c. p. 32 dicens: „Hujus generis species certae *P. odoratissi-*
ma et *minor Andr. Repos. t. 160.*; *PERG. purpurea Vahl* et
Japonica Thunb. vero ambiguae *P. edulis Thunb. cap.* diversi
videtur generis ut certo est *P. glabra Linn* qui ASCLEPIADEM
cordatam confundebat cum *P. odoratissima.*“ *Poiret Enc.*

meth. V. p. 182 sequentem generis characterem dedit: „Cal. 5-fidus, persistens. *Cor.* hypocrateriformis, tubo cylindrico. *Squamae* 5, semisagittatae. *Antherae* 5 sessiles, stigmati immer-sae dilatato. *Styl.* nulli. *Folliculi* 2 seminibus papposis.“ *Lam.* Ill. t. 176.

1081. DISCHIDIA. *Cor.* urceolata, quinquefida. *Corona staminea* laciniis subulatis patentibus recurvis. *Massae pollinis* erectae, basi affixae. *Stigma* muticum. *Folliculi* laeves. *Semina* comosa. *Rob. Brown Mem. Werner. Soc.* I. p. 32. *Prodr. nov. Holl.* I. p. 461.

1082. GYMNEMA. *Cor.* quinquefida. *Squamulae*, si ad-sunt denticulive ad faucem quinque, sinibus insertis. *Corona staminea* nulla. *Massae pollinis* erectae, basi affixae. *Folli-culi* graciles laeves. *Semina* comosa. *R. Brown Mem. Werner. Soc.* I. p. 33. *Prodr. nov. Holl.* I. p. 461.

1083. SARCOLOBUS. *Cor.* quinquefida. *Corona staminea* nulla. *Massae pollinis* erectae basi affixae. *Stigma* muticum. *R. Brown Mem. Wern. Soc.* I. p. 35.

Cal. 5-fidus persistens. *Cor.* 5-fida, rotata, tubo nullo. *Corpus stamineum* subglobosum sessile nudum. *Antherae* ovatae ob-tusae, stigmati incumbentes, membranaceo-marginatae, intus cellulis duabus divergentibus. *Massae pollinis* decem ceraceae laeves per paria ad latera stigmatis approximatae. *Ovaria* 2 oblonga acuta unilocularia polyspora, ovula horizontalia, axi adfixa. *Styli* brevissimi acuti. *Stigma* depressum pentagonum. *Pericarpium Folliculus* carnosus vel coriaceus ventricosus. *Re-ceptaculum* fungosum, amplum, suturae adfixum, demum libe-rum. *Semina* numerosa, inversa, retrorsum imbricata, compla-nata, hinc laeviter convexa, inde concava margine lato mem-branaceo integerrimo cincta. *Testa membranacea*, membrana externa tenuissima albumen arcte vestiens. *Albumen* Embryoni conforme, carnosum aqueo-album. *Embryo* rectus dicotyledo-neus. *Cotyledones* magnae, foliaceae. *Plumula* punctiformis. *Ra-dicula* supera, cylindrica. *Wallich Asiat. Research.* 12. p. 577.

1084. GONOLOBUS. *Corolla* subrotata, quinquepartita. *Corona staminea* scutelliformis. *Antherae* transversim dehis-centes, membranâ terminatae. *Stigma* planiusculo-depres-sum. *R. Brown Mem. Werner. Soc.* I. p. 35.

Character generis apud auctorem *Michaux*: *corolla* rotata, pro-funde quinquepartita. *Appendix* brevissima, corollâ inclusa. *Stylus* discoideus brevissimus pentagonus. *Folliculi* costati.

1085. MATELEA. *Cor.* rotata, quinquepartita. *Corona staminea* scutelliformis. *Antherae* transversim dehiscentes, membranâ terminatae. *Stigma* planiusculo-depressum. *Fol-liculi* ventricosi, costati. *Brown Mem. Werner. Soc.* I. p. 36. *Aublet. Gujan.* t. 109. f. 1.

Cal. persistens, profunde 5-partitus, laciniis ovatis, acutis. *Cor.*

PENTANDRIA. DIGYNIA.

lacinae 5 rotundatae, incumbentes. *Antherae* subsessiles, in corpus pentagonum coalitae, tubum claudentes. *Stigma* rostrato-recurvatum, sulcatum. *Folliculus* pentagonus, (altero saepe abortivo) acutus, verrucosus, bivalvis, bilocularis, dissepimento membranaceo. *Semina* numerosa plana erenulata, imbricata. *Juss. et Desrouss. Enc. meth.* III. p. 726. Apud *Willdenow*, sub nomine *HOSTEAE*, est *Cor.* rotata; *Nectarium* stellatum genitalia tegens; *Folliculi* quinquangulares. *Persoon* inseruit *MONOGYNIAE*.

1086. *ASCLEPIAS*. *Corona* 5-phylla, processu averso. *Massae pollinis* apice attenuato affixae. *Stigma* depressum, muticum. *R. Brown Mem. Werner. Soc.* I. p. 37.

Olim character generis erat *Linnaeo*: „Cal. 5-fidus acutus minimus persistens. *Cor.* 5-partita, plana vel reflexa, laciniis ovato-acuminatis leviter cum sole flexis. *Nectaria* 5, cingentia genitalia, quorum singula ex ovato oblique extorsum aurita, e fundo corniculum acutum versus genitalia inflexum exserunt. *Corpusculum* truncatum genitalia tegit squamis 5 ad latera obvolutum, dehiscens ad latera totidem rimis. *Filamenta* vix ulla. *Antherae* 5, corpusculo truncato nectarii infra squamas insertae, acutae. *Germina?* ovato-acuminata. *Styli* vix ulli. *Stigmata* simplicia. *Folliculi* 2 magni oblongi acuminati ventricosi uniloculares univalves. *Sem.* numerosa imbricata pappo coronata in receptaculo membranaceo libero.“ *Linnaeus* *PENTANDRIAE DIGYNIAE* inseruit cum plurimis reliquis *Botanicis*; *Persoon* *PENTANDRIAE MONOGYNIAE*; (qui *antheras* corneas dicit longitudinaliter dehiscentes); *Rottböll.* vero, *Jacquin*, *Hölreuter*, *Cavanilles* (*Annals of Bot.* p. 414) *DECANDRIAE DIGYNIAE*. Sunt clo. *Cavanilles* *styli* 2 subulati, tecti membranis 10, saeculos efformantibus, tecti stigmati communi corpus pentagonum fungosum sistens, in cujus angulis 5 puncta 5, e quibus 5 paria filamentorum, cum *antheris* 10 in saeculis absconditis. *) Confer *Jacquin de genital. Asclepiad.*

1087. *GOMPHOCARPUS*. *Corona* pentaphylla, foliolis intus simplicibus. *Massae pollinis* compressae, apice attenuato affixae, pendulae. *Stigma* depressum, muticum. *Folliculi* ventricosi, spinis innocuis, echinati. *Semina* comosa. *R. Brown Mem. Werner. Soc.* I. p. 38.]

ASCLEPIADES *Linn.*

1088. *OXYSTEMA*. *Cor.* patens tubo brevi, subrotata. *Columna* exserta. *Corona* staminea 5-phylla, foliolis compressis acutis indivisis. *Massae pollinis* compressae, apice

*) In *ASCLEPIADE* et huic affinibus plantis *Antherae* verae sub operculo nigro intra squamas latent, et sunt sub singulo operculo binae compressae oblongae luteae filamentis innixae. Adeo ad *DECANDRIAM* potius pertinet *ASCLEPIAS*, cum ipsi decem sint tribuenda stamina. Ita *Koelreuter* in *Act. Palat.* III. *Phys.* p. 41. *Reichard.*

attenuato - affixae, pendulae. *Stigma* muticum. *Folliculi* laeves. *Semina* comosa. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 40.* et *Prodr. nov. Holl. I. p. 462.* qui in Enumeratione generum genus hocce OXYPETALUM inter et KANAHIAM posuit.

PERIPLOCA *Linn.*

1089. XYSMALOBIUM. *Cor.* 5-fida, patens. *Coronâ* stamineâ simplici serie 10-partitâ laciniis 5 antheris oppositis carnosis subrotundis intus simplicibus, 5 reliquis nanis. *Massae pollinis* compressae, apice affixae, pendulae, processibus connectentibus laxiusculis. *Stigma* muticum. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 39.*

ASCLEPIADES *Linn.*

1090. CALOTROPIS. *Cor.* tubo angulato, angulis intus saccatis, limbo 5-partito. *Corona staminea* foliolis carinaeformibus, tubo filamentorum longitudinaliter adnatis. *Massae pollinis* apice attenuato affixae pendulae. *Stigma* muticum. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 39.*

ASCLEPIADIS *Spec. Linn. Cal.* 5-divisus, persistens. *Cor.* monopetala hypogyna. *Antherae* biloculares, polline in massas cohaerente. *Styli* 2, arcte approximati; *stigma* ambobus commune, dilatatum, pentagonum, angulis corpusculiferis. *Folliculi* 2, altero nunc abortiente; placenta suturae intus applicata, demum libera. *Semina* numerosa imbricata pendula. *Albumen* tenue. *Edwards.*

1091. OXYPETALUM. *Cor.* tubo brevi, limbo 5-partito, laciniis supra ligulatis. *Corona staminea* foliolis subrotundis simplicibus. *Massae pollinis* lineares. *Stigma*: acumine elongato, bipartito. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 41.*

1092. LICHNOSTOMA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* subhypocrateriformis, tubo brevi, limbo quinquepartito patente, fauce barbatâ. *Corona* fauci corollae inserta, pentaphylla, foliolis lunato-bilobis, carnosis. *Antherae* membranâ terminatae. *Massae pollinis* compressae, apice attenuato lateraliter affixae, pendulae. *Stigma* muticum. *Folliculi?* *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth III. p. 198.*

Hinc CYNANCHO inde OXYPETALO affine: distinguitur ab hac formâ corollae et corpusculorum a'que stigmati mutico, ab illo coronâ carnosâ pentaphyllâ, fauci corollae insertâ, ab utroque filamentis tubo corollae adnatis et fauce barbatâ.

1093. MACROSCEPIS. *Cal.* 5-partitus, corollam parum superans, basi bracteatus. *Cor.* crassiuscula, tubo globoso ventricoso, limbo patente quinquefido. *Corona*: squamae 5 subrotundae carnosae fauci corollae insertae. *Gynostemium* breve scutelliforme. *Antherae* membranâ terminatae. *Massae pollinis* compressae, apice affixae, pendulae. *Stigma* muti

cum. *Fructus?* *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth III. p. 200.*

LACHNOSTOMATI valde affinis, distinguitur magnitudine calycis, structurâ coronae et gynostemii, fauce imberbi. Affinis quoque GONOLOBO.

1094. KANAHIA. *Cor.* 5-partita. *Columna* semi-inclusa. *Corona staminea* apici tubi filamentorum imposita, foliolis indivisis. *Massae pollinis* apice affixae, pendulae. *Folliculi* graciles striati. *Semina* comosa? *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 39.*

ASCLEPIAS L. *)

1095. DIPLOLEPIS. *Cor.* tubo brevi, limbo 5-partito. *Corona staminea* foliolis obtusis. *Massae pollinis* ventricosae. *Stigma* rostro elongato, indiviso. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 42.*

1096. HOLOSTEMMA. *Cor.* subrotata, 5-fida. *Corona staminea* imo tubo inserta. *Massae pollinis* apice attenuato affixae. *Stigma* muticum. *Folliculi* ventricosi, laeves. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 42.*

1097. CYNANCHUM. *Cor.* subrotata, 5-partita. *Massae pollinis* ventricosae. *Stigma* apiculatum. *Folliculi* laeves. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 43. Prodr. Fl. nov. Holl. I. p. 462.*

Olim character generis: *Cal.* 5-dentatus erectus minimus persistens. *Cor.* tubus vix ullus, limbus 5-partitus planus, laciniis linearibus, longis. *Nectarium* in centro floris, longitudine corollae, erectum, cylindraceum, ore 5-dentato. *Filamenta* longitudine nectarii, parallela, *antheris* contingentibus, intra os corollae. *Stylus* vix ullus; *stigmata* 2 obtusa. *Folliculi* 2 oblongi, acuminati, uniloculares, longitudinaliter dehiscentes. *Sem.* numerosa oblonga, coronata pappo, imbricata, MONOGYNIAE inseruit *Persoon.*

1098. METAPLEXIS. *Corona staminea* pentaphylla, foliolis nanis, cucullatis, cum *antheris* alternantibus. *Massae pollinis* ventricosae, pendulae, latere affixae. *Stigma* rostro elongato indiviso. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 48.*

1099. DITASSA. *Cor.* subrotata. *Corona staminea* interior pentaphylla, exterior *antherisque* opposita. *Massae pollinis* ventricosae, infra apicem affixae, pendulae. *Stigma* apiculo obtuso. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 49.*

*) Hocce genus inter et TAXANTHEMUM sequentia enumerantur genera in *Salt. it. abyss. ed. germ. p. 476*: PENTATROPIS cynanchoides *R. Brown MS.*, PETALOSTEMMA Chenopodii, BURVERIA evolulooides, quorum vero character ab illo non fuerat additus. An ergo huc vel ad sequentem Familiam Convolvulacearum?

1100. DAEMIA. *Cor.* subrotata, tubo brevi. *Corona staminea* exterior brevis, 10-partita, *Massae pollinis* compressae apice affixae, pendulae. *Stigma* muticum. *Semina* comosa. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 50.*

1101. SARCOSTEMMA. *Cor.* rotata. *Massae pollinis* affixae, pendulae. *Stigma* submuticum. *Sem.* comosa. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 50. Prodr. nov. Holl. I. p. 463.*

1102. PHILIBERTIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* urceolato-(campanulato?) rotata, sinuato-quinqueloba, lobis acutis, denticulis totidem interjectis. *Corona* duplex; exterior in fundo corollae annuliformis integra carnosae undulata; interior summo filamentorum tubo inserta, pentaphylla, foliolis integris carnosis. *Gynostenium* abbreviatum. *Antherae* membranâ terminatae. *Massae pollinis* clavato-cylindratae, infra apicem affixae, pendulae. *Stigma* biapiculatum. *Fructus?* *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth III. p. 285.*

SARCOSTEMMATI affinitate arcte conjuncta, nec diversa, nisi corollâ urceolatâ sinuato-quinquelobâ.

1103. EUSTEGIA. *Cor.* rotata. *Coronae exteriores* extimâ alternantes. *Massae pollinis* apice attenuato affixae, pendulae. *Stigma* submuticum. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 51.*

1104. METASTELMA. *Faux* dentibus 5 sinibus impositis coronata. *Antherae* membranâ terminatae. *Massae pollinis* compressae, apice attenuato affixae, pendulae. *Stigma* muticum. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 52.*

1105. MICROLOMA. *Cor.* tubo ventricoso, angulato, limbo brevior. *Squamae* medio tubo sub sinibus insertae. *Antherae* membranâ terminatae, sagittatae. *Massae pollinis* compressae, apice affixae, pendulae. *Stigma* apiculatum. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 53.*

1106. ASTEPHANUS. *Cor.* subcampanulata. *Antherae* membranâ terminatae. *Massae pollinis* pendulae. *Stigma* caudatum vel muticum. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 54.*

APOCYNIA *Linn.*

1107. SECAMONE. *Corona* staminea pentaphylla. *Massae pollinis* 20, laeves erectae quaternatim affixae apice corpusculi subsimilis (? in prodromo lego: singuli) exsulci stigmatis. *Stigma* apice coarctatum. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 55. Prodr. Fl. nov. Holl. I. p. 464.*

1108. HEMIDESMUS. *Cor.* squamis 5 sub sinibus obtusis. *Antherae* a stigmatibus liberae, apice simplices. *Stigma* muticum. *Folliculi* cylindrati, divaricatissimi, laeves. *Semina* comosa. *Rob. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 56.*

Genus proxime affine PERIPLOCAE.

1109. PERIPLOCA. *Antherae* dorso barbatae. *Massae pollinis* apice dilatato corpusculi stigmatis applicitae, solitariae, e quatuor confluentibus. *Stigma* submuticam. *Folliculi* cylindranei, divaricati simi laeves. *Semina* comosa. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 57.*

Character generis per cl. *R. Brown* ob speciem a clo. *Afzelius* e *Sierra Leona* allatam ampliatus, qui olim erat: „*Contorta*. *Nectarium* ambiens genitalia, filamenta 5 exserens.“ *Cls. Persoon* (qui *Monogyniae* inseruit) eundem posuit sequentibus: „*Contorta*. *Cor.* rotata, 5-partita; coronâ (*Nect.*) urceolatâ, 5-fidâ, faucem ambiente, setas 5 exserente. *Stigma* capitatum pentagonum. *Folliculi* 2.“ *Poiret* vero *Enc. meth. V. p. 187*: „*Cal.* minimus, 5-fidus. *Cor.* plana, rotata, laciniis 5 oblongis. *Urceolas* brevissimus 5-fidus, laciniâ singulâ seta terminata. *Stamina* 5, filamentis conniventibus. *Stigma* pentagonum glandulis 5. *Folliculi* 2. *Semina* papposa.“ Genus CYNANCHO et PERGULARIAE maxime affine.

1110. GYMNANTHERA. *Corona* faucis pentaphylla, foliolis aristatis. *Stamina* exserta. *Filamenta* faucis inserta. *Massae pollinis* granulatae quaternatim applicitae apice dilatato corpusculorum. *Stigma* apiculo bifido. *Folliculi* cylindranei, laeves, divaricatissimi. *Semina* comosa. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 58. Prodr. nov. Holl. I. p. 464.*

Proxima PERIPLOCAE.

1111. MELODINUS. *Contorta*. *Cal.* campanulatus, 5-dentatus, laciniis ovatis acutis incumbentibus. *Cor.* hypocrateriformis, tubo calycem triplo excedente, limbo patente, laciniis falcatis, crenulatis. *Coronula* 5-fida, laciniis brevibus, stellatis, lacinulatis. *Stigmata* 2. *Fructus* bacca carnosâ, globulosa, bilocularis, ? polysperma, semini us pluribus ovato-rotundatis, subcompressis. *Forst. Gen. p. 37. t. 19. Lam. Ill. t. 179. f. 3.*

Familia APOCYNEARUM. *Persoon* MONOGYNIAE inseruit post FAGRAEAM. *R. Brown* non recepit inter ASCLEPIADEAS.

β. Familia GENTIANEARUM.

1112. SWERTIA. *Cal.* planus, laciniis 5 lanceolatis. *Cor.* rotata, limbo plano patente, laciniis lanceolatis singulâ basi punctis (nectariis) 2 impressis, ciliis circumvalatis. *Antherae* sagittatae. *Stylus* brevis stigmatibus 2 simplicibus. *Caps.* subcylindrica acuminata unilocularis bivalvis, seminibus numerosis minimis. *Lam. Illustr. t. 109.*

1113. GENTIANA. *Cal.* 4-5-8-partitus, laciniis acutis persistentibus. *Cor.* inferne tubulata, imperforata, superne 4-5-8-fida, marcescens, figurâ variâ. *Filamenta* corollâ breviora. *Germen* cylindraceum, styli nulli, (aut brevissimi).

Stigmata 2, ovata. *Caps.* oblonga teres acuminata, apice leviter bifida, unilocularis, bivalvis. *Sem.* numerosa, parva. *Receptacula* 2, valvulae singulae longitudinaliter affixa. *Lam. Ill. t.* 109.

Clo. R. Brown character generis est: *Cal.* 4-5-fidus. *Cor.* infundibuliformis aut hypocrateriformis 4-5-fida, fauce nudâ. *Stigma* bilobum. *Sem.* immarginata. *Prodr. Fl. nov. Holl. I.* p. 450.

Obs. GENTIANAE Genus nonnisi Familiam sistere e pluribus generibus compositum *Borkhausen* olim apud *Römer Archiv I. p.* 24. Hunc proxime sequens *Schmidt* in plura alia genera GENTIANAE genus divisit *ibid. p.* 3. Nos interea genera haec non recepimus, praeter *Erythraeam* etc., quia neque a generis hujus Monographo *Frölich*, neque a systematicis *Willdenow* et *Poiret*, neque ab illis, qui quam plurimis speciebus novis genus hocce ditaverunt, viris illustribus *B. Brown*, *Humb.* et *Bonpl.*, *Marsch.* a *Bieberst.* sancita fuere, credentes interea lubenter, olim, perlustratis altero *de Humboldt* tractibus Himalayensibus, omnibusque undique collatis Gentianarum speciebus, in plura genera nova Gentianae genus subdividi posse. Ne tamen quidquam ommisisse videamur, generum novorum ex antiquissima *Gentiana* productorum characteres ad mentem *Borkhausen* et *Schmidt* hic subjungimus.

Genera Gentianearum auctore Borkhausen.

A. SWERTIA *Cor.* rotata, 4-5-rarius 6-partita, poris 2 nectariferis ad basin singularum corollae laciniarum.

Huc SWERTIA *perennis* L., *difformis* L., *rotata* L., *dichotoma* L., *carinthiaca* Rein. u. *Hohenw.*, *tetrapetala* Pall.

B. HALFENIA. *Cor.* rotata, 4-5-fida, laciniis parapetalis subulatis interstinctis.

H. sibirica Borkh. (SWERTIA *corniculata* L.)

C. ASTERIAS. *Cal.* spathaceus. *Cor.* rotata 5-8-fida absque nectariis et parapetalis. *Stigma* bifidum laciniis reflexis.

A. lutea Borkh. (GENTIANA *lutea* L.)

D. COILANTHA. *Cal.* spathaceus truncatus. *Cor.* campanulata 5-fida. *Stam.* antheris liberis.

C. purpurea Borkh. (GENTIANA *purpurea* L.)

E. DASSTEPHANA. *Cal.* obsolete angulosus, dentibus angulisque tot, quot segmenta corollae. *Cor.* campanulata 5-7-fida. *Stam.* antheris liberis. *Stigm.* bifidum.

Huc, receptis nominibus specificis, GENTIANA *punctata* L., *asclepiadea* L., *glauca* Pall., *triflora* Pall., *adscendens* Pall., *algida* Pall., *auriculata* Pall.

F. CIMINALIS *Cal.* obsolete pentagonus 5-dentatus. *Cor.* campanulata 5-fida. *Stamina* antheris in tubum connatis. *Stigma* simplex.

Huc, receptis nominibus specificis, GENTIANA *Pneumonanthe* L. *acaulis* L.

G. ERICOILA. Cal. 3-5-fidus. Cor. hypocrateri- aut infundibuliformis, 4-6-fida, parapetalis totidem non barbata inter lacinias aucta. Stamina numero laciniarum corollae, antheris liberis. Stigma simplex, bilobum, bifidumve.

Huc, receptis nominibus specificis, a. Corollis 5-fidis: G. cruciata L. b. Corollis 5-fidis: G. verna L., bavarica L., nivalis L., prostrata Schr., aquatica L., utriculosa L., verticillata L., pumila L., pyrenaica L., altaica Pall., Jirasekii Mayer.

H. EURYTHALIA. Cal. 4-7-fidus. Cor. tubuloso-campanulata aut hypocrateriformis, laciniis numero segmentorum calycis, parapetalis barbata interstinctis. Stam. numero laciniarum corollae. Stigma bilobum, bifidumve.

Huc, receptis nominibus specificis: GENTIANA nana Krock., campestris L., Amarella L., septemfida Pall.

I. GENTIANA Cal. 4-5-fidus. Cor. infundibuli- aut hypocrateriformis, 4-5-fida, absque parapetalis. Stam. numero laciniarum corollae. Stigma simplex, bilobum bifidumve.

Huc, receptis nominibus specificis, a. Corollis 4-fidis: GENTIANA filiformis L., tetragona Roth. b. Corollis 5-fidis: G. quinquefolia L., maritima L., aurea L., macrophylla Pall., dichotoma Pall.

K. GENTIANELLA. Cal. 4-fidus. Cor. hypocrateriformis 4-fida absque parapetalis, fundo nectarifero poris 4. Stam. 4, antheris supra stigma conniventibus. Germen subpedicellatum obsolete tetragonum, stigmatate latiusculo revoluto. Caps. dehiscens, angulis obtusis, seminibus 4-fariam dispositis.

Huc, receptis nominibus specificis, G. ciliata L., serrata.

L. CHLORA. Cal. 8-10-fidus. Cor. 8-12-fida, infundibuliformis. Stam. numero laciniarum corollae. Stigma bilobum bifidumve.

Huc CHL. perfoliata L. Syst., quadrifolia L. Syst., dodecandra L. Syst.

M. CENTAURIUM (Charact. generis ex descriptione Linn. in Linn. Syst. ed. Reich. I. p. 646. n. 51.)

C. malabaricum Borkh. (GENTIANA heteroclita Linn.)

N. ERYTHRAEA.

E. Centaurium Borkh. (GENTIANA Centaurium Linn.)

Genera Gentianeae auctore SCHMIDT.

A. PNEUMONANTHE. Cal. 1-phyllus persistens. Cor. campanulata. Antherae in tubum connatae. Stigma didymum sessile. Caps. oblonga unilocularis bivalvis apice dehiscens, bifida. (Character, addito stylo unico bipartibili receptus etiam a clo. Hoffmannsegge et Link Fl. portugaise I. p. 347.)

Huc receptis nominibus specificis. a. Corollae limbo plus quam 5-fido: G. purpurea L., campanulata L., panne-

tata L., *septemfida* Pall. b. *Corollae limbo 5-fido*:
G. asclepiadea L., *plicata* Schmidt, *vulgaris* Schmidt (*G.*
Pneumonanthe L.) *adscendens* L., *acaulis* L., *frigida* Haenk., *Sa-*
ponaria L., *villosa* L., *glauca* Pall., *triflora* Pall., *algida* Pall.,
exaltata L., c. *Dubiae*: *montana* Forst., *saxosa* L., *Ca-*
tesbaei Walt., *viscosa* Ait.

B. HIPPION. *Cal.* 1-phyllus persistens. *Cor.* tubulata plicata, limbo
 5-4-partito. *Antherae* simplices liberae. *Stigmata* sessilia *Caps.*
 fusiformis in stylum attenuata unilocularis bivalvis, apice dehiscens
 bifida.

Huc, receptis nominibus specificis, a. *Corollae infundis-*
buliformi: α . *limbo plus quam 5-fido*: *G. pyrenaica* L.,
altaica Pall., *H. sexfidum* Schmidt (*GENTIANA Jiraseckii*
Mayer): β . *limbo 5-fido*: *H. imbricatum* Schmidt, *G. verne* L.,
H. aestivum Schmidt, *pusillum* Schmidt (*G. tergloviensis* Haenk.)
G. pumila L., *bavarica* L., *aurea* L., *nivatis* L., *aquatica* L., *pul-*
chella L., *maritima* L., *spicata* L., *verticillata* L., *verticillaris* L.,
quinquefolia L., *elongata* Haenk., *prostrata* Haenk., *porphyrio*
Walt., *involucrata* Rottb., *scilloides* L., *islandica* Fl. dan.,
Cachalahuan Molin. b. *corollis hypocrateriformi-*
bus, limbo 4-5-fido. *G. utriculosa* L., *exacoides* L., *aphylla*
 L., *tenella* Rottb., *filiformis* L., *ciliata* L. c. var. *dentosa* Rottb.
 e. *corollis campanulatis*: *G. cruciata* L., *macrophylla*
 Pall., *alpina* Vill. γ . *corollis fauce barbatis*: *G. nana*
 L., *H. longepedunculatum* Schmidt, *dichotoma* Pall., *auriculata*
 Pall., *H. obtusifolium* Schmidt, *G. campestris* L., *Amarella*
 L., *H. Gentianella* Schmidt, *axillare* Schmidt. e. *Du-*
biae: *G. sessilis* L., *heteroclita* L.

C. CHIRONIA. *Cal.* monophyllus persistens. *Cor.* tubulata. limbo 5-
 partito. *Filamenta* ex apice tubi. *Antherae* desloratae spiraliter con-
 tortae. *Caps.* bilocularis, bivalvis, longitudinaliter dehiscens.

Huc, receptis nominibus specificis, CHIRONIAE Linnaei (praeter
bacciferam) et *Walteri* omnes, GENTIANA *Centaurium* L: CHIR.
Gerardi et *Vaillanti* Schmidt.

D. GENTIANA. *Cal.* spatha membranacea bicornis. *Cor.* rotata, 5-
 partita. *Filamenta* inter lacinias. *Antherae* oblongae sagittatae circa
 stylum coalitae. *Caps.* ovata 1-locularis 2-valvis. Huc *G. lutea*
 L. sola.

E. SWERTIA. *Cal.* 4-5-partitus patens. *Cor.* rotata 4-5-partita.
Pori nectariferi ad basin laciniarum. *Stigmata* sessilia. *Caps.* 1-
 locularis bivalvis.

Huc SWERTIAE Linn. et Pall. omnes, praeter *corniculatam*.

γ . Familia CONVULVEARUM et HYDROLEACEARUM.

1114. NAMA. *Cal.* pentaphyllus, foliolis lanceolatis (line-
 nearibus Juss.) acutis ciliatis. *Cor.* tubuloso-cylindrica, apice

dentibus 5 acutis. *Styli* filiformes, longitudine staminum. *Caps.* bilocularis, bivalvis, oblonga, utrinque longitudinaliter sulcata. *Receptaculum* bilamellatum, e marginibus valvularum. *Sem.* numerosa, parva.

Lam. Ill. t. 184. Gaertn. de Fract. I. t. 44. f. 8. *Linnaeus* in generibus corollam 5-petalam, in speciebus 5-partitam dicit, in utroque capsulam unilocularem. *Brown et Kunth* sequentem generis characterem posuere: *Cal.* 5-partitus persistens. *Cor.* rotato-infundibuliformis, limbo 5-fido, patente. *Stam.* 5, subinclusa. *Antherae* reniformi bilobae. *Styli* 2. *Stigmata* obtusa. *Caps.* oblonga, pseudo-bilocularis, loculicido-bivalvis. *Dissepimentum* medio interruptum ibique placentis 2 laminiformibus, valvulis parallelis, extus se contingentibus, intus seminiferis, demum liberis. Familia CONVULVULARUM? HYDROLEACEARUM *Brown.* Confer *Juss. Ann. Mus. V. p. 258.*

1115. WIGANDIA. *Cal.* 5-partitus, persistens. *Cor.* infundibuliformis, limbo 5-partito patente. *Stam.* 5 exserta. *Antherae* sagittatae. *Styli* 2. *Stigmata* subpeltato-depressa. *Caps.* ovato-oblonga, 2-locularis, (ut HYDROLEA) loculicido-bivalvis. *Placentae* 4, (in HYDROLEA 2, rarius 3) binae in quolibet loculo, laminaeformes (in HYDROLEA hemisphaericae.) *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth II.*

1116. HYDROLEA. *Cal.* foliolis 5 subulatis erectis (villosis inaequalibus; profundissime tantum 5-partitus *Lam.* et *Humb. Bonpl.*) *Cor.* rotato-campanulata, tubo calyce brevioris, limbo amplo 5-7-partito patente, lobis ovatis incumbentibus. *Stam.* 5-6, filamentis tubi basi insertis, basi cordatis, *antheris* sagittatis curvis. *Styli* patentes subincurvati 2, rarius 3, *stigmatibus* truncato-peltato. *Caps.* ovata, bivalvis, bilocularis, (rarius 3-locularis), calyce cincta, seminibus minutis, imbricatis, receptaculo duplici.)

Lam. Ill. t. 184. f. 1. 2. NAMA et STERIS *Linn.* HYDROLIA *Aub. du Petit-Thouars gen. madagasc. n. 29.*, cui, si genus proprium, nomen aliud hauriendum, staminibus corollae laciniis, nec tubo, insertis potissimum differt. *Poir.* „Accedit ad Familiam CONVULVULARUM, sed Embryone differt et integumentis.“ *Juss. Ann. Mus. V. p. 258.* Huic dein familiae adscripsit *Juss. Ann. Mus. XV. p. 340.* affinitatem cum REICHELIA s. SAGONEA maximam indigitans. *R. Brown (observat. of the Herbar. collected by Christ. Smith in the vicinity of Congo Lond. 1818. p. 5)* propriam HYDROLEACERUM constituit familiam.

1117. EVOLVULUS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* subrotata, plicata. *Ovarium* biloculare, loculis dispermis. *Styli* 2, bipartiti, *stigmatibus* simplicibus. *Caps.* valvata. *R. Brown Prodr. nov. Holl. I. p. 489.*

CLADOSTYLES *Humb. et Bonpl.* differt tantum: capsulâ evalvi, et forsan numero ovulorum. *Linnaeo* et *clo. de Jussieu* olim character **EVOLVULI** erat: *Cal.* pentaphyllus, foliolis lanceolatis acutis persistentibus. *Cor.* rotato-campanulata, subquinquefida, lobis subemarginatis. *Styli* 2 profunde bifidi, laciniis capillaribus divergentibus, (*Styli* 4 *Linn.*) *Stigmata* simplicia. *Caps.* bilocularis (4-locularis *Linn. et Lam.*) 4-valvis, tetrasperma. (*Semina* solitaria *Linn.* hinc *Flor. peruv.* quaterna? *Juss.* Familia **CONVOLVULACEARUM**.

1118. **CLADOSTYLIS.** *Cal.* 5-phyllus (5-partitus), foliolis lanceolatis, acutis, 2 exterioribus majoribus. *Cor.* rotato-campanulata, calyce major, 5-fida ad medium fere usque, laciniis ovatis, obtusis. *Stam.* corollae inserta. *Styli* apice bifidi vel bipartiti. *Stigmata* simplicia. *Caps.* ovalis, unilocularis, non dehiscens, monosperma, basi calyce persistente cincta. *Humb. et Bonpl. aequinoct. I. p. 202.*

Familia **CONVOLVULACEARUM** *Juss.* Quomodo distinguiam ab **EVOLVULO**, nisi capsulâ evalvi? nescio, ovarium enim probabiliter biloculare, loculis dispermis *Kunth* in *Hamb. nov. gen. et Spec. III. p. 93.*

1119. **CUSCUTA.** *Cal.* 5-4-fidus partitusve. *Cor.* urceolato-campanulata, globosave, limbo 5-4-fido, marcescens, persistens. *Nectarium* squamae. 5-4 ad basin staminum, iisdem oppositae, rarius nullae. *Stamina* 5-4. *Stigmata* capitata. *Caps.* 1-2 locularis, circumscissa, basi circumscissa, loculis 1-3-spermis. *Embryo* spiralis.

Lam. Illustr. t. 88. f. 3. Familia **CONVOLVULACEARUM**.

Obs. E speciebus decem examini subjectis novem constanter, decimam saepe, floribus quinquefidis observavi; unica monogyna est, digynarum duae tantum stigmatibus acutis, unica inedita absque squamis epipetalis, quae in *C. europaea* et *monogyna* certe exstant. *R. Brown Prodr. I. p. 491.*

1120. **CRESSA.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis, limbo 5-partito, laciniis planis. *Stam.* exserta. *Ovarium* biloculare, loculis dispermis. *Styli* 2, stigmatibus capitatis. *Caps.* monosperma. *R. Brown Prodr. nov. Holl. I. p. 490.* *Lam. Ill. t. 183. f. 1.*

Familia **CONVOLVULACEARUM**. Olim character generis: *Cal.* e foliolis 5 ovatis obtusis incumbentibus, persistentibus, (bracteis 2 parvis obvallatus.) *Cor.* hypocrateriformis, tubo longitudine calycis inferne ventricoso, limbi laciniis ovatis reflexis acutis. *Filamenta* tubo corollae insidentia. *Styli* longitudine staminum, *stigmatibus* simplicibus. *Caps.* unilocularis bivalvis 1-4-sperma, semine ovato-oblongo, (caps. 4-locularis, 4-valvis *Juss.* Confer **HERNIARIAM** *incanam*.)

1121. **DICHONDRA.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* subrotata, lim-

bo 5-partito, plano. Ovaria 2, disperma. Styli 2, basillares. Stigmata capitata. Utriculi mono (vel-di-) spermi. *R. Brown Prodr. nov. Holl. I. p. 490. Lam. Ill. t. 183. f. 3.*

FALKIA, quae hujus sectionis, sed hexandra, a DICHONDRA distinguitur calyce 5-fido, corollâ plicatâ, ovariis 4 monospermis, basi geminatim styliorum ope connexis, cotyledonibus sessilibus. Familia olim BORAGINEARUM nunc CONVULVACEARUM. Olim character generis: Cal. 5-partitus, foliolis lanceolatis (subspathulatis) apice patentibus. Cor. profunde 5-partita, subcampanulata, laciniis lanceolatis longitudine calycis. Germina 2, disperma, pilosa. Stylus profunde bipartitus. Stigmata 2 capitato-depressa. Capsulae 2, subglobosae, uniloculares, monospermae, semine subgloboso. *Forst. char. gen. p. 40. t. 20.* Huc DEMIDOFIA *Gmel. Syst. Veg. I. p. 458.* fide *Mich. bor. amer. I. p. 135.* Huc quoque, suadente *Jussieu, Ann. Mus. XV. p. 340.* POIRETIA *Gmel. Syst. Veg. I. p. 263.* cui: cal. 4-partitus, cor. hypocrateriformis, caps. polysperma, didyma, apice dehiscens, quae ab aliis ad HOUSTONIAS; et, monente *Poiret*, STERIPHA, cui: cal. 5-fidus. Cor. infundibuliformis tubo cylindrico calyce brevior, limbi laciniis oblongis lanceolatis obtusiusculis. Styli 2 stigmatibus capitato-peltatis concavis. Capsulae 2 superae villosae membranaceae subpedicellatae, extus convexae, univalves, non dehiscentes, monospermae, semine globoso nigro puncto impresso. *Gaertn. de Fruct. II. p. 81. t. 94. Lam. t. 215.* quae Familiae RHAMNEARUM inserta, et fors tantum repentis varietas.)

1122. FALKIA. Cal. subinflatus, 5-fidus, vix 5-partitus, 5-angularis. Cor. campanulata, emarginato-crenata (s. crenato-decempartita). Stam. 5-6. Styli divaricati. Stigmata subglobosa lanata. Sem. 4 globosa, arillata, in fundo calycis. *Andrews t. 257.*

Male CONVULVULUM inde fecit *Thunb.* et HEXANDRIAE eandem inseruit *Willd.*

1123. ROCHEFORTIA. Cal. 5-partitus, laciniis ovatis obtusis. Cor. infundibuliformis, tubo brevi, fauce apertâ, limbi laciniis 5 ovatis oblongis patentibus, Stamina plicis faucis corollae inserta. Styli duo subulati, stigmatibus simplicibus. Fructus globosus bilocularis, seminibus pluribus angulosis. *Swartz Prodr. p. 54.*

Familia RHAMNEARUM. Affinis SCHREBERAE.

1124. PHYLLONOMA. Cal. 5-partitus, superus. Cor. 5-petala. Styli 2 brevissimi. Bacca bilocularis, loculis monospermis. *Reliqu. Willd. MS.*

Dix. *Willdenow* ante ROCHEFORTIAM posuit.

b. Flores pentapetali, inferi:

a. bacciferae:

1125. COPROSMA. *Polygama: Hermaphroditi Cal.* brevis, 5-partitus, persistens, laciniis acutis patentibus. *Cor.* infundibuliformis v. campanulato-turbinata, calyce multo major, limbo 5-7-partito, laciniis acutis erectis. *Filamenta* 5-7, antheris subulatis basi cordato-emarginatis, subincurvatis. *Styli* 2, basi cohaerentes, corollâ longiores, divaricati. *Bacca* ovato-globosa, disperma, seminibus ovatis, altero latere planis. *Feminei et masculi* ut in *hermaphrodito*. *Lam. Illustr. t. 186. et 854. Gaertn. fil. Sem. t. 182. f. 6.*

Familia RUBIACEARUM. Genus ulterius examinandum.

1126. AGLAIA. *Cal.* 5-crenatus, minimus, persistens. *Pet.* concava, carnosa, subclausa in globum conniventia. *Nectarium* tubulosum, 5-plicatum, petalis paulo brevius. *Antherae* ovatae, curvaturis nectarii inclusae. *Styl.* nullus. *Stigmata* 2, oblonga, erecta. *Bacca* ovata, glabra, aquosa, monosperma. *Sem.* ovatum, subcompressum, quadrisulcum. *Loureiro Fl. Cochinch. l. p. 215.*

AN MURRAYA? quaerit *Poiret Enc. meth. Suppl. l. p. 243.* BUMALDAM trifolium hujus esse generis suspicatur *Loureiro*, quae, monente *Willdenow*, multis differt. CAMUNIUM sinense *Rumph Amb. V. p. 28. t. 18. f. 1.*, quae eadem ac VITEX pinnata *Burm. Fl. ind. p. 158. t. 45. f. 2* hujus fors non esse loci monet *Jussieu* in *Annal. Mus. XI. p. 75.* e specimine a *Comerson* lecto in *île de France*, cui *cal.* 5-fidus: *petala* basi subcoalita; *filamenta* connata in tubum 5-dentatum, sub quibus dentibus antherae; *stylus* brevis, *stigmatibus* simplici unico. Familia MELIACEARUM.

1127. PANAX. *Polygama. Hermaphroditi cal. proprius*, minimus, 5-dentatus, persistens. *Pet.* 5 oblonga, aequalia, recurva. *Stam.* caduca. *Styli* 2 erecti, stigmatibus simplicibus. *Bacca* cordata aut scrotiformis, umbilicata, bilocularis, seminibus 2 cordatis acutis, convexo-planis. *Umbella* aequalis, conferta; *involucrum* foliolis plurimis subulatis minimis. *Masculi Cal.* turbinatus, integerrimus, coloratus. *Pet.* calyci affixa. *Umbella* globosa radiis coloratis. *Involucri* foliola lanceolata. *Lam. Ill. t. 860. f. 1.*

Familia VITUM.

β. capsulares.

1128. VELEZIA. *Cal.* gracilis, (filiformis *Linn.*) tubulosus, persistens, 5-6-angularis, dentibus totidem acutis mi-

nimis. *Pet.* 5-6 parva, unguibus filiformibus longitudine calycis, limbo subbidentato-emarginato. *Stam.* 5-6, antheris cordatis. *Styli* capillares. *Caps.* gracilis, cylindrica, calyce tecta, uniloculari, apice valvulis 4, oblongis, obtusis. *Semina* plura, oblonga, receptaculo libero filiformi centrali affixa. *Lam. Ill. t.* 136.

Familia CARYOPHYLLEARUM. Affinis DRYPI.

1129. BUMALDA. *Cal.* ad basin fere 5-partitus, laciniis ovatis obtusis concavis. *Pet.* 5, lineari-obovata, germine inserta, calyce paulo longiora, unguibus staminiferis. *Stamina* hirta. *Styli* villosi, *stigmatibus* simplicibus capitatis, truncatis. *Caps.* bilocularis, ? birostris. *Thunb. jap. p.* 8.

Familia RHAMNEARUM.

1130. HEUCHERA. *Cal.* semiquinquefidus rotundatus (campanulatus) angustus, laciniis obtusis. *Petula* 5 calycis margini inserta, ovali-linearia, longitudine calycis. *Stamina* calyce duplo longiora. *Styli* longitudine staminum, *stigmatibus* obtusis. *Caps.* ovata, acuminata, semibifida, birostris, bilocularis, rostris deflexis; *semina* plurima parva.

Lam. Ill. t. 184. Familia SAXIFRAGEARUM.

1131. CUSSONIA. *Cal.* margo receptaculi dilatatus, subquinquedentatus, persistens. *Pet.* 5, trigona, acuta, sessilia. *Germen* turbinatum, coronatum. *Styli* erecti, dein expansi, *stigmatibus* simplicibus. *Pericarp.* subrotundum, dicoccum. *Umbella* quadriradiata involucre nullo. *Thunb. nov. Gen. p.* 10.

Lam. Ill. t. 187. *Cls. Jussieu* fructum didymum, bilocularem, calyce stylisque coronatum dicit, et ARALIACEIS, nec UMBELLIFERIS, jungit.

1132. LINCONIA. *Cal.* bracteae 4 per paria oppositae, exteriores minores. *Cor.* (*Cal. Juss.*) fere supera, urceolata, 5-fida, laciniis lanceolatis scariosis, persistentibus canaliculatis (*Juss.* vel, ut *Linn.* petalis 5, foveolis nectarii basi scrobiculatis.) *Stam.* laciniis corollae alterna, *antheris* sagittatis. *Caps.* biocularis, bipartibilis, loculis monospermis. *Semen* lucidum.

Familia ignota. Sed videtur RHAMNEARUM. Characterem generis *Swartz* posuit: *Calyce* germine accreto, 5-dentato. *Petalis* 5 intra marginem calycis insertis. *Caps.* semiinfera biloculari. *Mag. Gesellsch. Naturf. Freund. IV. p.* 85.

c. *Flores incompleti.* Familia ATRIPLICEARUM:

1133. ANABASIS. *Cal.* triphyllus *Linn.* (pentaphyllus

Lam.) foliolis subrotundis concavis obtusis patentibus. *Cor.* 5-petala, calyce minor. (Nullum *Juss.* et *Lam.* quibus calyx racteae, et corolla calyx.) *Stam.* corollâ longiora. *Stigmata* obtusa. *Bacca* subrotunda, calyce dilatato scarioso in specie annuli cincta. *Semen* cochleatum.

Lam. Ill. t. 182. Schrader, qui huc POLYCNEMA *Linn.* et *Pall.* omnia retulit sub divisione: calycibus post florescentiam auctis, caeterum immutatis, sequentem generis characterem dedit de *Halophytis Pallasii* p. 18.: *Cal.* 5-5-phyllus. *Cor.* nulla. *Stam.* 1. 3. 5. *Stylus* 1, plerumque stigmatibus 2 instructus, s. duo distincti, indivisi. *Sem.* unicum, exalbuminosum, superum, verticale, nudum, calyce arcte obvallatum. *Embryo* cochleatus, saepe liquore oleoso madidus.

1134. SALSOLA. *Cal.* 5-partitus s. pentaphyllus, demum (plerumque) mutatus. *Cor.* nulla. *Stam.* 5. *Stylus* unicus stigmatibus 2, s. *Styli* 2 distincti *Sem.* unicum, exalbuminosum, superum, horizontale, nudum, calyce arcte obvallatum. *Embryo* cochleatus *Schrader*. de *Halophyt. Pallas.* p. 17. t. 1. f. 5. *Lam. Ill. t. 181.*

Clo. Brown character generis est: *Perianthium* 5-partitum. *Stam.* 5. *Stylus* bifidus. *Utriculus* inclusus perianthio conniventi, laciniis transversim alatis v. carinatis. *Semen* exalbuminosum, integumento simplici. *Embryonis* spirâ horizontali. *R. Brown Prodr. nov. Holl. I.* p. 411. (*Styli* subinde trifidi, stigmata subinde 3.)

Obs. CHENOLEAM non esse jungendam SALSOLAE monuit *Willdenow Spec. I.* p. 1203; sed junxit iterum, annuentibus *Schrader* et *Persoon*, ipse generis auctor, ill. *Thunberg*, qui olim sequentem generis characterem dedit: *Cal.* globosus, subcarnosus, concavus, 5-partitus, laciniis arcte inflexis, extus argenteo-tomentosus, intus glaber. *Cor.* nulla. *Filamenta* basi calycis inserta, secundum marginem capsulae flexa, longitudine calycis. *Stylus* vix lineae dimidiae, stigmatibus 2 simplicibus, subulatis, patenti-reflexis, stylo paulo longioribus. *Caps.* rotunda, subdepressa, umbilicata, glabra, unilocularis. *Semen* subrotundum, apice bifidum, glabrum. *Thunb. diff. Gen. nov.* p. 1.

1135. TRAGANUM. FLOS SALSOLAE: calyx demum basi in ossiculum monospermum induratus, supra nudus, nec in membranas laterales productus. *Delisle Descript. de l'Égypte n. 312. t. 22. f. 1.*

Cal. lacinae 5 membranaceae lineares conniventes minimae. *Stam.* 5 subexserta. *Stylus* simplex, stigmatibus bilido, revolute. *Semen* subtriquetrum basi pilis albis involucreto. *Polygama.* ad specimen *Sieberianum.*

1136. KOCHIA. *Cal.* 5-fidus s. 5-partitus (campanulatus, laciniis petaloideis rotatis, fauce clausâ dentibus 5 de-

pressis *Roth*). *Cor.* nulla. - *Stam.* 5, rarissime 3-4. *Stylus* unicus stigmatibus 2, (patulis longissimis *Roth*) rarius 2 distincti. *Sem.* 1, superum, nudum, calyce arcte obvallatum, *Embryonem* continens conduplicatum, albumen paucum includens. (*Caps.* subrotunda, unilocularis, mono-vel disperma *Roth*). *Schrad.* de *Halophyt.* *Pallas.* I. p. 16. t. I. f. 1. t. II. III. *Roth* apud *Schrad.* *Journ.* 1800. 2. *St.* p. 307. t. II.

SALSOLA *Linn.* Characterem generis sequentibus dedit *R. Brown Prodr. nov. Holl* I, p. 409. *Perianthium* monophyllum, 5-fidum, fructiferi laciniis dorso appendiculatis. *Stamina* imo perianthio inserta. *Utriculus* inclusus, depressus. *Semen* horizontale, albumine parco v. nullo, integumento simplici. *Embryo* curvatus non spiralis; et addit: Genus posth. dividendum in **KOCHIAS**, appendicibus perianthii subulatis spinosis, seminibus exalbuminosis, embryone bicurvi; et **WILLEMETIAS**, appendicibus membranaceis dilatatis, seminibus albumine parco instructis. Ab utraque differt **SALSOLA radiata** *Desfont. Annal. Mus.* II. p. 28. coronâ perianthii fructiferi monophyllâ, seminis integumento duplici, albumine copioso, embryone albo, floribus polygamis, et habitu.

1137. **CORNULACA.** *Involucrum* e pilis rectis, calyci intra bracteas 3 appressis. *Cal.* 5-fidus, laciniâ alterâ spinâ rigidâ subulatâ. *Cor.* nulla. *Stam.* 5, receptaculo inserta. *Filamenta* basi coalita in tubum brevem, dentibus 5 staminibus alternantibus. *Styli* 2. *Semen* compressum aperispermum, spiraliter convolutum intra tubum staminum et basin calycis induratam. *Delisle Descript. de l'Égypte, Hist. nat. bot.* t. 22. f. 3.

1138. **ENCHYLAENA.** *Perianthium*, monophyllum semiquinquefidum, fructiferum, baccatum, connivens. *Stamina* 5, imo perianthio inserta. *Stigmata* 2-3 filiformia. *Utriculus* inclusus. *Semen* depressum, integumento duplici, albumine centrali, embryone cyclico. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. p. 407.

1139. **CHENOPODIUM.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla. *Stamina* 5. *Styli* 2 simplices, vel unicus stigmatibus 2. *Semen* unicum (orbiculare) superum, pelliculâ tenuissimâ tectum. *Embryo* periphericus. *Schrad. de Halophyt. Pallasii* p. 15. f. 2-4. *Lam. Ill.* t. 181.

Clo *Brown* character generis est: *Perianthium* 5 (nunc 3-4) partitum. *Stamina* totidem vel pauciora. *Stylus* 2-4-fidus. *Utriculus* membranaceus, depressus, perianthio haud mutato tectus. *Semen* integumento duplici, exteriori crustaceo. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. p. 407. *Linnaeo* erat *Cal.* pentaphyllus, laciniis concavis ovatis persistentibus. *Stylus* bipartitus, stig-

matibus reflexis. *Pericarpium* cal. clausus, pentagonus, deciduus. — *Stylus* subinde trifidus, flores saepius polygami.

1140. **ATRIPLEX.** *Polygama.* *Hermaphr.* *Perianthium* 5-partitum; (5-phyllum *Linn.*) *stamina* 5; *pistillum* mancum, raro perfectum. *Utriculus* depressus. *Fem. Perianthium* bifidum, fructiferum, auctum, saepe alienatum. (!) *Stylus* bifidus. *Utriculus* compressus. *Semen* erectum, (compressum) integumento duplici, exteriori crustaceo. *Radicula* adscendens. *R. Brown Prodr. nov. Holl. I. p. 406. Lam. Ill. t. 853.*

A. CHENOPODIO non tantum floribus polygamis, sed inprimis calyce feminarum diphylo, demum incremente diversa.

Obs. Ex **ATRIPLICE** *sibirica* *L.*, *rosea* s. *Lam.*, ob partium floris numerum quaternarium, embryonemque inversum genus proprium constituit *Gaertn. de Fruct. II. p. 198. t. 127. f. 5.* **OBIONE** dictum, monicum nunc, nunc dioicum. Flores raro in hoc genere hermaphroditos div. *Ritabel*, et *Dupont* in *Journ. de Phys. t. 87. p. 63*, qui **ATRIPLICIA** omnia *monica* dicit, et sequentem hujus generis characterem novum sistit: *Masculi*: Cal. 5 partitus; *stamina* 5 ad basin calycis opposita laciniis; *rudimentum* pistilli in centro. *Feminae*: flores uniformes vel dispaes: illi, omnibus communes speciebus, cal. bipartito, demum incremente, germine libero, stigmatibus 2 styliformibus, semine verticali compresso, laciniis calycis inclusis: hi, quarundam tantum specierum, cal. 5 partito, germine ut in praecedentibus, semine horizontali depresso, partim tecto calyce persistente. (Ad hanc ultimam sectionem spectare *hortense*, *microspermum*, *nitens*, ad illam *hastatam*, *patulam*, *littoralem*, *portulacoidem*, *roseam*, *angustifoliam*, et *multifidam* *H. Paris.*)

1141. **BETA.** *Cal.* profunde 5-partitus aut pentaphyllus, laciniis ovato oblongis obtusis persistentibus, concavis. *Cor.* nulla. *Stamina* laciniis calycis opposita. *Germen* semiinferum; *Styli* brevissimi erecti. *Caps.* intra fundum calycis, unilocularis, decidua. *Semen* 1, reniforme, compressum, intra calycis substantiam. *Lam. Ill. t. 182.*

1142. **PHYLLEPIDUM.** *Cal.* duplex persistens, exterior laciniis 5 lanceolatis acutis, interior longior laciniis oblongis obtusis emarginatis. *Capsula* non dehiscens monosperma. *Rafinesque Schmaltz in Desvauz Journ. de Bot. I. p. 218.*

Familia **AMARANTHACEARUM?**

1143. **BOSEA.** *Cal.* foliolis 5 aequalibus subrotundis concavis erectis margine tenuioribus, (*cal. 5 partitus Juss.*) *Cor.* nulla. *Stam.* calyce longiora. *Germen* ovato-oblon-

gum, cuspidatum, *stylo* nullo, *stigmatibus* 2. *Bacca* globosa, *semine* unico rotundato, acuminato. *Lam. Ill. t. 182.*

1144. MICROTEA. *Cal.* profunde 5-partitus, (aliis pentaphyllus) laciniis ovatis acutis persistentibus persistentibus. *Cor.* nulla. *Styli* caduci. *Drupa* parva, sicca, obovata, basi calyce cincta, monosperma, semine echinato. *Swartz Prodr. p. 53. Lam. Ill. t. 182. f. 2.*

1145. HERNIARIA. *Cal.* 5-partitus acutus patens interne coloratus persistens. *Cor.* nulla. (*Squamulae* s. *petala* 5. *Juss.* cui stamina sterilia *petala*.) *Stam.* 10, 5 sterilia calyci alterna. *Stylus* vix nullus, *stigmatibus* 2, acuminatis, longitudine styli. *Caps.* parva, in fundo calycis, tecta, vix dehiscens, semine solitario, ovato-acuminato, nitido.

Lam. Ill. t. 180. f. 3. Confer CRESSAM et ILLOCEBRUM. Familia PARONICHEARUM, olim AMARANTHACEARUM.

1146. GUMILLAEA. *Cal.* campanulatus quinquefidus, laciniis rectis, acutis, patentibus. *Cor.* nulla. *Filamenta* recurva, receptaculo inserta. *Germen* semibifidum. *Styli* 2, reflexi, *stigmatibus* acutis. *Capsula* ovata, bifida, birostris bilocularis, rostris reflexis. *Semina* plura, parva, rotunda. *Ruiz et Pav. Fl. peruv. Ill. p. 23. t. 245. f. a. Prodr. t. 7.*

1147. ULMUS. *Cal.* (aliis *Cor.*) campanulatus, 4-5 dentatus, marcescens. *Cor.* (aliis *Cal.*) nulla. *Stam.* 4-12, saepius 5. *Styli* 2 aut nullus, *stigmatibus* 2. *Fructus* (aliis *Capsula*, aliis *Nux*, aliis *Samara*) suborbicularis, compressus, membranaceus, medio incrassatus, semine unico lenticulari.

Lam. Ill. t. 185. Familia AMENTACEARUM.

1148. CHAILLETIA. *Cal.* 5-partitus, persistens, lobis oblongis extus tomentosus, intus coloratis glabris. *Squamae* petaliformes 5, laciniis calycis alternantibus bifidis. *Stamina* squamis alterna, calyci inserta. *Styli* subcapitati. *Drupa* exsucca hi-, aut abortu unilocularis, seminibus solitariis in quolibet loculo, inversa, oblonga, exalbuminosa, radicula superâ rectâ, cotyledonibus crassis. *Decand. Ann. Mus. XVII. p. 158.*

Familia AMENTACEARUM.

1149. PLANERA. *Polygama.* *Cal.* membranaceus subcampanulatus 4-5-fidus. *Cor.* nulla. *Stigm.* duo oblonga,

glandulosa, recurvo-divergentia. *Caps.* nux? subglobosa membranacea unilocularis, non dehiscens, laevis aut squamulosa (non alata) monosperma. *Sem.* unicum, ovoideum, acutum. *Masculi* flores intermixti. *Stam.* 4-6, plerumque quatuor, emersa. *Antherae* tardius in hermaphrodito dehiscentes.

Frondescentia et floratio *ULMI*, fasciculorum squamis unifloris, inferioribus masculis, superioribus hermaphroditis aut rarius foemineis. *Mich. Fl. bor. Am.* II. p. 247. *GMELIN Syst. Veg.* I. p. 150. monoïcam triandram digynam esse dicit, et calyceem tetraphyllum, et nucem hinc carinatam, inde obtusam squamosam. Familia *Amentacearum*.

1150. *CELTIS*. *Polygama*. *Hermaphroditi*: cal. 5-partitus, laciniis ovatis persistentibus. *Cor.* nulla. *Stamina* demum excrescentia. *Antherae* quadrangulae. *Styli* 2, subulati, crassiusculi, patentes, *stigmatibus* simplici. *Drupa* carnosa, globosa, unilocularis, nucleo globoso, solitario. *Masculi cor.* (saepius) 6-partita. *Stam.* 6. *Lam. Ill. t.* 844.

Familia *AMENTACEARUM*.

1151. *MERTENSIA*. *Flores* polygami. *Cal.* (profunde) 5-partitus. *Stam.* 5. *Styli* 2 bifidi. *Drupa* monosperma. *Cotyledones* contortuplicatae. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth* II. p. 25.

Flores hermaphroditi masculis intermixti. *Cal.* laciniis subaequalibus concavis. *Stam.* 5 fundo calycis inserta, laciniis calycis opposita, aequalia, incurvata, demum elastice prosilientia. *Filamenta* libera. *Antherae* biloculares longitudinaliter dehiscentes. *Germen* ovatum, monospermum, ovulo pendulo. *Semen* inversum. A *CELTIDE* discrepat habitu stylisque bifidis. *Arbores* ramis aculeis axillaribus horridae, foliis alternis basi aequalibus integerrimis trinerviis, racemis axillaribus divisis. *Kunth* l. c.

Obs. *Cls. Kunth* junxit *MERTENSIAM* et *GLEICHENIAM* sub *GLEICHENIA*, hinc genus hocce nomine viri de Botanica optime meriti salutavit. Nobis nunc non tantum *CELTIS aculeata* et *ramnoides Willd. Spec. IV. p. 998.* (*ZIZYPHUS iguanea* et *commutata S. V. ed. nostr. T. V. p. 336-336*). hujus videtur generis, sed etiam *CELTIS integrifolia*, quae vero inerms.

d. *Flores pentapetali superi*:

1152. *VAHLIA*. *Cal.* germini adhaerens, limbi laciniis 5 persistentibus, patentibus, lanceolatis, concavis, acutis; (aliis *Cal.* 5-phyllus.) *Pet.* 5 lanceolata, patentia, calyce duplo breviora. *Stamina* cum petalis alternantia. *Stigmata* simplicia, obtusa. *Caps.* oblonga, unilocularis, bivalvis, apice truncata, quin-

quesulecata, calyce coronata. Sem. plura, oblonga, extus convexa.

Lam. Ill. t. 185. Familia ONAGRARUM??

1153. *PHYLLIS. Cal. minimus, diphyllus, (bifidus Juss.) Cor. profunde 4-5-partita, 5. 5-petala, petalis s. laciniis lanceolatis obtusis reflexis. Filamenta calyce breviora. Stylus brevissimus stigmatibus duobus oblongus pubescenti-hispidis. Fructus turbinatus obtusus e seminibus 2 parallelis, convexis, altero latere angulatis, superne latioribus, axi filiformi adnexus.*

Lam. Ill. t. 186. Familia RUBIACEARUM.

1154. *XANTHOSIA. Cal. 2-phyllus. Petala 5 ovata staminibus opposita. Fructus ovatus, bipartibilis, glandulis 2 coronatus, striatus. Rudge Trans. Linn. Soc. X. p. 301. t. 22. f. 1.*

UMBELLIFERAE *)

Familia naturalis, finitima hinc CAPRIFOLIIS, illinc AGGREGATIS.

Character. Plantae, ut plurimum herbaceae, raro frutescentes, climata amantes temperata, intra tropicos rarissimae, et non nisi in altissimis montium jugis obviae, ubi formae duntaxat desciscentes occurrunt. *Folia* plerumque composita, decomposita, ternatim secta, quae, si simplicia, ut in BUPLEURO, TENORIA, BOLACE, videntur medias sistere formas petiolis dilatatos inter et folia. Namque petioli plurimum vaginantes latissimi in BOLACE, FERULA, CALLISACE aliisque eam mediam formam jam expriment. Foliorum tamen compositio decrescit superne, quo propiora floribus sunt, ut tandem in foliola involucri degenerent, quod in CARO et SELINI speciebus variis manifestum est. *Inflorescentia* plerumque umbella, contracta in fasciculum aut capitulum in formis desciscentibus, depauperata, ut tandem pedunculi solitarii supersint in tribu HYDROCOTYLINARUM. *Involucra* vel adsunt, vel desunt: si illud, interdum umbellam superant, ut in DONDIA, POZOA, BUPLEURO, ERIOCALIA; plerumque vero multo breviora sunt, ut ramenta aut squamas nonnunquam sistant. *Florescunt* calyx pentasepalus, quinque-dentatus, semper superus, caducus ut plurimum, interdum persistens in OENANTHE, ut fructus eo coronetur. *Corolla* pentapetala. *Petala* cum sepalis aut dentibus calycinis alterna, albida plerumque, nonnunquam flava, raro rubra: radium saepe formant in CAUCALIDE, SCANDICE, ARTEDIA, quo et ad AGGREGATAS accedunt: plerumque involuta in aestivatione: bifida, obcordata, laciniâ mediâ in fissura.

Stamina cum petalis alterna, semper quina, exceptis ARALICIS, quarum quaedam et septena et dena habent et duodena. Disco nectarifero insident, ut germine semper altiorem habeant insertionem. Interdum abortiunt, quod in lateralibus FERULAE et OENANTHES umbellis commune est. *Pistilla* semper duo, plerumque post anthesin divergentia; *stigmata* capitata.

Fructus geminus inferus calyce coronatus, a quo et inferne tegmen fructus oritur, *Stylopodium Hoffmanno* dictum, adeoque *Achenium* plerumque dicendum. Fructus mediâ parte axi verticali saepissime bipartito filiformi aut superne parum dilatato, *Spermopodio Hoffmanni*, junguntur. Fructus raro lineares aut globosi, plerumque ovati, prismatici aut compressi, quinque *costis* prominulis et *valleculis* interjectis insigniti. Sub tegmine *vittae* transparent, ductus aut conceptacula longitudinalia vallecule occupantia, succos proprios resinosos, oleosos continentia, unde

*) Familiae hujus expositionem in se suscepit vir illustris, qui in hujus familiae studio quasi consenuit, Da. Cons. et Prof. Halens., C. Sprengel, ut illi ergo soli, quae scientia amabilis hic lucrata est, tribuenda sint. - Sua hic ubique verba extant, et quae nos forte adjecimus, () et opposito Sch. notavimus.

odor ambrosiacus balsamicus spargitur. Qua fructus cum axi cohaerent, *commissura* adest, seu *raphe*, planiuscula aut excavata, interdum angustior lateribus, quae et vittas habere solet. Fructus omnis externus albumine seu endospermio constituitur, in apice gerens embryonem radiculâ sursum spectante, cotyledonibus binis simplicibus deflexis.

Plerumque fructus germinant sero, ut et annos duos in terra lateant. Cotyledones binae lineares emergunt. Mox folia primordia composita.

Caprifolia congruunt situ embryonis in apice albuminis, sed plerumque cavitas adest, congruunt fructu infero. At differunt corollâ monopetalâ, quae tamen in *Viti* et *Hederâ*, in *Sambuco* et *Lorantho* plura habet petala; differunt trunco arboreo aut fruticoso, foliis plerumque simplicibus.

Aggregatae congruunt embryonis inversi in apice albuminis situ, foliorum minore tamen compositione. Sed differunt corollis monopetalis, staminum situ epipetalo, et ipsâ inflorescentiâ, quae semper capitulum format.

I. TRIBUS.

FORMAE DESCISCENTES.

Umbellae subcapitatae.

1155. ARCTOPUS. Flores polygami dioeci. Involucrum masculae plantae pentaphyllum, feminae tetraphyllum, demum auctum. Fructus ovati inclusi in involucrio turgido spinoso.

(*Lam. Ill. t. 885. Gaertn. fil. t. 128. f. 1.*)

1156. ERYNGIUM. Flores capitati. Receptaculum paleaceum. Involucra subspinosa. Corollae inflexae. Fructus paleaceo-squamati.

(*Cal. 5-fidus. Pet. inflexo-emarginata. Fructus ovatus. Flores sessiles in receptaculo conico aut subcylindrico. De'laroche Eryng. et Alepid. Hist. Lam. Ill. t. 187.*) Sch.

1157. EXOACANTHA. Involucrum universale spinosum, partiale dimidiatum. Flores omnes hermaphroditi aequales: Calyx vix ullus. Fructus ovatus striatus hinc convexus inde planus.

(*Radii inaequales. Pet. inflexo-cordata. Styli breviores recti. Affinis ECHINOPHORAE.* *)

*) (Cl. Sprengel post EXOACANTHAM posuit LAGOECIAM sequente generis caractere: Umbella simplex, involucra pinnata. Calyx pentasepalus dentatus. Petala appendicibus fissis capillaribus. Pistillum uai-

1158. ECHINOPHORA. Flores subcapitati. Involucra oligophylla. Corollae radii masculae, disci hermaphroditae. Fructus ecostati striati, raphe sulcatâ, in receptaculo turgido nidulantes.

(Umb. univ. multiradiata, part. e floribus sessilibus. Inv. univ. foliolis nonnullis acutis, *partiale* turbinatum monophyllum sexfidum, aliis hexaphyllum, laciniis 5 exterioribus majoribus. Flos centralis umbellulae fertilis, hermaphroditus aut femineus, reliquis omnibus masculis. Cal. 5-dentatus. Pet. inaequalia emarginata. Stigmata simplicia. Semina 2 oblonga, altero saepe evanido. Lam. Ill. t. 190.) Sch.

1159. ERIOCALIA. Umbella capitata. Involucra lanuginosa amplissima. Cor. nulla. Cal. 5-sepalus. Flosculi mares hermaphroditis mixti. Fructus ovati villosi quinquestriati, calyce coronati.

(Actinotus Labillardiere. Flores plurimi pedicellati, dense aggregati supra receptaculum planum villosum involuacro polyphyllo cinctum, compressione polygami. Cal. persistens, laciniis oblongis rectis acutis. Hermaphroditorum stylus bipartitus, stigmatum clavatorum setâ laterali. Semen unicum pedicellatum ellipticum compressum. Labill. Nov. Holl. I. p. 67. t. 92.) Sch.

1160. SANICULA. Umbella capitata. Involucra oligophylla. Flosculi polygami. Calyces persistentes. Fructus oblongi solidi ecostati, setis uncinatis aut glochidatis obsessi.

(Inv. univ. pinnatifidum. Lacinala petalorum apice denticulata. Fructus calyce stylisque longis reflexis coronatus. Spermapod. nullo. Lam. Ill. t. 191. Hoffm. plant. umbellif. gen. p. 65. t. 1. f. 1. t. 1. B. f. 25.) Sch.

1161. DONDIA. Umbella capitata. Involucrum hexaphyllum umbellâ longius. Petala integra. Fructus ovati solidi quadricostati, valleculis convexis. Spreng. Prodr. Umb. f. 2.

(ASTRANTIA Epipactis Linn.)

1162. ASTRANTIA. Umbellae fasciculatae. Involucra umbellas aequantia. Fructus oblongi utriculis sulcatis rugosis cincti.

(Lam. Ill. t. 191. Umb. univ. radiis 3-4, part. plurimis. Inv. univ. foliolis ad radios duplicatis, part. Foliolis pluribus lanceolatis patentibus aequalibus coloratis, umbellulâ longioribus. Cal. 5-dentatus. Flosculi plures

cum. Fructus ovatus striatus calyce persistenti coronatus. Synonyma L. cuminoidi subscripsit: Cuminum sylvestre Dodon. p. 300. Matthioli ed. C. Bauh. p. 556. Lobel Ic. p. 743. Gerard emac p. 1067. Umbelliferis affinis Moris. Sect. III. t. 13. f. ult. praeter synonyma a nobis jam T. V. p. 511. allata.) Sch.

abortivi. *Petala erecta, inflexo-bifida. Fructus coronatus, striis asperis.*) Sch.

1163. POZOA. *Umbella simplex. Involucrum umbellâ majus, subcoriaceum, (amplum) dentatum. Petala integra. Fructus prismatico-tetragonus, calycis dentibus coronatus.*

II. TRIBUS.

HYDROCOTYLINAE.

Umbellae imperfectae. Involucru obsoleta aut nulla. Folia cum petiolo confluentia subsimplicia.

1164. HYDROCOTYLE. *Umbellae imperfectae. Fructus raphe dorsoque angustis, hoc tricostato, lateribus compressis, subrotundi, cortice plerumque reticulato-venoso. Folia subrotunda.*

(*Lam. Ill. t. 188. f. 1-5. TRISANTHUS Lour. Confer quoque TRACHYMENEN.*)

1165. SPANANTHE. *Umbella simplex pauciradiata. Involucrum oligophyllum. Fructus ovati solidi glabri, raphe lateribusque contractis, dorso quinquecostato.*

(HYDROCOTYLES quaedam *Linnaei.*)

1166. TRACHYMENE. *Umbella simpliciuscula. Involucrum polyphyllum. Fructus ovatus solidus muriculato-rugulosus dorso rapheque planiusculâ costatus. FISCHERA *) Spreng. Prodr. p. 27. f. 1.*

(*Petala ovato-lanceolata integra. Fructus subglobosus, tuberculatus, scaber. TRACHYMENE Rudge Linn. Trans. X. p. 300. AZORELLA Labillard.) Sch.*

1167. BOLAX. *Umbella nulla aut simplex. Involucrum obsoletum. Fructus ovatus solidus tricostatus, vallecularis lateribusque convexis.*

Plantae exiguae cespitosae rigidae, petiolis post lapsum foliorum incrassatis, resinâ graveolente scatentes. Montibus Americae meridionalis peculiare genus. (AZORELLAE quaedam; MULINA **) *Pers*; SELINA quaedam *Cavan.*; FRAGOSA *Raiz et Pav.* CHAMITIS *Porst.* HYDROCOTYLE *gummifera Lam.*)

*) (Cf. *Sprengel plant. Umbell. Spec.* monet FISCHERIAM *Decand.*, quam nos quoque hoc nomine n. 1076 recepimus, HOLOSTEMMA *Brown* esse: character tamen generis non ex integro convenire videtur.) Sch.

**) (MULINI character generibus: *Umbella simplex. Involucrum polyphyllum. Fructus turgidus ovatus profunde sulcatus, angulis rotundis. Petala lutescentia. Cal. denticulatus. AZORELLAE: Umbella simplex parva. Involucrum e squamis 2-8 embriatis. Cal. 5-dentatus. Pet.*

1168. DRUSA. *Pedunculi* aggregati. *Calyx* indivisus. *Fructus* lateribus compressus, raphe dorsoque angustissimis. *Dorsum* alatum sinuato-dentatum, dentibus glochidatis. *Decand. Ann. Mus. X. p. 410. t. 38. Spreng. Prodr. p. 15. f. 6.*

(Genus ex ipsa auctoris recognitione esse jungendum cum BOWLESIA *Poiret Enc. Suppl. V. p. 579.*) Sch.

1169. BOWLESIA. *Umbella* vix triradiata. *Fructus* ovatus solidus subangulatus pilosus, raphe excavatâ.

(*Umbellae* triflorae, *floribus* sessilibus, *petalis* aequalibus. *Fructus* tetragonus fere pyramidatus. *Semina* pilis brevibus, dorso sulco excavata. *Cal.* minimus, 5-dentatus. *Involucr.* foliolis interdum minimis setaceis. *Stigmata* acuta. *Ruiz et Pav.*) Sch.

III. TRIBUS.

BUPLEURINAE.

Umbellae perfectiores. *Involucra* latiuscula. *Folia* simplicia.

1170. BUPLEURUM. *Involucrum* platyphyllum, umbellam subaequans. *Fructus* ovati s. prismatici, solidi, costis 5 obtusiusculis, raphe excavatâ. *Folia* linearia, lanceolata, oblonga, subrotunda.

(*Obs.* BUPLEURI genus, praeter TENORIAM et ODONTITEM, in duo adhuc alia genera subdivisit argutissimus *Hoffmann plant. umbellif. genera I. p. 112.* Illi 1. BUPLEURUM: *Involucr.* univ. nullum, *part. 5-phylo*, foliolis ovatis acutis subcoadunatis inaequalibus patentibus persistentibus. *Cal.* nulla. *Petala* aequalia involuta integra. *Fructus* ovalis costatus carinatusque stylopodio patelliformi (in juniore duplicato-marginato) integerrimo terminatus. *Semina* ovato-oblonga 5-costata, costis acutis, valleculis bicarinatis evittatis. *Spermapod.* capillare bipartitum. Huc BUPLEURUM *rotundifolium*. 2. DIAPHYLLUM: *Involucr.* univ. et *part. 1-5-phyllum*: foliolis ovatis acutis persistentibus; *petala* inflexa apice, sub stylopodio simpliciter marginato; *semina* oblonga 5-jugata, jugis filis suocenturiatis substructis; valleculae planiusculae aut leniter excavatae ruguloso-striatae. Huc: BUPLEURUM *longifolium, aureum Fisch. H. Gornk., triradiatum Adams.* 3. ISO-PHYLLUM: *Involucr.* univ. et *part. polyphyllum*, foliolis inaequalibus lanceolatis, *petalis* involutis, *seminibus* oblongis cylindricis 5-costatis,

5 ovato-oblonga, obtusa, concava. *Styli* recti *Fructus* subglobosus striatus, calyce persistente coronatus. FRAGOSAE vero: *Cal.* 5-dentatus, dentibus ovatis persistentibus. *Cor.* 5-petala, *petalis* inaequalibus ovatis integerrimis reflexis. *Styli* filiformes, divergentes. *Sem.* 2, ovata, compressa, extus striis 3. *Involucr.* e foliolis 5-8. *Ruiz et Pav.*) Sch.

valleculis univittatis. Huc: BUPLEURUM *petraeum*, *caricifolium*, *falcatum*, *junceum*, *Gerardi?*, *baldense* (Marsch. l. c. *bicaule* Helm.) Inter haec ambigit *B. stellatum*.) Sch.

1171. TENORIA. *Fructus* prismaticus, costis quinque acutis, valleculis acutangulis. *Involucra* oligophylla. *Folia* simplicia. *Caulis* lignosus.

(Huc: BUPLEURUM *arborescens* Thunb., *fruticosum* Linn.; *coriaceum* Ait., *plantagineum* Desfont., *fraticescens* Linn.; *spinosum* Linn., *difforme* Linn.; CRITHMUM *latifolium* Linn.) Sch.

1172. HERMAS. *Fructus* ovalis subcompressus ecostatus utriculo glabro arcte cinctus. *Umbellae* masculae hermaphroditis mixtae. *Involucrum* polyphyllum. *Caulis* lignosus. *Folia* simplicia subtus tomentosa.

(Lam. Illustr. t. 851.)

1173. ODONTITES. *Fructus* ovatus teretiusculus pubescens costatus. *Involucra* polyphylla. *Folia* simplicia.

(Huc: BUPLEURUM *Odontites*, *semicompositum*, *tenuissimum* L.; *procumbens* Desf. — Character generis apud Hoffmann: *Involucrum* univ. et part. 3-5-phyllum, foliolis aequalibus lanceolatis nervosis venosis. *Petala* aequalia ovata inflexa emarginata (antice bifida in *B. Odontite* Jacq.) *Fructus* ovatus subcompressus subangulosus undique verruculosus. *Semina* ovato-oblonga, ovata, 5-angulata vel subcostata, evittata, angulis s. costis a verrucis (distinctis in *lateola*, confluentibus in *tenuissima*) valleculisque obtectis, calycis denticulis styloque brevissimo et stylopodio terminata. *Commissura* inaequalis verrucosa, medio sulcata. *Spermapod.* setaceum subbifidum. Hoffm. Umb. gen. p. 116. T. 1. B. f. X.) Sch.

IV. TRIBUS.

PIMPINELLEAE.

Umbellae perfectae, involucro universalis, interdum et partiali destitutum. *Fructus* ovati solidi quinque-costati. *Rami* virgati. *Folia* composita, decomposita.

1174. PIMPINELLA. *Involucrum* nec universale nec partiale. *Fructus* ovati solidi glabri, costis quinque obtusiusculis, valleculis planiusculis vittatis.

(*Involucr.* univ. et part. nullo. *Cal.* vix notabilis. *Petala* fere aequalia obovata emarginata in lacinulam contracta inflexam, canaliculatam, crenulatam. *Fructus* ovato-subrotundus. *Semina* ovata 5-costata. *Valleculae* subconvexae multivittatae. *Commissura* medio alba subsoluta fasciam longitudinally percursum. *Spermapodoph.* setaceum bifidum. Hoffm. Umb. gen. p. 89. T. 1. A. f. 12. Cls. Hoffmann ab hac genere distinxit PIMPINELLAM *glaucam* Gouan, *dioicam*

Linn., et affines nomine TRINIÆ, cui *involucr. univ.* e foliis longe vaginantibus involucrantibus; *part.* oligophyllum aut deciduum. Flores dioici, masculi *stam.* 5, corollâ longioribus, calyce 5-dentato; feminei *cal.* nullius, staminibus imperfectis, corollâ brevioribus. *Pet.* 5 aequalia ovata lanceolata, apice inflexa, lacinulâ lanceolatâ acutâ. *Stylopod* depressum, stylis crassis, reclinatis, stigmatibus obtusis. *Fructus* subglobosus corticosus. *Semina* ovato subrotunda, jugis 5 costatis turgidis intus canali s. vittâ succenturiatâ perfossis. *Valleculae* 4 acutae, *vittis* 3 simplicibus. *Latuscula* convexa. *Rhaphe* marginata. *Commissura* lateribus utrinque turgida costata, medio utrinque vittata, depressa, fasciâ tendinosâ percursa. *Spermopod.* lato-setaceum compressum bifidum, medio dilatatum. (Etiam flores hermaphroditi.) Sch.

1175. TRAGIUM. *Fructus* ovatus oblongus pubescens villosus subecostatus, raphe planiusculâ. *Invol.* nec universale nec parziale. *Spreng.*

(*Petala* seminaque pubescenti-tomentosa 5-striata, *vittis* dorsalibus numerosis intra convexam valleculam, *commissurae* 2 duplo latiores articulatae, rugulosae. *Hoffm. Umb. gen. p.* 91. T. I. A. f. 22. Huc PIMPINELLA *Tragium, peregrina* L., *aromatica* M. a B. et *Linn.*) Sch.

1176. SESELI. *Involucrum universale* nullum, *partiale* oligophyllum, interdum monophyllum. *Fructus* ovati solidi, costis quinque acutis, valle ulis sulcatis striatis. *Rami* virgati. *Folia* decomposita, foliola angusta.

(SESELI pleraque *Linn.*; SELINUM *podolicum* Bess.)

1177. SISON. *Fructus* ovatus solidus, dorso tricostato, valleculis convexis, latusculis contractis, raphe excavatâ. *Involucra* oligophylla aut nulla. *Folia* varia.

(SISONES plures *Linn.*; PIMPINELLAE *Anisum* L., *capensis* Thunb.; LIGUSTICUM *peregrinum* L.; SMYRNIUM *aureum* et *integerrimum* L.; AEGOPODIUM L.)

(Obs. AEGOPODII *character essent.* apud Hoffmann *gen. Umb. p.* 81.: *Involucr. univ. et part. nullo.* *Cal. nullo.* *Petala* aequalia ovata excisa, lobis parallelis. *Lacinula* brevis inflexa canaliculata acuta. *Fructus* elliptico-ovatus. *Semina* oblonga 5-costata, costis filiformibus, valleculis subconvexis evittatis, *stylopodio* laterali brevicollis stylisque longis deflexis terminata. *Spermopod.* setaceum apice fuscum, fibrillis foveolae insertis.) Sch.

1178. CARUM. *Involucrum* monophyllum; *involucella* nulla. *Fructus* oblongo prismaticus, costis tribus dorsalibus obtusiusculis, valleculis sulcatis striatis, raphe latâ utrinque costatâ.

(*Char. essent.* apud Hoffm. *gen. Umb. p.* 85. *Invol. univ. et part.* saepe nullo. *Cal.* vix denticulatus. *Petala* subaequalia obovato-emarginata, carinato-concava, lacinulâ brevi acutâ in-

flexâ. *Fructus* ovato-ellipticus, stylopodio pulvinato stylisque brevibus reflexis coronatus. *Sem.* lineari-oblonga gibba, 5-costata. *Valleculae* 3-striatae, mediâ striâ vittatâ, exserta longe geniculata. *Spermapod.* setaceum semibifidum) Sch.

1179. **CNIDIUM.** *Involucrum* subnullum, vel monophyllum. *Fructus* ovati solidi, costis acutis quinque acutis subalatis, valleculis sulcatis striatis. *Casson Mém. de la Soc. de Med. à Paris.* 1782. p. 280.

(Huc: *SELINUM Monnieri* L.; *ATHAMANTA chinensis* L.; *LIGUSTICUM pyrenaicum* Gouan s. *SESELI aristatum* Ait.; *PEUCEDANUM Silaus* et *alsaticum* L.; *SMYRNIUM atropurpureum* Lam.)

(*Obs.* Hoffmann *Umb. gen.* 2. ed. I. p. 157., excludendo *PEUCEDANA* et *SELINUM Seguieri* et *sibiricum*, admittendo tamen *CNIDIUM apioides*, characterem generis posuit: *Invol.* univ. et part. polyphyllo. *Cal.* nullo. *Petalis* erectis conniventibus obovatis emarginato-bilobis; laciniâ lineari-canaliculatâ, obtusâ, apiculatâ, conniventibus lobis obiecta. *Fructu* ovato subrotundo alato valleculatoque stylopodio brevi conico stylisque reflexis terminato. *Sem.* 5-costatis, costis subalatis aequalibus. *Valleculis* 4 univittatis. *Commiss.* plana bivittata, vittis margini parallelis. *Spermapod.* capillaceo-setacea bipartito. *ATHAMANTA chinensis*, quae eadem dicitur cum *CNIDIO canadensi*, genus nunc proprium, *CYMOPTERUS*, perhibetur a clo. Raf. Schmalz *Nov. gen. int. Amer.* in *Journ. de Phys.* t. 89. p. 100., affine *LASERPITIO* et *ANGELICAE*, cui: *Flores* polygami masculi, involucris involucellisque. *Cal.* integer, germine pentagono. *Petala* 5 inaequalia, inflexa. *Stamina* 5. *Styli* 2 breves. *Stigmata* acuta. *Semina* plana elliptica obtusa glabra, alis 3-4 membranaceis undulatis, unâ alterâve dorsali, reliquis 2 lateralibus, nervo inter alas. *Flores* masculi in umbellulis exterioribus. — *PEUCEDANUM alsaticum* *OREOSELINIS* potius quam *CNIDIIS* adnumerandum. *PEUCEDANUM Silaus*, *alpestre* sui generis, quod *SILAUS* dico, et *Species*: *SILAUS pratensis* et *alpestris*. *Besser in litt.*) Sch.

1180. **OENANTHE.** *Involucrum* nullum. *Involucella* polyphylla. *Flosculi* saepe radiantes polygami. *Fructus* prismatici, costis quinque acutis vel obtusis, apice calyce pistillisque coronati.

(*OENANTHE* Linn. *PELLANDRIUM aquaticum* Linn. *Lam. Ill.* t. 203. f. 1.)

(*Obs.* *HUANACAE*, a clo. Sprengel cum *OENANTHE* junctae, character genericus apud Cavan. ic. VI. p. 18. t. 508. f. 2. *Cal.* persistens, adhaerens, dentibus 5 minimis. *Petala* lanceolata parva patentia integerrima. *Styli* divergentes, in umbellulis lateralibus nulli. *Fructus* parvi, ovati, acuti, nervis 3 parum prominentibus. *Involucrum* universale diphyllum, tripartitum, laciniis elongatis: *partiale* polyphyllum.) Sch.

1181. **APIUM.** *Involucra* et *involucella* nulla. *Fructus* ovati solidi, costis quinque obtusiusculis, valleculis rapheque planis.

(*Invol. univ.* (nisi a folio involucrate) et *part.* nullo. *Cal.* nullo. *Petala* aequalia subrotunda, lacinulâ brevi obtusâ inflexâ. *Fructus* subrotundus didymus. *Semina* semitota gibba 5-costata. *Valleculae* convexae, 2-5-striatae, vittatae. *Spermapodium* indivisum. *Hoffm.*, qui recte monet differre characterem PETROSELINI, quod confer. *Lam. Ill. t.* 196. *Gaertn. de Fruct.* II. t. 22. f. 9.) Sch.

1182. MEUM *Town.* *Involucrum* nullum. *Involucella* oligophylla. *Fructus* prismatici, costis quinque acutis, valleculis planis, raphe excavatâ.

(Huc: ATHAMANTA *meum* AETHUSA *Bunias* L., PHELLANDRIUM *mutellina*, ANETHUM *Foeniculum* (s. FOENICULUM *Allion. Gaertn. et Hoffm.*), SISON *inundatum.*) Sch.

V. TRIBUS.

SMYRNAEA.

Umbellae. perfectae. *Involucra* plerumque desunt. *Fructus* corticati, solidi aut compressi, utriculati.

1183. SMYRNIUM. *Involucrum* subnullum aut oligophyllum. *Fructus* solidi ovati, cortice nigro tricostato, latuscula ex raphe contracta. *Albumen* involutum.

(SMYRNIA quaedam *Linnaei* et SISON *trifolius Mich. et Willd. Enum.*)

1184. CACHRYS. *Involucra* varia. *Fructus* cortice suberoso fungoso crasso cinctus. *Albumen* involutum.

(Huc: CACHRYS L.; CRITHMUM *maritimum* L.; LASERPITIUM *ferulaeum* L.; *triquetrum Vent.*; TORDYLIUM *peregrinum* L.; RUMIA et KRUBERA *Hoffm.*)

(Obs. Argutissimus *Hoffmann Umb. gen. p.* 176 characterem CACHRYOS nonnisi ex CACHRI *odontalgica* admittit, ut infra in Synthesi datum est: addens: „*Commiss. plana; integumentum exterius crassissimum, fungosum, siccum, aequabile, fragile, candidum, interius tenue spadiceum. Membrana albuminis (epispermium) est sparganophora, multivittata, cum albumine corneo, concavo, involuto vix connata. In CACHR. alata, alpina, maritima? et Libanotide est Involucrum utrumque, cal. nullo, semina angulosa costata vel 5-alata fungosa sicca, membrana albuminis subangulosa sparganophora (hircum redolens in alata), etiam multivittata; commiss. planiuscula. RUMIAE suae est: Involucrum univ. oligophyllum aut nullum; part. foliolis lanceolatis brevibus inaequalibus glabris; cal. dentibus brevissimis acutis, saepe oblitteratis; flores dispaes; pet. aequalia; lacinula dilatata; fructus subrotundus ovatus vel ovalis rugulosus plicatus squamatus; sem. conformia 5-angulata vel costata, costis, valleculisque squamis obiectis vel rugosis; integumentum exterius crassum, corticosum, ruminatum, interius tenue membranaceum sparganophorum, multivittatum. Spermapod. setaceum compressum bipartitum. Spermapodoph. incrassatum nu-*

dum — praeter characteres infra in Synthesi. Huc *CACHRYS taurica* L., *seseloides* et *microcarpa* M. a B. KRUBERAE vero, ad longe aliam in sua Synthesi sectionem spectantis, character praeter characteres infra in Synthesi: *Involucr. univ.* 2 - 3 - 5 - phyllum, *part.* 4 - 5 - phyllum, foliolis brevi lanceolatis marginatis. *Flores* uniformes fertiles, masculi hinc inde sparsi. *Cal.* dentibus ovatis subacutis inaequalibus. *Pet.* subaequalia, erecta, emarginata, lacinulâ inflexâ. *Stam.* longitudine corollae, *antheris* crassis. *Germen* oblongum striato-sulcatum, squamatum crenulatum. *Styli* breves torulosi erecti patuli. *Stigmata* capitata obtusa. *Stylopod.* crenulatum, margine elevatum, collo brevi. *Fruct.* ovalis compressus, raphe effiguratâ costatâ undulatâ, *Latuscula* convexa. *Sem.* sub calyce persistente contracta stylisque reflexis coronata, jugis dorso costatis, margine transversim et abrupte annulato plicatis, 3 dorsalibus compressis, angustioribus, 2 marginalibus obtusis latis convexis annulatis. *Valleculae* valde depressae planae. *Commissura* planissima subfusca medio sulcata. *Spermapod.* subulato-setaceum, bifidum. *Spermapodoph.* firmum, nodosum breve marginatum denticulatum, orbiculatum, radiatim scrobiculatum. Sic in *Umb. gen.* p. 104. *Pag.* 202 vero addit eidem: *Invol.* univ. 1 - phyllum, vel ejus loco foliolum involucreans; *part.* foliolis exterioribus 3 majoribus. *Calycis* dentes 3 exteriores majores. *Pet.* subaequalia glabra obcordata lanceolata inflexa, extus cum stylis rubella. *Lacinula Stylopod.* depressum crenulatum. *Fructus* evittatus, immaturus sulcato-costatus, costis imbricatim crenulatis, spermapodophoro denticulato circumscisso immersus. *Semina* jugis 5 dorso costatis margine transversim et abrupte annulatis. (Huc *TORDYLIUM peregrinum* L.) Sch.

1185. *CORIANDRUM.* *Involucrum* nullum. *Flores* radiantes. *Fructus* globosi vix costati, raphe membranâ obductâ vittatâ. *Albumen* semilunare.

(*Obs.* *Cal.* 5-dentatus. *Pet.* radii biloba, lacinulâ brevi obtusâ. *Stylopod.* breve, conicum. *Fructus* sphaericus, costis 10. *Semina* 5-valleculata undulata, calyce et stylopodio coronata. *Commiss.* excavata membranâ sparganophorâ, vittis 2 semilunatis. *Spermapod.* semibifidum. *Spermapodoph.* fructui adnatum. *Hoffm.* *Umb. gen.* p. 188. praeter character. gener. infra in Synthesi.) Sch.

1186. *BIFORIS* Hoffm. *Involucrum* monophyllum foliaceum. *Flores* aequales. *Fructus* globosi gibberos: in apice raphes pori duo.

(*Albumen* incurvum. *CORIANDRUM testicalatum* Linn.)

(*Obs.* *Inv. part.* nullum. *Cal.* nullo vel marginis rudimentum. *Pet.* obovato emarginata, marginibus reclinatis, lacinulâ brevi obtusâ. *Sem.* corticosa, brevi et oblique rostrata. *Commiss.* excavata apice, utrinque carinâ divisa. *Spermapod.* bipartitum, basi apiceque furcatum. *Spermapodoph.* spermapodio adnatum. *Hoffm.* *Umb. gen.* p. 191. praeter character. gener. infra in Synthesi. Clo. Hoffmann BIFORA.) Sch.

1187. *SILER* Gaertn. *Involucrum* nullum. *Fructus* compressus ovalis, costis novem obtusis, quinis magis prominulis.

(Huc *LASERPITIUM trilobum*, Jacq. *CACHRYS latifolia* Marsch.; *SISON salsus* Linn.)

1188. *CICUTA*. *Involucrum* subnullum. *Fructus* ovati solidi, costis 5, cortice in valleculis prominulo.

(*Obs.* Character genericus *CICUTAE* apud *Hoffmann*, *Umb. gen. p.* 179. praeter characteres in Synthesi: *cal.* dentibus latiusculis; *lacinula* lanceolata subulata; *fructus* didymus calyce stylisque coronatus; *Semina* costis obtusis torulosis corticosis; *valleculae* convexae 4 univittatae; *CRITAMI* vero, qui a clo. *Sprengel* huc ducitur, *Ibid. p.* 184.: *cal.* dentibus minutis; *lacinula* lanceolata incurva acuta; *fructus* subrotundus compressus; *semina* jugis acutis, valleculis depressis, praeter characteres iufra in synthesi.) Sch.

1189. *AETHUSA*. *Involucrum* nullum. *Involucella* dimidiata. *Fructus* ovati soliti, cortex in costas acutas prominulas quinque turgescens.

(*Obs.* *Pet.* inaequalia emarginato-biloba; *fructus* stylopodio brevi sessili stylisque coronatus; *valleculae* acutae 4 univittatae. *Hoffm. Umb. gen. p.* 96. *Lam. Illustr. t.* 196.) Sch.

1190. *PHYSOSPERMUM* *Cuss.* *Involucrum* oligophyllum. *Fructus* obtuse quinquecostati, utriculo laxo globoso vix striato vestiti.

(*LIGUSTICUM cornubiense* *Linn*; *SMYRNIUM cicutarium* *Marsch a Bieb.*) Sch.

(*Obs.* *DANAAE*, seu *PHYS.* *commutati* character gener. apud *Allione pedemont. t.* 63 (ubi involucrum parziale non expressum): *Cal.* subinteger, obsolete 5-dentatus. *Pet.* 5 aequalia, ovata integra, inflexo-emarginata, ungue brevissimo, incurva. *Styli* 3 divergentes. *Fructus* ovato-globosus didymus, ex seminibus 2 subrotundis laevibus nitidis, nucleo arillum suum non ex integro replente. *Umbella* univ. maxima, patens, radiis 15; *partialis* circiter 20. *Invol.* univ. foliolis 6 circiter, lineari-lanceolatis, mucronatis, brevissimis; *partiale* 3-phyllum. *HARNSELERAM* fructu serotiformi inflato, *seminibus* costis capillariibus, valleculis planis distinxit *Lagascia nov. gen. et spec. diagnos. p.* 13.) Sch.

1191. *PLEUROSPERMUM* *Hoffm.* *Involucra* et *involucella* polyphylla. *Fructus* duplici utriculo, externus quinquelobis filis cum interno quinquangularem cohaerens.

(*LIGUSTICUM austriacum* *Linn.* „*Cal.* margo plicatus. *Pet.* obovata explanata lacinula brevi obtusa inflexa; *fructus* ovatus integumento exteriori (Epicarpio) laxo, reticulato celluloso tectus, in juga 5 seminum inflata, plicata, denticulata elevatus; integumentum interius (Endocarpium) laxo cum membranula (Eispermio) albuminis cohaerens, costis 5 membranaceis jugorum cavitati oppositis, opere celluloso (mesocarpio) cum iis connexum. *Valleculae* externae acutae, interne vittis dorsalibus 4, commissuris planiusculis 2. *Spermapodium* filiforme bipartitum.“ *Hoffm. Umb. gen. p.* IX.) Sch.

1192. *HASSELQUISTIA*. *Involucra* varia. *Flores* radiantes. *Fructus* margine compressi plani subrotundi, Cortex

ambitu turgidus dorso costas quinque obtusas exserit. In media umbella fructus difformes naviculares, margine laceri, dorso tristriati.

(Lam. Illustr. t. 193. sub TORDYLIO.)

1193. TORDYLIUM. *Involucra et Involucella varia. Flores subradiantes. Fructus orbiculares, plani, compressi, margine turgido subcrenato.*

(Obs. TORDYLIUM *apulium* ab hoc genere removit cl. Hoffmann nomine CONDYLOCARPI, cui, praeter characteres in Synthesi; *Involucri* foliola umbellulâ breviora; *cal.* 5-dentatus inaequalis minutus persistens; *petala* lacinulâ brevi lanceolatâ; *fructus* ellipticus compressus papulosus, calyce stylopodio circumseisso stylisque coronatus. *Sem.* plana, margine incrassato, discum versus crenulato, vittis in dorso 10-12, in commissurâ 8. *Carina* linearis sulcata. *Spermapod.* setaceum, capillare, bipartitum. *Spermapodoph.* subnudum. *Umb. gen.* p. 203.) Sch.

1194. THYSSELINUM Hoffm. *Involucra et involucella. Fructus plani, cortice in dorsa tres costas obtusas exhibente, raphe planâ.*

(Obs. Huc SELINUM *palustre* et *sylvestre* L. *Charact. genericus* apud Hoffmann praeter illum in Synthesi; *Involucr.* reflexum. *Pet.* subaequalia, ovata, obcordata, emarginato-inflexa. *Lacinula* linearis canaliculata striata obtusa subemarginata. *Fructus* ovatus subrotundus, calyce stylisque brevi depresso stylopodio insidentibus, horizontaliter divergentibus, demum reflexis. *Rhaphe* marginalis acuta integra. *Semina* conformia basi emarginata glabra convexa, costis (3 dorsalibus magis) elevatis torulosus obtusis, margine tenui membranaceo magis pallente. *Valleculae* 4 angustissimae vittatae; vittis 4 simplicibus, latentibus intra membranam nucleum cingentem, obtectis membranâ exteriorē fungosâ subsolutâ illiusque longitudinis. *Latuscula* marginans submembranacea. *Commiss.* plana, medio elevata canaliculata, margine depressa. *Vittae* obtectae 2, dorsalibus similes. *Spermapod.* filiformi setaceum, bipartitum, fibrillis furcatis intra substantiam membranæ exterioris. *Umb. gen.* p. 153.) Sch.

VI. TRIBUS.

CAUCALINAE.

Fructus armati hirti. Involucra oligo- aut polyphylla.

1195. CAUCALIS. *Involucrum subnullum. Involucella indivisa. Flores subradiantes. Fructus oblongi, costis quinque aculeatis, angulis interpositis setosis aut pariter aculeolatis. Albumen convolutum aut semilunare.*

(CAUCALIDES pleraeque Linn. *C. grandiflora* est ORLAYA *grandiflora* Hoffm. et *C. latifolia* est TURGENIA *latifolia* Hoffm.)

(Obs. *Character genericus CAUCALIDIS* apud Hoffmann *Umb.* p. 55,

praeter illum in Synthesi: *Involucr. univ. submonophyllum, part. 3-8. foliolis lanceolatis patulis. Cal. dentibus 2 majoribus lanceolatis exsertis; lacinula brevis cordato-lanceolata. Fruct. ovalis costis setosis. Sem. oblonga ovata, dorso 3-costata, valleculis 4-jugatis, aculeis conjugatis vel connatis, Spermapod. setaceum compressum apice fissum. Spermapodoph. scrobiculatum.* Character genericus ORLAYAE apud illum *ibid. p. 58: Inv. utrumque 5-phyllum, foliolis lanceolatis membranaceis acutis inaequalibus. Cal. dentibus acutissimis setaceis. Pet. radians maximum explanatum bipartitum, lacinula lineari-lanceolata acuta. Fructus seminaque compressa, costis setosis. Commissura plana. Spermapod. setaceum, semibifidum. Spermapodoph. subciliatum.* TURGENIAE vero *ibid. p. 59: Inv. utrumque 3-5 foliolis ovatis latis concavis membranaceis obtusis aequalibus. Cal. dentibus ovatis brevissimis margine ciliatis. Pet. oblique flexa, radians emarginato-bilobum, lacinula obliqua lanceolata, acuta, carinata. Fructus seminaque gibba. Commiss. contracta, medio sulcata, margine denticulata, prope basin coronata canaliculata. Spermapod. setaceum bifidum.) Sch.*

1196. DAUCUS. *Involucrum pinnatifidum, s. pinnatum. Flores subradiantes. Fructus Caucalidis.*

(Obs. DAUCI plerique Linn. DAUCUM muricatum genere sejunxit cl. Hoffmann Umb. gen. p. 64, cui PLATYSPERMUM: *Involucr. univ. pinnatifidum, part. divisum. Pet. fere aequalia, apice lacinulâ inflexâ lanceolatâ. Sem. bifariam setosa, valleculis 4 alatis, aculeis triangulis, apice peltato-glochidatis. Commiss. sulcata. Spermapod. setaceum indivisum; cum in DAUCO (ibid. p. 62): Involucr. utrumque foliolis pinnatifidis incisissimis; cal. minutus; pet. emarginato-biloba, lobis inaequalibus, lacinula obliqua flexuosa carinata. Fructus costis setosis. Sem. dorso 3-costata, bifariam setosa, valleculis 4 jugatis, unifariam aculeatis, aculeolis basi membranâ vittatâ connexis. Spermapod. simplex setaceum.) Sch.*

1197. TORILIS Gaertn. *Involucrum obsoletum. Flores aequales. Fructus ovati, costati, undique setis aculeisve tecti.*

(Huc TORDYLIUM *Anthriscus* Linn. s. CAUCALIS *Anthriscus* Willd.; CAUCALIS *arvensis* Linn.; TORDYLIUM *nodosum* s. CAUCALIS *nodosa* Willd.; SCANDIX *trichosperma* Linn. SCANDIX *infesta* Linn. Clo. Hoffm. TORILIS *invol. univ. 1-5-, part. 5-8-phyllum, foliolis adpressis. Cal. persistens aequalis. Pet. obovato-biloba strigosa, lacinulâ brevi canaliculatâ lanceolatâ. Fruct. ovalis costis valleculisque setis aculeolisque obtectus. Sem. sursum angustata, valleculis vittatis 4, convexis, bi-trifariam aculeis scabris distinctis. Spermapod. filiformi-setaceum, subbifidum. Spermapodoph. ciliatum. Umb. gen. p. 50. Gaertner de Fruct. I. p. 82., cui „TORILIS umbella simplex, involucr. nullo, aut foliolis paucis simplicibus; semina aculeolis absque ordine hispida“ huc quoque SCANDICEM *Anthriscum* et *nodosam* Linn. traxit.) Sch.*

1198. OLIVERIA Vent. *Involucri et involucelli foliola tripartita. Umbellulae fasciculatae involucella aequantes.*

Petala ad basin usque fissa. *Fructus* ovati quinquestriati hispidi.

(*Vent. Hort. Cels. p. 21.*)

1199. *ATHAMANTA*. *Involucra* et *involucella* polyphylla. *Fructus* ovati solidi hispidi aut villosi, costis quinque et vittis latiusculis vallecularum et raphes.

(Huc: *ATHAMANTAE pleraeque Linn*; *CACHRYS panacifolia Vahl*; *BUBON macedonicus L*; *SESELI Turbith L.*; *BUBON tortuosus Desfont. Lam. Ill. t. 194.* Genera inde duo: fructu glabro et villosi, constituit. Sic et *Gaertner* e *LIBANOTIDE* condidit genus proprium: umbellâ compositâ, involucro polyphylo, fructu oblongo tomentoso.) Sch.

(*Obs.* Characteri *ATHAMANTAE* amiciss. *Besser in litt.* addidit: „Vittae vallecularum dorsi 4 epispermii, rarius laterales subgeminæ. Huc, nec ad *LIGUSTICA* spectant *A. condensata Fisch.*, *pyrenaica*; huc *major, Matthioli.* *ATH. alata* quoad semina *SELINO Seguieri* congener. *ATH. rigida Fisch.* media *ATHAMANTAM* inter et *BUBONEM*. Forma fructus, vittae dorsales epispermii *ATHAMANTAE*, commissurales vero vittae et vestitus *BUBONIS*. *ATHAMANTA cervariaefolia* nec hujus tribus, ob epicarpium laxum vix angulatum facile secedens. Costae vix manifestae, valleculis convexiusculis trivittatis, vittis nodulosis; commissura 4-vittata, vittis exterioribus gracilioribus, fasciâ tendinosâ medio latissimâ. *ATH. cretensis* minime *ATHAMANTA.*“) Sch.

1200. *BUBON*. *Involucrum* nullum. Cetera *ATHAMANTAE*.

(Huc: *ATHAMANTHA rigida Horn.*; *SESELI petraeam, dichotomam M. a. Bieb.*; *rigidum Rit.*)

1201. *BUNIAM*. *Involucra* et *involucella* subpolyphylla. *Fructus* ovatus solidus undique muricato-aculeolatus, costis quinque acutis.

(Huc: *BUNIAM aromaticum L.*; *AMMI copticum L.*; *CONIAM rigens Linn.*)

(*Obs.* *Clas. Hoffmann* characterem essentialem generis *BUNII* longe alium posuit (*Umb. 2. ed. l. p. 105*): *invol.* univ. 1-3-, vel, cum *partiali*, polyphylo; *cal.* nullo; *petalis* subaequalibus lato-obcordatis emarginatis, marginibus lacinulâque brevi obtusâ inflexis; *fructu* oblongo elliptico; *stylopodio* convexo stylisque brevibus reflexis adpressis coronato; *seminibus* lineari-ellipticis rectis, basi subiacurvis, costis plicis striisve elevatis utrinque angustioribus marginatis; *valleculis* striato-rugulosis convexis vittâ unicâ latiusculâ brevigeniculatâ rugosâ. *Spermapod.* setaceo bifido. Huc *BUNIAM Bulbocastanum L.*, *flexuosum Smith*, *majus M. a Bieb.* et *alpinum Waldst. Kit.* refert, monens, *BUNIAM acaule* et *peucedanoides M. a B.* cum *B. luteo* nov. spec. alius vel proprii esse generis.) Sch.

1202. *CAPNOPHYLLUM Gaertn.* *Fructus* ovales subcompressi costis tribus muriculato-denticulatis, raphē planâ vittatâ. *Involucra* varia.

(*Obs.* *CONIAM africanum L.* huc spectat. *Lagasca*, qui huc etiam *CONIAM dichotomum Desfont.* (*CACHRI dichotomam Spreng.* nomine

CAPN. *dichotomi*) tulit, characterem generis posuit sequentibus: „Semina aptera, dorso diffusa costis rugoso-scabris, valleculis sulcatis. Cor. flosculosa.” *Gen. et Spec. nov. diagn. p. 13.*) Sch.

VII. TRIBUS.

CANDICINAE.

Fructus pyramidati rostrati. Involucrum nullum.

1203. SCANDIX. *Fructus pyramidatus rostratus quinque-costatus, nucleo dimidiam fructus longitudinem aequante. Involucrum nullum, vel ejus loco folium caulinum.*

(SCANDIX *Pecten* L. etc.; WYLIAE *Hoffm. Hoffmann charact. ess. SCANDICIS* posuit *Umb. gen. p. 24*, praeter characterem in Synthesi: *petalis obovatis, lacinula acuminata inflexa; fructu oblongo costato compresso longissime rostrato; spermapod. setaceo, spermapodoph. appendiculis fulcrato. Ab hoc genere, nomine WYLIAE, removit ib. p. 4.:* SCANDICEM *australem Linn.*, hujus β *Marsch. a Bieb. et grandifloram* sequente characterem: *floribus polygamis, fructu oblongo subcompresso, rostrato; spermapodio setaceo apice fisso, praeter characteres in Synthesi.*) Sch.

1204. MYRRHIS *Moris. Fructus pyramidatus rostratus costis 5 acutis, pistillis coronatus. Involucrum nullum.*

(HUC SCANDIX *odorata Linn.*, CHAEROPHYLLA *plurima L.*; UROSPERMUM *Nuttall. f. CHAEROPHYLLUM Claytoni, BUNIUM majus Gouan. flexuosum Brot., pyrenaeam Loisel.*)

(Obs. Character genericus UROSPERMI apud *Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 192: fructus sublinearis solidus acutangulus caudatus laevis, angulis subsulcatis hispida; commissura sulcata; axis semibifida, stylus subulatus, persistens, terminalis. Inv. univ. nullum. Hoffm. Umb. Gen. 2. I. p. 29. genus MYRRHIDIS ad SCANDICEM odoratam solam restrinxit sequente charact. ess.: Inv. parziale polyphyllum; petala obovata emarginato-biloba; lacinula brevis subulata. Fructus oblongus brevis (cf. 4) rostratus. Semina stylopodio subulato terminata. Spermapod. compressum, setaceum, bifidum.) Sch.*

1205. CHAEROPHYLLUM. *Fructus conicus ecostatus evitatus glaber, rhaphe sulcata. Involucrum subnullum.*

(HUC SCANDIX *Cerefolium L.*; CHAEROPHYLLUM *sylvestre et arborescens L.*)

(Obs. *Hoffm. Umb. gen. I. p. 33. characterem essentialem CHAEROPHYLLI* posuit: *invol. univ. nullis; cal. nulla; petalis subaequalibus excisis bilobis, lacinula brevi inflexa obliqua canaliculati acuta; fructu oblongo costato vittatoque, seminibus valleculis 4; stylopodio conico stylisque terminatis; spermapodio setaceo compresso apice fisso, praeter characteres in Synthesi.*) Sch.

1206. ANTHRISCUS *Pers. Fructus conici muricati, pistillis persistentibus, rhaphe sulcata. Involucrum subnullum.*

(Huc *Scandix Anthriscus* L.; *fumarioides* *Waldst. Kit.*; *CHAEROPH. nemorosum* *M. a Bieb.*; *Scandix nodosa* L.; *Sium hispidum* *Thunb.*)

(*Obs. Hoffmann Umb. 2. I. p. 39.* characterem ANTHRISCI essentialem, praeter genericum in Synthesi posuit: *involucr. part. 3-5-phylo; petalis obovatis obcordatis, lacinulâ inflexâ vel ejus loco apiculâ brevi acutâ; fructu ovato oblongo eocostato evittato brevi rostrato; semine semitereti, terminato in rostrum 5-costatum, stylopodio intercepto stylisque mucitum; Spermopodio setaceo apice fisso; spermadophoro nudo ciliisve munito. In duas genus hocce sectiones dispescit: a: fructibus glabris; spermapodophoro nudo: CEREFOLIUM: huc: CHAEROPHYLLUM *sylvestre*, *Scandix Cerefolium* L.; b. fructibus muricatis, spermapodophoro ciliato: huc: *Scandix Anthriscus* *Linna.*, *Scandix fumarioides* *Waldst. Kit.*, *CHAEROPHYLLUM nemorosum* *M. a Bieb.*) *Sch.**

1207. SCHULTZIA. *Fructus* prismaticus, costis quinque obtusis, stylo persistente coronatus. *Involucrum et involucella* bipinnata subcapillaria.

(*Sison crinitum* *Pall.*)

VIII, TRIBUS.

A M M I N A E.

Involucra et involucella varia. Fructus subovati, costati sulcati.

1208. AMMI. *Involucrum* pinnatum s. pinnatifidum. *Fructus* oblongi, costis quinque obtusis, valleculis convexis.

(Huc *Ammi pleraque* L.; et *Daucus Visnaga*. *Bunium acaule* *M. a Bieb. Lam. Ill. t. 193.*)

1209. CUMINUM. *Involucra* oligophylla. *Fructus* ovato-prismaticus glabriusculus utriculatus septemcostatus, valleculis vittatis.

(*Inv. univ. et part. 2-4-phyllum. Cal. dentibus 5 setaceis. Petala subaequalia erecta oblonga. Lacinula inflexa lanceolata canaliculata acuta. Fructus elliptico-ovatus costatus vittatusque, calyce stylisque coronatus. Semina oblonga, costis 9, vallecularum 4 hispidis vittatis. Spermopod. bifidum setaceum. Hoffm. Umb. II. p. 196. Lam. Ill. t. 194.*) *Sch.*

1210. SIUM. *Fructus* subprismaticus, costis quinque obtusis, valleculis subconvexis. *Involucra* integra.

(Huc: *Sia plurima* L.; *Ligusticum balearicum* L. (*Brignolia* *Bert.*); *Bunium Bulbocastanum* L.; *ferulaefolium* *Desfont.*; *luteum* *Herm.*; *peucedanoides* *M. a Bieb.*; *Sison verticillatum* L.)

(*Obs. Cls. LAMARCK SIUM et SISON uno eodemque genere junxit. Ill. t. 197. Cls. de Vest plurima umbelliferarum genera. Hoffmann*

Umb. gen. 2. 1. p. 109. genere proprio divulsit *SIUM latifolium* L., *Falcaria* L., nomine *DREPANOPHYLLI*, cui apud illum praeter characteres in Synthesi: *flores* steriles masculi et hermaphroditi. *Cal.* dentibus 5 inaequalibus ovatis acutis, 2 majoribus, tertio maximo. *Petala* fere aequalia erecta emarginata excisa, lobis depressis, lacinulâ inflexâ canaliculatâ lineari apice dilatatâ obtusâ subemarginatâ. *Filamenta* filiformia corollâ longiora. *Stylopodium* convexum margine incisum crenulatum, stylis erectis patulis incrassatis. *Stigmata* obtusa capitata. *Fructus* ovatus oblongus costatus valleculeatusque stylopodio margine sinuato-plicato calycis foliolis stylisque reflexis. *Sem.* semi-ovata, lineari-oblonga, superne crassiora costis 5 obtusis, valleculis angustis 4. *Vittae* aequaliter et anguste articulatae, commissurales similes 2. *Spermapod.* setaceum compressum bifidum. „*SIUM lancifolium* M. a *Bieb.*, seminibus satis discedit a simillimo caeterum *DREPANOPHYLLO palustri*, hinc aliud inde genus, *BERULA* dictum, cum *SIO Sisaro*, constituit etc. *Hoffmann* in litt. *SIUM latifolium* et *Falcaria* vix ejusdem generis.“ *Besser* in litt.) Sch.

1211. *CONIUM.* *Fructus* ovati solidi costis quinque obtusis, immaturis crenulatis, valleculis planis. *Involucra* et *involucella*.

(*C. maculatum*, L. *Char. ess.* apud. *Hoffm. Umb. 2. 1. p. 201.* *Inv. univ.* 5-5-phyllum, *part.* 5-phyllum; *pet.* subaequalia emarginata, lacinula brevis. *Fructus* ovato-globosus costatus valleculeatus *stylopodio* intercepto margineque calycis coronatus. *Sem.* costis 5 undulato-crenulatis, valleculis commissurâque multistriatis. *Spermapod.* setaceum, bifidum: praeter characteres in Synthesi.) Seb.

1212. *LIGUSTICUM.* *Fructus* ovato-oblongus, costis 5 acutis, valleculis sulcatis. *Involucrum* et *involucella* varia.

(Huc, praeter *LIGUSTICA* pleraque: *ATHAMANTHA Cervaria* Linn., *Libanotis* β . *Willd.*, *alata* M a *Bieb.*, *multiflora* *Sibth.*; *GINGIDIUM* *Forst.*; *LASERPITIUM verticillatum* *W. K.*, *silafolium* *Jacq.*, *simplex* L., *dauricum* *Jacq.*, *peucedanoides* *Desf.*, *ACIPHYLLA* *Forst.*)

(*Obs.* *GINGIDIUM* *charact. gener.* apud. *Forst. gen. t. 21:* *Cal.* 5-dentatus. *Pet.* lanceolata cordata inflexa. *Fruct.* ovatus, calyce coronatus. *Sem.* striis 4. *Involucr.* utrumque hexaphyllum. (Umbellae inaequales umbellulis depauperatis; flores disci steriles.) *ACIPHYLLAE* vero: *Cal.* dentibus 5 persistentibus; *Sem.* dorso fere trigona. *Invol.* utrumque tri-vel pentaphyllum. *Polygama.*) Sch.

1213. *WALLROTHIA* *Spreng.* *Fructus* ovatus solidus, costis tribus obtusis, valleculis sulcatis. *Involucrum* et *involucella* oligophylla.

(Huc *BUNUM alpinum* *Waldst. Kit.*, *LIGUSTICUM tenuifolium* *Ramond.*)

IX. TRIBUS.

SELINEAE.

Fructus compressi plani, saepe alati. Involucra varia.

1214. SELINUM. *Fructus planissimi ovales, margine alati, costis dorsalibus tribus subprominulis, valleculis rapheque vittatis. Involucra et involucella adsunt.*

(Huc: ATHAMANTA *Oreoselinum* L., FERULA *rablensis* Wulff., BUBON *galbanum et gummiferum* L.)

(Obs. Character SELINI apud Hoffmann Umb. gen. p. 151. e SELINO *Carvifolia* (ANGELICA *Carvifolia* Spreng.), praeter characteres in Synthesi: *Inv. univ.* nullum aut oligophyllum caducum. *Flores* aequales fertiles. *Pet.* erecta, lobis deflexis, apice convergentibus. *Lacinula* brevis inflexa acuta. *Fruct.* subrotundus, subcompressus alato-costatus valleculatusque, stylis longis deflexis. *Sem.* conformia, basi emarginata. *Valleculae* 4. *Spermapod.* bipartitum capillaceo-setaceum, foveolis carinae insertum. MELANOSSELINI p. 156. vero, (quod SELINUM Spreng. omnino): *Invol.* univ. foliolis latis lanceolato-cuneiformibus trifidis, margine membranaceis; *part.* lanceolatis. *Pet.* aequalia inflexo-cordata, *lacinula* brevi lato lanceolata. *Fruct.* ovali-ellipticus pilosus compressus, basi excisus appendiculatus connivens, apice emarginatus in collum contractus, calyce stylisque reectis terminatus, marginibus alatis dentatis. *Rhaphe* axilis. *Sem.* conformia, costis e lata basi acutis striatis, sub quibus alisque latent canales vittis similes, *Alae* marginales reclinatae, basi excisae productae conniventes. *Commissur.* plana, medio carinata, utrinque striata: stria elevata lata nigricante carinae parallelae. *Spermapod.* setaceum bipartitum. Huc SELIN. *decipiens* Willd. OREOSSELINI denique (*ibid.* p. 154.): *Cal.* dentatus. *Pet.* subaequalia patentia emarginato-inflexa, *lacinula* oblique inflexa canaliculata, lanceolata. *Fruct.* obovatus compressus, costatus valleculatusque, late marginatus, calyce stylisque reflexis terminatus. *Rhaphe* marginalis obtusa integra. *Sem.* conformia basi emarginata incrassata, costis filiformibus acutis 2, margini parallelis. *Valleculae* 4 planiusculae, vittis 4, mediis longioribus, basin tamen non attingentibus. *Commiss.* plana a costis marginalibus canaliculata, medio vittis 2 similibus dorsalibus, tenerioribus vix brevioribus fere parallelis, apice convergentibus. *Spermapod.* filiforme setaceum. Huc retulit SELINUM *montanum* Willd. (cum varietate vittis commissurae hinc inde duplicatis), SELIN. *austriacum* Jacq., SELIN. *peucedanoides* Desf. Hort. Gorenk., SELIN. *pyrenaicum* Gouan, SELIN. *Pseudo-Carvifolia* Crantz Hort. Paris., SELIN. *nigricans* Gaud. Hort. Gorenk.; PEUCEDANUM *album* Hollw. Hort. Havn. et Gorenk.; FERULAM *rablensem* Wulff.; SELINUM *elegans* Balb.; a quibus iterum recedere SELINUM *Oreoselinum* M. a Bieb., quod fide specim. H. Gorenk. esse SELIN. *podolicum* Bess.), SELIN. *latifolium* ejusdem., prae omnibus vero SELIN. *caucasicum* ejusd. involucellis triphyllis longis subulatis, *Aethusae* iostar pendulis, *pet.* luteo-albis, seminibus elliptico-subrotundis nigricantibus etc.) Sch.

1215. PEUCEDANUM. *Fructus plani, marginati, non alati,*

costis dorsalibus tribus aut quinque obtusis, valleculis raphesque parallelo - vittatis. *Involucrum* subnullum aut oligophyllum.

(PEUCEDANA pleraque L. HERACLEUM *minimum* Lam. s. *pumilum* Willd.)

1216. HERACLEUM. *Fructus* compressi, membranaceo-marginati, costis tribus dorsalibus obtusis, vallecularum raphesque vittis clavatis. *Flores* subradiantes. *Involucrum* nullum.

(Huc HERACLEA Linn. et Hoffm.; Lam. *Illustr. t.* 200. SPHONDYLIIUM, ZOSIMA, et WENDIA Hoffm.)

Obs. HERACLEI character apud Hoffm. *Umb. gen. p.* 143. ex HERACL. *sibirico?*: *Invol.* utrumque polyphyllum. *Flores* aequales (virescentes). *Cal.* 5-dentatus persistens. *Pet.* oblonga apice contracta, vel exteriora radii paulo majora obcordata emarginata, flexurae angulis productis. *Lacinula* brevis inflexa canaliculata, dilatata, margine undulato crenulata, apiculata vel acuta. *Fructus* ellipticus subrotundus vel obovatus compressus glaber, stylopodio marginato bifido stylisque terminatus. *Sem.* conformia marginata tristriata, 4-vittata, vittis angustioribus valleculis. *Spermapod.* setaceo-filiforme. — SPHONDYLII (quorsum HERACLEA pleraque Linn.) *ibid. p.* 131: *Inv. univ.* caducum, *part.* polyphyllum. *Flores* difformes, dispaes. *Lacinula* brevis uncinata. *Fruct.* compressus ovalis obovatus subrotundus, pilis hirsutus vel scaber. *Sem.* conformia marginata, *stylopodio* undulato stylisque brevibus, dorso 3-striata, *vittis* plerumque vallecularum latitudine incrassatis clavulatis, clavulatis, commissuralibus 2 conjugatis sub angulo acuto. *Spermapod.* filiforme bipartitum. ZOSIMAE (*ibid. p.* 147): *Invol.* persistens. *Flores* conformes, dispaes. *Cal.* incrassatus, 5-dentatus. *Pet.* subaequalia obovata inflexo-emarginata, *lacinula* obliqua lineari. *Fruct.* compressus villosus emarginatus ovato-rotundatus, margine exteriori incrassato, interiori hyalino, *stylopod.* crispo stylisque reflexis terminatus. *Sem.* conformia, 3-striata, *vittis* utrinque acutis. *Commissura* plana bivittata glabra, *vittis* dorsi similibus, parallelis. *Spermapod.* setaceum, bipartitum. Huc HERACL. *absinthifolium* Vent. WENDIAE denique (*ibid. p.* 158): *Inv. univ.* nullum, *part.* obscurum. *Flores* difformes dispaes. *Cal.* denticulis 2 majoribus. *Pet.* inaequalia, exteriora radii maxima, nec non lateralia, lobulo altero triplo quadruplove majori. *Stylopod.* marginato-alatum. *Fruct.* compressus glaber obovatus suborbiculatus, *stylopod.* stylisque longis terminatus. *Sem.* conformia compressa emarginata, dorso 3-striata, *vittis* subaequalibus. *Commissura* plana evittata. *Spermapod.* filiforme bipartitum. Huc HERACL. *longifolium* M. a B. Confer quoque characteres in Synthesi.) Sch.

1217. PASTINACA. *Fructus* ovalis compressus planus marginatus, costis dorsalibus obsolete s. potius striis et vittis interjectis tenuissimis raphes duabus magis conspicuis. *Involucra* nulla, *involucellis* subnullis.

(Lam. *Illustr. t.* 206, Huc: Sium *rigidius* L., SMYRNIUM *nudicaule*

Pursh, FERULAE foeniculacea *Nutt.*, ANETHUM *graveolens* L., MALABALLA *Hoffm.*)

(*Obs.* Character genericus PASTINACAE: *Cal.* nullis. *Flores* hermaphroditi fertiles. *Pet.* aequalia obtusa. *Fruct.* suborbiculatus obovatus compresso-planus, *stylopod.* conico margine undulato. *Sem.* conformia 5-striata, vittis commissuralibus 2 curvatis brevioribus obtusis distantibus. SPERMAPOD. setaceum bifidum. Huc *P. sativa* L. MALABALLAE vero (*ibid.* p. 125.): *Invol.* univ. oligo-part. polyphyllum, foliolis linearibus lanceolatis acutis. *Flores* dispaes, hermaphroditi fertiles, centrales et laterales (umbellae) steriles. *Cal.* denticulis 5 obtusis. *Pet.* 5 aequalia ovata concava integra, in lacinulam producta apice involutam obtusam crenulatam, extus subpilosa. *Stam.* corollâ longiora filiformia. *Antherae* didymae. *Germen* compressum ovatum striatum subpilosum. *Styli* breves erecti firmi. *Stigmata* vix incrassata obtusa glabra. *Stylopod.* complanatum orbiculatum margine subcrenulatum bifidum. *Fruct.* compressus suborbiculatus ovalis stylopodio margine sursum flexo plicato stylisque reflexis. *Sem.* conformia compresso-plana 5-striata, striis dorsalibus in costas quasi elevatis, striis brevioribus, apice emarginata, basi excisa incrassata. *Commissurales* vittae 2, angustiores et breviores dorsalibus, incurvae, attenuatae, apice convergentes. *Latuscula* subconvexa marginans. *Spermapod.* bifidum setaceum: fibrillis furcatis. Huc PASTINACA *graveolens* et *pimpinellifolia* M. a B.) Sch.

1218. COGSWELLIA. *Flores* polygami masculi, involuclis, involuacro nullo. *Hermaphroditi* *Cal.* integer germine compresso. *Pet.* flexa, tenuia. *Semina* plana elliptica integerima vix striata, alâ membranaceâ marginata. LOMATIUM. *Rafinesque* *Schmaltz* nov. Gen. int. Amer. in Journ. de l'Es. t. 89. p. 101.

(Affinis ATHAMANTAE et CYMPTERO.)

Obs. Nomen mutandum, cum jam sit LOMATIA *Rob. Brown.* Diximus in honorem Di I. Cogswell, Noveboracensis Americani, hist. natural. cultoris indefessi. Quoad semina huc tamen potius, quam aliorum.) Sch.

1219. FERULA. *Fructus* compressi plani, margine incrassato, costis dorsalibus tribus obtusis, valleculis rapheque vittatis. *Flores* polygami. *Involucra* et *involucella* varia.

(*Lam. Illustr.* t. 205. *Gaertn.* t. 85. Huc: PEUCEDANUM *sibiricum* Willd., *obtusifolium* Smith., LASERPITIUM *Chironium* L., BUBON *laevigatus* Ait.)

1220. ANGELICA. *Fructus* subcompressi, costis tribus acutis alatis, valleculis sulcatis, margine membranaceo. *Involucrum* nullum.

Lam. Illustr. t. 198. Huc: ANGELICAE pleraeque *Linn.*, IMPERATORIA *palustris* Bess. s. OSTERICUM *Hoffm.*, ATHAMANTA *denudata* Fisch. s. CONIOSELINUM *tataricum* Hoffm., SELINUM *Caroifolia* L., SESELI *pyrenaicum* L.)

(*Obs.* Genus hocce in quatuor alia dispesuit cl. Hoffmann. 1. AN-

ANGELICA, cui (*Umb. Gen. p. 159.*): *Inv. univ.* oligophyllum vel nullum. *Flores* uniformes. *Pet.* aequalia acuta contracta. *Fruct.* obovato-quadrangulus alatus costatus valleculatus, stylis reflexis. *Sem.* conformia, costis approximatis, vittis 4 membranae interiore adnatis, margine alata. *Commissura* plana, carinata, 3-vittata, carinâ elevatâ medio dilatatâ, vittis submarginalibus obtectis. *Spermopod.* setaceo capillare bipartitum. Huc **ANG. sylvestris** L. 2. **ARCHANGELICA**, cui (*ibid. p. 167.*): *Inv. univ.* subnullum, part. polyphyllum. *Flores* dispares. *Cal.* minutus. *Pet.* aequalia. *Fruct.* ovatus turgidus. *Sem.* 3-5 costata, costis solidis fere, marginata, alâ rigidâ. *Commiss.* plana, carinae lateribus parallelis. Huc **ANG. Archangelica** et **atropurpurea**. 3. **OSTERICUM** (*ibid. p. 163.*), cui: *Inv. univ.* oligophyllum. *Flores* dispares. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* aequalia emarginata. *Fructus* ovato-oblongus, costatus valleculatusque, calyce et stylis reflexis coronatus. *Sem.* conformia costis inflatis membranaceis: vittae articulatae latiusculae. *Spermopod.* setaceo-capillare bipartitum. Huc **ANG. pratensis** M. a B. 4. **CONIOSELINUM**, (*ibid. p. 185.*), cui: *Inv. univ.* nullum. *Cal.* nullus. *Pet.* apice in lacinulam acutam canaliculatam incurva. *Sem.* alis 5, dorsalibus approximatis, vallee, et commiss. multiplicato-vittatis, vittis nudis filiformibus inaequalibus. Confer characteres in Synthesi. „**ANGELICA verticillata**, lucida peculiare genus, vel **IMPERATORIAM** respiciunt, vel ad novum genus **CALLISACE** clo. *Fischer* diotum, pertinent. Character huic solentis est membrana sparganophora epispermii, 4 vittis dorsalibus, 2 commissurae marginalibus instructa. Praeterea ab *Angelica* differunt semina magis subrotunda, costis obtusis torulosis, carinae defectu, praeter sulcum pro insertione capillaris spermopodii. Species sunt: *C. dahurica*, *ruthenica*, *Schieverreckii* (**SELINUM** *Hess.* qui minime ad **CALLISACEN** spectare in litt.), cui adnumero, quoad semina: **SELINUM cantabrigense** p. 154. Substantia epicarpium valde friabilis, intra commissuram textura laxa cellulosa.“ (*Hoffm. L. c. p. 170.*) Sch.

1221. **IMPERATORIA**. *Fructus* subrotundi compressi plani, margine late alato, costis tribus obtusis elevatis, valleculis sulcatis. *Involucrum* nullum.

(*Lam. Illustr. t. 199. f. 1.* Huc etiam: **ANGELICA verticillaris**, **SELINUM caucasicum** M. a B., **Chabraei** Jacq., **Seguieri** L. Confer *Observ. ad ANGELICAM*.)

Obs. Ex caractere **ANGELICAE** apud *clm. Lagasca*: „*Fructus* subrotundus. Semina quinque, alata, alae opacae subfungosae, marginales latiores, dorsalis lateralesque primariae marginalibus multo angustiores vel excissae. — Alae marginales latiores ex spatio intercostali laterali juxta costam marginalem primariam prodeunt; at tres reliquae ex costâ dorsali lateralibusque primariis originem ducunt“ plures ex **ANGELICIS** suis **IMPERATORIAE** videntur.) Sch.

1222. **THAPSIA**. *Fructus* angustus parum compressus subecostatus, alis dorsalibus et marginalibus duabus. *Involucrum* nullum.

(*Lam. Ill. t. 206.* Huc **LASERPITIUM thapsoides** *Desfont.*, **polygamum** *Lam.*, **THAPSIUM barbinode** *Nuttall.*)

1223. **LASERPITIUM**. *Fructus* ovalis subcompressus, co-

L PENTANDRIA. DIGYNIA.

stis tribus primariis acutis, secundariis alatis. *Involucra et involucella polyphylla.*

(*Lam. Illustr. t. 199.*)

1224. ARTEDIA. *Fructus oblongi subcompressi, alis marginalibus sinuatis, striis quinque dorsalibus, raphe squamatâ. Flores radiati. Involucra et involucella pinnatifida.*

(*Lam. Illustr. t. 175.*)

Liceat conspectui huic cli. *Sprengel*, ut historia Umbelliferarum, quantum per nos fieri licet, absolvatur, subjungere cli.

G. F. Hoffmann *Synthesin methodicam Umbelliferarum a vittarum situ. **)

I. SEMINA VITTATA:

1. VITTIS EPICARPII:

A. dorsalibus et commissurâ:

a. fructibus costatis jugatis, alatis:

α. costis nudis:

ISOPHYLLUM. *Involucr. utrumque polyphyllum. Pet. involuta. Sem. oblonga 5-costata: vallec. 1-vittatis (raro 2-vittatis).*

DREPANOPHYLLUM. *Involucr. utrumque polyphyllum. Pet. obovata. Sem. oblonga, calyce et stylopod. squamulose coronata, 5-costata: vallec. 1-vittatis.*

CRITAMUS. *Involucr. utrumque polyphyllum. Pet. obcordata. Sem. obovata 5-jugata: vallec. 1-3-vittatis. Vittae commiss. 4-6 intra membranam solutam (plerumque 2, membrana arcte albumini connexa.)*

CICUTA. *Involucr. part. polyphyllum. Pet. obovato-cordata. Sem. ovata, semiglobosa 5-costata, vallec. 1-vittatis. Vittae commiss. 2 intra membranam solutam.*

OENANTHE. *Involucr. part. polyphyllum. Pet. difformia, radiantia, biloba (radii sterilia): lacin. longa subulata. Sem. truncata calyce stylisque coronata, 5-costata: vallec. 1-vittatis. Spermopod. adnatum.*

PELLANDRIUM. *Involucr. part. polyphyllum. Pet. subaequalia obcordata (radii fertilia): lacin. brevi*

*) *Ejusd. Plantt. Umbelliferar. genera etc. ed. nova. Vol. 1. P. 1. II. 8. mesquae. 1816. p. XXV — XXXIV.*

subulata. *Sem.* ovata calyce stylisque coronata, 5-costata: *vallec.* 1-vittatis. *Spermapod.* adnatum.

BUNIUM. *Involucr. part.* polyphyllum. *Pet.* transversim latiora. *Sem.* oblonga 5-costata: costis utrinque striis distincta: *vallec.* 1-vittatis.

CHAEROPHYLLUM. *Involucr. part.* polyphyllum. *Pet.* obcordata. *Sem.* lineari-subulata 5-costata: *vallec.* 1-vittatis.

PETROSELINUM. *Involucr. part.* polyphyllum. *Pet.* ovata: *lacinula* lanceolata acuta. *Sem.* ovata 5-costata: *vallec.* 1-vittatis velatis.

APIUM. *Involucr.* utrumque nullum. *Pet.* subrotunda: *lacin.* obtusa. *Sem.* subrotunda 5-costata: *vallec.* multivittatis.

PIMPINELLA. *Involucr.* utrumque nullum. *Pet.* obovata (glabra): *lacin.* crenulata. *Sem.* ovata 5-costata: *vallec.* multivittatis, commiss. fasciata.

CARUM. *Involucr.* utrumque nullum. *Pet.* obcordata. *Sem.* lineari-oblonga 5-costata: *vallec.* 3-striatis 1-vittatis: *vittis* longe articulatis exsertis.

FOENICULUM. *Involucr.* utrumque nullum. *Pet.* involuta (lutea). *Sem.* ovato-oblonga, 5-costata: *vallec.* 1-vittatis, velatis.

ANETHUM. *Involucr.* utrumque nullum. *Pet.* involuta (lutea). *Sem.* compressa, 3-costata: *vallec.* 1-vittatis.

TRINIA. Flores dioici. *Involucr.* oligophyllum. *Pet.* ovato-lanceolata. *Sem.* subrotunda 5-jugata: jugis perfossis, *vallec.* 1-vittatis.

AETHUSA. *Involucr. part.* dimidiatum pendulum. *Pet.* obcordata scrobiculata. *Sem.* ovata 5-jugata: *vallec.* 1-vittatis.

CNIDIUM. *Involucr.* utrumque polyphyllum deciduum. *Pet.* obovata, emarginato-biloba: *lacinula* conniventibus lobis obtecta. *Sem.* alato-costata: *vallec.* 1-vittatis.

CONIOSELINUM. *Involucr. part.* polyphyllum. *Pet.* obcordata *Sem.* ovalia alato-costata: *vallec.* commissurâque multivittatis.

SELINUM. *Involucr. part.* polyphyllum. *Pet.* obovata emarginata biloba conniventia. *Sem.* 5 alata, alis marginalibus duplo latioribus, *vallec.* 1-vittatis, *vittis* commissur. duplicatis.

OREOSELINUM. *Involucr.* utrumque polyphyllum. *Pet.* obcordata. *Sem.* compressa obovata 3-costata late

marginata, valleculis 1-vittatis: vittis longissimis filiformibus.

β. *costis armatis:*

* *pilosis, villosis:*

MELANOSELINUM. *Involucr.* utrumque polyphyllum. *Cal.* 5-dentatus aristatus. *Pet.* obcordata (longe unguiculata crenulata: *lacinula* obliqua acuminata). *Sem.* compressa, ovali-oblonga, piloso-hispida, 3-costata, late marginata: margine dentato.

TRAGIUM. *Involucr.* utrumque nullum. *Pet. seminaque* pubescenti-tomentosa, 5-costata: *vallec.* multivittatis, vittis commissurae fasciatae latioribus.

CUMINUM. *Involucr.* utrumque oligophyllum. *Cal.* 5-aristatus. *Pet. seminaque* oblonga (posteriora hispidula 9-costata): *costis* valleculis 4, 1-vittatis.

** *setosis, glochidatis:*

DAUCUS. *Involucr.* utrumque polyphyllum pinnatifidum. *Cal.* 5-dentatus. *Pet.* inaequaliter biloba. *Sem.* ovata 5-costata: *vallec.* aculeis basi membranâ vittatâ connexis.

TORILIS. *Involucr.* utrumque polyphyllum integrum. *Cal.* 5-dentatus. *Pet.* obcordata strigosa. *Sem.* ovata 5-costata hispida: valleculis aculeatis, 1-vittatis.

CAUCALIS. *Involucr. part.* polyphyllum. *Cal.* 5-dentatus. *Pet.* inaequalia emarginato-biloba. *Sem.* ovata 5-costata: *vallec.* jugatis bifariam aculeatis, 1-vittatis.

TURGENIA. *Involucr.* utrumque polyphyllum. *Cal.* 5-dentatus. *Pet.* inaequalia emarginato-biloba. *Sem.* oblonga 7-jugata: jugis alterne unifariam bifariamque aculeatis.

ORLAYA. *Involucr.* utrumque polyphyllum. *Cal.* 5-setosus. *Pet.* radiantia maxima bifida. *Sem.* ovata complanata tricostata, *vallec.* trifariam aculeatis, 1-vittatis.

PLATYSPERMUM. *Involucr.* utrumque polyphyllum. *Pet.* ovata aequalia. *Sem.* ovata 5-costata: *vallec.* aculeis basi connatis evittatis, commissura 2-costata, 2-vittata.

b. *Fructibus ecostatis:*

a. *compressis nudis:*

MALABAILA. *Involucr. part.* dimidiatum. *Pet.* involuta (lutea). *Sem.* compressa, dorso 4-vittata, vittis exterioribus crassioribus utrinque acutis.

PASTINACA. *Involucr.* utrumque nullum. *Pet.* invo-

Iuta (lutea). *Sem.* compressa, dorso 4-vittata: vittis omnibus aequalibus acutis.

HERACLEUM. *Involucr.* utrumque. *Pet.* aequalia (lutescentia), lacinula crenulata. *Sem.* compressa, dorso 4-vittata: vittis clavulatis, commissuralibus apice distantibus.

β. *compressis armatis:*

SPHONDYLIIUM. *Involucr.* utrumque. *Pet.* radiantia, bifida: lacinula integra acuta. *Sem.* compressa, (vestita) dorso 4-vittata: vittis clavatis: commissuralibus apice conniventibus.

ZOSIMA. *Involucr.* utrumque polyphyllum. *Pet.* obcordata: lacinula acuta, involuta. *Sem.* compressa, villosa, margine incrassata, dorso 4-vittata: vittis lomentaceis utrinque tecta, conniventibus.

TORDYLIUM. *Involucr.* utrumque polyphyllum. *Pet.* radiantia bifida. *Sem.* compressa, margine incrassato-tuberculata, strigosa, dorso 4-vittata, vittis filiformibus.

CONDYLOCARPUS. *Involucr.* oligophyllum. *Pet.* radiantia, maxima, bifida. *Sem.* compressa, margine nodulosa glabra, dorso commissurâque multivittata.

B. *Vittis epicarpii dorsalibus, nec commissurae:*

WENDIA. *Involucr.* utrumque nullae. *Pet.* radiantia bipartita. *Sem.* compressa glabra, dorso 4-vittata: vittis clavatis brevibus, commiss. nullis.

C. *Vittis epicarpii commissuralibus nec dorsi:*

CORIANDRUM. *Involucr.* univ. nullum, part. subtriphyllum dimidiatum. *Pet.* radiantia biloba. *Sem.* hemisphaerica, dorso 4-costata evittata, commissura 2-vittata.

2. VITTIS EPISPERMII seu membranae sparganophorae: *)

a. *Fructibus costatis jugatis alatis compressis:*

α. *costis nudis:*

THYSSELINUM. *Involucr.* utrumque polyphyllum. *Cal.* 5-dentatus. *Pet.* obcordata patula. *Sem.* ovata compressa marginata 5-costata, membranâ sparganophorâ 6-vittatâ, vittis commissurae a margine distantibus.

CALLISACE. *Involucr.* utrumque polyphyllum. *Sem.*

*) Membrana sub exteriori epi- vel endocarpio occulta, saepe subsoluta, vittata, dicitur sparganophora.

subrotunda compressa marginata 5-costata, membranâ sparganophorâ 6-vittatâ: vittis commissurae marginalibus.

ANGELICA. *Involucr. part. polyphyllum. Cal. nullus. Pet. obovata inflexa. Sem. compressa subquadrangula alata, 3-costata, membranâ sparganophorâ 6-vittatâ: vittis commissurae margini approximatis.*

ARCHANGELICA. *Involucr. part. dimidiatum. Cal. 5 dentatus. Pet. ovato-lanceolata inflexa acuta. Sem. corticoseo fungosa turgida, subcompressa, marginata, 3-costata, membranâ sparganophorâ multi-(6) vittatâ.*

β. costis utriculatis:

OSTERICUM. *Involucr. part. polyphyllum. Cal. 5-phyllum. Pet. obcordata inflexa in lacinulam obtusam. Sem. membranaceo-cellulosa subcompressa marginata 5-costata: costis inflatis, membranâ sparganophorâ 6-vittatâ.*

PLEUROSPERMUM. *Involucr. univ. et part. polyphyllum. Cal. 5-dentatus. Pet. ovata, apice brevi obtuso inflexa. Sem. reticulato-fungosa ovata 5-jugata, jugis inflatis denticulatis, membranâ sparganophorâ 6-vel duplicato-vittata.*

b. Fructibus ecostatis:

a. nudis:

CACHRYS. *Involucr. utrumque nullum. Cal. nullus. Pet. ovato-lanceolata acuta. Sem. obovato-oblonga, teretia, laevia, fungosa, membranâ sparganophorâ multivittata.*

β. rugosis:

RUMIA. *Involucr. part. 3-8-phyllum. Cal. 5-dentatus. Pet. ovata, incurva, lacinulâ brevi crenulatâ. Sem. ovata, carnosâ, rugosa, squamosa, membr. sparganoph. multivittata.*

γ. armatis, aculeatis:

SANICULA. *Involucr. utrumque polyphyllum. Cal. 5-dentatus. Pet. erecta obcordata semiinflexa in lacinulam longe lanceolatam. Sem. ovata aculeolis hamatis tecta, membr. sparganoph. multivittata.*

II. SEMINA EVITTATA.

*a. fructibus costatis jugatis:**a. costis nudis;*

BUPLEURUM. *Involucr. univ.* nullum, *part.* 5-phyllum. *Pet.* involuta. *Sem.* ovato-oblonga, 5-costata: vallec. 2-carinatis evittatis.

DIAPHYLLUM. *Involucr.* utrumque. *Pet.* involuta. *Sem.* oblonga 5-jugata: vallec. ruguloso-striatis, evittatis.

DONDIA. Polygama. *Involucra* subpentaphylla, umbellis longiora. *Pet.* erecta, calyce 5-fido duplo longiora, obovata emarginata: lacinula lato-lanceolata. *Sem.* ovata, hinc gibba, 3-5-costata: vallec. convexis rugulosis evittatis.

CONIUM. *Involucr. part.* dimidiatum, 3-phyllum, conatum. *Cal.* nullus. *Pet.* obcordata: lacinula obtusa. *Sem.* ovata 5-costata: costis crenulatis, vallec. striatis evittatis.

KRUBERA. *Involucr.* utrumque polyphyllum. *Cal.* 5-dentatus. *Pet.* obovata: lacinula acuta. *Sem.* ovalia compressa, 5-costata: costis marginalibus incrassatis obtusis annulatis, vallec. evittatis.

AEGOPODIUM. Polygama. *Involucr.* utrumque nullum. *Pet.* aequalia obovata excisa: lacinula brevis acuta. *Sem.* oblonga 5-costata, stylopod. laterali coronata, vallec. evittatis.

β. costis armatis, rostratis:

MYRRHIS. Polygama. *Involucr. univ.* nullum, *part.* 5-phyllum, fol. integris. *Pet.* inaequalia. *Sem.* brevi (1/4) rostrata, 5-jugata, vallec. evittatis.

WYLIA. *Involucr. univ.* submonophyllum, *part.* 5-phyllum: foliolis integris. *Cal.* 5-dentatus. *Pet.* inaequalia radiantia. *Fractus* longe rostratus, evittatus, rostri valvulis fructui parallelis.

SCANDIX. *Involucr. univ.* nullum, *part.* polyphyllum: foliolis incisissimis, pinnatifidis. *Cal.* nullus. *Pet.* subaequalia. *Fractus* longe rostratus, evittatus: rostri valvulis fructui contrariis.

ANTHRISCUS. *Involucr. univ.* nullum, *part.* 5-5-phyllum: foliolis integris. *Cal.* nullus. *Pet.* subaequalia, plana. *Sem.* oblonga, subulata, evittata: rostro brevi costato.

γ. costis utriculatis:

ASTRANTIA. Polygama. *Involucr. univ.* oligophyllum,

part. polyphyllum, radians, umbellâ longius. *Cal.* 5 phyllus. *Pet.* erecta aequalia, ad dimidium inflexa; *lacinula* apice tricuspida. *Sem.* oblonga, 5-costata evittata: costis utriculatis denticulatis rugosis.

b. *Fructibus ecostatis verruculosis:*

ODONTITES. *Involucr.* utrumque. *Cal.* denticulatus. *Pet.* involuta. *Sem.* ovata, verruculosa evittata.

a. *Fructibus didymis:*

BIFORA. *Involucr.* utrumque submonophyllum. *Cal.* nullus. *Pet.* aequalia. *Fructus* didymus rugulosus. *Sem.* globosa evittata, intra commissuram biforata.

Addenda adhuc, nequid in editione *Syst. Veg. Linn.* desit, PRISCA CLAVIS LINNAEANA ad Familiam UMBELLATARUM, ut rectius genera antiqua *Linnaei* intelligantur.

A. *Involucro universali partialique: **)

ERYNGIUM. *Fl.* capitati. *Recept.* paleaceum.

HYDROCOTYLE. *Fl.* subumbellati fertiles. *Sem.* compressa. — *Umbella* simplex involucro 4-phylo. *Pet.* integra. *Sem.* semiorbiculato-compressa.

AZORELLA. *Fl.* subumbellati fertiles. *Sem.* subglobosa tridentata sulcata. — *Pet.* 5 ovato-oblonga obtusa. *Fructus* subglobosus striatus calyce persistenti coronatus. *Involucram* 3-5-phyllum. *Umbella* simplex.

SANICULA. *Fl.* subumbellati abortivi. *Sem.* muricata. — *Umbellae* confertae subcapitatae. *Fructus* scaber. *Flores* disci abortientes.

ASTRANTIA. *Fl.* umbellati abortivi. *Invol.* colorata. *Sem.* rugosa. — *Involucra* partialia lanceolata patentia aequalia longiora colorata. *Flores* plurimi abortientes.

HERACLEUM. *Fl.* radiati abortivi. *Invol.* deciduum. *Sem.* mem-

*) In *Syst. Veg.* ed. XV. huic sectioni adhuc subjuneta saepe: VAHLIA, PHYLLIS, COPROSMA, CUSSONIA; Willdenow in *Spec. T.* I. p. 735 non nisi PHYLLIDEM subjunxit, et CUSSONIAM. — Primo characterem clavis, dein genericum e *Spec. Plant.*, lineolâ distinctum (—); exhibuimus, si alteruter diversus.

- branacea. — *Fractus* ellipticus emarginatus compressus striatus marginatus. *Cor.* difformis, inflexo-emarginata. *Involucrum* caducum.
- OENANTHE. *Fl.* radiati abortivi radio. *Invol.* simplex. *Sem.* coronata sessilia. — *Flosculi* difformes, in disco sessiles steriles. *Fractus* calyce et pistillo coronatus.
- ECHINOPHORA. *Fl.* radiati abortivi. *Invol.* simplex. *Sem.* sessilia. — *Flores* laterales masculi, centrali hermaphrodito. *Sem.* 1 involucello immersum.
- CAUCALIS. *Fl.* radiati abortivi. *Invol.* simplex. *Sem.* muricata. — *Cor.* radiatae, disci masculae. *Petala* inflexo emarginata. *Fractus* setis hispidus. *Involucra* integra.
- ARTEDIA. *Fl.* radiati abortivi. *Invol.* pinnatum. *Sem.* margine crenis foliaceis. — *Involucra* pinnatifida. *Flosculi* disci masculi. *Fractus* squamis hispidus.
- DAUCUS. *Fl.* radiati abortivi. *Invol.* pinnatum. *Sem.* hispida. — *Cor.* subradiatae. *Flosculi* disci abortivi. *Fractus* pilis hispidus.
- TORDYLIUM. *Fl.* radiati fertiles. *Invol.* simplex. *Sem.* margine crenata. — *Cor.* radiatae, omnes hermaphroditae. *Fractus* suborbiculatus margine crenatus. *Involucra* longa indivisa.
- LASERPITIUM. *Fl.* flosculosi abortivi. *Pet.* cordata. *Sem.* 4-alata. — *Fractus* oblongus, angulis membranaceis. *Pet.* inflexa emarginata patentia.
- PEUCEDANUM. *Fl.* flosculosi abortivi. *Invol.* simplex. *Sem.* depressa, striata. — *Fractus* ovatus utrinque striatus ala cinctus. *Involucra* brevissima.
- AMMI. *Fl.* flosculosi fertiles. *Invol.* pinnatum. *Sem.* gibba laevia. — *Involucra* pinnatifida. *Cor.* radiatae omnes hermaphroditae. *Fractus* laevis.
- HASSELQUISTIA. *Fl.* flosculosi fertiles. *Pet.* cordata. *Sem.* radii plana, disci urceolata. — *Cor.* radiatae, disci masculae. *Sem.* ambitus geminata, margine crenata, disci solitaria, urceolata, hemisphaerica.
- CONIUM. *Fl.* floscul. fertiles. *Pet.* cordata. *Sem.* gibba costato-sulcata. *Involucella* dimidiata — subtriphylia. *Fractus* subglobosus 5-striatus utrinque crenatus.
- EXOACANTHA. *Fl.* floscul. fertiles. *Pet.* cordata. *Sem.* ovata striata. *Involucrum* et *involucella* spinosa. — *Involucrum* spinosum. *Involucella* dimidiata. *Flores* omnes

hermaphroditi aequales. *Semina* 2 ovata striata inde plana.

BUNIUM. *Flor. flosc. fert. Petala cordata. Involucella setacea. — Cor. uniformis. Umbella conferta. Fructus ovati.*

ATHAMANTA. *Fl. flosc. fert. Pet. cordata. Sem. convexa striata. — Fructus ovato-oblongus striatus. Pet. inflexa emarginata.*

BUPLEURUM. *Fl. flosc. fert. Pet. involuta. Plerisque folia indivisa seu Involucella petaliformia. — Involucra umbellulae majora 5-phylla. Petala involuta. Fructus subrotundus compressus striatus.*

SIUM. *Fl. flosc. fert. Pet. cordata. Sem. subovata striata. Involucrum polyphyllum.*

SELINUM. *Fl. flosc. fert. Pet. cordata. Sem. depressa striata. — Fructus ovali-oblongus, compresso-planus, in medio striatus. Involucrum reflexum. Petala cordata aequalia.*

CUMINUM. *Fl. flosc. fert. Pet. cordata. Umb. 4-fida. Involucell. setacea longissima. — Fructus ovatus striatus. Umbellulae 4. Involucra 4-fida.*

FERULA. *Fl. flosc. fert. Pet. cordata. Sem. plana. — Fructus ovalis compresso-planus, striis utrinque 3.*

CRITHMUM. *Fl. flosc. fert. Pet. planiuscula. Invol. horizontale. — Fructus ovalis compressus. Flosculi aequales.*

BUBON. *Fl. flosc. fert. Pet. planiusc. Invol. 5-phyllum. — Fructus ovatus striatus villosus.*

CACHRYS. *Fl. flosc. fert. Pet. planiusc. Sem. cortice suberoso. — Fructus subovatus angulatus suberoso-corticatus.*

LIGUSTICUM. *Fl. flosc. fert. Pet. involuta. Invol. membranacea. — Fructus oblongus, utrinque 5-sulcatus. Corollae aequales, petalis involutis integris.*

ANGELICA. *Fl. flosc. fert. Pet. planiusc. Umbellulae globosae. — Fructus subrotundus angulatus solidus, stylis reflexis, Corollae aequales, petalis incurvis.*

SISON. *Flor. flosc. fert. Pet. planiusc. Umbell. depauperata. — Fructus ovatus striatus. Involucra sub-4-phylla.*

B. *Involucris partialibus: universali nullo:*

- AETHUSA.** *Fl.* subradiati fertiles. *Involucella* dimidiata. — 3-
phylla pendula. *Fractus* striatus.
- CORIANDRUM.** *Fl.* radiati abortivi. *Fr.* subglobosi. — *Cor.*
radiata. *Pet.* inflexo-emarginata, *Inv. univ.* 1-phyllum,
partialia dimidiata. *Fractus* sphaericus.
- SCANDIX.** *Fl.* radiat. abort. *Fr.* oblongi. — *Cor.* radiata.
Fractus subulatus. *Petala* emarginata. *Flosculi* disci
saepius masculi.
- CHAEROPHYLLUM.** *Fl.* floscul. abort. *Involucra* 5-phylla. S. V.
Fr. subglobosi *Spec. Pl.* — *Involucr.* reflexum con-
cavum. *Pet.* inflexo cordata. *Fractus* oblongus laevis.
- PELLANDRIUM.** *Fl.* floscul. fert. *Fr.* coronati. — *Flosculi*
disci minores. *Fractus* ovatus laevis coronatus perian-
thio et pistillo.
- IMPERATORIA.** *Fl.* flosc. fert. *Umbella* expanso-plana. — *Fruc-*
tus subrotundus compressus medio gibbus, margine
cinctus. *Petala* inflexo-emarginata.
- SESELI.** *Fl.* flosc. fert. *Umbell.* rigidula. — *Umbellae* globo-
sae. *Involucr.* foliolo uno alterove. *Fractus* ovatus,
striatus.
- CICUTA.** *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiuscula. — *Fractus* subo-
vatus sulcatus.

† **BUPLEURUM** *rotundifolium.* **APIUM** *Petroselinum et Anicum.*

C. *Involuere nullo, nec universali nec partialibus:*

- SMYRNIUM.** *Flor.* flosculosi abortivi. *Sem.* reniformia angulata.
— *Fractus* oblongus striatus. *Petala* acuminata carinata.
- CARUM.** *Fl.* flosculosi abortivi. *Sem.* gibba, striata. — *Fruc-*
tus ovato-oblongus, striatus. *Involucr.* 1-phyllum.
Pet. carinata, inflexo-emarginata.
- THAPSIA.** *Fl.* floscul. fert. *Sem.* membranaceo-alata emarginata.
— *Fractus* oblongus membranâ cinctus.
- PASTINACA.** *Fl.* floscul. fert. (in medio abortivi). *Sem.* depresso-
plana. — *Fractus* ellipticus compresso-planus.
Petala involuta, integra.
- ANETHUM.** *Fl.* floscul. fert. *Sem.* marginata striata. — *Fruc-*
tus subovatus compressus striatus. *Petala* involuta in-
tegra.

AEGOPODIUM. *Fl.* floscul. fert. *Sem.* gibba striata. *Pet.* cor.
data. — *Fructus* ovato-oblongus striatus.

APIUM. *Fl.* floscul. fert. *Sem.* minuta striata. *Pet.* inflexa.
— *Fructus* ovatus striatus. *Involucr.* 1-phyllum. *Peta-
tala* aequalia.

PIMPINELLA. *Fl.* floscul. fert. *Umb.* ante florescentiam nutantes.
Pet. cordata. *Fructus* ovato-oblongus. *Petala* in-
fera. *Stigm.* subglobosa.) Sch.

TRIGYNIA.

a. Floribus superis:

1225. VIBURNUM. *Cal.* brevis, adhaerens, 5-dentatus, saepe basi bracteatus. *Cor.* 5-loba, lobis patentibus s. reflexis. *Filamenta* basi corollae inserta. *Stigmata* 3 sessilia. *Bacca* rotundata s. oblonga, *semine* unico ovato s. rotundato, perispermate cartilagineo. *Lam. Ill. t.* 211.

Familia CAPRIFOLIORUM.

Obs. Genera inde tria: TINUM, calyce 5-partito, stigmate 1, antro corticoso (quorsum V. *Tinus*). OPULUM, calyce 5-dentato, stigmatibus 3, antro pomo (quorsum V. *Opulus*), et VIBURNUM, calyce *Tini*, stigmatibus *Opuli*, drupâ, distinxit apud *Römer Arch. I. p.* 20 div. *Borkhausen.*

1226. SAMBUCUS. *Cal.* dentibus 5 minimis. *Cor.* rotata, laciniis 5 obtusis patentibus vel reflexis. *Styl.* nullus. *Stigmata* 3, minima, obtusa. *Bacca* globosa, unilocularis, seminibus 3 rugosis, altero latere angulosis. *Lam. Ill. t.* 211.

Familia CAPRIFOLIORUM.

1127. TRISECUS. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Caps.* trilocularis loculis monospermis. *Reliqu.* *Willd. MS.*

1228. GRISELINIA. *Polygama. Hermaphroditi Cal.* 5-dentatus, minimus. *Cor.* et *Stam.* jam decidua. *Styli* 3 cylindrici, brevissimi, stigmatibus simplicibus. *Germen* an monospermum? *Masculi cal.* ut in hermaphrodito. *Petala* 5 lanceolata, horizontaliter patentia. *Filamenta* 5 subulata. *Antherae* subrotundae. *Forst. Prodr. p.* 75. SCOPOLIA *Forst. charact. gen. p.* 70. *Lam. Ill. t.* 860.

Obs. *Gmelin* in *S. V. p.* 498 huc adhuc retulit CURTISIAM *Cal.* 5-fido, *Pet.* 5, *Nect.* glandulâ annulari subtrilobâ, *Caps.* 3 approximatis 1-locularibus, 1-spermis. Hanc CURTISIAM *Schreberi* dixit; sed CURTISIA *Schreb.* est alius *Classis: IV. CURTISIA Schreb. gen. pl. I. p.* 199. n. 508. in libri *Supplemento OCHROXYLUM* dicitur. *Characterem generis* *cls. Martius* in *Denkschriften d. H. Akad. d. Wiss. z. München 1816-17. p.* 151. t. A. posuit: *Cal.* 5-fido, *Cor.* 5-petalâ, *Nectario* annulari subtrilobo demum elevato, *Caps.* 3, unilocularibus, *nectario* insidentibus. *Speciem unicam: O. punctatum l. c.* describit ex *Herb. Schreb. cls. Martius l. c.:* „Arbor aut frutex. *Rami* teretes, cortice purpurascenti-fusco, aculeis sparsis subgeminisve, paulo curvis nitidisque. *Folia* petiolata alterna oblonga obtusiuscula integerrima, basi paulum attenuata, utrinque glabra, glandulis pellucidis punctata, 2 poll. et majora. *Petioli* semiunguem circiter longi, glabri, supra sulco exarati. *Flores* in ramis ramulisque terminales, in paniculas corymbosas, quam folia breviores, conferti, magnitudine RHAMNI *Alaterni l.* vel potius paulo minores. *Cor.* clausa globosa, colore ut videtur albido-flavescente. In nonnullis floribus *germen* unicum *nectario*

elevato. Fructus capsularis videtur. Cortex et lignum coloris pallide flavi *Santalum* redolent. In Insula St. Joannis. BRUNELIAE genus ill. *Humboldt* huic proximum videtur. Fructus ignotus in OCHROXYLO, hinc adhuc dubium genus.

b. *Floribus inferis:*

1229. SEMECARPUS. *Polygama dioica*. Cal. inferus campanulatus semiquinquefidus, laciniis cordatis acutis. Petala 5, lanceolata, marginata, obtusa, calyce majora. Styli recurvati, stigmatibus clavato-retusis. Drupa (Receptaculum *Roxb.*) cordato-oblonga, compressiuscula, inaequalis, glabra, pulpâ cellulosa succosâ, nuce reniformi tegmine duplici. ANAGARDIUM *Lam. Enc. l. p. 139. Illustr. t. 208.*

1230. RHUS. Cal. parvus, laciniis 5 persistentibus. Petala 5 brevia, ovata, recta, subpatentia. Styli 3 brevissimi, subinde nulli, stigmatibus 3 brevibus. Bacca parva, unilocularis, semine uno, tribusve, osseo, subgloboso. *Lam. Ill. t. 207.*

Familia TEREBINTHACEARUM.

1231. CASSINE. Cal. 5-partitus minimus obtusus persistens. Cor. 5-partita (raro 4-partita) ad basin fere usque (hinc pentapetala in *Syst. Veg.*) laciniis subovatis, obtusis, calyce majoribus, patentibus. Styl. nullus, stigmata 3, reflexa, obtusa. Bacca subrotunda, trilocularis, stigmatibus umbilicata. Semina subovata, unicum in loculo singulo. *Lam. Ill. t. 130.*

Genus CELASTRO maxime affine. Familia RHAMNOIDEARUM.

1232. SAGONEA. Cal. 5-partitus, laciniis oblongis acutis. Cor. campanulata, lobis brevibus rotundatis acutis. Stamina basi corollae inserta, antheris semilunatis, utrinque sulcatis. Styli tres stigmatibus capitato. Caps. trigona, trilocularis, circumscissa, seminibus numerosis receptaculo trigono affixis. *Lam. Ill. t. 212.*

REICHELIA *Schreb.* Familia CONVULVULORUM, similis HYDROLEAE.

1233. SPATHELIA. Cal. foliolis 5 ovatis coloratis. Petala 5 oblonga, aequalia. Filamenta dilatata basi villosa. Styl. nullus. Stigmata brevia. Caps. oblonga, triquetra, angulis alata, trilocularis, trisperma, semine in loculo singulo oblongo triquetra. *Lam. Ill. t. 209.*

Familia TEREBINTHACEARUM.

1234. STACKHOUSIA. Cal. dentibus 5 profundis. Pet. 5 unguibus coalita. Styli 3 vel stylus tri- (rarius quadri-) par-

titus. *Caps.* tri- (rarius quadri-) cocca, loculis 1-2-spermis. *Labillard. nov. Holl.* I. p. 77. t. 104.

Cal. 5-partitus. *Pet.* 5, unguibus coalita. *Caps.* tricocca loculis monospermis. *Smith. Linn. Trans.* IV. p. 218. *Famil. Terebinthacearum* vel ROSACEARUM.

1235. STAPHYLEA. *Cal.* 5-partitus, coloratus, laciniis concavis subrotundis, basi disco urceolato. *Pet.* 5 recta, oblonga, similia calyci. *Styli* 2-3, stigmatibus approximatis. *Capsulae* 2-3, membranaceae, inflatae, basi subcoalitae, intus dehiscentes, seminibus 2 osseis globosis basi truncatis cicatratis. *Lam. Ill. t.* 210.

Familia RHAMNACEARUM.

1236. TAMARIX. *Cal.* 5-partitus, laciniis rectis obtusis persistentibus, calyce dimidio brevioribus. *Petala* 5, ovata obtusa concava. *Stam.* 5-10, subinde monadelphae. *Styl.* nullus. *Stigmata* 3, oblonga, revoluta plumosa. *Caps.* oblonga, triangularis, acuminata, unilocularis, trivalvis. *Semina* parva lanata valvularum medio adhaerentia. *Lam. Ill. t.* 213.

Familia PORTULACEARUM.

1237. TURNERA. *Cal.* tubulosus, infundibuliformis, caducus, tubo elongato cylindrico-anguloso, limbi laciniis 5 rectis lanceolatis longitudine tubi (exterior diphyllus). *Pet.* 5, obcordata, plana, acuminata, patentia, calyci inserta, ut *stamina*. *Antherae* ovatae. *Germen* conicum. *Styli* filiformes *stigmatibus* multifido-capillaceis. *Caps.* ovata unilocularis ad medium usque bifida in valvulas 3 polyspermas, seminibus numerosis oblongis obtusis. *Lam. Ill. t.* 212.

Familia PORTULACEARUM olim, nunc LOASEARUM.

1238. TACHIBOTA. *Cal.* 5-partitus, laciniis lanceolatis. *Pet.* 5, receptaculo inserta, vix calyce longiora. *Styl.* nullus. *Stigmata* brevia, remota. *Caps.* ovato-rotundata, trigona, calyce persistente tecta, trivalvis, trilocularis, valvulis ad medium usque divisis. *Sem.* minima, angulata, acuta. *Lam. Ill. t.* 208.

SALMASIA *Schreb.* Familia CISTORUM. Affinis PIPAREAE et PI-RIQUETAE.

1239. SAROTHA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5 petala, membranacea, tenuissima, calyce longior patula. *Filamenta* 5 capillaria, antheris subrotundis. *Styli* 3, corollae aequales, profunde trifidi, stigmatibus simplicibus. *Caps.* 1-3 locularis, 3-valvis polysperma. *Loureiro Fl. Cochinch.* I. p. 227.

Obs. SAROTHA *gentianoides* *Linn.* genus delendum, quippe ad HYPERICUM spectans, ut *Michaux*, *Parah* et *Poir.* evicerit. SARO-

THRAM *gentianoidem* Lour. distinctam esse a SAROTHRA *gentianoide* Linn. stylis 3-fidis, capsulis trilocularibus, et formâ stigmatum TURNERA esse proximum monuit Willdenow l. c. Nomen SAROTHRAE generi *Leureiriano* interea, ne pereat ex integro, servavimus Memoratu dignum, *Loureiro* in *Ch. generico* capsulam 1-locularem, in descriptione 2-locularem, et hanc eandem 3-locularem dixisse divum Willdenow in observatione.

1240. MALESHERBIA. *Cal.* inferus 5-fidus, persistens. *Pet.* cum calyce alternantia, 5, fauci calycis infra incisuras insidentia. *Nect.* Coronula 10 squamis membranaceis 2-4 crenatis, petalis alternis. *Antherae* incumbentes basi excavatae. *Styli* infra apicem germinis orbiculatim inserti. *Stigmata* capitata. *Germen* pedicellatum. *Caps.* 1-locularis, apice 3-valvis, polysperma. *Semina* affixa receptaculis 3 linearibus per capsulae parietem decurrentibus. *Ruiz y Pav. t. 254.*

GYNOPLEURA *Cavan. ic. t. 375. 376.*

1241. DRYPIS. *Cal.* 5-fidus ad medium fere usque, cylindricus, laciniis rectis acutis. *Pet.* 5, unguibus longitudine calycis, limbo plano, laciniis linearibus bipartitis, fauce coronatâ denticulis 2 petali singuli. *Styli* patuli, *stigmatibus* simplicibus. *Caps.* subrotunda, calyce tecta, unilocularis, parva, circumscissa (?) *semine* unico reniformi nitido. *Lam. Ill. t. 214.*

Familia CARYOPHYLLLEARUM.

1242. ALSINE. *Cal.* laciniis 5, concavis, oblongis, acutis. *Cor.* 5-petala, petalis aequalibus, longitudine fere calycis. *Stamina* 3-10. *Stigmata* obtusa. *Caps.* ovata, unilocularis, trivalvis, calyce tecta. *Semina* plurima, globosa. *Lam. Ill. t. 214.* Familia CARYOPHYLLLEARUM.

Genus esse supprimendum, A. *mediam* *Stellariae*, reliquas ARENARIAE inserendas, fere non omnes. Interea *Cls. Smith*, licet A. *mediam* ad STELLARIAS misisset, genus hocce retinuit. Etiam *Delile* ALSINEM *prostratam* *Forsk.* depinxit in *Descript. de l'Egypte t. 24. f. 4* et *succulentam t. 24. f. 5.*

1243. TELEPHIUM. *Cal.* persistens, foliolis 5 oblongis concavis carinatis. *Petala* 5 oblonga obtusa recta basi attenuata, receptaculo inserta. *Styl.* nullus. *Stigmata* 3 acuta, patentia. *Caps.* triangularis, trivalvis, unilocularis, seminibus pluribus rotundatis. *Lam. Ill. t. 213.*

Familia PORTULACEARUM olim, nunc PARONYCHIEARUM.

1244. CORRIGIOLA. *Cal.* e foliolis 5 ovatis concavis patentibus, margine membranaceis, persistentibus in fructu conniventibus. *Pet.* 5 ovata, vix calyce ajora. *Stigmata* obtusa. *Semen* nudum ovatum triquetrum. *Lam. Ill. t. 213.*

Familia PARONYCHIEARUM.

1245. PORTULACARIA. *Cal.* 2-phyllus. *Pet.* 5. *Caps.* unilocularis trivalvis. *Jacq. Collect.* I. p. 160.

CLAYTONIA *Linn. Lam. Ill. t.* 144. f. 2. Familia PORTULACEARUM.

1246. PORANTHERA. *Flores* corymbosi. *Petala* 5, ovata, integra. *Involucrum* 8-phyllum. *Cal.* nullus. *Styli* 3. *Pericarpia* tria polysperma. *Rudge Trans. Linn. Soc.* X. p. 302.

Familia, ut videtur RANUNCULACEARUM.

1247. TRICEROS. *Cal.* 5-phyllus persistens, foliolis acutis patentibus. *Petala* 5 oblonga patentia calyce longiora. *Filamenta* capillaria corollae subaequalia. *Styli* 3 breves, basi invicem distantes. *Stigmata* simplicia. *Bacca* coriacea, inferius rotunda, apice tricornis, 3-locularis, 2-sperma. *Sem.* subrotunda acuminata.

Lour. Fl. Cochinch. I. p. 250.

1248. PHARNACEUM. *Cal.* pentaphyllus, foliolis subovatis concavis patentibus persistentibus intus coloratis. *Cor.* nulla. *Filamenta* longitudine calycis, antheris basi bifidis. *Caps.* ovata, subtrigona, 3-locularis, 3-valvis. *Semina* numerosa lucida, compressa, margine acuto. *Lam. Ill. t.* 214.

Familia CARYOPHYLLEARUM. Genus maxime affine MOLLUGINI.

1249. XYLOPHYLLA. *Cal.* coloratus, quinquepartitus, laciniis ovato-rotundatis, subinde 6. *Cor.* nulla. *Stam.* 5-6, receptaculo calycis inserta, antheris minimis, globulosis. *Styl.* brevis, stigmatibus 3, laceris. *Caps.* pedicellata, globosa, (bi-) tricocca, (bi-) trilocularis, loculis bivalvibus, dispersis. *Lam. Ill. t.* 355.

Familia EUPHORBIACEARUM. Affinis PHYLLANTHO, quocum junxit *els. Persoon.*

1250. BASELLA. *Cal.* nullus. *Cor.* 7-fida, laciniis 2 exterioribus latioribus oppositis, unâ superne connivente. *Stam.* corollae adnata, eâdem breviora. *Stigmata* oblonga, lateri interiori styli adnata, subinde 1. *Cor.* persistens clausa carnosâ *baccam* mentiens. *Sem.* unicum subrotundum. *Lam. Ill. t.* 215.

Familis ATRIPLICEARUM. Aliis corolla calyx est. Nobis lacinae 2 exteriores latiores calyx videntur.

TETRAGYNIA.

1251. PARNASSIA. *Cal.* 5-partitus, laciniis oblongis, patentibus. *Petala* 5. *Nectarium* e squamis 5-10 ad basin petalorum, concavis, cordatis, filis plurimis apice globulosis. *Stylus* nullus. *Stigmata* 2-4 (vel stigma bi-quadripartitum.) *Caps.* subtetragona, unilocularis, (aliis bilocularis) 4-valvis, dissepimentis dimidiatis. *Semina* numerosa, valvis affixa, margine membranaceo. *Lam. Ill. t.* 216. *Gaertn. fruct.* IV. t. 60.

Familia CAPPARIDEARUM.

PENTAGYNIA.

a. *Flores superi:*

1252. ARALIA. *Involucrum* minimum umbellulae globosae. *Cal.* minimus 5-dentatus. *Pet.* 5, ovato-oblonga, patentia s. reflexa. *Stigmata* subglobosa, 3-10. *Bacca* subrotunda, coronata, 5-sperma, seminibus duris oblongis.

Familia VITICEARUM. SCHEFFLERA et MARALIA hujus sunt generis. SCHEFFLERAE character olim erat: *Cal.* superus minimus persistens, urceolatus, dentibus 5 subulatis. *Petala* 5 oblonga. *Styli* 8-10 breves. *Caps.* globosa, subcompressa, 8-10-locularis, seminibus solitariis compressis. *Lam. Ill. t.* 221.

1253. ACTINOPHYLLUM. *Cal.* margo integer. *Cor.* calyptraeformis, desiliens. *Stam.* 5-6-8-9. *Styli* 4-7. *Bacca* 7-angularis, 7-locularis. *Sem.* solitaria subossea. *Flores* conglomerati. *Ruiz et Pav. Prodr.* t. 8. *Fl. peruv.* III. p. 73.

Cls. de *Jussieu Annal. Mus.* XVI. p. 179 monet ACTINOPHYLLUM non esse separandum a SCIODAPHYLLO, cum ARALIA non conjungendo.

1254. GUPIA. *Cal.* minimus, 5-dentatus, persistens. *Pet.* 5, lanceolata, patentia, singulo petalo apice adnatâ ligulâ lineari-lanceolatâ truncatâ, fere longitudine petali, eidemque incumbente. *Germen* subrotundum, cinctum glandulâ. *Stylus* nullus. *Stigmata* 5, acuta. *Bacca* subrotunda, 5-sulcata, unilocularis. *Sem.* 5, angulata.

GLOSSOPETALUM *Schreb. Lam. Ill. t.* 217.

b. Flores inferi:

1255. LAROCHEA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis, 5-fida. *Squamae* 5 ad basin germinis, *Capsulae* 5. *Decand. pl. grass.*

Genus intermedium CRASSULAM inter et COTYLEDONEM, ab illa corollâ monopetalâ, calyce minus profunde diviso, ab hac corollâ minus tubulosâ profundius fissâ, numero staminum et formâ calycis diversum. „Petala margine et basi cohaerentia tubum mentientia non sufficere pro caractere generico“ Willd. *Enum. H. Berol.* 341 monuit. Interea receptum hocce ab omnibus nunc fere Botanicis retinuimus genus, non tamen ausi DIETRICHIAE genus e LAROCHEA *coccinea* (CRASSULA *coccinea*) a clo. TRATTINNICK in *Tabulario n. 449 Thesaur. t. 19.* constitutum *) recipere, ne, si alter fors Willdenow negaret naturam mentiri genera, vir de scientia amabili Floraeque laeo et operâ et operibus optime meritis aureo, quô erat dignus, honore frustraretur.

1256. CRASSULA. *Cal.* foliolis 5 lanceolatis, canaliculato-concavis, acutis, in tubum conniventibus. *Pet.* 5, unguibus longis linearibus rectis, basi connexis, staminiferis, limbo ovato reflexo patente. *Nectarium* e squamulis 5 minimis emarcidis, basi germinis extrorsum annexis. *Styli* subulati *stigmatibus* obtuso. *Caps.* 5 acuminatae oblongae rectae compressae, longitudinaliter introrsum dehiscentes. *Sem.* plura, parva. *Lam. Ill. t. 220.*

Familia SEMPERVIVORUM, et a SEDO numero potissimum staminum diversa. Saepius pars horum additur demiturve.

1257. GISECKIA. *Cal.* foliolis 5 ovatis concavis obtusis margine scariosis persistentibus. *Cor.* nulla. *Filamenta* basi ovata. *Germen* subrotundum, retusum, 5-partitum. *Styli* recurvati, *stigmata* obtusa, *Caps.* 5 subrotundae, compressiusculae scabrae obtusae approximatae. *Sem.* solitaria, ovata, glabra. *Lam. Ill. t. 221.*

ROELREUTERIA Murray.

1258. VISENA. *Cal.* 5-dentatus campanulatus inferus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 5 monospermae.

VISENIA Houtt. *Linn. Pflanz. Syst. 6. p. 287. t. 46. f. 5.* Nomen parum mutavimus, quo facilius distinguatur a WITSENIA.

1259. SCHRANCKIA. *Cal.* monophyllus. *Cor.* 5-petala.

*) Character generis DIETRICHIAE apud elm. *Trattinnick l. c.*: *Petala* 5 unguiculata, unguibus conglutinatis, stamina vix tubum excedentia, *stigmata* - arete cohaerentia, *stylum* et *stigma* unicum incrassatum mentientia.

Caps. 5-striatae, 5-valves, polyspermae. *Sem.* receptaculo columnari pentagono affixa. *Scop. introd. gen. p.* 1334.

Obs. Cum neque *Persoon*, neque *Poiret* *SCHRANCHIAM*, a diso *Willdenow* infausto repetitam, (aliâ insuper *SCHRANCHIA rugosa* e *MYAGRO rugosa* jam olim a *Mönch* constitutâ) recepissent, aequum erat jure primi possessoris uti, et nomen jam olim in *Syst. Veg.* receptum suo loco restituere.

1260. *LINUM.* *Cal.* pentaphyllus, persistens. *Cor.* 5-petala, unguibus in tubum brevissimum subcoalitis, laminis ovatis. *Filamenta* basi subcoalita. *Caps.* globosa, subpentagona, 5-10-valvis, 10-locularis, loculis monospermis. *Semina* solitaria ovata acuminata planiuscula glabra. *Lam. Illustr. t.* 1291.

Affinis *CARYOPHYLLEIS*,

1261. *PIRIQUETA.* *Cal.* laciniis ovatis. *Pet.* rotundata, receptaculo inserta, cum calyce alternantia. *Stamina* receptaculo inserta. *Antherae* acuminatae. *Germen* globoso-triangulari, *stylis* 5-6, *stigmatibus* planis dilatatis angulis 5 prominulis. *Caps.* angulis 3 rotundatis, 3-4 valvis. *Semina* 7-8 parva ovata in costa intus prominula valvulae singulae. *Aubl et Gujan. l. p.* 298. *t.* 117. *TURNERA Willd.* *BURGARDIA Schreb.*

1262. *ALDROVANDA.* *Cal.* 5-partitus erectus persistens. *Pet.* oblonga acuminata longitudine calycis, persistentia. *Filamenta* longitudine floris. *Styli* brevissimi. *Caps.* globosa, obsolete pentagona, 5-valvis unilocularis. *Sem.* 10, oblongiuscula, interno pericarpium parieti affixa. *Lam. Illustr. t.* 220.

Familia *HYDROCHARIDEARUM*,

1263. *DROSERA.* *Cal.* laciniis 5 profundis, rectis, acutis, persistens. *Petala* 5 ovato-obtusa, calyce longiora. *Antherae* minimae. *Styli* 5-6. *Caps.* ovata, subangulata, unilocularis, apice 3-5-valvis. *Semina* plurima parva, subovata. *Lam. Ill. t.* 220.

Familia *CAPPARIDUM??* *Smith* inseruit *HEXAGYNIAE*.

1264. *MAHEBRIA.* *Cal.* semi-5-partitus, campanulatus, dentibus subulatis longioribus. *Pet.* 5 subcordata oblonga. *Nectaria* 5 basi connata obcordata filamentis supposita, (seu *Filamenta* conniventia, basi in urceolum coalita, prope antheram dilatata in tuberculum cordatum, postea capillaria brevissima. *Antherae* subsagittatae conniventes didymae, apice utrinque perforatae, *Cav.*) *Styli* 5. *Stylus* simplex subulatus, stigmate acuto simplici. *Caps.* globoso-ovata, 5-locularis, 5-valvis. *Sem.* reniformia. *Lamarck Illustr. t.* 218.

Affinitas summa HERMANNIAE, hinc a pluribus cum *Cavanilles Monadelphiae* inserta.

1265. COMMERSONIA. *Cal.* 5-partitus, corollifer, laciniis ovatis acutis. *Pet.* 5 linearia, basi utrinque lobo inflexo dilatata, patentia. *Nectar.* 5-partitum intra stamina, laciniis lanceolatis erectis, petalo brevioribus. *Corpuscula* 5 filiformia villosa, ex divisuris nectarii. *Filamenta* brevissima ad basin petalorum. *Germen* villosum, torulis 5. *Styli* approximati, *stigmatibus* globosis. *Caps.* 5-locularis echinata setis longis pilosis. *Sem.* 2 ovata in loculo singulo. *Forst. char. gen. n. 22. Lam. Ill. t. 218.*

Alia COMMERSONIA est BUTONICA *Lam.*; alia POLYCARDIA *Juss.*

1266. SIBBALDIA. *Cal.* 10-fidus, patentissimus, laciniis alternis angustioribus. *Petala* 5 calyci inserta. *Styli* e latere germinis, *stigmatibus* globosis, subinde 10. *Semina* 5 oblonga nuda, calyci persistenti clauso inserta. *Lam. Ill. t. 221.*

Familia ROSACEARUM.

1267. ARMERIA. *Involucrum* tubulosum scariosum reflexum, saepius in lacinias plures apice fissum. *Cal.* communis polyphyllus, foliolis ovatis lanceolatisve ellipticis muticis vel cuspidatis; *proprius* monophyllus, integer, plicatus, scariosus. *Cor.* infundibuliformis. *Pet.* basi coalita, inferne angustata. *Filamenta* basi connata. *Caps.* oblonga membranacea evalvis 5-cuspidata, tecta calyce. *Semen* 1 oblongum funiculo longo pendulum. *Receptaculum* paleaceum. *Panzer in litt. STATICE Tournefort et Lam. Ill. t. 219.*

Familia PLUMBAGINEARUM. Inflorescentia semper capitata, scapo simplici aphylo.

1268. STATICE. *Cal.* monophyllus inferus integer, plicatus, campanulatus vel infundibuliformis, limbo membranaceo apice dentato. *Cor.* plerumque 5-petala, subinde monopetala. *Filamenta* tubo petalisve adhaerentia. *Styli* 5, raro 3 distincti. *Caps.* monosperma evalvis, calyce persistente membranacea. *Semen* 1, albuminosum. *Panz. in litt. Lam. Ill. t. 219. LIMONIUM Tournefort et Mönch. TAXANTHEMA Necker et Rob. Brown nov. Holl. I. p. 426.*

Familia PLUMBAGINEARUM. Inflorescentia panicula vel corymbus e spicis secundis, floribus 2-5-braeteatis.

1269. AEGIALITIS. *Cal.* plicato-angulatus, 5-dentatus, coriaceus. *Cor.* 5 petala, unguibus basi connatis. *Stam.* 5 epipetala. *Styli* 5 stigmatibus capitatis. *Conceptaculum* exertum angulatum subcylindricum evalve coriaceum. *Semen* germinans exalbuminosum. *Plumula* conspicua. *R. Brown Prodr. nov. Holland. I. p. 426.*

Familia PLUMBAGINEARUM.

1270. SPHONDYLOCOCCA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5-8. *Germen* pentagonum. *Caps.* 5-locularis, polysperma. *Reliqu.* Willd. MS. e Herb. Klein.

1271. CERATOCOCCA. *Cal.* 5-phyllus inaequalis. *Cor.* nulla. *Germen* subrotundum. *Stigmata* 5 sessilia. *Nux* monosperma echinata. *Reliqu.* Willd. MS. e Herb. Humb. et Bonpl.

P O L Y G Y N I A.

1272. MYOSURUS. *Cal.* foliolis 5 coloratis caducis basi semisagittatis. *Cor.* (Linnaeo Nectarium) e petalis 5 minimis, calyce brevioribus, tubulosis, lingulatis unguibus filiformibus. *Stamina* 5-7, longitudine calycis. *Capsulae* plurimae acuminatae imbricatae in receptaculo elongato in caudam. *Semina* oblonga acuminata. *Lam. Ill. t.* 221.

Cal. patens basi porrectus. *Petala*, nectararia L., ligulata, staminibus concolora nec non conformia, quorum ungues secund. *Gaertn. fr.* I. p. 354 poro nectarifero insuper instructi. *S. V. ed XV.* p. 327. Familia RANUNCULACEARUM.

1273. CERATOCEPHALUS. *Cal.* 5-phyllus persistens. *Pet.* 5, poro ad ungues mellifero squamulâ tecto. *Semina* plurima per paria dorso adnata rostro acinaciformi. *Receptaculum* demum elongatum spicaeforme. *Pers. Syn.* I. p. 341. *Annal. Mus.* XIX. p. 463.

Familia RANUNCULACEARUM.

1274. XANTHORRHIZA. *Cal.* profunde quinquepartitus, laciniis lanceolatis angustis patentissimis. *Petala* 5, nectariformia minima, calyce breviora, glandulas quasi sistentia laminâ suborbiculari, ungue in pedicellum attenuato. *Stam.* 5-8. *Stigmata* acuta. *Capsulae* 5, minimae ovato-oblongae, compressae, membranaceae acutae ab apice ad medium divisae in valvulas 2 monospermas. *L'Heritier Stirp.* I. p. 79. *t.* 38. *Lam. Ill. t.* 854.

Familia RANUNCULACEARUM.

CORRIGENDA.

Pag.	640	lin.	9	So lege: S.
—	642	—	12	adde: <i>In nova Zeelandia.</i>
—	645	—	17	simile lege: similis
—	647	—	13	ab infra post <i>nonnisi</i> scribe: <i>varietas</i>
—	652	—	8	— <i>Aannal.</i> lege: <i>Annal.</i>
—	674	—	18	adde: <i>Observ. T. orientalis Forsk. et passerinoides in Delisle Descr. de l'Egypt. n. 351. 2 describuntur.</i>
—	681	—	15	huic lege: hinc
—	—	—	6	inserenda lege: <i>inserendae</i>
—	688	—	3	fronti — fronte
—	689	—	18	nise — nisi petala
—	—	—	24	elongantur lege: <i>eleganter</i>
—	693	—	11	ab infra <i>coustantes</i> lege: <i>constantes</i>
—	695	—	4	Caulis lege: <i>caulis</i>
—	700	—	17	ab infra <i>sqamis</i> lege: <i>squamis</i>
—	—	—	—	<i>ultimâ</i> post <i>depinxit</i> pinge: ?
—	—	—	19	ab infra e lege: ex
—	702	—	24	corolla lege: <i>corollae</i>
—	704	—	5	ab infra <i>vinis</i> lege: <i>venis</i>
—	709	—	3	— <i>romosa</i> — <i>ramosa</i>
—	718	—	9	— <i>CRARSULAE</i> lege: <i>CRASSULAE</i>
—	—	—	3	— <i>peritius</i> — <i>penitius</i>
—	719	—	15	— <i>tenues</i> — <i>tenuis</i>
—	728	—	13	<i>Alvoides</i> lege: <i>alooides</i>
—	731	—	4	<i>expona</i> — <i>expansa</i>
—	—	—	21	ab infra <i>urticulati</i> lege: <i>articulati</i>
—	732	—	18	<i>licopodioide</i> lege: <i>lycopodioide</i>
—	739	—	18	ab infra <i>foecum</i> lege: <i>faecum</i>
—	741	—	18	<i>aequae</i> lege: <i>aeque</i>
—	745	—	5	<i>Curatteri</i> lege: <i>Caratteri</i>
—	749	—	—	<i>ultimo da</i> lege: <i>ad</i>
—	752	—	13	ab infra et in lege: <i>inter et</i>
—	758	—	13	— <i>putria</i> — <i>patria</i>
—	761	—	12	— post <i>distinctam</i> dele: ,
—	769	—	18	<i>cidi</i> lege: <i>vidi</i>
—	778	—	22	<i>salsus</i> lege: <i>salsis</i>
—	—	—	10	ab infra <i>defundente</i> lege: <i>descendente</i>
—	787	—	19	— <i>Huc</i> lege: <i>huic</i>
—	795	—	13	— <i>10-partitae</i> lege: <i>10-partiti</i>
—	800	—	6	<i>POLIGYNIA</i> lege: <i>POLYGYNIA</i>

Classis V.

PENTANDRIA.

DIGYNIA.

1069. CEROPEGIA, *)

1. * *C. Candelabrum*; foliis ovatis mucronatis, umbellis pendulis, floribus erectis. *Willd. Spec. I. p. 1275. Linn. Spec. I. p. 309. Lam. Enc. meth. II. p. 686. Lour. Fl. Cochinch. I. p. 140? Rheed. Malab. IX. p. 27. t. 16.*

Caulis tenues teretes scandentes volubiles. Folia opposita petiolata ovali-oblonga acuta glabra plana basi obsolete emarginata. Corollae rubellae aut fusco-purpurascens, basi globoso-inflatae, limbi laciniis erectis, villosis. Folliculi graciles, longi, penduli. *Lam. In Malabariae sylvis ad littora. h.*

Obs. C. Candelabrum Lour., retentâ licet diagnosi Linn., quoad descriptionem diversa videtur. „Caulis perennis tenuis longus procumbens ramosus. Folia ovato-lanceolata integerrima glabra margine reflexa opposita. Flos albus axillaris, umbellis pendulis, corollis erectis tubo globoso magno, limbo parvo 5-fido. Stigma unicum sessile bifidum. Folliculi 2 tenues teretes apice attenuato ad angulum rectum refracto, seminibus longis plumosis imbricatis. In dumetis Cochinchinae. h.“

2. *C. obtusa Lour.*; foliis obtusis, caule volubili. *Lour. Fl. Cochinch. I. p. 140.*

Caulis perennis filiformis subtilis glaber. Folia oblonga, integerrima, plana, pauca opposita. Flos pallidus, *Candelabro* similis, pedunculis brevioribus. Fructus tenuiores, apice similiter refracti, glabri, seminibus papposis. *Lour. Habitat utraque „(?)“ species in suburbiis metropolis Cochinchinae Huacae, foliis magis differentes quam floribus. Lour.*

3. *C. mucronata Roth*; foliis subrotundis, mucronatis, umbellis geminis floribusque pendulis *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

*) Herbae glabrae volubiles, radice tuberosâ, umbellis interpetiolaribus, nunc paucifloris. *R. Brown.*

Proxime ad *C. Candelabrum* accedere videtur.
orientali. *B. Heyne.*

H. in India

4. *C. longiflora Poir.*; foliis petiolatis ovatis subacuminatis erectis, floribus umbellatis, corollâ cylindricâ, laciniis subfiliformibus hirsutis. *Poiret Enc. meth. II. p. 177. n. 9.*

Affine *Candelabro* foliis, junceo corollis. Caules herbacei tenues glabri ramosi scandentes, foliis oppositis glabris integerrimis pollicaribus et ultra, basi subattenuatis, subrugosis, fere verticalibus in petiolo, pedunculis rigidis, ad minimum longitudine foliorum; umbellis erectis, bracteis parvis laciniisque calycis setaceis; corolla longa, pollicaris et ultra, tubuloso-cylindrica, pallide virens aut subpurpurascens, longitudinaliter striata; lacinae limbi demum patentes, rectae, filiformes, subvillosae. *Poiret. Habitat — Herbar. Desfont.*

5. *C. bulbosa Roxb.*; foliis obovato-ellipticis cuspidatis, umbellis erectis, radice bulbosâ. *Willd. Spec. I. p. 1275. Roxb. Corom. I. p. 11. t. 7.*

Radix solida, planiuscula, edulis, rapae magnitudine, basi fibris aliquot. Caulis volubilis, herbaceus, glaber, succulentus, 2-4 ped. Folia opposita, breviter petiolata, acumine parvo, integra, carnosa, magnitudine varia, maxima 2 poll., 1 1/2 poll. lata. Umbellae laterales, foliorum longitudine, pedunculatae, pauciflorae. Flores maximi, erecti: tubo virescente, limbo purpureo. Calyx 5-dentatus: dentibus acutis, persistentibus. Corollae tubus basi ventricosus, medio contractus, ore ampliat: limbus 5-partitus; laciniis linearibus, villosis, purpureis, erectis: apicibus unitis, latere hiantibus. Nectarium corpusculis 5 compactis pistillum cingentibus compositum; ex singulo filamentum curvatum, dimidiae tubi longitudinis ortum. Antherae squamae 5 flavae, 5 paria ad angulos acuminatos nigros stigmatis (corporis truncati) remanentia. Stigma (corpus truncatum) magnum, scutellatum, 5-corne; ante florescentiam cornua glandulis 5 nectarii incurvis flavis firmiter adhaerent; floribus maturis ab illis separata et antherae angulis 5 nigris acuminatis stigmatis affixae. Folliculi duo graciles, 3-4 poll. *Roxb. Hab. in Coromandel. 4. Manchy Manda Telingarum.*

Obs. Differt a *tuberosa* foliis minoribus, obovato-ellipticis, floribus duplo minoribus, bulbo depresso solitario, nec radice repente tuberosa. *Willd. l. c.*

6. *C. acuminata Roxb.*; foliis lanceolatis longe acuminatis, umbellis multifloris rectis, radice bulbosâ. *Willd. Spec. I. p. 1277. Roxb. Corom. I. p. 12. t. 8.*

Radix perennis, complanata, solida. Caulis annuus, volubilis, glaber, articulatus. Folia opposita, erecta, breviter petiolata, linearia, attenuato-acuminata, succulenta, integra, 2-4 poll., basi 1/4-1/2 poll. lata. Umbellae laterales, patentes, pedunculatae, foliis breviores. Flores etc. exacte ut in praecedente *bulbosâ*. *Hab. cum praeced. bulbosa. Commoa-manda Telingarum.*

7. *C. tuberosa* Roxb.; foliis ovatis acutis, umbellis erectis, radice bulbosâ. *Willd. Spec. I. p. 1275.* Roxb. *Corom. I. p. 12. t. 9.*

Radix perennis, bulbillis plurimis minutis tuberosis, fibris crassis carnosis. Caulis volubilis herbaceus, annuus, teres, glaber, articulatus, 4-12 ped. Folia opposita, petiolata; inferiora cordata, media ovata, suprema oblonga: omnia parum acuminata, undulata, integra, glabra, margine colorata, 2-3 poll., 1-2 poll. lata. Petioli canaliculati. Umbellae laterales, pedunculatae, foliis longiores. Calyx ut in praecedentibus. Corollae tubus ut in *C. bulbosa*; lacinae limbi dimidiâ longitudine cohaerentes; filamenta nectario clavato connexa. *Hab. cum praecedentibus. Batsala-mandu Telingarum.*

8. *C. juncea* Roxb.; foliis lanceolatis sessilibus, pedunculis subbifloris, caule carnosio. *Willd. Spec. I. p. 1275.* Roxb. *Corom. I. p. 12. t. 10.*

Radix tuberosa, fibris multis ramosis. Caulis volubilis, teres, glaber, articulatus, succulentus. Folia remotissima, opposita, sessilia, integerrima, carnosa, vix pollicaria, 1/4 poll. lata. Umbellae laterales, pedunculatae, axillares, erectae, pauciflorae. Flores erecti, maximi, flavo-viridi et purpureo eleganter variegati. Pedunculi et pedicelli clavati. Calyx et corolla ut in praecedentibus; sed faux tubi et limbus multo majores. Nectarium etc. praecedentium. *Hab. in Coromandel. Cum praecedentibus, tota esculenta. Bella-gada Telingarum.*

9. * *C. biflora*; foliis ovatis, pedunculis bifloris. *Willd. Spec. I. p. 1275.* Linn. *Spec. I. p. 309. Fl. Zeyl. 110.*

Caulis volubilis. Folia opposita integerrima. Pedunculi ex alis saepius biflori. Flores pedunculo oppositi, nec reflexi, sed recte extensi. *Linn. Fl. Zeyl. In Zeylona. 4.*

10. *C. dichotoma* Haworth; tota carnosâ, caulibus strictis dichotomis articulatis teretibus, foliis linearibus acutis horizontalibus sesquiuncialibus, supra costâ venisque simplicibus albis. *Haworth Synops. Plant. succulent. p. 13. n. 1.*

Habitat? b.

11. *C? aphylla* Haworth; carnosa, ramis dichotomis multiarticulatis debilibus teretibus, foliolis stipulaeformibus adpressis mox emarcidis. *Haworth Synops. Plant. succulent. p. 13. n. 2.*

Habitat? b.

12. *C. nitida* Poiret; foliis lanceolatis subobtusis supra nitidis; cymis brevibus axillaribus. *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 178.*

Caules sublignosi glabri teretes ramis suboppositis gracilibus elongatis. Folia opposita subpetiolata subovata, interdum el-

liptica, basi attenuata, subinde et apice acuta, subtus pallidiora. 1-2 poll., 1/2 poll. lata. Pedunculus brevissimus. *Poir.*
ret. In S. Domingo. Herb. Desfont. h?

13. *C. Stephanotis*; foliis ovatis marginatis glabris, pedunculis axillaribus, subtrifloris. *ISAURA allicia Commers.* apud *Poir. et Enc. meth. VI. p. 185.* *STEPHANOTIS Aub.* du *Petit-Thouars nov. gen. Madagasc. n. 35.* apud *Römer Collect. p. 203.* *De Juss. in Annal Mus. XV. p. 347.*

Frutices volubiles scandentes, folia ovata, pedunculi triflori numerosi. *CEROPEGIA acuminata Roxb.* videtur congener. *Aub. du Pet. Th. l. c.* Frutex spectabilis numero magnitudine et elegantia florum. Caules erecti ramosi glabri volubiles; folia petiolata integerrima coriacea, acuta vel subacuminata, 3 poll., 1 1/2 poll. lata, viridi-flavicantia, praecipue subtus, nervo medio prominulo, lateralibus parum prominulis simplicibus, petiolo 1/2 poll. Flores axillares. Pedunculi simplices 1 1/2 poll., 1-3 flori; cal. glaberrimus profunde 5, fidus, laciniis lanceolatis acutis, cor. glabra, pallide flava 1 1/2 poll., lobis rectis ovatis acutis. Folliculi crassi acuminati, seminibus papposis. *Poir. et In Madagascar. Commers. et Aub. d. Pet. Th. h. Herb. de Jussieu.*

14. *C? sinuata Poir.*; foliis angusto-lanceolatis sinuatis utrinque acutis, umbellis axillaribus. *Poir. Enc. meth. Suppl. II. p. 179.* *Burm. Afr. p. 36. t. 15.*

Differt a *MICROLOMATE sagittato*, foliis longioribus nec basi sagittatis. Radices e bulbis pluribus simplicibus fusiformibus subfasciculatis, caules solitarii pluresve graciles sarmentosi lignosi teretes foliis remotis integerrimis. Pedunculi simplices foliis multo breviores, bracteis aliquot parvis, 4-6. flori. Cor. tubulosa laete rubra. Flores plerumque abortivi, ut fructus tantum unicus pendulus longe acuminatus, seminibus pluribus fuscis oblongis. *Poir. In Promont b. Spei. h.*

15. *C. palustris Pursh*; foliis linearibus integerrimis, floribus umbellatis, pedunculis longitudine foliorum, calycis laciniis linearibus. *Pursh Fl. Septentr. Amer. I. p. 184.*

Habitus *MICROLOMATIS linearis*, floribus multo minoribus. *In paludibus salsis circa Scirpos Juncosque flexa in Carolina. 4. Herb. Lyon. et Walt.*

16. *C. cordata Lour.*; foliis cordatis, umbellis pendulis. *Lour. Fl. Cochinch. I. p. 140.*

Caulis perennis longus teres scandens, ramosus. Folia integerrima glabra opposita petiolis longis. Flos viridi-luteus, umbellis magnis hemisphaericis axillaribus, pedunculis longis, pendulis. Cal. inferus 5-phyllus, foliolis ovatis acutis parvis patentibus. Cor. 5-partita, laciniis ovatis conniventibus. Nectarium carnosum erectum 5-fidum, glandulis 10 oblongis pistil-

lum circumstantibus. Filamenta nulla. Antherae 5 oblongae conniventes. Germen longiusculum bifidum. Stylus crassus brevissimus. Stigma obtusum emarginatum. Pericarpium? E forma germinis folliculos 2 esse conjicio; ex flore umbellato corollis conniventibus speciem esse *Ceropegiae* existimo. *Lour.* An *CYNANCHUM cordifolium Retz Fasc II, p. 15. n. 37, quaerit Willd.* *Per sepes Cochinchinae. h. Species 2 nondum descriptas adhuc superesse R. Brown l. c.*

1070. H U E R N I A.

1. *H. reticulata R. Br.*; ramis pentagonis denticulatis, dentibus patentibus, corollâ 10-angulatâ, tubo intus barbato ampliato in orbiculum elevatum *Haworth Syn. Pl. succul. p. 28. n. 1.* *STAPELIA reticulata Mass. Stapel. p. 9. t. 2.* *Poiret Enc. meth. V p. 390. n. 48.* St. corollis 10-dentatis campanulatis, fundo orbiculato elevato, fauce pilosâ, limbo erecto, coronâ exteriori explanatâ acute 10-dentatâ, cornibus subulatis basi gibbis medio conniventibus, apice patulis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 287. Spec. I. p. 1295.* St. ramis pentagonis, corollis 10-fidis, intus reticulato maculatis, limbo pelviformi, scuto humili acute semidecemfido. *Jacq. Stap. t. 30. β. St. reticulata deformis Jacq. Stap.*

Corollae limbus atropurpurascens, lineis albidis reticulatus; fundus et orbiculus elevatus purpurei. *Willd.* Rami plures approximati, suberecti, saturate virentes, maculis purpureis, angulis dentibusque acutis, his patentibus vel subreflexis. Flores bini ternive; pedunculi glabri teretes uniflori, basi squamis 3-4, Corollae limbus subinteger, tubo campanulato. *Mass.* *In Promont. b. Spei cavernulis rupium versus Olivants Rivier. h.*

2. *H. campanulata R. Brown*; corollâ subcampanulatâ, fundo pilis clavatis horizontalibus clauso, ligulis repandè truncatis atris. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 28. n. 2.* St. *campanulata*; corollis decemdentatis infundibuliformibus, limbo verrucoso, tubo barbato, nectarii lacinis obtusissimis apice crenatis. *Sims bot. Mag. t. 1227.* St. ramis pluribus simplicibus erectis tetragonis dentatis, dentibus patentibus acutis, corollâ campanulatâ scabrâ, tubo barbato. *Mass. Stap. p. 11. t. 6.* St. corollae laciniis majoribus lanceolatis, fundo campanulato, pedunculis trifloris, ramis erectis tetragonis basi floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1293.*

*) Rami subsimplices, 4-5quetri, aequilaterales, erecti, crassi, glauci, nudi; (dentibus magnis horizontalibus deltoideis basi contiguis) saepius basi floriferi. Cal. 5-phyllus, foliolis setaceis carnosis.

Poiret Enc. meth. V. p. 389. n. 43. Jacq. Stap. t. 36.
Allg. deutsch. Gart. Mag. 1818. p. 17. t. 2.

A sequentibus satis diversa corollâ etiam externe maculatâ, fundo campanulato, pedunculisque multifloris. *Willd.* Rami simplices recti breves inaequales, 4- subinde pentagoni, virides, maculis nebulosis, purpurascensibus. Cal ad basin usque partitus, laciniis lanceolatis acutis. Corollae lacinae acutissimae. *Mass.* Pedunculi prope basin ramorum, subinde bi-triflori. Segmenta calycis linearia, ultra basin corollae prominentia. Corollae lacinae 5 triangulares acuminatae latae, interjectâ minore sulfureâ, maculis elevatis atro-rubris; tubus cylindricus intus fuscus pilis glandulosis. Nectarium planum in fundo corollae, 5-partitum, laciniis obtusis, apice appendicibus 5 corniculatis supra stigma adscendentibus, demum apice reflexis. *Sims. In siccis Promont. b. Spei. 4.*

Obs. Corolla basi valde carnosâ, extus alba punctis maculisque numerosis roseis; intus etiam alba maculis rotundis numerosis saepe distinctis atris, punctulisque rufo-atris lente elevatis; basin versus atro-rufa, striolis obsolete concentricis valde interruptis albis pilisque horizontalibus distinctis, clavaeformibus, carnosis, nigris, numerosis, fundum ipsum nitentem nigrum cludentibus. Stamina simplicia acute subulata undatim erecta, atro-rufa, basi geniculata. Tabula styli parva alba recondita. *Haworth l. c.*

3. *H. venusta R. Br.*; ramis tetragonis pentagonisque, ramulis patentissimis divaricatis, denticulis ramorum patentibus acutis, corollâ 10-fidâ, tubo glabro ampliato in orbiculum elevatum. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 29. n. 3. STAPELIA venusta Mass. Stap. p. 10. t. 3.* St. corollis 10-dentatis glabris, laciniis majoribus ovato-acuminatis, fundo concavo orbiculo elevato cincto, pedunculis corollâ longioribus deflexis, caule subtetragono erecto superne ramoso, ramis basi floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1294. Poiret Enc. meth. V. p. 389. n. 45. Jacq. Stap. t. 14.*

Cor. sulfurea limbo rubro punctato, fundo et orbiculo elevato rubro maculato. A reliquis caule erecto superne ramoso et pedunculis dependentibus distincta. *Willd.* Rami 6-7 poll., glabri. Flores laterales, subinde bini in axillis dentium, pedunculis glabris teretibus pendulis pollicaribus. Calycis lacinae ovatae acutae. Cor. magna. *Mass. In Promont. b. Spei. b.*

4. *H. lentiginosa R. Brown*; corollis 10-dentatis, laciniis alternis obsolete, fundo concavo orbiculo elevato cincto, caulibus superne ramosis, ramis pentagonis patentibus tuberculis uncinatis. *Haworth Syn. Pl. succulent. p. 29. n. 4. STAPELIA lentiginosa Curt. bot. Mag. t. 506. H. New. 2. ed. II. p. 97. n. 44.*

Cls. Sims bot. Mag. vol. XX. Enumeration p. 35. nequidem ut varietatem distinguit lentiginosam hanc a guttata: distinguunt

vero *H. Kew.* et *Haworth.* Convenit sane colore et formâ, sed in *guttata* pedunculi longiores e basi caulis simplicis tuberculis non uncinatis, et in *lentiginosa* maculae minores purpureae in limbo stramineo. *In Promont. b. Spei. b.*

5. *H. guttata* R. *Brown*; corollis fundo concavo, orbiculo elevato cincto, caulibus superne simplicibus glaucis, dentibus ramorum horizontalibus. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 29. n. 5.* STAPELIA *guttata*, ramis pluribus tetragonis pentagonisque confertis subpatentibus, dentibus ramorum acutis patentibus, corollâ 10-fidâ, laciniis acutis tubo campaniformi ampliato in orbiculum elevatum. *Mass. Stap. p. 10. t. 4. Hort. Kew. 2. ed. II. p. 96 n. 41. Poirer Enc. meth. V. p. 390. n. 46.* ST. corollis 10-dentatis, laciniis majoribus ovatis acutis, fundo concavo scabro orbiculo elevato cincto, pedunculis longitudine corollae, ramis subpatentibus subtetragonis basi floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1294. Allg. deutsch. Gart. Mag. VII. t. 41.*

Cor. sulfurea sanguineo-punctata; figura corollae *venustae*, fundus vero scaber et caulis diversus. *Willd.* Differt ab agnata *venusta* habitu, ramis magis confertis, 7-8 poll., obtusissimis, subsimplicibus; flores 3-4. Pedunculus gracilis teres, longitudine florum, basi bracteis. Calycis lacinae lineari-lanceolatae acutae. Tubus campanulatus interne rudis. *Mass. In siccis Promont. b. Spei. b.*

Obs. „Flores conferti ad basin caulium brevius pedunculati. Corolla lutea, crebro sanguineo-punctata, laciniis extus costâ elevatâ. Orbis praegrans cum fundo infundibuliformi, os obbae rusticae simulans, pustulare, sanguineo-maculatum, intus spinulis pauculis horizontalibus glanduliformibus sparsis. Ligulae horizontales semiconfluentes, fissae usque ad confluentiam, nigro-purpureae (margine ustulato) cingulo lato medio repando-stellari niveo. Stamina subulato-setacea undatim tortuosa alba, purpureo-maculata, basi tota purpurea.“ *Haworth l. c.*

6. *H. humilis* R. *Br.*; ramis pluribus quadri- s. quinque-angulatis, patentibus, corollâ orbiculatâ 10-fida, laciniis 5 longioribus, 5 brevioribus patentibus, pedunculis solitariis. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 30. n. 6.* STAPELIA *humilis* *Masson Stap. p. 10. t. 5. Poirer Enc. meth. V. p. 390. n. 47.* ST. corollis 10-dentatis, laciniis majoribus lanceolatis acutis, pedunculis solitariis corollâ brevioribus, ramis subtetragonis patentibus basi floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1294.*

Rami humillimi inaequales conferti, 3-5-poll., ramulis brevissimis, dentibus acutis brevibus horizontalibus. Flores solitarii laterales; pedunculi 3 lin., glabri, teretes. Calycis lacinae lineari-lanceolatae acutae. Corollae tubus campanulatus, annulo prominulo, limbus pollicaris. Orbiculus atropurpureus maculis undulatis albis sparsus; lacinae sulfureae punctis purpureis. *Mass. l. c.* A reliquis corollâ 10-dentatâ distincta;

brevitate caulis, parvitate floris, pedunculis solitariis nunquam binis ternisve ex uno puncto. *Willd.* *In Promont. b. Spei. h.*

7. *H. tubata R. Br.*; ramis simplicibus crassissimis tetra-pentagonis, dentibus maximis. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 30. n. 7.* *STAPELIA tubata*; ramis tetragonis, corollis 10-fidis campanulatis intus punctatis, foris campanulatis, scuto humili decemlobo, lobis rotundatis. *Jacq. Stapel.* S. coroll. 10-dentatis campanulatis, limbo plano, fauce pilosâ, coronâ exteriori explanatâ octuse 10 lobâ, cornubus subulatis basi conniventibus, apice patulis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 287.* *Poiret Enc. meth. V. p. 233.*

Differt ab *H. campanulata* pedunculis simplicibus nec ramosis, corollis non punctatis. Rami simplices basive ramosi glabri $\frac{1}{2}$ ped., angulis dentibus rigidis patentibus acutis; pedunculi solitarii uniflori breves; foliola calycis lineari-lanceolata acuta; corolla foetida glabra extus nervosa pallida, intus pallide flavâ punctis minimis rubellis, 2 poll. lata; faux punctata; limbi lacinae oblongae acuminatae. *Jacq.* Varietas *duodecim-fida Jacq.* *In Promont. b. Spei. h.*

Obs. „Rami saepe cristatim confluent. Flores non vidi. In hortis nomine *St. crassae* subinde occurrit; sed non est *crassa Donn Cantabrig.*“ *Haworth.*

8. *H. crispera Haworth*; ramis 4-5-gonis, simplicibus, saepiusve confluentibus crispis, dentibus minoribus. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 31. n. 8.* S. *crispera Hortorum.*

„A praecedente (*tubata*) valde distincta, at sequentis (*barbatae*) forte monstrosa varietas, dentibus parvulis in hoc genere. Flores non vidi.“ *Haworth l. c.* *In Promont. b. Spei. h.*

9. *H. barbata R. Br.*; corollâ campanulatâ fauce subclausâ, setis clavatis rufis, ligulis oblongis rhombeis retusis, staminibus subulatis undatim subuncatis. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 31. n. 9.* *STAPELIA barbata*; ramis pluribus tetragonis pentagonisque confertis suberectis, dentibus ramorum acutis subpatentibus, corollâ campanulatâ 10-fidâ, laciniis acutis subpatentibus. *Mass. Stap. p. 11. t. 7.* S. corollae laciniis majoribus lanceolatis acuminatis scabris clavato-barbatis, pedunculis corollâ brevioribus, ramis subtetragonis erectis basi floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1293.* *Poiret Enc. meth. V. p. 389. n. 44.*

Cor. albido-flavescens, maculis purpureis variegata. *Willd.* Rami brevissimi simplices inaequales obtusi glabri, dentibus brevibus. Pedunculi ramosi, 3 linearum, colorati, 2-3 flori. Calycis lacinae lineari-lanceolatae acutae. Corolla magna, maculis exasperata, subtus rudis, superne pilis glandulosis,

orbiculo nullo. Lacinae majores oblongae subulatae. *Mass. In Promont. b. Spei. h.*

Obs. Dentes ramorum minores quam in *HUERNIA campanulata*. Flores in fasciculo e basi ramorum, ut in omnibus (exceptâ *lentiginosâ*.) Cor. flavescens, dentibus intermediis, minutissimis, basi striis concentricis rufis parum interruptis; laciniis majoribus triangulari-acuminatis patentibus, rufo crebre punctatis. Ligulae aterrimae. Stamina atro-fusea deorsum pallidiora. Stylus tabulaeformis parvus obsolete pentagonus niveus, (oculo armato) cruce impressa." *Haworth l. c.*

10. *H. clavigera*; corollis campanulatis intus punctatis foris impunctatis, rostris gibbosis, scuto humili 5-lobo, lobis emarginato-bilobis. *STAPELIA clavigera Jacq. Stap. Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 233. n. 69. Haworth Syn. Pl. succul. p. 26. n. 28.*

Rami tetra-penta-hexagoni, erecti vel adscendentes, $1/2$ ped., pollicem crassi, dentibus rigidis patentibus. Pedunculi pollicares solitarii. Cor. faetida, pallide virens, extus livescens, intus obscure flava, maculis sanguineis, pilis clavatis. Limbus amplus, laciniis brevissimis acutis, alternis minimis. Stella exterior fusca, lacinae interioris basi gibbae demum subulatae patentes divergentes. *Jacq. In Promont. b. Spei. h.*

Obs. In *Diar. lips. p. 269.* *St. clavigera* sectioni secundae: corollis exterioribus decemdentatis, adnumeratur sequente diagnosi: corollis exterioribus campanulatis punctatis piliferis, pilis clavatis, nectarii rostris subulatis gibbosis erectis, corollis interioribus 5-lobis, lobis obtuse emarginatis.

11. *H. ocellata*; corollis exterioribus subcampanulatis hispidis, nectarii rostris subulatis erecto-patientibus gibbosis, corollâ interiore 5-lobâ, lobis bifidis obtusis. *S. ocellata Jacq. in Diar. lips. 1814. p. 270.*

1071. PIARANTHUS.

1. *P. punctata R. Brown*; articulis ramorum oblongis subtetragonis dentatis, floribus fasciculatis, corollarum laciniis lanceolatis acutis patentibus, supra papillosis. *STAPELIA punctata Mass. p. 18. l. 24. Poiret Enc. meth. V. p. 386. n. 34.* *S.* corollis 5-fidis campanulatis, lac. lanc. acut. pat., pedunculis corollâ duplo longioribus, ramis decumbentibus oblongis tetragonis medio floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1289.* *OBESIA? punctata Haworth Syn. Pl. succul. p. 43. n. 2.*

Corolla magnitudine *rufae*, laciniis albido-incarnatis, sanguineo-punctatis. Rami crassi a dentibus tetragoni. Pedunculi aggregati. *Willd.* Repens, ramis fere decumbentibus brevibus glaberrimis, dentibus basi crassis, apice acutis. Flores terni in axillis dentium. Pedunculi glabri teretes purpurascens $1 1/2$ poll. Cal. laciniis lanceolatis acutis atropurpureis. Cor. sub-

campanulata, fundo saturatius rubente. Nectarium aurantiacum. *Mass.* In *Promont. b. Spei regionibus Namaqualand.* h.

2. *P. pulla* *R. Brown*; subhexagona erecta, aculeis patentissimis, floribus sessilibus aggregatis, corollarum laciniis lanceolatis supra holosericeis replicatis. *PIARANTHUS pullus* *Haworth* *Syn. Pl. succul.* p. 44. n. 1. *STAPELIA pulla* *Mass.* p. 21. t. 31. *Poiret Enc. meth.* V. p. 385. n. 30. St. corollis 5-fidis, laciniis erectis lanceolato-acuminatis margine revolutis, pedunculis flore brevioribus, ramis erectis subhexagonis medio extra dentes floriferis. *Willd. Spec.* I. p. 1288. (excl. syn. *fasciculatae* *Thunb.*) *Allg. deutsch. Gart. Mag.* 1818. p. 233. t. 26.

A *ramosa* distincta ramis hexagonis acuminato-dentatis, floribus paulo majoribus extra dentes quidem convenientibus nec callo insidentibus, laciniis corollae erectis. *Willd.* Caules 6-7 poll.; rami angulis subsinuatis, dentibus validis. Flores terni quaterni in pedunculis brevissimis; calycis lacinae parvae acutae; cor. atropurpurea. *Mass.* In *Promont. b. Spei arenosis* *Harro.* h.

3. *P?* *fasciculata*; caule aphylo, subhexagono, denticulis patentibus acutis, flore pedunculato. *STAPELIA fasciculata* *Thunb. Prodr.* I. p. 46. *Fl. Cap.* II. p. 170.

Div. *Willdenow* in *Spec.* hanc ad praecedentem *pullam* duxit; ill. vero *Thunberg* minime synonymiam hanc agnoscit, et sequentibus describit plantam: „Rad. filiformis alba, raro fibrosa, longa, perennis. Caulis statim a radice in plurimos ramos fasciculatos divisus. Rami sparsi, iterum ramulosi, decumbentes, carnosus, tereti-subhexagoni, tuberculis patulis acutis inermibus, glabri, apice rufescentes, pollicares. Pedunculus teres glaber longitudine articulorum ramorum. Cal. profunde 5-partitus, laciniis ovatis acutis glabris persistentibus lineam longis. Folliculi duo pedunculati erecti medio crassiores acuti fusco-purpurei, calyce pentaphyllo „(supra 5-partito)“ basi cincti, palmares.“ In *Collibus Hantum prope Roggeveldsberg.* h.

1072. STAPELIA.

A. *STAPELIAE genniae.* Ligulae s. lacinae Nectarii exteriores 5 basi connatae, imo corollae insertae, genitalia ambientes. Stam. 5 corniculiformia saepissime bipartita (exteriore ramo incurvo cultriforme interiore recurvo calcariforme) intra ligulas, iisdemque basi connata, interne ipsa cavâ basi antheras duas distinctas sessiles cerinas (reconditas carneo albo processu) gerentia; inde genus

pentandrum, nec gynandrum Haworth. STAPELIA
Haworth. *)

a. ALATAE. *Caulibus alatum tetragonis pubescentibus.*

1. *S. grandiflora Mass.*; ramis quadrangularibus clavatis, angulis dentibus remotis incurvatis, corollâ magnâ planâ

* 1) Post foecundationem vel sub ipsa antherae cum stigmatibus cohaerent atque conflunt! Herbae perennes praesucculentae, vulneratae copiose aqueo lactescentes, radicibus fibris simplicibus longis crassis. Rami crassi tetragoni erecti seu adscendentes cereiformes, inferne parum ramosi, pube brevissimâ, angulis crebre dentati, dentibus tumidulis foliolo erecto lineari carnosio vix conspicuo mox marcescenti terminatis. Pedunculi inaequales subflexi teretes villosuli, prope dentes inferiores erumpentes in fasciculo. Cal. 5-phyllus stellaris, foliolis lineari-attenuatis cereo-carnosis, uti tota inflorescentia. Cor. 5-partita stellaris laevis nitens basi turgida, plus minus hirta praecipue basin versus, et praeciliata, fere semper absque maculis, at notata striolis transversis interruptis concentricis, semper foetida. Stylus (Nectarium centrum) tubulaeformis 5-angularis supra planus niveus, lateribus saepe 5-angulariter declivis, angulis ipsis stigmatiferis, ad ambo germina recondita, communis, et laevissime unitus per filum sessilem (duplicem?) mox deciduus. Stigmata sessilia granuliformia corneo-glandulosa nitida, tria in triangulo, ad singulum annulum Styli, horum duo interna brunnea. Germina duo styliformia, conniventia exigua, parum subulata obtusa, sub stylo tubulaeformi omnino recondita, sed demum progredientia in folliculos duos univalves uniloculares corniculiformes rectos subulatos 1-6-unciales, introrsum longitudinaliter dehiscentes. Semina majuscula subovata depressa marginata plumosa rufa; lanâ copiosissimâ tenuissimâ praelongâ sericeâ niveâ. *Haworth l. c. p. 15.*

2) STAPELIARUM *expositionem* sibi soli olim vindicavit divus Collega in editione S. V., I. I. *Römer*, administrapte fors opem opesque suas sagacissimo plantarum cultore in Hort. Vindob. *Schott*, qui, et nobis idem pollicitus, deplorabili Botanicis morte prius ereptus est, quam voti compotes nos facere potuisset. Bis ergo morte duorum egregiorum virorum spe frustrati, suppelles nostra quantalacunque (non enim per breve temporis spatium, quô litterae fatum Di. *Schott* nobis annuntiabant ad illud, quô per annum et ultra expectatae pro S. V., *Stapeliae* typis mandandae, *Stapeliarum Monographiam* a divo *Jacquin* e Vienna in subsidium adducere licuit) interea sufficiat. Proximâ hunc tomum sequente Mantissâ illud, quod ex tanto opere addendum erit, subministrabimus. Interea sequebamur argutissimum in plantis succulentis auctorem, *Haworth* (cui etiam *Jacquin* opus immortale de *Stapeliis*, ut videtur, inspicere vetitum erat: nullibi enim icones *Jacquinianae* adducit) eâ tamen ratione, ut nova sua e *Stapeliis* extracta genera pro totidem generis STAPELIAE sectionibus habuissimus. STAPELIARUM a *Jacquin* depictarum descriptarumque synopsis elegantissimam exhibet *Diarium litterar. Lipsiense* (*Leipziger Literat. Zeit.* 1814. p. 167.) sequente Schemate:

5-fidâ, laciniis lanceolatis acutis margine ciliatis. *Mass.*
Stdp. p. 3. t. II. *Poirer Enc. meth.* VII. p. 378. n. 5.
Haworth Synops. Plant. succul. p. 16. n. 1. *St.*

A. Corollis exterioribus quinquefidis:

- a. Nectarii rostris simplicibus gibbosis: 1. *St. deflexa*;
 2. *divaricata* *Mass.*; 3. *glanduliflora* *Mass.*;
 4. *fissirostris*.
 b. Nectarii rostris appendiculatis: 5. *St. glauca*; 6. *re-*
voluta *Mass.*; 7. *lepada*; 8. *vetula* *Mass.*; 9. *juven-*
cula; 10. *hircosa*; 11. *depressa*; 12. *sororia* *Mass.*
(patula Willd. Enum.); 13. *sororiae* *varietas*; 14. *so-*
roriae *varietas altera*; 15. *hirsuta*; 16. *hirsuta*
varietas; 17. *ambigua* *Mass.*; 18. *ambiguae* *varietas*;
 19. *grandiflora* *Mass.*; 20. *Asterias* *Mass.*; 21. *co-*
mata; 22. *hamata*; 23. *gemmaiflora*.
 c. Nectarii cornubus binis erectis: 24. *St. maculosa*; 25.
bufonia; 26. *bufoniae* *varietas*; 27. *marmorata*;
 28. *normalis*; 29. *variegata*; 30. *planiflora*;
 31. *rugosa*; 32. *conspurcata*; 33. *clypeata*.
 d. Nectarii foliolis oblongis obtusis: 34. *St. serrulata*; 35.
pedunculata *Mass. Willd. Spec.*; 36. *pedunculata* *alia*;
 37. *pedunculata* *Mass. t. 21.*; 38. *pedunculata* *Sims.*;
 39. *verrucosa* *Mass.*; 40. *roriflua*; 41. *reclinata*
Mass.; 42. *radiata*; 43. *hirtella*; 44. *caespitosa*
Mass.; 45. *replicata*; 46. *geminata* *Mass.*

B. Corollis exterioribus decemdentatis:

47. *St. venusta* *Mass.*; 48. *clavigera*; 49. *campanu-*
lata *Mass.*; 50. *ocellata*; 51. *tubata*; 52. *duode-*
cimfida, *varietas tubatae*; 53. *reticulata* *Mass.*; 54.
reticulata deformis; 56. *St. barbata* *Mass.*

Synopsis STAPELIARUM aliam proposuit sagacissimus *Rob. Brown* l. c.

- A. Coronâ exteriorē 5-phyllâ, foliolis indivisis:
St. hirsuta, *sororia*, *vetula*, *ambigua*, *Asterias*, *glanduliflora*
(Mass. hae omnes) stellaris Jacq. ined.
 B. Coronâ exteriorē 6-partitâ, laciniis bifidis tri-
fidissis:
St. pedunculata, *verrucosa*, *mixta* *Mass.*; *variegata* *Linn.*; *le-*
pida Jacq. ined.
 C. Coronâ exteriorē, monophyllâ indivisâ vel cilia-
to-multifidâ:
St. articulata et *geminata* *Mass. Ineditae Banks.*

3) „III de *Jacquin* in opere graphico de *Stapeliis* ludentes formas
 Nectarii diversis nominibus, nempe: *sacco*, *rostro*, *alâ*, *ligulâ*, *scuto*,
cornu salutavit. Consultius fore credidi, nullos novos introducere ter-
 minos, quibus scientia jam obruta; hac de re nectarium Stapeliarum se-
 cundum regulam coronam dixi, et ad diversam hujus figuram divisiones
 formavi. Characteres Specierum in *Speciebus Plantarum*, a me
 stabiliti nullius sunt pretii, quam nectarii formas hoc tempore haud vi-
 disse.” *Willd. Enum. H. Berol.* p. 279.

coroll. 5-fid. villosis, laciniis lanceolato-acuminatis margine ciliatis, pedunculis basi incrassatis corollâ brevioribus, ramis erectis tetragonis clavatis basi floriferis. *Willd. Spec. J. p. 118*

St. coroll. 5-fid. planis rugosis margine villosis ciliatis, disco villosis, coronae exterioris laciniis lanceolatis erecto-patulis, cornubus subulatis erectis, appendicibus adnatis oblongis apice truncatis dentatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 22.* *Jacq. Stap. t. 27?*

Corolla magna atropurpurea fundo et laciniarum apice obscurioribus. *Willd.* Corolla subinde diametro $1\frac{1}{2}$ ped., pilis margine albis. — Pedalis, ramis pubescentibus, dentibus spinâ parvâ molli. Pedunculi carnosissimi corollâ breviores adscendentes subinde triflori. Calycis lacinae lanceolatae acutae. Cilia disticha grisea. *Mass. In Promont. b. Spei. b.*

2. *S. spectabilis Haworth*; corollae laciniis albo-ciliatis ovato-lanceolatis, a basi post medium villis longis densissimis rubris, superne obsolete pallido striatis, apicibus nigris. *Haworth Synops. Pl. succul. p. 16. n. 2.*, et, hoc teste: *St. grandiflora Curt. Mag. 585.* (excl. synonym.)

In Promont. b. Spei. b.

3. *S. ambigua Mass.*; corollae laciniis maximis oblongo-lanceolatis hispidis, ligulis semioncialibus exteriore ramo staminum caltriformi serrato, interiore formâ pedis. *Haworth Synops. Pl. succul. p. 17. n. 3.* St. ramis erectis quadrangularibus clavatis, angulis dentatis remotis incurvatis, corollâ magnâ planâ 5-fidâ, laciniis lanceolatis hispidis, margine ciliatis. *Mass. Stap. p. 13. t. 12.* *Poir. Enc. meth. VII. p. 379. n. 6.* St. coroll. 5-fid. hispidis, laciniis ovato-lanceolatis acutis margine villosis, pedunculis multifloris, ramis erectis tetrag. clavatis basi floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1279.* St. coroll. 5-partit.

planis rugosis margine villosis ciliatis, disco villosis, coronae exterioris laciniis lanceolatis acutis erectis, cornubus subulatis uncinatis, appendicibus ovatis dentatis cornu duplo brevioribus. *Willd. Enum. H. Berol. p. 283.* St.

coroll. planis ciliatis totis rugosis, infra medium hirsutis, supra medium nudis, rostris subulatis acutis supra medium recurvatis, dorso basi excurrentibus in alam latam adscendentem et superne dentatam. *Jacq. Stap. t. 37.*

Ab affinibus satis distincta: pedunculis multifloris. Corolla magnitudine *S. hirsutae*, hispida, obscure rufo-purpurea, striis brevibus transversalibus atro violaceis variegata, laciniarum margine obscure violaceo. *Willd.* Caules 1-2 ped., ramosi, pubescentes; pedunculi 3-4-flori, bractea ad basin pedicelli singuli; calycis lacinae lanceolatae corollaeque acutae: hae nervis 5. Cilia bifurcata. *Mass. In desertis aridis Promont. b. Spei. b.*

Obs. Cls. *Haworth* l. c. in observatione addit: Calycis foliola subulata canaliculata pubescentia. Cor. alte 5-fida rufo-vinacea, rugis transversis saturatioribus, rarius flavo interruptis, ultra medium rufo-hirta, pilis basi glandulosis; tunc nuda; marginibus laciniarum ciliis distichis complanatis $\frac{1}{2}$ poll. crebris roseis. Ligulae rufae obtusae parum recurvae canaliculatim concavae, apice pallidiores. Stamina inaequaliter bifida rufa, exteriori ramo cultriformi praecompresso patulo obtuso interne dentatim crossulo, acie stylum spectante, interiori ramo erectiore at patulo, altiore triplo angustiore subulato, dorso plano apice recurvo. Styli tabula magna alba 5-angularis subrepanda. Antherae cerinae obtusae magnae. *Haworth*. STAPELIAE *ambiguae* varietas *Jacq.* in *Diar. Lips.* 1814. p. 269. species propria dicitur.

4. *S. sororia* *Masson*.; ramulis divaricatis quadrangularibus, angulis dentatis, dentibus remotis acutis incurvatis, corollâ unicolori, laciniis lanceolatis planis, centro villosis, margine ciliatis. *Mass. Stapel.* p. 23. t. 39. *Poiret Enc. meth.* V. p. 373. n. 4. *Haworth Syn. Pl. succul.* p. 17. n. 4. St. corollis rugosis, laciniis oblongis acutis, margine fundoque villosis, pedunculis teretibus corollâ longioribus, ramis divaricatis tetragonis basi floriferis. *Willd. Spec.* I. p. 1278. St. corollis planis margine villosociliatis, disco hirsutis, caeterum rugosis glabris, coronae exterioris laciniis lanceolatis acutis erectis, cornubus subulatis erectis uncinatis, appendicibus ovatis apice dentatis. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 281. STAPELIAE *sororiae* varietas *Jacq. Stapel.*

Willdenow in *Enum.* l. c. addit: „A patula structurâ nectarii satis diversa ut et habitu floris. Planta *Massonii* hujus sine dubio varietas.“ Ergo *Willdenowiana* potius varietas plantae *Massonii*; et tamen, sine dubio vel varietatis signo, citat diagnosin, sub qua *St. sororiam* *Masson.* in *Spec. pl.* exhibuit ubi l. c. dixit: „grandiflorae et *ambiguae* colore similis, sed pedunculo cauleque satis distincta. Cor. atropurpurea rugis transversalibus undulatis flavescens, fundus corollae magis rubicundus valde villosus.“ — Differt a *hirsuta* toto habitu, ramis divaricatis profunde quinquangulatis „(supra tetragonis dixit)“ subreclinatis, floribus nutantibus, corollâ unicolori. Caules pedales ramosi purpurascens, ramulis crassis; dentes crassi, basi carnosissimi; pedunculi simplices solitarii 3 poll., penduli, purpurei; calycis lacinae profundae lineares acutae; corollae lacinae ovato-lanceolatae acutae. *Masson* l. c. *Ad Promont b. Spei.* h.

Obs. In *Diario Lips.* 1814. p. 268 huc, ad *St. sororiam* *Mass.* tanquam synonymon, ducitur: *St. patula* *Willd.*, et *St. sororia* *Willd.* refertur ad *sororiae* varietatem *Jacq.*, quam *Willdenow* hic ad suam *sororiam* (ab illo pro *sororiae* *Mass.* varietate declaratam) ducit: STAPELIAE *sororiae* varietas altera *Jacq.* vero in *Diario* propria dicitur species, distincta appendicibus rostrorum latioribus, altioribus, quadridentatis.

5. *S. patula Willd.*; corollis 5-fidis planis margine villosa-ciliatis, disco hirsutis, caeterum rugosis glabris, coronae exterioris laciniis lanceolatis acutis erectis, cornubus subulatis divergentibus, appendicibus oblongo-lanceolatis interne unidentatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 281.* St. *sororia*, corollis planis ciliatis, totis supra rugosis, centro hirsutis, caeterum glabris, rostris subulatis acutis, alis oblongis obtusis interne unidentatis, ligulis acutis. *Jacq. Stap. (fide Willd.)*

In Promont. b. Spei. h. Confer Observ. ad priorem sororiam.

6. *S. reflexa Haworth*; staminibus subdeltoideis processu interiore recurvatim unguiculiforme, styli tabulâ cruce impressâ. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 18. n. 5.* St. *deflexa Hortor.*

„Praecedentibus (STAPELIIS 1-4) omni parte plus duplo minore; corolla viridi-vinacea laciniis elliptico-laciniatis revolutoreflexis, medio striis transversis undatis contiguis albidis; intus basin versus pilis erectis longis purpureis: margine omnium ciliis numerosis conspicuis roseis. Ligulae sordide rufae recurvae inflexo-concavae apice cuneatae, basi pallidiores. Stamina concoloria cum ligulis, processu interiori unguiculum aviculae simulante.“ *Haworth. In Promont. b. Spei.*

h. Confer S. deflexam Jacq.

7. *S. lucida Decand.*; ramis tetragonis erectis medio floriferis velutinis, dentibus erectis, corollis 5-fidis rotatis, laciniis margine pilosis ovato-acuminatis revolutoinflexis, disco lucido subpiloso, cornubus subulatis, alis oblongis. *Decand. Cat. Monsp. 1813. p. 149.*

„Species affinis ST. *sororiae*, *ambiguae* et *deflexae*; a *sororia* differt ramulis non divaricatis sed erectis, pedunculis corollâ brevioribus, rugis corollae non flavescens, fundo non villosa; ab *ambigua*, cui affinior, distinguitur ramis non basi, sed medio floriferis, corollae laciniis non planis, flore minore coloris intensioris; a *deflexa* tandem praesentiâ alarum et pluribus aliis notis facile segregatur.“ *Decand. Habitat?*

8. *S. Iuvenula Jacq.*; corollis 5-partitis, fundo breve campanulato, laciniis transversim rugosis, coronae exterioris laciniis lanceolato-acuminatis, cornubus subulatis divergentibus, appendicibus brevissimis obtusis, ramis medio floriferis. *Willd. Enum. H. Berol. I. p. 280.* St. corollis planis glabris, transversim rugosis, rostris subulatis gibbosis, ligulis lanceolato-acuminatis, ramis versus medium et superne floriferis. *Jacq. Stap. Poir et Enc. meth. Suppl. V. p. 251.*

Vetulae maxime affinis, rami numerosissimi, non basi floriferi; pedunculi aggregati, pollicares; lacinae corollae acutiores quam in *Vetula*. *In Promont. b. Spei. h.*

Obs. Si *St. vetula* apud *clm. Haworth* TRIDENTEA cum?, etiam huic affini? adscribendum, si TRIDENTEIS adnumerare vellas; nectarii tamen forma hac potius *Juvenulam*, fors et *vetulam*, vocare suadet.

b. *Aequilaterales: caulibus angulis 4, planis aequalibus pubescentibus.*

9. *S. Massoni Hortor.*; ramis quaternis magnis. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 18. n. 6.*

In Promont. b. Spei. h.

Obs. Ill. *Haworth* nil addit praeter: „Namque rite examinavi.“

10. *S. Asterias Mass.*; ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus brevibus erectis, corollâ magnâ 5 fidâ, laciniis lanceolatis margine revolutis ciliatis. *Mass. Stapel. p. 14. t. 14. Poiret Enc. meth. VII. p. 379. n. 7.* *S. corollae laciniis ovatis longe acuminatis, staminibus inaequaliter bifidis truncatulis. Haworth Synops. Pl. succul. p. 18. n. 7. Curtis Mag. t. 536. St. coroll. 5-fid., laciniis ovato-acuminatis rugosis, margine revolut. villosis, pedunculis longitudine corollae, ramis erectis, tetragonis attenuatis basi floriferis. Willd. Spec. I. p. 1280. S. corollis 5-partitis planis rugosis, laciniis marg. revol. ciliat., coronae exterioris laciniis lanceolatis erecto-patulis, cornubus lanceolatis obtusis, appendicibus oblongis obtusis apice bidentatis. Willd. Enum. H. Berol. p. 282. S. corollis margine ciliatis et canaliculato-revolutis, facie inferne lucidis, superne transversim rugosis, rostris alisque oblongis obtusis. Jacq. Stap. t. 26.*

Corolla profunde 5-fida obscure violacea rugosa, laciniis striis transversis albido-lutescentibus variegata, fundo atro-violaceo. Nectaria albida. *Willd.* Affinis *hirsutae*, sed pili in centro nulli: color inversus. *Sims.* Rami erecti vel adscendentes numerosi inaequales, 6-9 poll, dentibus quidquam incurvis, mucrone parvo. Pedunculi plerumque solitarii teretes pubescentes 2 poll. uniflori; calycis lacinae lineares acutae. Cor. profunde 5-fida, laciniis patentibus obliquis. Tubus fere nullus. *Mass. Ad Promont. b. Spei. in Harro. h.*

Obs. *Haworth l. c.* in *Obs.* describit: „Corollam deflexâ duplo majorem magisque carnosam atropurpuream, fere ad medium laevem, turgidam, laciniis medio striis transversis irregularibus fractis punctisque subanastomosantibus flavescens, basi hirtam, marginibus laciniarum alte crebreque ciliis purpureis; ligulas nigras inflexo-concavas expansas apice erosulas; stamina ligulis longiora, suberecta, ramo extimo subdolabriforme praecompresso nigricante, ramo intimo lorato flavicante altiore triplo angustiore.“

11. *S. stellaris* Jacq, *Brown l. c.* *St. stellaris* Hor-
tor. *Haworth Syn. Pl. succulent. p. 19. n. 8.*

In Promont. b. Spei. h.

Obs. Nec ullam ulibi plantae hujus diagnosin aut descriptionem invenimus,
licet adducatur a ell. R. *Brown* et *Haworth*.

12. * *S. hirsuta*; corollis planis margine villosociliatis,
disco villosis, caeterum rugosis glabris, coronae exterioris
laciniis lanceolatis acutis erectis, cornubus subulatis patulis,
appendicibus adnatis ovato-oblongis cornu subaequantibus.
Willd. Enum. Hort. Berol. p. 281. *St. corollae laci-*

nii ovatis acutiunculis margine villosis, fundo villosis, pedun-
culis tereti us longitudine corollae, ramis adscendentibus te-
tragonis basi floriferis. *Willd. Spec. l. p. 1278.* *Haworth*
Syn. Pl. succul. p. 19. n. 9. *Desfont. Fl. atlant. l.*

p. 213. *Poiret Enc. meth. VII. p. 378. n. 2.* *Mill.*
icon. t. 250. *Thunb. Prodr. l. p. 46. Fl. Cap. II. p. 108.*

Kniph. Cent. 2. n. 89. *Jacq. Misc. l. p. 28. t. 3.*

St. corollis planis ciliatis, disco in facie hirsutis, caeterum
glabris et transverse rugosis, rostris subulatis acutis, dorso
per maximam longitudinem excurrentibus in alam latam acutam
rostroque paulo brevioribus. *Jacq. Stapel. t. 38.* *Com-*

mel. rar. t. 19. *Bradl. succulent. III. p. 5. t. 23.*
Roes. Insect. t. 9.

Varietates in horto sunt flore majore et minore, ut et colore pro-
fundiore atque pallidioribus. *Willd. Enum. l. c.* Cor. flavescens
striis transversalibus atro-violaceis, laciniis apice et margine
violaceis, fundo pallide rubicundo, nectariis rubris. *Willd.*
Spec. l. c. Caulis carnosus tetragonus denticulatus totus hirsu-
tus, ramis alternis tetragonis denticulis subulatis erectis.
Flores laterales, pedunculis striatis unifloris palmaribus. Pe-
rianthium profunde 5-partitum, laciniis lanceolatis unguicula-
ribus. Cor. magna speciosa 5-partita, extus tenuissime villosa,
intus lanata villo ferrugineo, margine ciliata ciliis albis longis,
plana, magnitudine ROSAE gallicae. Odor cadaverosus. *Thunb.*
In montibus prope Kap, juxta P Dart et alibi.

Obs. STAPELIAE hirsutae varietas *Jacq.* in *Diario Lips. 1814. p.*
269. propria dicitur species.

13. *S. hamata* Jacq.; corollis planis ciliatis supra ru-
gosis centro hirsutis, caeterum glabris subulatis, dente uno
alterove hamatis, alis parallelis cum rostris erectis, ligulis
emarginatis. *Jacq. Stapel.* *Poiret Enc. Suppl. V. p.*
250. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 19. n. 10.* *St.*

corollis exterioribus planis hirsutis ciliatis rugosis, rostris
lanceolatis subulato-uncinatis, appendiculis parallelis lanceo-
latis apice subdentatis, corollis interioribus emarginatis.
Diario Lips. 1814. p. 269.

Caules crassi brevissimi, ramis numerosis cespitosis pedibus, crassitie digiti, erectis virentibus molliusculis tetragonis, angulis dentatis, dentibus mucronatis rectis brevibus, subinde recurvis; pedunculi uniflori axillares ad basin ramorum, subvillosi, 3 poll.; foliola calycis lineari-lanceolata acuta; corolla foetida, 4 poll. lata, laciniis acuminatis, primum rectis, dein recurvis, sanguineis, lineis transversis albis, margine ciliis rubris, nectario laciniato, laciniis subulatis bifidis hamulosive, basi rufescentibus apice pallidis. *Jacq. Ad Promont. b. Spei. h.*

Obs. „ Vivam possideo absque flore. Rami et ramuli minores minusque pubescentes quam in *stellari*. Flores non vidi. *Haworth.*

14. *S. comata Jacq.*; corollis ciliatis, disco plano et in facie hirsutissimo, caeterum glabris et transversim rugosis, laciniis subconvexis, primo totis deflexis, tandem patentissimis; rostris subulatis acutis, a basi ad medietatem usque in alam excurrentibus erectam, subtruncatam, et apice dentatam. *Jacq. Stapel. Poir et Enc. meth. Suppl. V. p. 230.*

ST. corollis exterioribus planis hirsutissimis ciliatis rugosis, deflexo patentissimis, rostris lanceolatis recurvatis; appendiculis oolongis truncatis crenulatis. *Diar. Lips. 1814. p. 269.*

Rami recti, subpubescentes, sulcati, tetragoni dentibus rectis; pedunculi ad ramorum partem inferiorem, saepe solitarii, subvillosi, 2 poll.; corolla foetida, 3 poll., glabra, extus striata, pallide flava, tubo brevissimo, laciniis lanceolatis acutis margine pilis rubris albisve, eodemque et apice atro-purpureis, striis flavis sanguineisve. *Jacq. in Promont. b. Spei. h.*

15. *S. multiflora Decand.*; ramis tetragonis erectis medio floriferis subvelutinis, dentibus erectis, pedicellis aggregatis, corollis 5-fidis rotatis, laciniis e plano reflexis margine, discoque pilosis, cornubus subulatis, alis ad medietatem usque coalitis subintegris. *Decand. Catal. H. Monsp. 1815. p. 119.*

„ Adeo affinis ST. *comatae Jacq.*, ut diu pro mera ejus varietate habui(ssem); distinguenda tamen mihi videtur ob pedicellos fasciculatos aggregatos nec solitarios, florem omnino violaceo-rubentem, nec in medio laciniarum flavescente(m), alas rarissime dentatas, nec tridentatas, ut in specie *Jacquiana*, ligulas tandem tridentatas obtusas nec acutas. Pili marginales longi purpurei aut albi, centrales breves sericei purpurei lucentes.” *Decand. Habitat?*

16. *S. rufa Mass.*; ramis ramulisque erectis tetragonis anguste dentatis, dentibus erectis, corollâ 5-fidâ, laciniis triangularibus acutis rugosis margine ciliaribus. *Mass. Stap. p. 16. t. 20. Poir et Enc. meth. V. p. 380. n. 11.* ST. corollae laciniis lanceolato-acuminatis, ligulis lineari-lanceolatis undatis, staminibus dilatatis inaequaliter emargi-

nato-bifidis. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 20. n. 11.* ST. corollis 5-fidis rugosis, laciniis lanceolatis acuminatis, margine (tenuissime) ciliatis, fundo stellato, pedunculis corollâ brevioribus, ramis tetragonis erectis basi floriferis. *Willd. Spec. l. p. 1281.*

Corolla magnitudine floris PERIPLOCAE *graecae* vel paulo major, obscure violacea, striis transversalibus atro-purpureis variegata, fundo unicolore stellato rufo. Nectaria variegata. *Willd.* Caules 3-4 poll., ramis alternis, saepe rufescentibus, subramosis; dentes obtusi; flores bini, ternive; pedunculi axillares 1/2 poll., teretes, purpurascens; calycis lacinae lineares acutae; lacinae corollae lanceolatae acuminatae pedunculis longiores. Fundus rufescens, variegatus. *Mass.* In *Promont. b. Spei calidis ultra Piatte Kloof. b.*

Obs. „Pedunculi conspicui, teretes, villosuli, coracis calami „(pennae?)“ crassitie. Cal. foliolis basi fere unitis vel potius apici petioli insertis, semuncialibus, lineari-subulatis, intus inflexo-canaliculatis villosulis. Cor. 5-fida fere ad basin, extus pubescens, intus atra subnitens, fundo hirsuti simo pilis longis rubro-vinaceis, laciniis reticulatim rugosis usque ad medium striis concentricis transversis undatis interruptis alborosis, marginibus pulcherrime ciliatis pilis semuncialibus copiosis amoenissime rubro-vinaceis, basi ciliorum confluyente in processu tenuissimo subcartilagineo. Ligulae rufo-atrae integrae undato-recurvae inflexo-canaliculatae. Stamina magna atra, apice atro-rufa, exteriori ramo brevi subdeltoideo 2-5-crenato, interiori pyramidali plano extus uncrenato. Tabula styli pentagona concava cruce punctisque 2 impressis. Descriptio ex senecto flore.“ *Haworth l. c.*

17. *S. pulvinata Mass.*; ramis reclinatis, corollis quinquefidis, laciniis subrotundis rugosis acuminatis ciliatis, fundo elevato densissime piloso. *Simms bot. Mag. 1240.* ST. ramis ramulisque tetragonis reclinatis dentatis, corollâ 5-fidâ planâ medio villosâ, laciniis patentissimis rugosis acuminatis ciliatis. *Mass. Stap. p. 13. t. 13.* *Poir et Enc. meth. V. p. 379. n. 8.* *Haworth Syn. Pl. succul. p. 20. n. 12.*

12. ST. cor. 5-fid., laciniis subrotundis rugosis acuminatis margine villosis, fundo elevato villosis, caule tetragono decumbente, ramis adscendentibus floriferis. *Willd. Spec. l. p. 1279.* *Allg. deutsch. Gart. Mag. 1815. p. 110. l. 11.*

Omniū elegantissima. — Cor. magna, laciniis atroviolaceis, apice laciniarum unicolore fusco, fundo rufo. Nectaria atroviolacea. Ab omnibus corollae formâ satis distincta. *Willd.* Humilis, vix 6-8 poll.; dentes erecti; flores ad basin ramorum, axillares, pedunculis plerumque solitariis teretibus ad minimum longitudine florum. Corolla rugis albidis, laciniis amplis oblongis subrotundatis, ante anthesin fere globosa, inflata, 5-angularis, extus nervis 5, apice concava. *Mass.* Ad *Promont. b. Spei prope Camies-Berg inter frutices. b.*

18. *S. fissirostris* Jacq.; corollis cuspidatis rugosis scabrosis ciliatis, rostris semibifidis. Jacq. Stapel. Poirer Enc. meth. Suppl. V. p. 230. St. corollis exterioribus patentissimis rugosis ciliatis, laciniis margine revolutis acuminatis, corollis interioribus ovatis patentibus, rostris semibifidis. Diar. Lips. 1814. p. 268.

Caulis 2 1/2 ped., crassitie digiti, debilis, tomentosus, angulis dentibus acutis; rami alterni; pedunculi in ramis junioribus aggregati breves tomentosi uniflori; calyx villosus; corolla foetidula, 2 poll., firma, tubus amplus brevis; lacinae lanceolatae ciliatae glabrae extus virentes, intus flavo-viriduli striis fuscis scabris. Coronae extimae lacinae subulatae bifidae purpurascens, interiores ovatae obtusiusculae aurantiacae. Jacq. In Promont. b. Spei. b.

c. *Ligulis rhombeo-oblongis cuneatisve; staminibus simplicibus subulatis undulatis* (reliquis ut in ultima sectione, at ramis duplo gracilioribus.) *)

19. *S. concinna* Mass.; ramis ramulisque erectis tetragonis glaberrimis, angulis dentatis, dentibus erectis, corollâ 5-fidâ planâ hispidâ. Mass. Stap. p. 15. t. 18. Poirer Enc. meth. V. p. 382. n. 19. St. coroll. 5-fid. hispidis, laciniis ovatis acutis ciliatis, pedunculis longitudine corollae, caule tetragono erecto superne ramoso, ramis patulis simplicibus basi floriferis. Willd. Spec. I. p. 1284. Hayne term. bot. t. 16. f. 8. St. ramis ramulisque tetragonis reclinatis dentatis, corollâ 5-fidâ planâ medio villosâ, laciniis patentissimis rugosis acuminatis, margine ciliatis. Haworth Syn. Pl. succulent. p. 20. n. 13?

Corolla magnitudine ANEMONES nemorosae plana cinerea, striis undulatis transversis fuscis setisque candidis, laciniis ovatis acutis margine ciliatis, fundo unicolore fusco. Willd. 2-3 poll. alta; dentes acuti; flores plerumque gemini, pedunculis glabris teretibus purpurascens pollicaribus; corolla vix longitudine pedunculi, laciniis ovato lanceolatis acutis rugosis. Mass. Ad Promont. b. Spei in Harro. h.

Obs. Haworth l. c. non nisi cum? adducit St. concinnam Mass. additque: concinnam suam esse concinnam Hortorum; et Massoni plantam alius fors esse speciei utpote stamina bipartita, nec integra designantis. In concinna Haworth rami quaterni nitidi lente subpubescentes; pedunculi 1-2; corolla 5-fida ad medium rufescens, laciniis ovato-acuminatis, superne striolis obsoletis transversis irregularibus pallidis. Ligulae loratae apice obtuso-cuneatae, piceae, basi spadiceae. Stamina integra subulata, at plana, badia, longitudine ligularum.

*) Sectio haec fors proprii generis: attamen species sub eadem militantes habita, pubescentia, ramorum dentibus conveniunt.

20. *S. glandulifera* *Donn.*; corollâ praevillosâ, villis obspathulatis niveis, ligulis minutis, rhombeo-oblongis, integerrimis. *Haworth Syn. Pl. succulent. p. 21. n. 14. et, hoc teste: St. glandulifera Donn. Hort. Cantabr. ed. 5. p. 56. St. glanduliflora Donn. Hort. Cantabr. ed. 6. nec Massoni.*

Non esse *glandulifloram Massoni*, in qua stamina fissa, flores, pubesque non eadem. Villi numerosissimi longi; rami manifeste pubescentes; flores e medio ramorum supra calcaria crassa, 2-3 ni, pedunculis 2-3 poll. filiformibus debilibus hirtis. Cor. parvula virescens, laciniis ovato-acuminatis, fundo, striolisque numerosis concentricis transversalibus interruptis rufis. Ligulae patentes corneae luteo-rufescentes obtusae, supra planae, longitudine lineae. Stamina simplicia subulata bacca trinervia, apicibus supra tabulam styli conniventibus. *In Promont. b. Spei. h.*

21. *S. hispidula* *Hornem*; corollae laciniis acuminatis transversim rugosis hispidis, pilis clavatis, apice replicatis nudis, laciniis coronae exterioris integerrimis acutis, cornubus subulatis conniventibus, pedunculis aggregatis subradicalibus corollâ multoties longioribus. *Hornem. Hort. Reg. Havu. p. 251.*

Hab. ad Cap. b. Sp. h.

Obs. Ob pedunc. subradicales longissimos, lacinias corollae margine non ciliatas et lacinias coronae exterioris indivisas diversam a *STAP. concinna Mass.* credo.

22. *S. glanduliflora* *Mass.*; ramis pluribus suberectis tetragonis, angulis dentatis, dentibus erectis acutis, corollâ planâ glandulis setaceis clavatis tectâ, laciniis ovato-lanceolatis acutis patentibus. *Mass. Stap. p. 16. t. 19. Poir. Enc. meth. V. p. 382. n. 20. Hort. Kew. 2. ed. II. p. 89. Smith exot. Bot. t. 19. Haworth Syn. Pl. succul. p. 22. n. 15. St. glandulifera (sphalmate!): corollis 5-fid. pilis apice glanduliferis, laciniis ovatis acutis, pedunculis corollâ longioribus, ramis patulis tetragonis basi floriferis. Willd. Spec. I. p. 1284. Jacq. Stap. t. 40.*

Corolla magnitudine *concinnae*, sulfurea, pilis albis tecta. Nectaria aurantiaca et nigra. *Willd.* Caules plures 6-7 poll.; dentes crassi, mucrone obtusiusealo, recto, glabro, carnosissimi. Flores ex axillis ramorum, bini, terni. Pedunculi simplices, teretes, purpurascens. Calyx laciniis 5 villosis, linearibus, acutis. Corolla calyce brevior, magnitudine *ANEMONES nemorosae*, punctis saturate rubris. Fundus corollae intense fuscus. *Mass.* *In desertis Promont. b. Spei, circa Nord Olfants Rivier. h.*

23. *S. acuminata* *Mass.*; ramis pluribus suberectis te-

tragonis dentatis, corollâ 5-fidâ planâ glabrâ rugosâ, laciniis caudato-acuminatis margine ciliatis. *Mass. Stap. p. 15. t. 17.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 380. n. 12.* *Haworth Syn. Pl. succul. p. 23. n. 16.* St. coroll. 5-fid. rugos., laciniis ovatis cuspidato-acuminatis, margine ciliatis, pedunculis corollâ brevioribus, ramis tetragonis ascendens medio floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1281.*

Corolla paulo major quam in *rafa*, laciniis cinereis, striis atropurpureis, transversalibus undulatis variegatis apice atropurpureis, margine tenuissime albo ciliato. *Willd.* Rami glabri inaequales, 6-7 poll.; pedunculi breves, bini terni, teretes, glabri, uniflori; calycis lacinae ovatae acutae. *Mass. Ad Promont. b. Spei in Namaqua Laud. h.*

Obs. Flores non vidi, at stamina simplicia et subulata sunt in *Massoni* figurâ; inde hujus generis. *Haworth.*

d. *Anomala*e absque characteribus praecedentium (quae inter nova genera procul dubio latent characteribus mihi *(Haworth)* ignotis.)

a. *Obtuse dentatae*, ramorum obtusangulorum dentibus fere omnino oblitteratis obtusissimis.

24. *S. aperta* *Mass.*; ramis pluribus divaricatis tetragonis dentatis, dentibus obtusissimis, pedunculis longiusculis, corollâ 5-fidâ planâ, laciniis ovatis obtusis rugosis. *Mass. Stap. p. 23. t. 37.* *Poiret Enc. meth. V. p. 383. n. 22.* *Haworth Syn. Pl. succul. p. 23. n. 18.* St. coroll. 5-fid. rugos., lac. ovat. obtus. margine glabris, pedunculis ramis duplo longioribus, ramis tetragonis apice subtridentatis, basi floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1285.*

Similis *pedunculatae* pedunculo et ramis, sed flore distinctissima. Rami obsolete dentati, apice obtuse tri- vel bidentati. Pedunculi longi triunciales et ultra, patuli. Corolla sordide obscure purpurascens; lituris brevissimis obscurioribus rugosa. Fundus circularis cinerascens nigro punctatus. Flos minor *pedunculatae*. *Willd.* Caules humiles, 1 1/2-2-ped., ramis simplicibus diffusis rectis glaucescentibus. Flores plerumque solitarii, pedunculi ramis duplo longiores. Lacinae corollae quinque-nerves. *In Promont. b. Spei in Namaqua-Land prope Kok Fountain. h.*

25. *S. ramosa* *Mass.*; ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus obtusissimis, floribus aggregatis subsessilibus, corollarum laciniis lanceolatis acutis replicatis. *Mass. Stap. p. 21. t. 32.* *Poiret Enc. meth. V. p. 385. n. 29.* *Haworth Syn. Pl. succul. p. 23. n. 19.* St. corollis 5-fidis planis, laciniis lanceolatis margine revolv-

lutis, pedunculis flore brevioribus, ramis erectiusculis tetragonis medio extra dentes floriferis. *Willd. Spec. 1. p. 1288.*

Corolla magnitudine *pruinosa* unicolor, atropurpurea, fundo circulari albido. Rami obtusissime repando-dentati. Flores proveniunt in callis extra dentes. *Willd.* Pedalis et ultra; caules glaberrimi, ramis inaequalibus, anguli prominentes subsinuati, dentibus minimis, remotis. Flores in parte ramorum superiore, pedunculis brevibus. Calyx laciniis 5-parvis acutis. Cor. pedunculis major, laciniis planiusculis. *Mass.* In Promont. b. Spei regionibus Harro ultra Platte Kloof circa Thermas. *Thunb.*

β. *Magnidentatae*: HUERNIARUM vel potius PIARANTHI habitu; at saepius elatiores, dentibus ramorum magnis horizontalibus deltoideis. An genus proprium? An PIARANTHI species?

26. *S. arida* *Mass.*; ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus patentibus acutis, floribus solitariis pedunculatis, corollarum laciniis planis setaceis. *Mass. Stap. p. 21. t. 35.* *Poiret Enc. meth. V. p. 381. n. 16.* *Haworth Syn. Pl. succul. p. 24. n. 20.* St. cor. 5-fid., laciniis oblongis acutis, apice marginis ciliatis, fundo circulari, pedunculis corollâ longioribus, ramis tetragonis erectis apice floriferis. *Willd. Spec. 1. p. 1283.*

Corolla magnitudine ASCLEPIADIS *Vincetoxici* pallide flava, laciniis basi punctatis apice pilosis subciliatis, fundo circulari flavo. Nectaria albida. *Willd.* Rami graciles 3-4 poll., angulis sinuatis, dentibus subcurvatis, spinas fere referentibus. Pedunculi simplices recti, corollâ longiores; calycis lacinae lanceolatae, acutae; corollae lacinae ovato-lanceolatae „(supra setaceae)“ punctatae. *Mass.* In Promont. b. Spei desertis siccis Kanna Land. h.

27. * *S. incarnata*; ramis erectis tetragonis dentatis, dentibus patentibus acutis, floribus subsessilibus, corollarum laciniis lanceolatis planis. *Mass. Stap. p. 22. t. 34.* *Poiret Enc. meth. V. p. 386.* *Haworth Syn. Pl. succul. p. 24. n. 21.* St. corollis 5-fidis, lac. lanc. acutis, (?) pedunculis corollâ brevioribus, ram. tetrag. strictis apice extra dentes floriferis. *Willd. Spec. 1. p. 1289.* *Linn. Suppl. p. 171.* St. caule aphylo tetragono, denticulis patentibus, flore sessili, laciniis corollae obtusis. *Thunb. Prodr. 1. p. 46.* *Fl. Cap. II. p. 167.* *Burm. Afr. p. 15. t. 7. f. 1.* β. corollâ albâ. *Mass. l. c.*

Flores parvi incarnati. Herba editur Afris. *Linn.* Flores magnitudine *S. piliferae* unicolores. *Willd.* Caules glabri; dentes breves, in ramis vero magis elongati, crassi, acuti, foliola

quasi carnosae sistentes. Cal. brevis, laciniis lanceolatis; corollae lacinae angustae, acutae. *Mass.* Caulis exacte tetragonus, laevis, obsolete sulcatus, angulis mammillato-tuberculatis, mammillis aculeis brevibus rufis. Flores e lateribus planis subsessiles quaterni horizontales. Calyx monophyllus, erectus, 5-partitus, laciniis ovatis acutis virentibus tubo corollae brevioribus. Cor. campanulata; tubus ovatus, pallide incarnatus; limbus erecto-patens, 5 partitus, laciniis lanceolatis obtusiusculis lineam longis intus convexis, extus concavis margine subrevoluto, pallide incarnatae. Nectarium genitalia tegens centro pistilli imposita margine virescenti; lacinae 5 flavae, erectae, bifidae, et 5 aliae ad centrum inflexae lineares. Germeum oblongum. Antherae subsessiles inter lacinias inflexas nectarii, minimae, didymae. Styli nulli, stigmata et Folliculi duo. *Thunb.* In *Promont. b. Spei siccis arenosis.* — In *Saldanha Bay*, in montibus juxta *Compagnies-Post*, prope *Verlooren-Valley* et alibi. *Thunb. b.*

28. *S. parviflora Mass.*; ramis pluribus tetragonis dentatis recurvatis, corollâ parvâ, laciniis angustis planis patentibus margine ciliatis. *Mass. Stap. p. 22. t. 35.* *Poiret Enc. meth. V. p. 381.* *Haworth Syn. Pl. succulent. p. 24. n. 22.* St. coroll. 5-fidis, laciniis lanceolatis obtusiusculis margine ciliatis, pedunculis corollâ longioribus, ramis tetragonis patentibus medio extra dentes floriferis. *Willd. Spec. l. p. 1283.*

Corolla minima hujus generis, magnitudine *CYNANCHI erecti*, flavo-virescens rugosa fusco-punctata, margine tenuissime ciliata. Nectaria aurantiaca. Flores non ut in plerisque speciebus e dentium axillis, sed e callo inter angulos. Simili modo florent *STAPELIA incarnata* et *ramosa*. *Willd.* — Glabra, pedalis, erecta, ramosa; flores gemini, subinde terni, pedunculi inclinati; calyx laciniis acutis, corolla laciniis lineari-lanceolatis. Tota purpurascit. *Mass.* In *Promont. b. Spei Namaqua-Land* sub fruticibus. *b.*

γ. *Ramorum teretum tuberculis unipiliferis vel unispinulosis.*
29. *S. pilifera*; ramis pluribus teretibus sulcatis tuberculatis, tuberculis piliferis, floribus sessilibus solitariis. *Mass. Stap. p. 17. t. 23.* *Poiret Enc. meth. V. p. 383. n. 24.* *Haworth Syn. Pl. succul. p. 24. n. 23.* St. corollis 5-fidis, laciniis ovatis cuspidato-acuminatis margine glabris, floribus sessilibus, ramis apice floriferis teretibus tuberculis setâ instructis. *Willd. Spec. l. p. 1286.* *Linn. Suppl. 171.* *Thunb. Prodr. l. p. 46.* *Fl. Cap. II. p. 165.*

Caulis simplex, rarius ramosus, crassus, tuberculis tectus apice acutis pilo simplici terminatis. Flores inter tubercula parvi purpurei. *Linn. Suppl.* Comeditur ab *Hottentottis*, quibus *Gaap* audit. *Mass.* Corolla magnitudine *S. aridae*, atropurpurea, circulo rubro in medio. *Willd.* Caulis unus pluresve teres obtusus totus callis tectus lacunosus erectus peda-

lis: calli frequentissimi convexi acutiusculi apice pilis simplicibus. Flores in summitate caulis laterales sparsi approximati sessiles. Cal. 5-partitus laciniis ovatis acutis corollâ multoties brevioribus viridibus apice fuscescentibus. Cor. subcampanulata crassa, magnitudine ANEMONES nemorosae, 5-partita; tubus intus intrusus margine plano, pentagonus; lacinae latae ovatae aristato acuminatae, campanulato patentes marginibus extrorsum flexis, unciam longae, 2 lin. latae. Color corollae extus incarnato-purpurascens, apice fusco-purpureus, uti et intus. Corolla extus laevis, intus callis elevatis muricata. Nectarium squamae 5 ovatae, apice parum patentes, erectae, bifidae, dentibus divaricatis acutis uti mandibulae LUCANI Cervi, purpureae. Filamenta basi squamarum nectarii inserta acuta parum incurva, purpurea, squamis nectarii breviora. Antherae dorso affixae, inflexae, minutae, lutescentes. Styli nulli. Stigmata 2 staminibus incumbentibus tecta. *In Prom. b. Spei desertis collibus aridissimis sub fruticibus in Harro infra Roggevelt. Mass; trans Hartequas Kloof. Thunb. h.*

30. *S. Gordoni Mass.*; ramis ramulisque teretibus tuberculatis, tuberculis spinosis, pedunculis solitariis, corollâ magnâ decemfidâ. *Mass. Stap. p. 24. t. 40. Poirer Enc. meth. V. p. 383. n. 23. Haworth Syn. Pl. succul. p. 25. n. 24.* St. coroll. 5-dentatis planis rotatis, pedunculis corollâ brevioribus, ramis apice floriferis teretibus tuberculatis, tuberculis spinosis, *Willd. Spec. I. p. 1285.*

Rami crassi, erecti, tuberculis medio spinâ rectâ. Corolla inter maximas, hujus generis diametro fere triunciali, repando-quinquedentata, dentibus latis brevissimis subrotundis brevissima acuminatis. Color fusco-flavescens floris, centro albicante, Nectaria nigra. Ab omnibus singulari corollae formâ abunde diversa: an hujus (STAPELIAE) generis? Dissuadent corollae forma et folliculi solitarii. *Willd.* Pedunculi solitarii corollâ breviores simplices glabri teretes virentes. Cal. brevis, laciniis profundis lanceolatis acutis. Nectarii lacinae breves, medio nigrae, margine albicantes. Folliculi solitarii erecti longi acuti. *Mass. Ad Promont. b. Spei in Groot-Namaqua-Land versus Orange-Rivier. h.*

Obs. „An genus proprium? At corolla 5- nec 10-fida. *Haworth*, qui eandem cum *Guil. Anderson* et *Joan. Howard* in *Hort. Hew.* olim vidisse suspicatur.

δ. *Ramis teretiusculis, tuberculis magnis, mammiformibus, medio folioliferis. Genus proprium?*

31. * *S. mammilaris*; corollis 5-fidis glabris, laciniis lanceolatis, pedunculis corollâ brevioribus, ramis medio floriferis erectis hexagonis tuberculatis, tuberculis spinosis. *Willd. Spec. I. p. 1287. Poirer Enc. meth. V. p. 384. n. 27. Haworth Syn. Pl. succul. p. 25. n. 25. Linn.*

Mant. 216. *St.* caule aphylo hexagono, denticulis reflexis, flore subpedunculato, laciniis corollae alatis. *Thunb. Prodr.* I. p. 46. *Fl. Cap.* II. p. 166. *Burm. Afr.* p. 27. t. 11.

Rad. fibrosa, perennis; caulis glaber basi teretiusculus, mox ramosus, curvato-erectus, sulcis obliquis; rami alterni profunde sulcati, simplices vel ramosi, angulis sinuatis mammillato-aculeatis, aculeis recurvis. Flores e sulcis ramorum inter angulos subpedunculati subquaterni. Pedunculus teres, vix lineam longus. Corolla brunnea glabra minuta: lacinae acutae, margine revoluto. Folliculi 2, calyce persistente coronati teretes acuti glabri virides maculis purpureis erecti digitales. *Thunb.* Caulis crassitie pigni. *Poiret.* In rupibus collium prope *Olyfant's Rivier* versus septentrionem, in *Harro* juxta *Hex-Rivier* et alibi. *b.*

32. *S. articulata* *Mass.* et *H. Kew.*; articulis ramorum oblongis teretibus reticulatim obsolete verrucosis, spinulis minutis, floribus subsessilibus, corollis supra papillosis, laciniis triangularibus. *Ait. Kew.* I. p. 310. *Mass. Stap.* p. 20. t. 30. *Poiret Enc. meth.* V. p. 384. n. 26. *Haworth Syn. Pl. succul.* p. 26. n. 26. *St.* corollae 5-fid. papillosis, laciniis lanceolatis, floribus subsessilibus, ramis apice floriferis teretibus tuberculatis, tuberculis mucronatis. *Willd. Spec.* I. p. 1287.

Cor. magnitudine *St. piliferae* atra, rami spicae femineae *ZEA* *Mays* haud absimiles. *Cls. Masson* dubius haeret an eadem cum *mammillari*; sed mihi ob figuram *Burmanni* et alias ob notas diversa videtur. *Willd.* Articuli aceto conditi comeduntur a novacolis, et etiam crudi a *Hottentottis*. Caules humiles, decumbentes; rami breves, tuberculis e viridi-purpurascensibus; flores solitarii, pedunculis brevissimis simplicibus; corolla parva, sed pedunculis major, atro-purpurea. *Mass. l. c.* In *Pramont. b. Spei* regionibus *Roggeveld. b.*

e. Appendicis loco huc posuit cls. Haworth sequentes species 5, a *Do. Evans Equ.* nominibus a *Jacquin* inditis e *Vienna* allatis:

33. *S. cordata* *Hortorum Haworth Syn. Pl. succulent.* p. 26. n. 27.

34. *S. canescens* *Hortorum Haworth Syn. Pl. succulent.* p. 26. n. 29.

Obs. *St. clayigera* a *cls. Haworth* huc sub n. 28. posita ad *HUERNIAS* spectat.

35. *S. hirtella* *Jacq.*; corollis 5-fidis, laciniis replicatis margine pilis simplicibus ciliatis, fundo orbiculato convexo elevato hirto, coronae exterioris laciniis obtusis, interioribus

ribus foliolis galeato-uncinatis, *Willd. Enum. H. Berol. p. 235.* St. orbiculo solido hirtello, limbi disco reflexo, laciniis lanceolatis patentissimis, oris in laminam verticalem replicatis ciliatis, dorso conniventi clauso. *Jacq. Stap. Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 232.* *Haworth Syn. Plant. succul. p. 26. n. 30.*

Affinis *cespitosae*, sed rami columnares, nec oblongi, 2 circiter pollicum, densi, numerosi, ascendentes, dentibus rectis vel parum recurvis; pedunculi plerumque solitarii pollicares; corolla extus e viridi-livens, intus saturate purpurea, plana, tubo nullo, laciniis acutis, saepe reflexis. Lacinae nectarii interioris recurvatae. *Jacq. In Promont. b. Spei. h.*

36. *S. Ophiuncula Hortor. Haworth Syn. Pl. succul. p. 27. n. 31.*

B. GONOSTEMONES: *) *Ligulae distinctae canaliculiformes. Stamina rectangulatim incurva unciformia brevia. Caetera ut in STAPELIIS aequilateralibus, at ramulis triplo gracilioribus subdivaricatis.*

37. *S. divaricata Mass.*; ramis pluribus tetragonis divaricatis glabris dentatis (sensim attenuatis), dentibus parvis suberectis, corollâ glaberrimâ 5-fidâ, laciniis lanceolatis patentibus, margine revolutis ciliatis. *Mass. Stap. p. 17. t. 22. Poiret Enc. meth. VII. p. 380. n. 10. Sims's bot. Mag. t. 1007.* St. coroll. 5-fid. glabris, laciniis lanceolatis acuminatis margine revolutis ciliatis, pedunculis corollâ longioribus, ramis tetragonis attenuatis divaricato-patientibus, medio (saepe basi) floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1280.* St. corollis 5-partitis, laciniis lanceolatis marg. revolut. ciliatis, coronae exterioris laciniis rotundato-obtusis mucronatis, cornubus adpressis, appendicibusque obtusis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 280.* St. corollis glabris, margine revolutis ciliatis, rostris falcatis gibbosis brevioribus, ligulis cuneiformibus retusis cum mucrone patentissimis.

*) „Flores fasciculati irregulariter progredientes, pedunculis longitudine laciniarum. Cor. 5-fida, extus alba, intus pallide carnea, carnosâ, carnem simulans, inodora, ciliata fere ad apices acutos luteo-virides laciniarum. Ligulae oblongae rufae, apice cuneatae recurvae. Stamina fere pediformia rufa, longitudine ligularum, inter et ad eas adnata; basi antheris didymis magnis luteis. Inter stamina ad ipsos angulos styli tabulaeformis stigmata 3 fere sessilia, 2 antheraeformia spadicea, alterum nigrum nitidum fere inconspicuum punctiforme. Ex hoc puncto deorsum (lente) externe excurrit ligula oblonga minutissima bifida supra unisulcata lutea.“ *Haworth l. c.*

Jacq. Stap. GONOSTEMON *divaricata*; corollâ reflexâ glabrâ nitidâ, laciniis subrevolutis ciliatis. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 27.*

Cor. flore *Boraginis* duplo major, unicolor, rubro-carnea. Nectaria aurantiaca. *Willd.* Rami 6-7 poll., angusti, acuti, fere acuminati, subinde recurvi, dentibus remotis, obtusis. Flores in dentium axillis, subinde bini terni; pedunculi glabri teretes, ad minimum pollicares; calycis lacinae lineares acutae. Corolla lucida, extus viridi-fusca, laciniis angustis, pedunculo brevioribus. *Mass. In Promont. b. Spei. h.*

38. *S. pallida Wendl.*; corollis 5-fidis glabris pallidis, laciniis acutis margine ciliatis, pedunculis multifloris, floribus basi approximatis pedicellatis, ramis erectis tetragonis, dentibus brevibus deciduis. *Wendl. Collect. T. 11. p. 39. t. 51.*

Caules erecti, crassitie digiti, ramis brevibus, supra basin floriferis. Pedicelli ad basin pedunculi, incurvi, longitudine corollae, glabri, virentes. Cal. parvus, laciniis brevibus virentibus appressis glabris. Cor. plana, pallide flava, in incarnatum vergens, laciniis apice flavo-virentibus. Lacinae coronae exterioris patentes, flavae, (in icone subtridentatae), interioris erectae, corneae, testaceo-ochraceae (in icone incurvae) apice obtusiusculae subrecurvae. Tabella alba. Filamenta brevissima. Stigma obtusum. Folliculus 5-4 poll., crassitie digiti fere minoris, seminibus ovatis imbricatis pappo lanatis. *Wendl. In Promont. b. Spei. h.*

Obs. *Divaricatae* proxima videtur, nisi fors eadem.

C. PODANTHAE: corollâ 5-fidâ rugulosâ, fundo late campanulato, orbiculo tumido cincto. Ligulae connatae ad medium, canaliculiformes, rhombeae, alte emarginatae. Stamina simplicia brevissima alternantia cum ligulis forma pedis reversi, ad stylum incurvatim arcte adpressa (caetera ut in STAPELIA.)

39. *S. pulchra*; praeramosa debilis, floribus geminatis semiquinquefidis corrugatis, fundo minute piloso. *PODANTHAE pulchra Haworth Syn. Pl. succul. p. 32. n. 1.* *St. verrucosa Hortor. nec Massoni.* β . ramis longis crassioribus. *STAPELIA verrucosa Sims Bot. Mag. t. 1786. non Massoni.* *St. pulchella Hortor. nec Massoni.*

*) Rami STAPELIIS fere quadruplo graciliores effuso-decumbentes debiles, demum basi radicales, obsolete 4-5-goni, dentibus longe majoribus adscendentibus deltoideo-acuminatis crassis, at folio minus manifesto terminatis. *Haworth.*

Flores longius pedunculati, ad basin ramorum superiorum. Pedunculi flexi. Cal. 5-phyllus, foliolis lanceolato-acuminatis, ut in affnibus. Corollae laciniis deltoideo-acuminatis extus herbaceis, lineis e parallelis elevatiusculis saturatioribus, nec basin nec apicem attingentibus, intus sulfureis, crispo-rugulosis, verrucis numerosissimis crebre et regulariter sparsis atro-rufis prope basin majoribus. Orbis parvulus rugosissimus verrucis atro-rufis crebrioribus confluentibus. Fundus etiam atro-rufus, glandulosis pilis pauculis erectis praeexiguis sparsis sulfureo tenuiter cinctus. Ligulae atro-rufae lucidae, marginibus in dies partim luteis. Stamina medio rectangulatim incurva, acuminata, formâ pedis, tabulae styli arcte adpressa et amplectentia, atro-rufa, at supra tabulam flava. Tabula etiam atro-rufa, basi eingulo flavo. *Haworth*. In β rami assurgentes, dentibus remotis, fere horizontalibus. Pedunculi prope basin ramorum, vel e dichotomia eorundem, nunc longiores, nunc breviores foliis. Cor. subcampanulata, semiquinquefida, laciniis acutis, apice revolutis, pallide flavis, maculis atropurpureis; stellula inferior erecta, laciniis emarginatis, superior e corpusculis ovatis flavis. *Sims*. In *Promont. b. Spei. h.*

40. *S. irrorata* *Mass.*; ramis pluribus suberectis denticulatis, dentibus subpatentibus acutis, decussatis, corollâ planâ rugosâ, laciniis lanceolatis acutis. *Mass, Stap. p. 12. t. 9.* *Poiret Enc. meth. V. p. 388. n. 40.* *St. coroll. 5-fid. rugos., laciniis ovatis acuminatis, pedunculis corollâ longioribus, ramis erecto-patulis tetragonis basi floriferis.* *Willd. Spec. I. p. 1452.* *PODANTHES irrorata, corollis plus semiquinquefidis rugosis irroratis.* *Haworth Syn. Pl. succul. p. 33. n. 2.*

Corolla sulfurea sanguineo maculata, fundo sanguineo, laciniarum apicibus purpurascens. Differt a *verrucosa* defectu verrucarum et circuli pentagoni, coloreque floris, ut et ramis erecto patulis. *Willd.* Rami inaequales, 6-7 poll., glabri, breviores subdecumbentes; dentes subquadrifariam dispositi; pedunculi simplices, saepe solitarii, glabri, teretes, pollicares; calyx parvus laciniis ovatis acutis. Cor. magna. *Mass.* In *siccis Promont. b. Spei. h.*

41. *S. verrucosa* *Mass.*; ramis pluribus suberectis, dentibus ramorum acutis decussatis, corollâ planâ verrucosâ, medio parum elevatâ in pentagonum genitalia ambiens, scabrum *Masson. Stap. II. n. 8. t. 8.* *Poiret Enc. meth. V. p. 387. n. 39.* *St. cor. 5-fid. verruc., laciniis ovatis acutis, fundo pentagono scabro, pedunculis corollâ longioribus ramis adscendentibus tetragonis basi floriferis.* *Willd. Spec. I. p. 1252.* *H. Kew. ed. 2. II. p. 94. (excl. syn. Bot. Mag.)* *St. cor. 5-fid. verruc. planis glabris fundo orbiculato tumido, coronae exterioris laciniis lunato-bilobis, interioris foliolis uncinatis obtusis retasis.* *Willd.*

Enum. H. Berol. p. 284. St. cor. plan. facie verrucos., orbiculo pentagono, rostris gibbosis, ligulis bifidis. *Jacq. Stapel. t. 17.* *PODANTHES verrucosa Haworth Syn. Pl. succul. p. 33. n. 3.*

Cor. magnitudine *variegatae*, flavescens sanguineo-punctata, ad laciniarum apices et circa fundum pentagonum fuscenscens. *Willd.* Rami inaequales 6-7 poli., dentibus numerosis inaequalibus apice fuscenscentibus vel scariosis. Flores solitarii vel gemini in pedunculis glabris teretibus pollicaribus. Cal. parvus, laciniis ovatis acutis, ut corolla. *Mass.* In *siccis Promont. b. Spei. h.*

42. *S. roriflua Jacq.*; corollis 5-fidis campanulatis glabris punctatis, fundo aequali, coronae exterioris laciniis obtusis emarginatis, interioris foliolis uncinatis bilobis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 285.* St. corollis semiquinquefidis campanulatis, intus punctatis, orbiculo nullo, rostris gibbosis stigmati in stellam incumbentibus, ligulis semibilobis obtusis. *Jacq. Stap.*

In Promont b. Spei. h.

43. *S. pulchella Mass.*; ramis pluribus reclinatis dentatis, dentibus acutis, floribus fasciculatis, corollâ 5-fidâ, laciniis triangularibus acutis, centro orbiculato. *Mass. Stap. p. 22. t. 36.* *Poiret Enc. meth. V. p. 337. n. 37.* St. cor. 5-fid., laciniis ovatis acutis, fundo circulari, pedunculis multifloris, ramis tetragonis decumbentibus, supra basin floriferis. *Willd. Spec. l. p. 1451.* *PODANTHES pulchella Haworth Syn. Pl. succul. p. 33. n. 4.* (flores non vidit).

Corolla magnitudine *St. concinnae*, flava, pallida, sanguineo-punctata, laciniis apice fundoque fuscenscentibus. *Willd.* Caules glabri, dentibus remotiusculis patentibus erectisve. Flores in axillis ramorum vel paulo supra, pedicellis inclinatis. Calycis lacinae lanceolatae acutae. Corolla pedunculis minor, 1 1/2 poll. *Mass.* *Ad Promont. b. Spei. h.*

44. *S. lepida Jacq.*; corollis 5-fidis, fundo orbiculato tumido, coronae exterioris laciniis obtusis emarginatis, cornubus uncinatis obtusis patentibus, appendicibus indivisis subulatis. *Willd. Enum. Hort. Berol. p. 280.* St. orbiculo spurio, rostris teretibus obtusis, alis conico-subulatis acutis patentissimis, ligulis retusis obtusis. *Jacq. Stap. Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 231.* *PODANTHES lepida Haworth Syn. Pl. succul. p. 34. n. 5.*

Affinis *variegatae*; rami glabri contorti virides tetragoni; dentes acuti, sat magni, recti, patentibus; pedunculi laterales, subinde gemini; calyx glaber; corolla 1 1/2 poll. lata; pallide virens, extus striata, intus maculis rufescentibus sulfureisve. Ligulae

virentes rubro-maculatae. *Jacq.* *In Promont. b.*
Spei. b.

Obs. *Cls. Brown* hanc secundae sectioni inseruit. *Haworth* similem
pulchellae dicit, florem non vidit.

45. *S. ciliata Thunb.*; caule aphylo tetragono, denticulis patentibus, flore pedunculato, laciniis corollae ovatis squamosis ciliatis. *Thunb. Prodr. I. p. 46. Fl. Cap. II. p. 168.*
St. denticulis ramorum patentibus pedunculatis, corollis supra papillosis margine ciliatis, laciniis ovatis acutis planis. *Mass. Stap. p. 9. t. 1.* *Poiret Enc. meth. V. p. 377. n. 1.*
St. coroll. 5-fid., laciniis margine pilosis, fundo papilloso, pedunculis corollâ brevioribus, caule tetragono ramoso decumbente radicante superne florifero. *Willd. Spec. I. p. 1277.* *PODANTHES ciliata*, corollis alte ciliatis. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 34. n. 6.*

Ab omnibus distincta caule procumbente ramoso radicante, denticulis squarrosis, et corollâ magnitudine *hirsutae* profunde quinquefida unicolore flavescente. *Willd.* Radicis fibrae filiformes, simplices; caules ramosi palmares; rami tetragoni erecti glabri pollicares sulcati, angulis denticulato-tuberculati, dentibus acutis. Flores laterales erecti magni solitarii; pedunculus teres, flexuoso-erectus, glaber, uniflorus, unguicularis. Cal. 5-partitus, laciniis lanceolatis acutis glabris virentibus lineam longis. Cor. rotata, extus laevis glabra viridipurpurascens, intus cinerea, papilloso-scabra, papillis apice rufescentibus, profunde 5-partita, limbi lacinae acutae, ciliis subclavatis patentibus niveis, subpollicares, patentes, magnitudine *St. variegatae*, multo minores *hirsutâ*. Nectarium exterius sertum pateriforme s. campanulatum, crassum, integerrimum, intus extusque papillis apice purpurascens, muricatum, cinereum, longitudine tubi corollae, crassum, tubi basi corollae connatum. Nectarium interius in fundoserti. Filamenta 5 stellae inserta, brevissima. Antherae ovatae didymae minutae. Odor minime foetens, vix ullus. *Thunb. In siccissimis Promont. b. Spei infra Bockland Berg Masson; in Harro inter Roggeveld et Paardeberg Thunberg. b.*

D. TRIDENTAE:*) *Ligulae tridentiformes; stamina inaequaliter bipartita.*

46. *S. gemmiflora Mass.*; ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus suberectis acutis, corollâ planâ scabra 5-fidâ, laciniis ovato-lanceolatis margine ciliatis. *Mass. Stap. p. 14. t. 15.* *Poiret Enc. meth. V. p. 379. n. 9.*
S. cor. 5-fid. scabris, laciniis ovatis acutis mar-

*) Habitus fere PODANTHIDIS (PODANTHIS vel AE), sed rami nudi erectiores, dentibus minoribus, et terminatis foliolo viridi valde manifesto. *Haworth.*

gine ciliatis superne quinquenerviis, pedunculis longitudine corollae, ramis erectis tetragonis, inferne floriferis. *Willd. Spec. l. p. 1280. Jacq. Stap. t. 8. TRIDENTEA gemmiflora*, corollâ crassissimâ corrugatâ atrâ albo-ciliatâ. *Haworth Synops. Pl. succul. p. 34. n. 1.* β . Corollâ punctis aureis sparsis. *Mass.* γ . Corollâ totâ atrâ. *Haworth.*

Pedunculi bini ternive. Corolla magnitudine *hirsutae* fere atra vel fusco-purpurea, lituris transversibus pallidioribus parvis, laciniis ovatis acutis margine ciliatis, fundo atro punctis minutis flavescens. Ab omnibus satis distincta: laciniis corollae superne 5-nerviis, et corollâ externe flavâ purpureo-maculata, quae in reliquis fere semper pallida unicolor. *Willd. 6-7 poll.*; rami glabri, dentibus spinulâ parvâ. Pedunculi bini terni in dentium axillis, glabri, teretes, 2 poll.; calycis lacinae lanceolatae corollaeque acutae. *Mass. In Promont. b. Spei aridis inter frutices ultra Plattelkloof. h.*

Obs. „Foliola certe longiora quam in ullis. Cal. 5-phyllus, foliolis lineari-lanceolatis concavis. Cor. alte 5-fida expansa absque orbe, basi striolis concentricis undatis flavicantibus, laciniis ovato-acuminatis. Ligulae tridentem simulantes, dentibus gracilibus subulatis 4 linearibus erecto-patulis canaliculatis atro-purpureis apicibus pallidis, dente medio ceteris triplo latiore sesquialongiore, basi utrinque undatim quasi auriculato. Stamina exteriora ramulo breviori compresso fere triangulari acuto atro-rufo, interiora apice albo. Tabula styli recondita orbicularis parva depressionibus 5-anguliformibus obliquis. *Haworth.*

47. *S. stygia*; corollis rugosis atris: pilis rubicundis, ramis crassis brevibus luteo-viridibus. *TRIDENTEA stygia Haworth p. 35. n. 2.*

Rami a (*St. gemmiflora*) praecedente valde diversi, breviores, crassiores, pallidiores. *Haworth. In Prom. b. Spei. h.*

48. *S. moschata Hortor. TRIDENTEA moschata Haworth l. c. n. 3.*

Hanc speciem, vel forte varietatem, non examinavi. *Haworth. In Promont. b. Spei. h.*

49. *S. hircosa Jacq.*; corollis 5-fidis planis margine ciliatis supra tuberculato-rugosis subtus punctatis, coronae exterioris laciniis erectis tripartitis, intermediâ longiore, cornubus subulatis divergentibus, appendicibus lanceolatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 281.* *St.* corollis ciliatis facie tuberculato-scabrosis dorso punctatis, ligulis tripartitis erectis, intermediâ sublanceolatâ et lateralibus duplo longiore. *Jacq. Stap.*

In Prom. b. Spei. h.

50. *S. vetula Mass.*: ramis pluribus erectis tetragonis glabris, angulis dentatis, dentibus apice incurvatis, corollâ planâ glabrâ laciniis lanceolatis obtusis. *Mass. Stap. p. 15. t. 16. Poir et Enc. meth. V. p. 387. n. 38. St.*

corollis 5-fidis glabris, laciniis ovatis acuminatis superne trinerviis, pedunculis corollâ brevioribus, ramis tetragonis erectis basi floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1452.* ST. co-

rollis 5-partitis, fundo breve campanulato, laciniis transversim rugosis, coronae exterioris laciniis oblongis acutis erectiusculis, cornubus subulatis divergentibus, appendicibus ovatis subtridentatis, ramis basi floriferis. *Willd. Enum. H. Berol. I. p. 280.*

St. corollis planis glabris transversim rugosis, rostris subulatis gibbosis, ligulis obtusis cum acumine, ram. bas. florif. *Jacq. Stapel. t. 13.* *Allg.*

deutsch. Garten-Mag. 1818. p. 17. t. 2. A. TRIDENTEA?

vetula, Haworth p. 35. n. 4.

Corolla paullo minor *S. variegatae* profunde violacea, lineis transversalibus brevibus atro-violaceis, fundo atro-purpureo; ab affinibus satis distincta laciniis superne trinerviis. *Willd. Rami 6-8 poll.; flores ex axillis dentium, bini ternive in pedunculis rectis glabris teretibus. Calycis lacinae lanceolatae acutae. Tubus corollae nullus. Mass. In montibus ad Hex Rivier in Promont. b. Spei. h.*

Obs. Flores non examinavi. Habitus hujus et sequentis fere STAPELIARUM acuilateralium et absque pubescentia. *Haworth.*

51. *S. Simsii*; ramorum dentibus obesis, corollis inapertis ventricosis, apertis laciniis ovato-acuminatis quinque-nerviis atris, ligulis luteis retuso-tricuspidatis, staminibus divaricatim fissis, segmentis valde subulatis. TRIDENTEA *vetula* *Haworth Synops. Pl. succul. p. 36. n. 5.* STAPELIA *vetula Sims Bot. Mag. t. 1254. (excl. synonym.)*

Iconem a clo *Sims* datam minime quadrare cum *vetula Massoni Haworth*, qui diagnosin ad iconem in *Bot. Mag. l. c. In Promont. b. Spei. h.*

52. *S. depressa Jacq.*; corollis exterioribus ciliatis rugosis, rostris appendiculisque subdentatis subulatis patentibus, corollis interioribus tridentatis. *Diar. lips. 1814. p. 268.*

In Promont b. Spei. h.

53. *S. rugosa Jacq.*; corollis 5-fidis rugosis planis glabris, fundo orbiculato tumido, coronae exterioris laciniis tridentato-acutis, cornubus binis approximatis, interioribus clavatis, exterioribus teretibus obtusis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 284.*

St. orbiculo spurio depresso, in ambitu quinquecrenato, rostris alisque teretibus obtusis, ligulis trifidis, tubo corollae nullo. *Jacq. Stap. Poirer Enc. meth. Suppl. V. p. 252.*

Rami procumbentes, dein erecti, numerosi, angulis dentatis; pedunculi solitarii axillares; corolla fere sine tubo, foetida, 3 poll. lata, subtus pallide virens, supra maculis atro-purpureis sanguineisve. *Jacq. In Promont. b. Spei. h.*

Syst. Vegetabil. Vol. VI.

54. *S. paniculata Willd.*; corollis 5 partitis planis transversim papillosis hirsutis, coronae exterioris laciniis obtusis obsolete tridentatis, cornubus subulatis conniventibus, appendicibus ovatis obtusis. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl. p. 14.*

Corolla externe virescenti-livida glabra, interne papillis violaceis minutis, transversim rugosa, ut inde violacea appareat, pilis albidis, cornua atrovioleacea. *Willd l. c. Habitat?*

E. TROMOTRICHAE:*) *Corolla laevi revoluta, ciliis trementibus spathulatis. Ligulae 5 basi connatae horizontales cuneato-rhombae serrataevae. Stamina inaequaliter bifida, ramo intimo recurvo longiore graciliore, apice sensim incrassato inde stigma simulante. (Ex sicco.)*

55. *S. revoluta Mass.*; ramis tetragonis erectis denticulatis dentibus patentibus, corollam glabrâ, laciniis ciliatis acutis revolutis. *Mass. Stap. p. 12. t. 10. Poir. Enc. meth. p. 378. n. 3. Sims bot. Mag t. 724. Jacq. Stap. t. 32.*

TROMOTRICHE revoluta Haworth Syn. Pl. succul. p. 36. n. 1. St. cor. 5-fid. glabr, laciniis ovatis margine pilosis revolutis, pedunculis corollam brevioribus, caule tetragono basi ramoso erecto superne florifero. Willd. Spec. l. p. 1277.

Denticuli caulis recti, ut inde caulis quasi repandus appareat.

Cor. paulo minor *ciliata* unicolor pallide violacea. *Willd. l. c.* Rami glauci pedales, dentibus distantibus, junioribus acutis. Pedunculi plerumque solitarii, uniflori, glabri, teretes, 3-4 lin.; calycis lacinae ovatae acutae glabrae; corolla extus e viridi flavicans, intus plus minus purpurascens, tubo brevi; limbus ad medium usque fissus, laciniis ovatis, ciliis glandula terminatis. *Mass.* Parum ramosa, ramis suberectis longis lateribus concavis, denticulis obtusis. Cor. carnosa, laciniis pilis glandulis cuneiformibus. Nectarium parvum, in scrobiculo angusto, laciniis 5 radiantibus ovatis apice serratis processu bicorni inter lacinias singulas, brachio interno longiore erecto apice dilatato, exteriori breviori patente acuto. Glandula splendens atra intra cornu singulum, cui lobuli antherae affixae. Lacinae corollae sanguineae, basi ut plurimum maculatae. *Sims. In Promont. b Spei campis siccissimis sub fruticibus in Karro ultra Nord Olifants Rivier. b.*

56. *S. glauca Jacq.*; corollis 5 fidis, laciniis ovatis reflexis margine clavato-fimbriatis, coronae exterioris laciniis

*) Habitus fere STAPELIARUM *aequilateralium*; at ramis nudis glaucissimis, vel potius pruinosis, subinde 1/2 ped., inferne ramosis erecto decumbentibus, dentibus distantibus parvulis horizontalibus s. subrecurvis. *Haworth.*

obtusis emarginatis, cornubus clavatis depressis, appendicibus inaequaliter bipartitis, caule obtuse tetragono glauco. *Willd. Enum. H. Berol. p. 279.* *Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 231. n. 56.*

St. coroll. 5-fid., laciniis ovatis acutis fimbriatis revolutis, rostris clavatis, ramis tetragonis angulis obtusis et rotundatis. *Jacq. Stap. Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 231. n. 60.* *TROMOTRICHE glauca Haworth Syn. Pl. succul. p. 37. n. 2.*

Simillima *St. revolutae* modo crescendi, colore, formâ et facie corollae, sed differt *revoluta* laciniis coronae exterioris tridentatis, cornubus erecto-patulis, appendicibus indivisis. *Willd.* Rami subinde hexagoni, non sulcati, 2 ped., patentes e radice repente; anguli dentibus brevibus patentibus; pedunculi aggregati in summitate ramorum, patentes, 3-6 poll.; corolla foetidissima, 2 poll. lata, extus e viridi-livescens et striata, intus sanguinea, fundo albida, basi vix tubulosa, limbo patente. Corona extima lobis brevibus obtusis dilatatis apice parum emarginatis; interioris lacinae clavatae obtusae flavicantes punctis rubris. *Jacq. In Promont. b. Spei.*

Obs. „*St. revoluta* longe elatior. Flores siccatos solum possideo.“ *Haworth.*

57. *S. pruinosa* *Mass.*; ramis tetragonis dentatis, dentibus recurvatis, laciniis corollarum planis ovatis pilosis. *Mass. Stap. p. 24. 41.* *Poiret Enc. meth. V. p. 384. n. 28.* St. corollis 5-fidis pubescentibus, laciniis ovatis acutis, pedunculis flore brevioribus, ramis erectis tetragonis medio floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1287.* *TROMOTRICHE pruinosa Haworth Syn. Pl. succul. p. 37. n. 3.*

Corolla magnitudine *S. piliferae*, atra, pilis albidis sparsis adpressis. *Willd.* Caules erecti purpurascens, 1 1/2 ped., ramis dentibus minimis brevibus, angulis rotundatis. Flores parvi solitarii bini ternive versus apicem ramorum in pedunculis brevibus teretibus purpurascens. Calycis lacinae ovatae acutae. Corolla pedunculis major, laciniis acutiusculis, profunde fusca, pilis brevibus albis appressis pulverem mentientibus. *Mass. In Promont. b. Spei regionibus siccis inter frutices Namaqualand. h.*

58. *S. obliqua* *Willd.*; corollis 5-fidis rugosis planis glabris, laciniis ovatis acuminatis oblique flexis, coronae exterioris laciniis bidentatis acutis, cornubus binis divergentibus, interioribus clavatis, exterioribus subulatis obtusis. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl. p. 13.*

„Corolla sordide flava maculis violaceis confluentibus, fundus laete flavus violaceo-maculatus. Coronae lacinia bidentata virescenti-flava „(apice?)“ violaceo-punctata, basi maculâ instructa. Cilia marginalia sparsa clavata alba et violacea.“ *Willd. Habitat?*

F. ORBEAE:*) *Corolla 5-fida, tota interne corrugata stellaris, ante lacinias orbe praegrandi elevatâ. Ligulae patulae longae, apice bi-tridentae. Stamina inaequaliter bifida, ramo intimo longiore recurvo styliformi, apice clavato stigmatiformi.*

59. *S. maculosa Jacq.*; corollis 5-fidis laevibus planis ciliatis, fundo orbiculato convexo, coronae exterioris laciniis tridentatis, cornubus binis clavatis approximatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 285.* Sr. orbiculo solido, rostris aliisque teretibus obtusis, ligulis trifidis, corollis subtus planissimis ad oras ciliatis. *Jacq. Stap.*

Ad Promont. b. Spei. h.

Obs. Vix dubitamus, ORBEAM maculosam, corollâ ciliatâ, orbe mediocri pubescente, ligulis apice subtridentatis *Haworth Syn. Pl. succul. p. 37. n. 1.* (ad quam citat STAPELIAM mixtam *Donn. Hort. Cant. ed. 4. 5. 6. sed St. maculosam Edit. prior.*) hujus esse loci. Descriptionem addit sequentem: „Rami fere ut in *St. variegata*, at sesquimajores longioresque, valde ramosi, decumbentes, radicales, tetragoni, dentibus deltoidibus. Corolla maxima, alte 5-fida, praecarnosa, rugulosa, laciniis rotundato ellipticis sordide flavicantibus apice margineque rubris, maculis magnis creberrimis sordide rufis confluentibus fere tectis, praecipue basin versus; inde basis rufa, striolis reticulantibus flaveolis. Orbis elevatus, at parvulus ratione magnae corollae undatus. Fundus acetabuliformis. Ligulae ad orbem extensae vel plus, apice 2-3 dentatae, fusco-griseae, basi pallidae, maculâ distinctâ fuscâ. Stamina lacinia lorata, obtusa grisea; intima teres, superne sensim incrassata, punctis minutis scabris nigris. Tabula styli pentagona, stigmatibus trapeziformibus inter bases staminum, subporrectis pilis. *Haworth.*

60. *S. mixta Mass.*; denticulis ramorum subrecurvis, floribus pedunculatis nutantibus, corollis glabris, centro orbiculato elevato papilloso, laciniis ovatis acuminatis rugosis. *Mass. Stap. p. 23. t. 38.* *Poir et Enc. meth. V. p. 388. n. 41.* *S. coroll. 5-fid. rugosis, lacin. ovatis acumin., fundo circulari elevat. papill., pedunculis longitudine corollae, ramis tetragonis adscendentibus basi floriferis Willd. Spec. I. p. 1292.* ORBEA mixta *Haworth Syn. Pl. succul. p. 38. n. 2.*

Simillima *variegatae*, ut fere varietas, differt tamen: denticulorum in ramis formâ, flore duplo majore, laciniis acuminatis,

*) *Habitus PODANTHAE*, ramis robustioribus minus effusis, senectis (senioribus) decumbenti-repentibus, dentibus minoribus horizontalibus nec adscendentibus. *Haworth*, qui duas ORBEAE suae Categorias statuit: I. ramis viridioribus, dentibus acutioribus, magis distantibus (n. 1-8), II. ramis magis glaucescentibus, dentibus obtusioribus tumidioribus (quasi mammaeformibus) magisque approximatis (n. 9-13 ORBEARUM suarum) comprehendentem.

centro elevato papilloso, colore, et potissimum nectarii formâ. Corolla obscure violacea striis transversalibus luteis rugosa, fundo luteo papillis rubris. *Willd.* *In Promont. b. Spei. h.*

61. *S. quinquenervis*; corollâ alte 5 fidâ, utrinque quinquenervi, ligulis tridentatis, dente intermedio longe diminuto, ramis viridibus rufo-maculatis. *ORBEA quinquenervis Haworth Syn. Pl. succul. p. 38. n. 3.*

St. variegatâ major, ramis tetragonis, dentibus magnis horizontalibus deltoideis subdecurrentibus; pedunculi bipoll., debiles, teretes; corolla laciniis orbiculato-ellipticis, sulfurea, minus maculata quam in *bisulca*, superne certis locis utrinque maculis fusco-purpureis. Ligulae luteae, basi maculâ sanguineâ, apicem versus fusco distincte punctatae. Stamina bifida fere ut in *bisulca*, lutea, atrorufo punctata. Corollae ligulaeque altius fissae quam in *bisulca*. *Haworth.* *In Promont. b. Spei. h.*

62. *S. bisulca*; corollâ 5 fidâ, ligulis oblongis emarginatis, foliolis calycinis late ovatis acuminatis, ramis crassis viridibus immaculatis. *ORBEA bisulca Haworth Syn. Pl. succulent. p. 39. n. 4.* *STAPELIA bisulca et trisulca Donn Hort. Cantabr. ed. 6. p. 67.*

Flores corrugati, fere ut in affinibus, sordide lutei, maculis atrorufis, subrotundis fere tecti, praecipue basin versus. Orbis magnus sulfureus, maculis atro rufis paucioribus, margine laterali acuto. Ligulae expansae adscendentes loratae alte emarginatae, luteae, basi maculâ insolidâ (i. e. medio pallidiore) atrorufâ, apicem versus crebre spadiceo punctatae. Stamina bifida lutea atro-rufa punctis elevatis, exteriori ramo extus porrecto filiformi, interiore erecto flexo, apice incrassato stigmatiformi. Tabula Styli quinquangularis alba, angulis stigmatiferis luteis. An vere a *variegata* distincta? *In Promont. b. Spei. h.*

63. * *S. variegata*; corollis 5-fidis rugosis glabris, fundo orbiculato tumido, extus tubo convexis, coronae exterioris laciniis bifidis acutis, cornubus binis approximatis, interioribus clavatis, exterioribus subulatis obtusis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 283.* *St. cor. 5-fid. rugos., laciniis ovatis acutis, fundo circulari conavo rugoso, pedunculis corollâ longioribus, ramis tetragonis adscendentibus basi floriferis.* *Willd. Spec. I. p. 1292.* *Thunb. Prodr. I. p. 46. Fl. Cap. II. p. 170.* *St. orbiculo spurio, rostris teretibus obtusis, alis subulatis obtusis patulis, ligulis bifidis acutis, tubo pelviformi.* *Jacq. Stap. t. 3. Ejusd. Misc. I. p. 27. t. 4.* *Decand. Plant. grass. t. 149. Trattinn. Thesaur. t. 18.* *ORBEA variegata orbe praegrandi, ligulis bifurcatis.* *Haworth Syn. Pl. succul. p. 40. n. 5.* *Herm. lugd. t. 53. Burmann Afric. Dec. II. p. 30. t. 12. f. 2. (sive Thunb.)*

Varietates numerosissimae coluntur: luxuriantem descripsit *Batsch bot. Beob. p. 27.* „Cor. sulfurea rugis transversalibus, maculisque fusco-purpureis irregularibus variegata, fundo circulari pallidore. A *Sr. verrucosa* et *vetula* distincta (praeter characteres) corollâ rugosâ, fundo circulari, totoque habitu.“ *Willd.* Caulis tetragonus denticulatus glaber crassitie digiti; rami alterni similes patentes, denticulis erectis „(in definitione patentibus)“ mucronatis. Flores axillares solitarii magni speciosi cernui. Pedunculi teretes nutantes uniflori digitales. Perianthium 5-partitum, laciniis vix unguicularibus. Cor. plana intus undulata squamulosa, extus purpurea, magnitudine ROSAE *Eglanteriae*. In lateribus montium ad *Leuweberg* prope *Hafferkeuls-Rivier* et alibi, 4.

Obs. *Sr. variegata* *Forsk. Descr. p. 51.* longe alia planta, et vir generis. „Planta sarmentosa. Caulis tereti-4gonus, fuscus, nebulis albis carnosis facinosis. Folia nulla. Denticuli sparsi patentissimi subulati triquetri flexiles breves. Ramuli passim breves truncati, denticulis 3 margine coronati. Cal. albo-virens punctis ferrugineis; perianth. infundibuliforme, tubo germen cingente, apice arcuato, dein fissis in laciniis 5 subulatis erecto patentibus, tubi longitudine. Cor. albida punctis ferrugineis, in articulo superiori frequentioribus, lacinae limbi totae ferrugineae punctis albis. Cor. supera tubulosa, biarticulata, articulus inferior calycis tubo triplo longior basi inflatus, apice cylindricus, ingrediens articulum secundum sesquilongiore, basi dilatato-globosum, dein cylindricum, apice diviso in laciniis 5 patentibus, singulas margine coarctantes in tubum teretem subulatum rectum. In medio disco floris superne elevatur in hemisphaerium clausum 5-sulcatum, ex centro filum erectam breve emittens. Fructificatio flava in imo fundo corollae, similis capsulae apertae 5-loculari, margine externo filis 10 erectis, in centro filis 5 coarctatis, erectis. In medio cujusvis loculi glandula, an anthera? Sub filis mediis operculum planum super stylos geminos. Germen duplex, inferius cylindricum. Stigmata simplicia acuta approximata. Pericarpium folliculus duplex compressus, basi crassior, apice incrassatus emarginatus, viridis, maculis longitudinalibus fusco-ferrugineis. Sub fruticibus crescit. h.

64. *S. Curtisii*; corollâ sulfureâ ligulis integerrimis. *ORBEA Curtisii*: *Haworth Syn. Pl. succulent. p. 40. n. 6.* *Sr. variegata* *Curtis Bot. Mag. t. 26.* (excl. synonym. ad *variegatam* spectat.)

In *Promont. b. Spei.* h.

65. *S. planiflora* *Jacq.*; corollis 5-fidis rugosis planis glabris, fundo orbiculato tumido, coronae exterioris laciniis bidentatis obtusis, cornubus binis divergentibus, interioribus clavatis, exterioribus subulatis obtusis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 284.* *Sr.* orbiculo spurio, rostris teretibus obtusis, alis subulatis obtusis patentibus, ligulis bifidis, corollâ subtus planissimâ, tubo nullo. *Jacq. Stap. Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 232.* *β. marginata*; corollis margine atropurpureo cinctis. Valde similis *variegatae*, sed potissimum corollâ planissimâ di-

versa. *Willd.* Rami procumbenti-adscendentes, ramosi, glabri, pallide virentes, 4-5 poll.; pedunculi ad insertionem ramorum juniorum solitarii geminive; corolla foetida, 2 poll. lata, glaberrima, pallide sulfurea. *Jacq.* *In Promont. b. Spei.* h.

66. *S. Wendlandiana*; corollis campanulatis 5-fidis rugosis, laciniis acutis maculatis, pedunculis unifloris, (ramis) basi floriferis adscendentibus tetragonis, denticulis longis patentibus subspinosus. *St. rugosa Wendl. Collect. II. p. 41. t. 52.*

Caules decumbenti-adscendentes, ramis tetragonis crassitie digiti minoris, laevibus. Pedunculus corollam paulo longior incarnatus, laevis, incurvus. Cal. brevis 5-fidus laevis appressus. Cor. extus pallide flava, intus rugosa flava, maculis fuscis, laciniis acuminatis reflexis, basi maculis oblongis, apice rotundatis, orbiculo subelevato, fuscescente, maculis oblongis. Coronae lacinae exteriores patentis (in icone emarginatae fuscescentes), interiores erectae corneae sulfureae, ut tabella. *In Promont. b. Spei.* h.

67. *S. marginata Willd.*; corollis 5-fidis rugosis planis glabris, fundo tumido obtuse quinquangulari, coronae exterioris lacinis bidentatis obtusis, cornubus binis divergentibus, interioribus clavatis, exterioribus subulatis obtusis. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl. p. 13.*

Corolla transversim rugosa pallide flava margine rubro cincta, punctis ejusdem coloris picta. Fundus laete flavus rugosus punctis minutis violaceis. Coronae lacinae breves flavae, apice punctatae, basi maculis 3 rubris, quarum intermedia oblonga medio flava, laterales breviores clavatae. *Willd. l. c.* Habitat? h.

68. *S. conspurcata Willd.*; corollis 5-fidis rugosis planis glabris margine pilis clavatis ciliatis, fundo orbiculato tumido, coronae exterioris laciniis bifidis, cornubus binis divergentibus, interioribus clavatis, exterioribus subulatis obtusis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 284.*

Flos fere STAPELIAE normalis, sed margo corollae albo-ciliatus, ciliis minutis clavatis. Corolla sordide flava maculis confluentibus violaceis ornata, fundo laete flavo, violaceo, punctato. Coronae exterioris lacinae flavae lineam latam violaceam punctatam pictae. Cornua exacte ut in *planiflora*. *Willd.* *In Promont. b. Spei.* h.

69. *S. normalis Jacq.*; corollam transversim rugosam seriaticim maculatam planam glabram, fundo orbiculato subumido, cornubus interioribus aduncis obtusis, exterioribus patentibus obtusiusculis, corollis interioribus horizontalibus bifidis, cum dente obtuso interjecto. *Diar. Lips. 1814. p. 268.*

Differt a *variegata* maculis regulariter parallele per series dispositis ligulisque. *In Promont. b. Spei. h.*

70. *S. clypeata Jacq.*; corollis exterioribus planis glabris maculatis, fundo orbiculato subtumido, cornu utroque capitato, interiori recurvo, exteriori recto divaricato, corollis interioribus semibifidis, laciniis acutis divergentibus, dente medio interjecto. *Diar. Lips. 1814. p. 269.*

71. *S. orbicularis Andr.*; ramis pluribus erecto-patentibus, tetragonis, dentatis; corollis 5-fidis, in medio orbiculatis, densissime punctatis; laciniis cordatis rugosis striatis fuscatis. *Andr. Bot. Repos. t. 439. Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 233.* ORBEA *orbicularis Haworth Syn. Pl. succul. p. 40. n. 7.*

Rami breves cespitosi crassi recti, plures basi curvati, patentés, tetragoni, dentibus brevissimis distantibus acutis, floribus solitariis pedunculatis ad partem ramorum interiorum; corolla pallide flava, laciniis rotundatis acuminatis apice parum recurvis, sticis transversis approximatis lineis fuscis. Annulus dilute flavus, fusco punctatus. Nectarii lacinae breves basi acutae, apice cordato-emarginatae. Fundus intense fuscus. *Andr. In Promont. b. Spei. h.*

Obs. Dubiam adhuc esse ex descriptione data *Haworth.*

72. *S. bufonia Jacq.*; corollis 5-fidis transversim rugosis planis glabris, fundo orbiculato tumido, coronae exterioris laciniis bifidis obtusis, cornubus binis divergentibus, interioribus clavatis, exterioribus teretibus obtusis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 233.* Sr. orbiculo spurio, rostris teretibus obtusis, alis filiformibus obtusis patentissimis, ligulis bifidis obtusis, corollâ subtus planâ, tubo nullo. *Jacq. Stap.* ORBEA *bufonia Haworth Syn. Pl. succul. p. 40. n. 8.*

Rami numerosi glabri ramosi, annosiores glaucescentes, 6 fere poll., ascendentes dentati. Pedunculi in axillis ramorum annosiorum, patentissimi, simplices, uniflori. Corolla foetida, 2 1/2 poll. lata, extus pallide e viridi livescens, nervis rubris, intus sordide flava, tubo fere nullo. *Jacq. Ad Promont. b. Spei. h.*

Obs. Rami teretiores quam in ceteris hujus generis, denticulis omnium minoribus horizontalibus. Flores non possideo. *Haworth l. c. Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 232* citat *Sims Bot. Mag. t. 1676!* *Bufoniae* varietas *Jacq.* propria dicitur species in *Diar. Lips. 1814. p. 269.*

73. *S. marmorata Jacq.*; corollis quinquefidis transversim rugosissimis planis glabris, fundo orbiculato subtumido, coronae exterioris laciniis bifidis obtusis, cornubus binis subdivergentibus, interioribus clavatis exterioribus su-

bulatis obtusis. *Hornem. H. Reg. Havn. II. p. 959.* St. corollâ transversim rugosâ planâ glabrâ, fundo orbiculato sub-tumido, cornubus interioribus aduncis obtusis, exterioribus rectis obtusiusculis, corollis interioribus horizontalibus bifidis. *Diar. Lips. 1814. p. 269.*

Nimum affinis St. *Bufoniae.* Hab. ad *Promont. b. Spei. b.*

74. *S. retusa Haworth;* ore praegrandi, ligulis prae-longis loratis retusis. ORBEA *retusa Haworth Syn. Pl. succul. p. 41. n. 9.*

Rami simillimi *anguinae*, paulove crassiores. Florum unum tantum vidi longe pedunculatum a ramulorum basi, 5-fidum fere ad basin, laciniis deltoideis rugosissimis intus flavescentibus, maculis, punctis, striolisque atro-rufis praecipue basin versus, extus 5-nervibus, ut in omnibus. Orbis pallidior magis rugosus, maculis paucioribus fundo concolore. Ligulae incurvae orbe breviores virentes, crebris punctis rufis minutissimis. Stamina ut in *anguina* (lente) tuberculis sparsis minimis nigris. *Haworth. In Promont. b. Spei. b.*

75. *S. anguina;* orbe magno, ligulis semipartitis. ORBEA *anguinea Haworth Syn. Pl. succul. p. 41. n. 10.*

Florem unum morientem solum vidi, luteum, atro-rufo praemaculatum, pedunculo longo a basi ramulorum. Orbis maculis grandibus difformibus, genitalia versus confluentibus, atro-rufis, inferne lateribus luteis. Stamina bifida superne atro-rufo punctata, altero ramo subulato obtuso, altero revoluto, apicibus obtusis stigmatiformibus. *Haworth. In Promont. b. Spei. b.*

76. *S. picta Donn.;* ramis simplicibus quadrisulcatis torulosis, corollis semiquinquefidis nudis; laciniis ovato-acuminatis rugosis: annulo orbiculari elevato rugosissimo, medio depresso, papuloso, nectarii infimi laciniis patentibus apice bifidis. *Sims bot. Mag. t. 1169. Donn. Hort. Cantabr. p. 53. Hort. Kew. 2. ed. II. p. 94. Allg. deutsch. Gart. Mag. VII. p. 413. t. 42. St. variegata Jacq. Misc. I. p. 27. t. 4? ORBEA picta Haworth Syn. Pl. succul. p. 42. n. 11.*

Affinis *variegatae* *Curt. Mag. t. 26.*, quae distincta ab illa *Jacquinii*. Cor. flavo et atropurpureo variegata. *In Promont. b. Spei. Loddiges.*

Obs. *Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 233* hanc fere sine dubio eandem esse cum *variegata Jacq.*; sed corolla quidquam minor, annulus angustior, non punctatus, sed albo nigroque variegatus, ut omnes reliquae corollae partes praeter fundum aterrimo-fuscum. *Haworth* praeter *Sims* nullum aliud adducit synonymon.

77. *S. Woodfordiana Hortor.* ORBEA *Woodfordiana Haworth Syn. Pl. succul. p. 42. n. 12.*

Vivam possideo absque floribus. *Anguinae* et *pictae* simillima.
Haworth l. c. In *Promont. b. Spei. h.*

G. OBESIAE: *) *Orbis nullus: Ligulae nullae. Stamina bipartita lutea parvula crassa truncata, apice crassula; extimo ramo patente; intimo graciliore semicylindrico, super tabulam styli arcte incurvo.*

78. *S. geminata* *Mass.*; corollis 5 fidis strigosis, laciniis margine revolutis, coronae exterioris laciniis subrotundis obtusis, interioris foliolis uncinatis, pedunculis geminatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 285.*

Str. ramis oblongis subtetragonis, dentibus parvis, floribus geminatis, corollarum laciniis lanceolatis acutis margine revolutis. Mass. Stap. p. 18. t. 25. Sims bot. Mag. t. 1326. Str. c. 5.

f. l. l. m. t, pedunculis geminatis longitudine corollae, ramis decumbentibus teretibus apice floriferis. Willd. Spec. l. p. 1290.

Str. ramis oblongis articulatis cohaerentibus, pedunculis gemellis, corollae margine revolut., alis aduncis rostro suo incumbentibus, scuto 5-lobo carnosissimo. Jacq. Stap. t. 7.

OBESIA geminata, ramorum articulis proliferis reptantibus subovalibus, obsolete tetragonis, floribus saepius geminatis. Haworth Syn. Pl. succul. p. 42. n. 1.

Cor. magnitudine punctatae aurantiaco-flava sanguineo-punctata; ab eadem distincta fundo corollae non campanulato, pedunculis geminatis nec aggregatis, ramis teretibus denticulis quadriserialibus minutissimis distantibus. Willd. Humilis, ramis prostratis, radicanibus, brevibus, crassis, dentibus remotis, non incrassatis basi; pedunculi glabri, teretes; calycis lacinae lanceolatae acutae; corolla longitudine pedunculorum, laciniis angustis patentibus. Mass. Corolla subcampanulato-patula 5-partita fere ad basin, laciniis lanceolato-acuminatis intus (sub lente) brevissime hirtis, punctis minutissimis rubris. Tabula Styli recondita flavescens quinquangularis parva. Haworth l. c. In Promont. b. Spei regionibus calidis subfraticibus. h.

79. *S. decora* *Mass.*; articulis ramorum oblongis subteretibus, floribus geminatis, corollarum laciniis lanceolatis acuminatis supra scabrosis margine revolutis. *Mass. Stap. p. 19. t. 26. Poir. Enc. meth. V. p. 387. n. 36. Str. corollis 5-fidis, laciniis ovato lanceolatis margine revolutis, fundo pentagono, pedunculis flore longioribus, ramis oblongis decumbentibus teretibus obsolete tetragonis basi floriferis.*

*) Ramorum articuli perbreves suboblongi valde obesi obsolete angulati radicantes, denticulis parvis horizontalibus. Flores parvuli subgeminati. *Haworth l. c.*

Willd. Spec. I. p. 1451.
Syn. Pl. succul. p. 43, n. 3.

OBESIA? *decora* Haworth

Corollae lacinae flavae punctis scabris atro-purpureis obsitae, basi obscuriores, fundus pentagonus pallidus. A *geminata* diversa: articulis minoribus, dentibus validioribus, corollâ paulo majore scabro-punctatâ. *Willd.* Rami prostrati, ramis copiosis, alternis subarticulatis brevissimis glabris vix tetragonis, dentibus minimis acutis. Flores in axillis ramorum minorum, pedunculis glabris teretibus corollâ longioribus purpurascensibus. Calycis lacinae glabrae lanceolatae acutae; corollae lacinae angustae, patentissimae. *Mass. Ad Prom. b. Spei. h.*

H. DUVALIAE: *) *Corollâ laciniis plus minus ad latera reflexis vel arctissime refractis; Ligulae nullae. Stamina minuta cava capn aviculae nudae simulantia, ad angulos styli incurvatim adpressa. Tabula styli rotunda, parum repanda, depressuris 5-angulosis.*

80. *S. reclinata* *Mass.*; ramis pluribus tetragonis reclinatis, dentibus acutis patentibus, corollâ 5-fidâ recurvatâ, laciniis patentibus replicatis fimbriatis. *Mass. Stap. p. 19. t. 58. Poir et Enc. meth. V. p. 381. n. 13. St.*

coroll. 5-fid., laciniis lanceolatis margine ciliatis, fundo elevato, pedunculis corollâ longioribus, ramis patentibus tetragonis, supra basin floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1282. Sims's bot. Mag. t. 1397. St. cor. 5-fid., laciniis re-*

plicatis margine pilis clavatis ciliatis, fundo orbiculato convexo elevato, coronae exterioris laciniis bifidis, interioris foliolis galeato-uncinatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 285. St.*

orbiculo solido, limbi disco reflexo, laciniis lanceolatis patentissimis oris in laminam verticalem replicatis, fimbriatis. *Jacq. Stap. t. 4. DUVALIA reclinata* *Haworth Syn. Pl. succul. p. 44. n. 1.*

Corolla parva magnitudine *rufae*, unicolor, atropurpurea, fundo elevato. Nectaria flava. A *rufa* et *acuminata* distincta ramis reclinato-patulis, dentibus majoribus, corollâ unicolore, laciniis lanceolatis, fundo ab impressione externâ elevato pedunculisque longioribus. *Willd.* Rami glabri 3-4 poll. Flores saepius solitarii, pedunculis simplicibus aut divisis in pedicellos 2-3 glabros pollicares; calycis lacinae lanceolatae acutae; cor. pedunculis longior, laciniis acutis ciliatis, extus virentibus.

*) „Rami breves proliferi fere ut in PIARANTHIS, et saepe breviores et magis glomerati, valde radicanes. Corollae saepius basi orbe subtiarae-formi. In memoriam H. A. Duval, auctoris enumerationis Plantarum succulentarum in Horto Alençonio. *Haworth l. c. DUVALIAS* suas in duas divisit sectiones: I. *corollis ciliatis* (n. 1-3. *Spec. Haworthian.*); II. *corollis omnino depilatis* (n. 4-8. *Spec. Haworth.*)

Mass. Haworth l. c. Bot. Mag. t. 1396. nonnisi cum ? adducit. In Promont. b. Spei h.

81. *S. elegans* *Mass.*; ramis pluribus confertis oblongis dentatis, dentibus patentibus acutis, corollâ 5-fidâ, laciniis triangularibus hispidis margine fimbriatis. *Mass. Stap. p. 19. t. 2. Poiret Enc. meth. V. p. 381. n. 14.* St. cor. 5-fid. hispid, laciniis lanceolatis margine ciliatis, fundo pentagono, pedunculis corollâ longioribus, ramis diffusis oblongis teretiusculo tetragonis medio floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1282. Sims Bot. Mag. t. 1184. Duvalia elegans*, ramulis sesquiuncialibus densis, laciniis corollae deltoideo-acuminatis subreflectentibus intus hirsutis. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 44. n. 2.*

Rami breves fere decumbentes crassi, a dentibus brevissimis patentibus tetragoni. Corolla *reclinatâ* minor, atro-violacea, fundo pentagono rufescente. Nectaria flava. *Willd.* Humilis, repens; ramis elongatis radicanibus; dentes breves crassiusculi recurvi; flores bini terni; pedunculi glabri teretes $\frac{1}{2}$ poll.; calycis lacinae fere triangulares acutae; corolla pentagona subrecurva, laciniis acutis *Mass.* Caules tereti-tetragoni plus minus purpurascens, denticulis senectis horizontalibus obsolete subdeltoidibus, aristâ obsoletâ minutâ. Flores glomerati varie progredientes. Pedunculi teretes subunciales inaequales deflexi purpurascens. Cor. atropurpurea, orbe parvo nitente, intus pilis longis purpureis vestita. Tabula styli rotunda, orbe pallidior (lente optima) minutissime et creberrime asperata. *Haworth. Ad Promont. b. Spei in Harro. h.*

82. *S. cespitosa* *Mass.*; ramis confertis procumbentibus tetragonis dentatis, dentibus acutis patentibus, corollâ 5-fida recurvatâ, laciniis patentibus replicatis ciliatis. *Mass. Stap. p. 20. t. 19.* St. cor. 5-fid., laciniis lanceolatis acutis, margine revolutis ciliatis, pedunculis longitudine corollae, ramis procumbentibus tetragonis supra basin floriferis. *Willd. Spec. I. p. 1282. Poiret Enc. meth. V. p. 381.* St. cor. 5-fid., laciniis replicatis margine pilis raris simplicibus ciliatis, fundo orbiculato convexo elevato, coronae exterioris laciniis bifidis, interioris foliolis depresso-uncinatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 286.* St. orbiculo solido, fundo plano, limbi disco reflexo subtus patente laciniis lanceolatis patentissimis, ad oras in laminas planas replicatis ciliatis, ramis subovatis. *Jacq. Stap. Redouté Liliac. t. 148. Duvalia cespitosa*, ramorum articulis vix uncialibus densissime confertis, laciniis corollae retrofractim conniventibus, orbe, tabulâ, staminibusque viridibus. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 45. n. 3.* β Corollâ aliquantulum pallidiore.

Corolla magnitudine fere *elegantis* unicolor atropurpurea, fundo

circulari virente. Nectaria flava. *Willd.* Caules humiles cespites efformantes glaucescentes; rami brevissimi, 1-2 poll., glabri, subtetragoni, dentibus crassis basi carnosus. Flores in axillis dentium. Pedunculi glabri teretes purpurascetes, 3 circiter linearum, simplicissimi; lacinae calycis lanceolatae acutae; corolla vix pedunculis major, laciniis angustis. *Mass.* Cauliculi cespitosi suboblongi obsolete pentagoni, denticulis ut in *elegante*. Corollae lacinae acuminatae nudae, lateribus ciliis albis a basi post medium. Stamina paulo pallidiora quam tabula styli, minora quam in *eleganti*. Stigmata brunneo varia. *Haworth.* In *Promont. b. Spei Harro sub fruticibus. h.*

83. *S. radiata Sims*; ramis confertis brevibus, dentibus conicis acutis, corollae laciniis distantibus replicatis nudis, fundo elevato tiarae formi, pedunculis geminis. *Bot. Mag. t. 619.* *Hort. Kew. 2. ed. II. p. 93.* *DUVALIA radiata Haworth Syn. Pl. succul. p. 45. n. 4.*

Affinis *cespitosae Mass.*, a qua differt laciniis corollae nudis. Lacinae corollae primum replicatae adeo ut calycis lacinias ex integro abscondant. Nectarium e corpusculis 5 linguiformibus concavis in stellam dispositis brevissime pedunculatis apice centrum respicientibus, quae inter corpuscula 5 flava globosa lineam obscuriore divisa in formam antherae unde lobuli antherarum s. massae pollinis. utraque semitecta a radio stellae singulo. Habitat? *Loddiges in Hackney. Confer replicatam.*

84. *S. replicata Jacq.*; corollis 5-fidis, laciniis replicatis margine glabris, fundo orbiculato convexo elevato, coronae exterioris laciniis obtusis, interioris foliolis galeato-uncinatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 286.* *St. orbiculo solido, disco limbi reflexo subtus clauso, laciniis lanceolatis patentissimis, oris in laminam verticalem replicatis, omni pube destitutis. Jacq. Stap. Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 232.*

Rami procumbentes, adscendentes, 3-5 poll., dentibus rigidis crassis patentissimis; pedunculi axillares subsolitarii; corolla extus e viridi livens, intus purpurea, basi plana, non tubulosa, laciniis angustis glaberrimis. *Jacq. In Promont. b. Spei. h.*

Obs. An distincta a *radiata Sims*?

85. *S. Jacquiniana*; corollis 5-fidis, laciniis margine reflexis pilis simplicibus ciliatis, fundo orbiculato elevato, coronae exterioris laciniis bifidis, interioris foliolis galeato-uncinatis. *St. radiata Willd. Enum. H. Berol. p. 285.* *St. radiata orbiculo solido, limbi disco utrinque plano et patentissimo, laciniis lanceolatis patentissimis ad oras reflexis ciliatis, ramis oblongis articulatis cohaerentibus. Jacq. Stap. t. 37.*

Nomen mutandum erat, cum sit antiquior *radiata Sims.* *In Promont. b. Spei. h.*

86. *S. deflexa* Jacq.; corollis rugosis ciliatis centro pubescentibus, laciniis margine revolutis, totis rectâ deflexis; rostris subulatis, alis vix ullis. *Jacq. Stapel. Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 230.* Sr. corollis exterioribus rugosis ciliatis pubescentibus margine revolutis deflexis, interioribus erectis. *Diar. Lips. 1814. p. 268.*

Rami adscendentes pedales et ultra; pedunculi aggregati ad basin et in medio ramorum juniorum; corolla foetida, 2 poll., rugosa, intus lutea, extus viridi-livescens striis rufescentibus; tubus fere nullus; lacinae lanceolatae acutae ciliatae margine revolutae; coronae extimae lacinae rostratae acutae basi gibbae. *In Promont. b. Spei. h. Confer reflexam Haworth.*

87. *S. tuberculata* Hortor. *DUVALIA tuberculata* Haworth *Syn. Pl. succul. p. 46. n. 5.*

Radiatâ paulo minor et paulo pallidior, magis angulata. Vivam possideo, at flores non vidi. Haworth. In Promont. b. Spei. h.

88. *S. laevigata* Hortor. *DUVALIA laevigata* Haworth *l. c. n. 6.*

Vivam possideo, at flores non vidi. Haworth. In Promont. b. Spei. h.

89. *S. glomerata* Hortor. *DUVALIA glomerata* Haworth *l. c. n. 7.*

Vivam possideo; compactae similis, at flores non vidi. Haworth. In Promont. b. Spei. h.

90. *S. compacta*; ramorum articulis uncialibus densissime glomeratis, laciniis corollae atropurpureis, retrofractim conniventibus, tabulâ styli staminibusque brunneis, *DUVALIA compacta* Haworth *Syn. Pl. succul. p. 46. n. 8.*

Stamina simulantia capita avicularum paululum pallidiora quam tabula styli. Stigmata atropurpurea variantia. Caetera ut in prioribus. Haworth. In Promont. b. Spei. h.

I. *CARUNCULARIAE: Ligulae 5 breves patulae emarginatae. Stamina bipartita recurvantia compressa deorsum attenuata, apicibus globosis granulatim carunculatis, granulis diversiformibus.*

91. *S. pedunculata* Mass.; ramis pluribus divaricatis tetragonis subdentatis, pedunculis longissimis, corollae laciniis lanceolatis margine revolutis, angulis fimbriatis. *Masson Stap. p. 17. t. 21. Poiret Enc. meth. V. p. 382. n. 12. Haworth Syn. Pl. succul. p. 23. n. 17. Allg. deutsch. Gart. Mag. 1811. p. 309. t. 30. Sims's bot. Mag. t. 793.* Sr. corollae laciniis lanceolatis acumina-

tis basi margine glandulis pedicellatis, pedunculis ramis duplo longioribus, ramis apice subbidentatis medio floriferis. *Willd. Spec. l. p. 1284.* *CARUNCULARIA pedunculata*, pedunculis longissimis, laciniis corollinis margine revolutis, angulis fimbriatis. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 334.*

Variat floribus fusco-purpureis et flavicantibus. Ramis fere teretibus, dentibus verrucosis obsolete, pedunculisque fere spithamaeis, omnium longissimis, e ramorum paginâ inferiore nascentibus, inde dependentibus, facili distinctu vel eminus. *Sims. Species a reliquis longitudine pedunculi, structurâ floris et ramorum distinctissima.* Rami obsolete dentati, apice dentibus 2-3. Pedunculi longissimi, 5 poll., erecti. Corolla magnitudine *CINERARIAE lanatae*, brunneo purpurascens, laciniis margine glabris revolutis, ad basin fasciculo glandularum pedicellatarum. Laciniarum basis cinerea, fusco-punctata. Fundus corollae nigrescens. *Willd. Caules recti glabri 3-4 poll.; rami glauci obtuse tetragoni, tuberculis obtusissimis dentium loco, terminalibus 2-3 rufescentibus.* Flores subfasciculati quaterni quini. Pedunculi glabri teretes, ramis fere duplo longiores. Calycis lacinae acutae. Corolla extus virens aut fuscescens, laciniis angustis. *Mass. In Promont. b. Spei, in regionibus aedis Camies - Berg. b.*

Obs. „Pedunculi glomerati teretes 3-4 unciar. virides erecti, at ex inferiore parte ramuli. Cal. 5 phyllus acute stellaris. Cor. 5 petaloidea laciniis carnosoloreis revolutis subasperis, sulcis 3 longitudinalibus obsolete, basi supra marginem fasciculo pilorum tremulorum spathulorum rufo-vinaceorum, extus viridibus punctis rarioribus rubris basin versus, odore ovorum putridorum. In ipso fundo corollae stella pentagona rufo-aterrima e granulis lente subspatulaeformibus genitalia ambientibus. Ligulae atro-rufae breves cavo-canaliculatae emarginatae patentibus. Stamina inaequaliter bipartita (*Stapeliarum*) atro-rufa laciniis crassis compressis superne recurvantibus capitatum granulato-carunculatis subglobosis. Caetera non examinavi. *Haworth p. 334.* In *Diario Lips. 1814. p. 269.* *ST. pedunculata Mass. Willd. Spec. l. p. 1284.* distinguitur ad icones *Jaquinianas* a *ST. pedunculata Mass. t. 21.* (quod vix fieri poterit, cum *Willdenowii* *ST. pedunculata* omnino eadem cum *pedunculata Mass.*; hanc enim solam ex *Massoni* descriptione noverat *Willdenow*, nec unquam vivam vidit) et a *ST. pedunculata Sims* (quam tamen ipse *Haworth* eandem esse cum illa *Massoni*). Adducitur quarta *ST. pedunculata alia*: ut ergo, saltem ad *Diar. Lips.*, quatuor essent *pedunculatae*!

92. *S. serrulata Jacq*; corollis 5 fidis strigosis, laciniis margine revolutis, coronae exterioris laciniis oblongis truncatis apice serratis, interioris foliolis uncinatis, bilobis, lobo exteriori serrato, pedunculis geminatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 286.* *ST.* ramis oblongis articulatis cohaerentibus, pedunculis gemellis, corollis margine revolutis, alis scutisque lobis apice serratis. *Jacq. Stap.* *ST.* corollis exterioribus patentibus scabris margine revolutis, pe-

dunculis geminis, nectarii laciniis truncatis serratis, alternis erectis. *Diar. Lips.* 1814. p. 269.

In Promont. b. Spei. b.

Dubiae Sectionis:

93. *S. caudata Thunb.*; caule folioso, foliis lineari-oblongis, flore pedunculato, laciniis limbi linearibus. *Thunb. Prodr.* I. p. 46. *Fl. Cap.* II. p. 171. St. corollis 5-fidis, laciniis linearibus acutis, pedunculis corollâ brevioribus cernuis, caule hirtio folioso. *Willd. Spec.* I. p. 1286.

Rami oppositi erecto-patentes. Folia sessilia inferne attenuata, superne dilatata, obtusissima, integra, erecto-patentia, pollicaria. Flores axillares. Pedunculus solitarius uniflorus cernuus corollâ duplo brevior. Cor. plana purpurea intus squamosa, laciniis falcatis acutis pollicaribus. *E Promont. b. Spei a me missa floruit in Hort. Amstelodamensi Medico Ao.* 1779. *Thunb.*

94. *S. quadrangula Forsk.*; corollis 5-fidis, floribus sessilibus, caule tetragono, ramis divaricatis apice floriferis, dentibus truncatis. *Willd. Spec.* I. p. 1289. St. folliculis subulatis conjugatis. *Forsk. Descr.* 52. t. 6.

Caulis angulis subdentatis obscure viridis cubitalis ramosus, lateribus $1\frac{1}{2}$ poll. Flores conferti parvi terminales sessiles pentandri digyni? viridi-flavescentes. Cal. 5-dentatus persistens. Folliculi bipollicares, saepe spithamaei. Semina papposa. Succus non lacteus, sed aqueus. *Forsk. l. c.* *In Arabia felici. b. In Arabia felici.*

Obs. In *Forsk. Catal.* p. CVIII. n. 194. habetur adhuc *quadrangula ramosa n. 194.* praeter *quadrangulam n. 190.*

95. *S. subulata Forsk.*; corollis 5-fidis nutantibus, laciniis oblongis acuminato-cuspidatis pilosis, pilis secundis, ramis tetragonis attenuatis nutantibus sub apice floriferis. *Willd. Spec.* I. p. 1283. *Forsk. Catal. pl. Arab.* p. 108. n. 193. t. 7.

Flos magnitudine *aridae*. Lacinae corollae apice pilis secundis. *Willd. Spithamalis Forsk.*

Incertae:

96. *S. multangula Forsk. Catal.* n. 192. St. *anonymos Poiret Enc. meth.* VII. p. 391. *Sâk el ghorab Forsk. Descript.* p. 52.

An generis? Flores non vidi. Caulis ramosus, multum repens, 6-9-angulus totidemque sulcatus, angulis dentatis. Folliculi subulati. Non esculenta. Perhibent incolae eam post *Jangum*

tempus revirescere humectatâ terrâ, licet plane emortua apparuit. *Forsk. descript. Plant. p. 52.*

96. *S. clavata Willd.*; caule simplici crasso clavato reticulatim obsolete verrucoso apice fructifero. *Willd. Spec. I. p. 1295 n. 49.* STAPELIA *Patterson iter. ed. germ. p. 57. t. 8 fructus tantum.*

In Promont. b. Spei campis arenosis trans Kopperberg. h.

STAPELIAE speciem non determinatam ad ripas t'Kaigariel prope roode gebroken klip legit cl. itinerator Lichtenstein. *St. brevirostris* in *Willdenow Enum. H. Berol. Suppl. p. 14* adducitur sine diagnosi. In *Neueste Verzeichniss des Gartens zu Belvedere* enumerantur: *St. beffoniana, bifolia, cymosa, tridentata, virgata, verticillata.* Plures asservantur non descriptae in *Museo Banksiano.* Quid *St. dentata Forsk. Catal. 192?* Quid *St. papillosa Tabl. de l'École An. 1815. p. 92.*

1073. CARALLUMA.

1. *C. adscendens R. Brown Mem. Werner Soc. I. p. 25.* *C. ramulis distantibus tetragonis elongatis gracilibus adscendentibus, apice flores solitarios gerentibus, angulis denticulatis. Haworth Syn. Pl. succul. p. 47. n. 1.* STAPELIA *adscendens Roxb. Corom. I. p. 28. t. 30.* *St. coroll. 5-fidis glabris, laciniis linearibus margine reflexis acutis, pedunculis corollâ brevioribus, caule tetragono adscendente apice florifero. Willd. Spec. I. p. 1288.* CARALLUM *Telingar.*

Habitus STAPELIAE. *R. Brown l. c.* Cor. parva magnitudine PERIPLOCAE *graecae*, lutescens, laciniis apice violaceis. *Willd.* Rad. fibrosa. Caules plures perennantes succulenti 1-2 ped., basi procumbentes, radicanes, superne erecti quadranguli, angulis obtusis, crenatis. Rami erecti. Folia alterna, sessilia, ad angulos ramorum, minutissima. Flores ad apices ramorum, axillares, pedunculati, ut plurimum solitarii, erecti, parvi, obscure purpureo-flavoque variegati. Calyx usque ad basin 5partitus laciniis lanceolatis. Corollae tubus subnullus, limbus planus: laciniis linearibus, margine reflexis. Folliculi erecti, pennae anserinae crassitie, 4-5 poll. *In Coromandel in siccis.*

2. *C. umbellata Haworth*; ramulis subconfertis brevibus tetragonis crassis erectis, angulis dentatis: floribus dense capitatis terminalibus. *Haworth Syn. Pl. succul. p. 47. n. 2.*

In India orientali. h.

Syst. Vegetabil. Vol. VI.

1074. MICROSTEMMA.

M. tuberosum R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl. I. p. 459. Werner Soc. I. p. 26.

Herba glabra erecta, cui rad. tuberosa, caulis infra simplex, supra ramosus, foliis minutis, oppositis linearibus; umbellae laterales et terminales subsessiles. Corollae nigro purpureae, intus barbatae. R. Brown. In Nova Hollandia tropica.

1075. LEPTADENIA.

Cls. R. Brown genus hocce in Enumeratione generum (Mem. Werner. Societ. I. p. 34.) non, ut in conspectu generum post MICROSTEMMA, sed GYMNEMA et SARCOLOBUM inter posuit, monetque species tres indescriptas se observasse in Herb. Banks. quarum nulla hucdum descripta, licet altera ex his a b. Forsk. lecta, sed innominata. Herbas? perennes? quaerit, volubilesque describit tomento impalpabili pulvereo cinerascens. Folia plana, opposita. Umbellae interpetiolares, quandoque cymosae. Corpuscula stigmatis minuta. In India orientali, Africa aequinoctiali et septentrionali.

1076. FISCHERIA. *)

F. scandens Decand. Cat. Hort. Monsp. 1813. p. 112. Hort. Monsp. inedit. t. 67.

Rami tenelli et folia pube tenuissimâ molliter velutini. Flores e flavo virentes lobis omnino crispatis et undulatis. Folia basi cordata sinu angusto pilis squamiformibus fuscis erectis clauso. Planta haec spectabilis paululum accedit ad CYNANCHUM *crispiflorum* Swartz., et olim sub hoc nomine ex Anglia specimen siccum habuit cls. L'Heritier, sed ab eo distinctissima videtur. FISCH. *scandens*, si descriptione Swartzianae conferatur, differt foliis brevioribus, calycis laciniis patentibus nec reflexis, corollâ rotatâ nec tubo pentagono, et genitalibus a CYNANCHO diversis. Iconi Plumer. t. 116. f. 1. a Swartzio citatae collata nostra differt floribus subumbellatis nec longe racemosis corollâque rotatâ nec evidenter infundibuliformi. Decand. Verisimiliter in America meridionali. Habuimus ex Hort matrit. h. Decand.

1077. HOYA. **)

1. * *H. carnosa* R. Brown; foliis ovali-oblongis carnis, corollis barbatis, coronae foliolis subtus sulcatis. R.

*) Frutex scandens sempervirens succo lacteo; rami teretes longi; folia opposita integerrima basi cordata ovali-oblonga acuta petiolata. Pedunculi axillares pedicellos unifloros umbellulatos gerentes. Decand.

**) HOYAE suffrutices volubiles vel decumbentes; folia opposita carnosae vel membranaceae; umbellae interpetiolares multiflorae.

Brown. Mem. Wern. Soc. l. p. 27. Ejusd. Prodr. nov. Holl. I. p. 459. Hawthorn Synops. Pl. succul. p. 14. ASCLEPIAS carnososa Linn. Suppl. I. p. 170. Murr. Syst. Veg. ed. XIV. p. 260. A. foliis ovatis carnosis glaberrimis Willd. Spec. I. p. 1264. A. foliis revolutis ovatis carnosis glabris, caule fruticoso scandente tereti, umbellis axillaribus cernuis, petalis interne pube centibus. Smith Exot. bot. II. p. 21. t. 70. A. caule fruticoso quadrangulari volubili, umbellis simplicibus nutantibus, foliis oppositis ovatis margine revolutis carnosis Sims Bot. Mag. t. 788. STAPELIA chinensis, foliis lanceolatis congestis, corollis rotatis. Lour. Fl. Cochinch. I. p. 205 (fide specimenis ab auctore missi in Herb. Banks, monente Brown l. c.) SCHOLLIA crassifolia Jacq. Eclog. n. 2.

Plures fors species sub hac confusas esse monet cl. R. Brown l. c. „Folia vix palmaria ovata carnosia glabra avenia. Petioli carnosii foliis dimidio breviores. Umbella simplex more congenerum „(ASCLEPIADUM)“ axillaris solitaria. Calyx minutus. Corolla minus divisa, vix semiquinquesida, plana. Genitalia ut in reliquis speciebus „(ASCLEPIADUM)“ Valde a reliquis diversa. Hujus vidi tantum folia 2 et umbellam floriferam, quam astuti Chineses pro Gummi Gutta dederunt.“ *Linn.* „Caulis fruticosus simplicissimus longus procumbens, denticulis nullis. Folia integerrima carnosia glabra polynata. Flos albus carnosus axillaris umbellis magnis simplicibus. Cal. 5-partitus rotatus ruber corollae adpressus pedunculo concolore. Cor. rotata, margine 5-sinuata leviter reflexa. Nectarium stellis binis 5-radiatis. Antherae 5; oblongae sessiles conniventes; stigmata 2 simplicia sessilia. Folliculi 2 subulato-conici, seminibus papposis. *Lour.* Folliculi 2 teretes acuminati glabri sordide virentes 5 poll. longi uniloculares univalves. Semina numerosa, lineam longa, lanceolata, glabra, acuta, fusca, pappo albo. *Jacq. l. c.* Nectarium mel purissimum continuo depluit. *In Asiae tropicae regionibus variis, etiam in nova Hollandia. b.*

2. *H. viridiflora, R. Brown; foliis ovatis acuminatis membranaceis corollisque glabris, coronae foliolis exsulcis. Mem. Werner. Soc. l. p. 27. ASCLEPIAS volubilis arborea volubilis, foliis oppositis planis ovatis integerrimis acuminatis, umbellis erectis Linn. Suppl. 170. Willd. Spec. I. p. 1269. Pers. Syn. I. p. 276. Watta-Hakacodi Rheed. Malab. IX. p. 25. t. 15.* Glaberrima ramis volubilibus. Folia petiolata subcordata venosa. Umbellae simplicissimae pedunculatae. Pedunculus longitudine petioli. Flores viridescentes. *Linn.* Folia in icone *Rheedi* cordata potius quam ovata, et pedunculi petiolis breviores, umbellae vero cum pedicellis iisdem majores. Folliculi conici, pollicem et ultra in diametro ad basin. *Inter frutices in nemorosis Zeylonae. Hömig.*

Obs. Differt structurâ coronae et habitu a *carnosâ*, in qua typus generis.

3. *H.?* *cochinchinensis* *Lour.*; repens, foliis ovatis oppositis, corollis infundibuliformibus. *STAPELIA cochinchinensis* *Lour. Fl. Cochinch. p. 206.*

Caulis fruticosus longus teres subsimplicissimus. Folia carnosa integerrima glabra. Flos albus, umbellis magnis simplicibus, pedunculo communi longo crasso. Cal. 5-fidus inferus persistens, laciniis acutis. Cor. monopetala tubo gracili longo, limbo 5-partito, laciniis acutis conniventibus genitalia tegentibus. Nectarium stella unica carnosa plana radiis 5 acutis magnis expansis. Filamenta nulla. Antherae 5 oblongae procumbentes inter crenas Nectarii. Germen ovatum bifidum. Stigmata 2 longiuscula sessilia. Folliculi 2 teretes subulati, seminibus triplici serie, longis, teretibus, coronatis pappo longissimo. *Lour. In montibus Cochinchinae. b.*

1078. TYLOPHORA.*)

1. *T. grandiflora* *R. Br.*; umbellis subsessilibus simplicibus paucifloris, pedicellis glabris, foliis cordatis ovatis acutis ramisque pubescentibus. *R. Brown Prodr. l. p. 460.*

Ad portum Jackson.

2. *T. barbata* *R. Br.*; umbellis subgeminatis, pedunculo communi foliis brevioris, corollâ barbata, foliis ovatis acutis glaberrimis. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

3. *T. flexuosa* *R. Br.*; umbellis alternis sessilibus, pedunculo communi flexuoso, foliis cordatis oblongis venosis, corollâ imberbi. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

4. *T. paniculata* *R. Br.*; paniculis dichotomis, corollae laciniis supra ligulatis, foliis ovatis acuminatis glabriusculis: inferioribus subcordatis. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

1079. MARSDENIA.

a. *Stigma muticum.* *MARSDENIAE verae.*

1. *M. velutina* *R. Brown*; caule volubili, foliis cordatis late ovatis acuminatis tomentosis mollibus, cymis um-

*) Herbae v. suffrutices volubiles; folia opposita membranacea plana. Umbellae interpetiolares. Flores ut plurimum parvi. In nova Hollandia ad grad. usque 33, India orientali et Africa aequinoctiali octo species sibi cognitae et nondum editae habitare, *R. Brown Mem. Werner. Soc. l. p. 28.*

belliformibus, fauce nudâ. *Mem. Werner. Soc. I. p. 29.*
Prodr. Fl. nov. Holl. I p. 461.

In nov. Holland. intra tropicum.

2. *M. tinctoria R. Brown*; caule volubili, foliis cordatis ovato-oblongis acuminatis glabriusculis basi antice glandulosis, thyrsis lateralibus, fauce barbata. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 30.* *Taram akkar Marsden Sumatr. 78.*

In Insula Sumatra.

3. *M. viridiflora R. Brown*; caule volubili, foliis oblongo-lanceolatis glabriusculis basi obtusâ, tubo intus villosiusculo. *Mem. Wern. Soc. I. p. 30. Prodr. l. c.*

In nova Holland. intra tropicum.

4. *M. clausa R. Brown*; caule volubili, foliis lanceolatis utrinque acutis glabris, supra parum rugosis, fauce dense barbata. *Mem. Werner Soc. I. p. 30.*

In Jamaica Swartz Herb. Banks. Nomen plantae inditum a Swartzio cl. *Brown non adjecit.*

5. *M. suaveolens R. Brown*; caule suberecto, foliis ovali-lanceolatis glabris aveniis, tubo ventricoso, fauce barbata. *Mem. Werner. Soc. I. p. 30. Prodr. nov. Holl. I. p. 461.* *M. suaveolens, fol. ovalibus glabris, floribus axillaribus, corollae laciniis basi intus minute barbatis. Rudge in Linn. Trans. X. p. 299 t. 21. f. 1.*

Folia opposita, petiola, utrinque glabra, integerrima obtusiuscula, pollicaria, $\frac{1}{2}$ poll. lata. Flores in paniculis axillaribus, 6-8 floris. Calyx 1 phyllus, persistens, 5-partitus, laciniis ovatis, margine ciliatis. Corolla tubo brevi, lacinae 5 longae, obtusae. Filamenta lata, infra nectarium conicum 5-dentatum inserta. Germen obconicum, bilobum. Styli breves. Stigmata obtusa. *Rudge. In nov. Holland. extra tropicum.*

Circa Port Jackson. b.

6. *M. cinerascens R. Brown*; caule erecto, foliis ovatis obtusiusculis venosis pube rarâ conspersis, petiolis semuncialibus, corollis subrotatis. *Mem. Werner. Soc. I. p. 30. Prodr. nov. Holl. I. p. 461.*

In nov. Holland. intra tropicum.

b. *Stigma rostratum.* NEPHRANDRA.

7. * *M. erecta R. Brown*; caule erecto, foliis cordatis ovatis acutis, cymis umbelliformibus, limbi laciniis imberbibus tubo 4-5-ies longioribus. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 31.* *CYRANCHUM erectum; caule erecto divaricato, foliis cordatis glabris. Linn. Hort. Cliff. 79. Willd. Spec. I. p. 1158. Lam. Enc. meth. I. p. 235. Kniph.*

Cent. VII. n. 19.
Clus. I. p. 124.

Jacq. Hort. t. 38.

Apocynum I.

Caules attenuati glabri subramosi 5 (-6) ped., cespitosi. Folia opposita petiolata glabra, dilute viridia, glaucescentia. Corymbi laterales laxi ramosi in superiore caulis parte dimidia. Flores plurimi albi, siccati flavescentes. Cal. brevissimus; cor. profunde divisa in laciniis oblongas, subangustas, obtusas, stellatas. *Lam.* Caules non lactescunt sed folia. Flores odorati. Nectaria alba. Filamenta 10. Stylus indivisus supra germen bifidum, stigma obtusum indivisum. *Jacq. l. c. In Syria. h.*

8. *M. rostrata R. Brown*; caule volubili, foliis ovatis subcordatis acuminatis glabris, umbellis multifloris, limbo barbato. *R. Brown Mem. Werner. Soc. 1. p. 31. Prodr. nov. Hall. I. p. 461.*

A congeneribus diversa massis pollinis reniformibus subtransversis, extremitate a corpusculo stigmatis remotiore affixis. *In nova Hollandia extra tropicum.*

1080. PERGULARIA.*)

1. *P. odoratissima Smith*; foliis cordatis acuminatis, calycibus tubo corollae brevioribus. *Ait. Hew 2. ed. II. p. 83.* *P. foliis cordatis glabriusculis, nectariis genitalibusque tubo corollae brevioribus, stigmatibus conico obtuso. Smith icon. pict. p. 16.* *P. fol. cord., senioribus subtomentosis, laciniis corollae margine revolutis tortis linearibus reflexis viridibus. Andr. Repos. t. 185.* *P. tomentosa Linn. Mant. 53, (quoad descriptionem tantum, fide Smith, et hoc teste:)* CYNANCHUM *odoratissimum*, caule volubili inferne suberoso fisso, fol. cordatis acuminatis rugosis, cymis reflexis. *Lour. Fl. Cochinch. I. p. 206. Rumph Amb. V. 6. 58. t. 26. f. 1.*

Radix ramosa patentissima albida. Caulis fruticosus scandens, ramosus, teres; cortice cinereo suberoso longitudinaliter rimoso. Rami suboppositi longissimi viminei subsimplices teretes fusci pubescentes foliosi. Folia opposita petiolata patentiflexa integerrima concaviuscula (2 poll. et ultra) opaca venosa, venis margineque utrinque pubescentibus, subtus pallidiora. Petioli foliis quadruplo breviores teretes pubescentes supra sulco exarati, basi utrinque apiceque glandulis duabus vel tribus acutis, apice fuscis, muniti. Stipulae nullae. Paniculae axillares solitariae longius pedunculatae, dichotomae, subcorymbosae, multiflorae, pubescentes. Pedunculi teretes; pedicelli subangulati. Bractae solitariae ad omnem paniculae di-

*) Plantae volubiles; folia latiuscula membranacea; cymae interpetiolares; flores flavescentes odoratissimi. *R. Brown.*

visionem lanceolatae obtusae apice dorsoque fuscae. Flores magnitudine PRIMULAE vulgaris, flavescenti-virides, odore citreo fragrantibus, imprimis vespere. Calyx campanulatus profunde 5-fidus, laciniis erectis lanceolatis acutis venosis leviter pubescentibus, minute ciliatis, apice fuscis. Corolla hypocrateriformis. Tubus calyce paulo longior, obsolete pubescens, lineatus, cylindricus; basi inflatus, 5-gibbosus, fauce pervia, retrorsum valde hirsuta. Limbus patens 5-fidus, laciniis longitudine tubi, oblongis, obtusis, glabris, ciliatis, obliquis, margine deflexis, subtus pallidioribus. Nectarium externum tubo duplo brevius, viride e corpusculis 5 triangularibus, basi subsagittatis; dorso concavis, superne bicrenatis, intus carinatis; apice acuto inflexo attenuato albo, conniventibus: internum paulo brevius, e laminis 5 membranaceis, basi dilatatis; dorso excavatis; lateribus connatis; apice acuto membranaceo conniventibus: genitalia amplectentibus, intusque, apicem versus, cucullis duobus flavis membranaceis, dorso connexis, antheras in situ naturali amplectentibus. Columna genitalium nectariis paulo brevior. Germina bina supera distincta approximata parva ovata glabra viridia, basi glandulis pluribus nectariferis? simplici serie circumdata. Styli 2 brevissimi connati villosi, apice desinentes in corpus dense villosum conicum obtusum nec truncatum, cuius lateribus insident glandulae 5 laminis nectararii alternae, fusco-purpureae, utrinque antheriferae. Antherae 2 in omni glandula adscendentes divaricatae obovatae pellucidae flavae, polline vix conspiciendo. Stigmata obsoleta. *Smith l. c.* Colitur in China et Cochinchina. *h.*

Obs. Planta haec, si quae alia, gynandra est, ut forsitan omnes, quae re verâ sunt *contortae*, quarum antherae facie non minus quam substantiâ cum antheris orchidum mirandum in modum concordant. *Smith.* *Loureiro* describit caulem superius teretem nitidum aequalissimum. Folia undulata petiolis longis, florem luteum cymis magis hemisphaericis axillaribus reclinatis; calycem 5-phyllum foliolis ovato-lanceolatis undulatis suberectis; limbi lacinias subreflexas; glandulas 10 ad basin nectarii; germen ovatum bifidum; stigma unicum sessile emarginatum, et pericarpium semper abortire addit.

2. *P. minor Andrews*; foliis cordatis obtusis cum acumine, calycibus longitudine tubi corollae. *Art. Kew. ed. 2. H. p. 83.* *P. foliis cordatis acutis apicibus tortis, laciniis corollae ovatis erectis luteis. Andr Repos. t. 184.* *P. foliis rotundato-cordatis abrupte acuminatis, calycibus tubum aequantibus, corollae laciniis obtusis concavis. Sims bot. Mag. t. 755.* *Tratt. tabular. t. 713.* **PERGULARIAE odoratissimae var.** *Smith icon. pict. fasc. III. p. 16.*

Non esse varietatem *Sims* affirmat; *odoratissimâ* minor; folia magis rotundata acumine tenui recurvo; cor. ochraceo-flava, laciniis obtusioribus, nec reflexis margine, tubo vix calyce longiore. Fragrantissima. *Sims. Icon cli. Andrews mala dicitur in H. Kew. l. c.* Caules graciles, teretes, scandentes, foliis oppositis petiolatis subsinuatis, 1/2 poll., 1/2 poll. la-

tis; petioli foliis paulo breviores. Flores corymbosi axillares foliis breviores. Laciniae calycis rectae glabrae lanceolatae acutae; corollae ochroleucae, limbi laciniis linearibus obtusis. *Andr.* *In India orientali.*

3. *P.?* *purpurea Vahl*; foliis cordatis corollaeque laciniis lineari oblongis glabris, umbellis proliferis. *Willd. Spec. I. p. 1248.* *P.* foliis cordatis glabris acuminatis, laciniis corollae lineari oblongis, umbellis proliferis. *Vahl Symb. III. p. 44.* *ASCLEPIAS cordata Burm. Ind. 72. t. 27. f. 2.*

Affinis japonicae; at umbellae proliferae, nec simplices, laciniae limbi lineares nec ovatae: an vero satis distincta? Rami volubiles tenues cinerici, ad lentem villosi. Folia opposita petiolata nervosa venosa 2 poll., superiora minora. Petiolus longitudine foliorum. Umbellae laterales pedunculatae, foliis breviores. Pedunculus petiolo crassior, rigidus. Pedicelli filiformes unguiculares pubescentes, uti calyces. Corollae infundibuliformes unguiculares. Faux villosa, interdum etiam limbus parum villosus. *Vahl.* *In India orientali, China. h.*

4. * *P.?* *japonica Thunb.*; foliis cordatis glabris, corollae laciniis ovatis interne villosis, umbellis simplicibus. *Willd. Spec. I. p. 1248.* *Thunb. jap. 111.*

Caulis volubilis teres glaber simplex. Folia opposita petiolata acuta integerrima nervosa patula pollicaria. Petioli teretes glabri unguiculares. Flores axillares pedunculati erecti. Umbellae simplex. Perianthium 1-phyllum, ad basin fere 5-partitum, corollam brevius, erectum: laciniae lanceolatae hirtae. Corolla monopetala. Tubus campanulatus, calyce paulo brevior. Limbus 5-partitus. Laciniae obtusae, patenti-reflexae, extus glabrae. Nectaria 5 subsagittata erecta compressa cum antheris connata in cylindrum basi exterius dente nutante notata, apice incurva et cum stigmate connata. Filamenta subnulla. Antherae cum nectario in cylindrum connatae nectarium formantes et genitalia tegentes. Germina 2 ovata acuminata erecta glabra longitudine calycis. Styli nulli, sed germina attenuata in stylos. Stigma pistilla tegens, cum apicibus nectarii connatum, terminatum in filum longum erectum apice attenuatum flexuosum album, longitudine corollae. Folliculi 2. *Thunb.* *In Japonia. h.*

5. *P.?* *edulis Thunb.*; foliis ovatis integris (acuminatis) glabris, caule herbaceo volubili. *Thunb. Prodr. p. 38. Fl. Cap. II. p. 151. Act. nov. Petropol. t. XIV. Willd. Spec. I. p. 1247.*

Rad. globosa succulenta maxima, capite humano major. Caulis filiformis, uti tota planta glaber, cinereus, ramis alternis similibus sensim filiformibus. Folia opposita brevissime petiolata ovata subundulata, supra viridia, pallida, utrinque glabra, patentia, unguicularia. Flores aggregati, pedunculis capillari-bus vix lineam longis. Cal. 5-partitus, laciniis acutis brevibus.

simis. Cor. pollicaris. PERGULARIAE generis esse ex habitu conjicio, cum flores apertos vel fructus videre nunquam mihi contigerit. *Thunb.* In Carro prope Gouds-Rivier, juxta Swart Hopps Zout-pann, et alibi inter fratices; *Hottentottis edulis.* 4.

Obi. CYNANCHI species secundum *Andrews Repos.* t. 185. p. 8.

Quid: PERGULARIA *lucida?* *Catalog. Gorenk. Krzemieniec. Wiln.*

P. angustifolia Gorenk?

1081. DISCHIDIA.

D. nummularia R. Brown Prodr. nov. Holl. 1. p. 461. *Werner. Soc.* I. p. 32. *Nummularia lactea minor Rumph Amb.* V. p. 472. t. 176. f. 1.

Ab illustr. *Banks* detecta prope *Endeavour River* in nov. Holland. Herba in arboribus parasitica, dependens, perennis, lactescens, tota farinâ albâ inspersa. Caulis ad genicula radicans; folia opposita subrotunda crassa carnosa; flores parvi subumbellati. Aliarum ex India orientali exemplaria manca tantum vidi. *R. Br.* Flores albi. *Rheede.* In littore *Amboinae* ubique.

1082. GYMNEMA.*)

1. *G. lactiferum R. Brown*; foliis ovatis, caule erecto, umbellis proliferis brevissimis. *ASCLEPIAS lactifera Linn. Spec.* 314. *Willd. Spec.* 1. p. 1268. A. caule erecto simplici herbaceo, foliis ovatis acuminatis, corymbis compositis longitudine petiolorum. *Fl. Zeyl.* 111. *Burm. Zeyl.* p. 24.

Exemplar nullum in *Herbario Linnaeano* monente *Brown*, qui ad exemplar a *Hermann* ante annos 140 collectum et aquâ maceratum genus hocce posuit distinctissimum. Affine *geminato*. — „Herba lactescit, et in defectu lactis vaccini aut alterius substituitur hoc lac; folia quoque concoquantur cum cibus in quibus lacte opus est. *Burm. l. c.* In *Zeylon.* 4.

2. *P. sylvestre R. Brown*; foliis subrotundo-ovatis reticulato-venosis subtus pubescentibus, floribus umbellatis. *PERIPLOCA sylvestris Willd. Spec.* 1. p. 1252. *Phytogr.* I. p. 7. n. 23. t. 5. f. 3* *Retz Obs.* 2. p. 15.

*) Suffrutices saepius volubiles, foliis oppositis, membranaceis, planis. Umbellae interpetiolares, cymosae. *R. Brown Mem. Werner. Soc.* I. p. 33, qui specimina adhuc duo inedita.

Caulis fruticosus scandens ramosus teres, tomento tenuissimo tectus. Folia acuta integerrima: venis ad marginem reticulatis, superne glabra. Flores umbellato-glomerati parvi. Umbellae axillares oppositae multiflorae; pedunculis tomentosus. Calyx 5 partitus tomentosus; laciniis ovatis. Corolla campanulata 5-fida: laciniis ovatis acutis. Squamae 5 crassae oblongae, basi laciniarum corollae adnatae. Squamae aliae numerosae lineares obtusae genitaliâ tegunt. Medium tenet inter *Cynancha* et *Periplocas*. Willd. In sylvaticis Zeylonae et *Woendel*. h.

3. *G. geminatum* R. Br.; fauce coronatâ, tubo intus pilosiusculo, umbellis geminatis, pedunculis petiolo brevioribus, foliis ovatis glabriusculis, ramulis pubescentibus, caule volubili. R. Brown Prodr. I. p. 462.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

Obs. Huic congener et valde affinis est *ASCLEPIAS lactifera* Linn. Spec. pl. (in Herbario Hermannii visa), necnon *PERIPLOCA sylvatica*. Willd. Spec. Pl. I. p. 1252.

4. *G. trinerve* R. Br.; fauce nudâ, umbellis sessilibus, foliis oblongo lanceolatis trinerviis pubescentibus, caule erecto. R. Brown l. c.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

1083. SARCOLOBUS.*)

S. Banksii.

Cls. R. Brown speciei huic ab illustr. Banks in Prince's Island prope Bataviam detectae nomen non adjecit specificum. Frutex volubilis glaber; folia opposita latiuscula; umbellae interpetiolares multiflorae.

S. globosus Wallich; foliis ovato-oblongis, corollis intus villosis, folliculis magnis carnosis globosis utrinque retusis muricatis. Wallich Asiat. research. 12. p. 577. t. 4.

Ad littora subsalsa fluminis Hoogly Bengalae australis.

S. carinatus Wallich; foliis ovalibus oblongisque subcarnosis, corollis laevibus, folliculis oblongis laevibus acutis subtus carinatis. Wallich l. c. p. 578. t. 5.

Cum *globoso*.

Obs. Benigne communicati ab excell. Com. de Sternberg.

*) Frutices, volubiles, glabri, ramis copiosis elongatis subarticulatis, lacte episso glutinoso scatentes. Folia opposita, glabra firmâ basi supra acervulo glandularum. Racemi extrapetiolares corymbosi. Folliculi solitarii (per abortum).

1084. GONOLOBUS. *)

1. * *G. maritimus* R. Brown; caule volubili, foliis cordatis hirsutis subtus tomentosus; pedunculis aggregatis. *CYNANCHUM maritimum* Linn. Mant. 54. Jacq. Amer. 83. t. 56. pict. t. 82. Willd. Spec. I. p. 1255.

Planta hirsuta. Pedunculi plures uniflori congesti tanquam in umbellam sessilem. Corolla atropurpurea Linn. Planta lactescens. Caules teretes hirsuti. Folia acuminata integerrima subtus incana superne hirsuta petiolata opposita, 2 vel 4 pollices longa. Pedunculi uniflori et breviusculi aggregatim oriuntur e tuberculo laterali intra folia. Flores inodori, calyce viridi; corolla atropurpurea. Calyx 5-partitus: laciniis lanceolatis acutis parvis patentissimis. Corolla 1-petala. Tubus brevissimus patens. Limbus 5 fidus: laciniis ovatis acutis planis magnis, interne hirsutis, patentissimis. Nectarium campanulatum, constans ex foliolis 5, obcordatis, tridentatis, patentibus, ad latera coalitis, corollae concoloribus, longitudine calycis; e basi sua producta in centro floris assurgens in corpuscula 5, instructa squamis 5 membranaceis cucullatis et bilocularibus. Filamenta 10, capillaria, brevia, orta bina simul ex eodem puncto inter squamas nectarii. Antherae obovatae teretes erectae reconditae in cucullis. Germina 2 ovata, hinc convexa, illinc plana, in centro nectarii. Stylus basi bifidus, ad altitudinem squamarum expansus in corpus utrinque planum, amplum, et acute pentagonum; ex hujus iterum centro egressus simplex filiformis erectus longitudine corollae. Stigma bifidum: laciniis obtusis patentibus. Fructum non vidi. Jacq. In Terra Bomba. b.

2. * *G. suberosus* R. Br.; foliis cordatis acuminatis, sinu aperto. Towns. Ait. H. Kew. 2 ed. II. p. 82. *CYNANCHUM suberosum*, caule volubili hirsuto (inferne suberoso fisso), foliis ovato-cordatis acuminatis, corymbis axillaribus laciniis corollae lanceolatis. Willd. Spec. I. p. 1255. Lam. Enc. meth. I. p. 234. Linn. Hort. Cliff. 79. Dillen. Eltham. 300. t. 229. f. 296.

Caules basi fusco-rubentes. Folia subhirsuta, praesertim subtus, subciliata, subtus e viridi albicantia. Flores primum herbacei, dein virides in purpureum nigricansque vergentes. Cal. brevis, viridis, laciniis angustis. Nectarium obscure purpureum, centro lineâ albidâ pentagonâ, basi coronâ atropurpu-

*) Suffrutices volubiles; folia opposita latiuscula, umbellae interpetiolares. *CYNANCHUM maritimum* Linn., *suberosum* Linn., *crispiflorum* Hort. Kew. huc spectant, et, ut videtur, *C. planiflorum*, *grandiflorum*, *rostratum*, *nigrum*, *racemosum*, *carolinense*, *obliquum*, *hirtum*, *prostratum* et *undulatum* Willd. Spec., quae tamen cl. Brown non visa et denuo examini subjicienda.

reâ in segmenta 8 bifida divisâ. *Dillen.*
calidiore. h.

In America

3. *G. crispiflorus R. Brown*; foliis oblongis cordatis, sinu clauso, petalis apice crispis. *Hort. Kew ed. 2. l. p. 83.*

CYNANCHUM crispiflorum, caule volubili, foliis subtus villosis oblongis cordatis, sinu cl. pet. ap. crisp. *Ait. Kew. l. p. 302.* *Swartz Prodr. 32.* *Fl. ind. occid. l. p. 536.* *Willd. Spec. l. p. 1257.* *Plum. ic. 210. t. 216. f. 1.*

Caulis teres 2-ped. pubescens. Folia petiolata sinu angusto acuta integerrima spithamaea obscure-viridia, nudiuscula, subtus pallida, villis mollibus tomentosa. Petioli foliis triplo breviores. Glandulae nonnullae ad sinum baseos subulatae, vix lineam longae. Pedunculi communes axillares teretes foliis parum breviores multiflori: floribus subsessilibus majoribus. Calyx 5-phyllus. Folio oblongo-lanceolata, acuta, patenti-reflexa, pubescentia, 2 lin. Corolla tubo brevi pentagono. Limbus 5-partitus. Laciniae ovatae albae versus basin lineis viridibus pictae, laeviter pubescentes, adscendentes, calyce duplo longiores, altero latere prope apicem contortuplicatae, marginibus infra medium deflexis. *Swartz.* *In fruticetis Jamaicae et ad isthmum Darien. h.*

4. * *G. planiflorus R. Brown*; caule volubili, foliis cordatis glabris subtus tomentosis, pedunculis surracemosis. *CYNANCHUM planiflorum.* *Linn. Mant. 53.* *Jacq. Amer. 82. t. 55. pict. t. 81.* *Willd. Spec. l. p. 1254.* *C. planifolium Gmel. Syst. l. p. 443.*

Planta lactescens. Caules teretes glabri. Folia ex oblongo-cordata acuminata integerrima, subtus tomento vix conspicuo, mollissima, superne glabriuscula, ad petioli ortum ciliis abruptis rigidis ferrugineis brevissimis barbata, petiolata, 4 fere poll. Pedunculi communes glabri, laterales solitarii, plus minus 5-flori, vix pollicares: proprii ultra communem elongatis. Flores inodori planissimi, diametro 1/2 poll. corollis venosis et aerugineis, calycibus ex albo virentibus. Calyx 5-phyllus: foliolis lanceolatis planis acuminatis patentissimis subcoloratis, corollam fere superantibus. Corolla 1-petala plana. Tubus patens brevissimus. Limbus 5-fidus: laciniis ovato subrotundis planis patentissimis. Nectaria 5, lateribus connata in unum corpus figurâ et magnitudine tubi corollae; in centro floris a basi sua producta assurgentia in corpuscula 5 obtusa erecta tubo corollae duplo longiora, apice aucta membranulis cucullatis et bilocularibus. Filamenta 10 capillaria brevia, orta bina simul ex eodem puncto inter cucullas nectarum. Antherae ovatae obtusae teretes erectae, reconditae in cucullis. Germina 2 ovata, hinc convexa, illinc plana, longitudine tubi corollae, intra centrum nectarum. Styli 2 breves erecti. Stigma unicum simplex maximum 5-angulare in centro fissum infundibuliforme. Fructum non vidi. *Jacq.* *In praecipitiis montis de la Popa circa Carthagenam. 4.*

5. *G. viridiflorus*; umbellis foliis brevioribus paucifloris; foliis cordato-ovatis ovatisve acuminatis glabris; caule volubili. *CYNANCHUM viridiflorum Meyer Flora Essequib. p. 141.*

Caules longi flexuosi teretes, tenuissime pubescentes adulti glabri. Folia petiolata divergentia, basi subcordata, sinu rotundato, lobisque angustis, pollices 3 longa, 1 1/2 lata, juniora angustiora basi integræ; omnia integerrima, supra saturate viridia, subtus reticulato-venosa pallidiora. Petioli 5-pollicares puberuli. Umbellæ axillares, longitudine petiolorum, pedunculatæ, 4-6-floræ. Pedicelli vix pedunculo longiores, uniflori. Flores pollicis diametri. Calyx 5-partitus, laciniis lanceolatis, corollâ duplo brevioribus, viridi-flavescentibus. Corollæ tubus brevissimus, limbus planus, 5-partitus, laciniis oblongis acutis lutescenti-viridibus, venis reticulatis, margine tenuissimo albido cinctis. Corona staminea orbicularis obsolete 5-loba, superne plana, albo-marginata. Pollinis massæ luteæ. Affine nostro *planiflorum Jacq*; sed differt: foliis subtus pubescentibus, floribus racemosis, calyce corolla longiore. *Meyer. Scandens in fruticetis plantationis Hamburg. 4.*

6. *G. grandiflorus R. Brown*; caule (volubili) pedunculisque hirtis, foliis cordato-ovatis acuminatis, (subtus glaucis) petalis ovato-acuminatis (coriaceis). *CYNANCHUM grandiflorum Willd. Spec. I. p. 1255. Cavan. icon. I. p. 14. t. 21.*

Caulis pedunculique tecti pilis rufis. Petioli subvillosi. Corolla maxima hujus generis viridis coriacea. Affinis videtur *rostrato*, differt: foliis cordato-ovatis acuminatis, petalis ovato-acuminatis nec lineari-lanceolatis: caeterum corolla inaperta est ovato-acuminata. *Willd. In America calidiore. 4.*

7. *G. rostratus R. Brown*; caule petiolisque hirsutis, foliis cordato-oblongis, petalis lanceolatis planis. *CYNANCHUM rostratum Vahl Symb. III. p. 45. Willd. Spec. I. p. 1254.*

Caulis volubilis, uti petioli, pilis reversis hirsutus. Folia petiolata, 2-3-pollic., oblonga, acuminata, supra pilis rarioribus adspersa subtus pallidiora, punctis elevatis numerosis, oculo armato videndis, sinu aperto, nec clauso ut in *C. crispifloro Swartz*. Pedunculi axillares, petiolo breviores, glabriusculi. Pedicelli subumbellati 4, 5, inaequales, filiformes, hirsuti, petiolo universali saepe duplo longiores, foliis breviores. Calycis lacinae ovatae rare pilosae. Corolla ante explicationem ovata, acuminato-rostrata. Petala calyce triplo longiora lineari-lanceolata, extus pilis nonnullis adspersa. *Vahl. In insula Trinitatis.*

8. *G. niger R. Brown*; caule (glabro) volubili, foliis oblonge cordatis glabris acutis, racemis simplicibus paucifloris. *CYNANCHUM nigrum Willd. Spec. I. p. 1255. Pers. Syn. I. p. 273. Cavan. icon. II. p. 45. t. 159.*

Accedit ad *racemosum*, abunde vero diversum: foliis oblongo-cordatis, racemis paucifloris, corollis quadruplo majoribus nigris. *Willd. In Mexico.* 4.

9. * *G. racemosus R. Brown*; caule volubili, foliis ovato-cordatis glabris acuminatis, racemis simplicibus multifloris. *CYNANCHUM racemosum Willd. Spec. I. p. 1255. Linn. Mant. p. 54. Jacq. Amer. p. 81. t. 54. pict. t. 80.*

Caules herbacei glabri lacte candido pleni. Folia integerrima nitida leviter undulata facie laete virentia, dorso aeruginosa, petiolata, 4 poll. Racemi simplices laterales 3 poll., solitarii; ad quorum latus etiam novus prodit ramusculus floribus onustus. Flores parvi inodori, corollis candidis. Calyx 5-phyllus: foliolis lanceolatis concavis acutis patulis. Corolla 1-petala. Tubus campanulatus brevissimus. Limbus 5-fidus: laciniis lanceolatis planis patentissimis apice revolutis et emarginatis, calyce paulo longioribus. Nectaria 5, erecta longitudine calycis, ovata, plana, apice trilaciniato et acuminato: in centro floris e basi sua producta, denuo assurgentia in corpuscula 5 oblonga brevia obtusa, abeuntia in membranas cucullatas et dissepimento medio biloculares. Filamenta 10, capillaria brevissima, orta bina simul ex eodem puncto inter nectarii cucullas. Antherae ovales teretes erectae reconditae in loculamentis cucullarum. Germina 2 minima in centro nectarii. Stylus unicus, filiformis erectus fere longitudine nectarii. Stigma maximum, utrinque planum 5-angulare, angulis acutis. Fructum haud vidi. *Jacq. In fruticetis apricis Carthagenae.* 4

Obs. Cls. *Jacquin* *G. racemosum* et omnia sua *CYNANCHA* in *Enumeratione ASCLEPIADIBUS* adnumeraverat, sed *CYNANCHA* genuina esse serius perspectum habuit. Confer observationem cli. *Jacquin* in *Stirp. American.* p. 82. *Runth* apud *Humb. et Bonpl. nov. gen. et species ad ASCLEPIADEM foetidam Cavanill.* plantam *Jacquin*, cum? tamen, duxit.

10. *G. carolinensis R. Brown*; caule volubili hirtio, foliis oblongo-cordatis acuminatis, corymbis axillaribus, laciniis corollae oblongis obtusis. *CYNANCHUM carolinense Willd. Spec. I. p. 1256. Pers. Syn. I. p. 273. n. 17. GONOLOBUS macrophyllus*: sarmentis petioli que brevi hirsutulis, foliis amplis, abruptissime acuminatis minutim puberulis, laciniis corollae ovali lanceolatis, folliculis costato-angulatis. *Michx. Fl. bor. Amer. I. p. 119. CYNANCHUM macrophyllum Pers. Syn. I. p. 274. n. 31. GONOLOBIUM macrophyllum Pursh Fl. Amer. Sept. I. p. 179. VINCE-TOXICUM gonocarpos Walt, Fl. Carol. 104. uterque fide Bosc. ASCLEPIAS gonocarpos*, caule volubili, foliis ovato-cordatis oppositis, nectario stellato, folliculis cernuis. *Gmel. Syst. Veg. p. 446.*

Cls. *Pursh*, qui flores obscure purpureos aut sordide flavos describit, *CYN. carolinense* ad *laeve Michx.* cum? ducit. *In Carolinae et Virginiae sylvis umbrosis.* 4.

Obs. *Jacquin C. carolinense* suum cultum descripsit sequentibus:

Radix perennis constat cruribus fasciculatis albidis teretibus, calami columbini crassitie. Caulis unus alterve annuus, hinc basi neutiquam suberosus, teres, 4 ped., inferne purpurascens, caeterum viridis. Folia patentia petiolata plana longe cordata acuta integerrima venosa, supra villosula subtus et ad oras hirsutula, 3-4 poll. longa, petiolis vix uncialibus, villosulis, cum interspersis rariter pilis. Pedunculi communes solitarii alterni laterales inter petiolos, horum circiter longitudine, teretes erecti villosuli apice subumbelliferi. Bracteae subulatae parvae. Flores inodori, plus minus septeni, pedunculati. Fructum adhucdum desideramus. Petala facie badia, subtus ex radio-pallida, utrobique tamen sordide, tum facie ad lentem rugosula. Calyx viret. Nectarium tubus inferne pallet, superne badius. Ejusdem lacinae atrae. Bracteae vaginales atropurpureae. Antherae flavent. Maximam affinitate jungitur cum *CYNANCHO suberoso* Linn., sed nostrum illud caulem minime suberosum habet, ne perennantem quidem; tum corollam obtusissimam, quam in *suberoso* describit et delineat *Dillenius* cuspidatam. Germen muricatum indicare videtur futurum fructum similem fructui *C. suberosi* apud *Marcgraviu*m. Characterem inveni sequentem: Calyx 5-partitus patentissimus: laciniis anguste lanceolatis acutis villosulis, ad apicem ciliatis. Corolla 1-petala rotata patentissima 5-fida; laciniis lanceolatis obtusis planis, calyce ferme triplo longioribus. Nectarium campanulatum parvum, ex fundo corollae adscendens; tubo 5-gono; limbo 5-partito in lacinias triangulares, ad latus utrinque cornutas, crassas et genitalibus incumbentes. Vagina germen circumdans dividitur superne in 5 bracteolas, intus ad basin bisaccatas et apicibus suis stigmati incumbentes. Filamenta 10, congenerum situ et figura. Germina 2 ovata hinc plana, illinc convexa, muricata; absunt in stylos 3 subulatos; quibus est stigma commune discoideum pentagonum, in superficie sulco transverso exaratum.

11. *G. hirsutus* Mich.; sarmentis petiolisque hirsutissimis, foliis sensim acuminatis utrinque conspicue pubescentibus, corollae laciniis oblongo-ovalibus obtusis, folliculis oblongis muricatis. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 119.* *GONOLOBUM hirsutum* Pursh *Fl. Amer. Sept. I. p. 179.* *VINCETOXICUM Acanthocarpos* Walt. *Fl. 104.* *ASCLEPIAS acanthocarpos*, caule volubili, foliis subpilosis, nectario stellato, folliculis cernuis mucronato-spinosis. *Gmel. Syst. Veg. p. 446.*

Flores obscure purpurei. *In sepibus ad rivos a Pennsylvania ad Carolinam. 2.*

12. *G. discolor*; caule volubili hirto, foliis cordatis, corymbis axillaribus, pedunculo communi petiolis longiore, corollis discoloribus, laciniis lineari-lanceolatis. *CYNANCHUM discolor* Bot. Mag. t. 1273. *C. virginicum* Herb. Banks. *PERIPLOCA* late-scandens flor. viridibus, centro cupreo-fuscis, foliis ovato-cordatis mollibus, siliquis maximis glabris quinesulcatis. *Gronov. virg. 4^o. p. 36?*

Affine *carolinensi* et *suberoso*, huic praecipue, quod pedunculo

breviore villosa, nec tantum pilosa. Petala in *carolinensi* breviora, latiora, obtusa magis, folia minora, angustiora, minus pilosa, magis dilute viridia. *Sims.* In *Virginia* et *Canada.* 4. *Lee et Kennedy.*

13. *G. obliquus* *R. Brown*; caule volubili hirta (herbaceo), foliis ovato-cordatis (villosis) acutis, corymbis (umbellis) axillaribus, laciniis corollae ovatis acuminatis, laciniis lanceolato-linearibus (obliquis ad oras revolutis). *CYNANCHUM obliquum* *Willd. Spec. I. p. 1256.* *Jacq. Collect. I. p. 148. icon. rar. II. t. 341.*

Caulis 5 ped. et ultra, teres ramosus. Folia utrinque venosa molia; umbellae simplices laterales pedunculatae solitariae patentissimae foliis multo breviores. Pedicelli 4 5 longitudine pedunculi. Flores foetidi uncialis diametri. Cal. parvus virens villosus, foliolis patentissimis anguste lanceolatis acutis. Corollae lacinae patentissimae. Nectarium campanulatum indentatum purpurascens, pentagonum. Antherae flavae. Tota lactescit? *Jacq.* In *Carolina.* 4. *Clo. Parsh* dubia.

14. * *G. hirtus* *R. Brown*; caule volubili fruticoso inferne suberoso fisso, foliis ovato-cordatis. *CYNANCHUM hirtum* *Linn. Hort. Cliff. p. 79.* *Willd. Spec. I. p. 1256.* *Lam. Enc. meth. I. p. 235.* *Morison Hist. III. p. 511. S. 15. t. 3. f. 61.*

Planta adhuc dubia, minus cognita, synonymon *Morisonii* forte ad *carolinensem* pertinet. *Willd.* Caulis superne pilis rufescentibus; folia majora, quam in affini *suberoso*; flores grandiores, purpurascens. *Lam. In America. h.*

15. *G. prostratus* *R. Brown*; caule prostrato herbaceo, foliis reniformi-cordatis acutis subtus tomentosus. *CYNANCHUM prostratum* *Willd. Spec. I. p. 1257.* *Cavan. icon. I. p. 5. t. 7.* *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 429.*

A *CYNANCHO monspeliaco* satis distinctum caule prostrato tomentoso, corollâ viridi, laciniis linearibus obtusis. *Willd.* Caules graciles subfiliformes pubescentes. Folia parva petiolata breviter integerrima; petioli villosi longitudine fere foliorum. Flores axillares solitarii aut in umbellis parvis paucifloris. Pedunculus pubescens longitudine fere foliorum. Cor. parva, virescens, laciniis angustis linearibus obtusis. *Poiret.* In *Mexico.* 4.

16. * *G. undulatus* *R. Brown*; caule volubili, foliis oblongis acuminatis, basi attenuatis, undulatis, umbellis capitatis. *CYNANCHUM undulatum* *Willd. Spec. I. p. 1258.* *Linn. Mant. 54.* *Jacq. Amer. 85. t. 58. pict. t. 84.*

Glabra. *Linn.* Calyx pentaphyllus: foliolis ovatis concavis patulis. Corolla monopetala. Tubus depresso-globosus, calyce paulo longior. Limbus 5-fidus: laciniis planis obtusissimis patentissimis tubo duplo brevioribus. Faux patentissima. Necta-

rium et reliqua ut in CYNANCHO (GONOLOBO) „*altissimo*. Planta lactescens et tota glabra; caules teretes. Folia subovata, utrinque acuminata, integerrima, glabra, ad tactum pingua, valde undulata, petiolis brevissimis, 4-poll. Pedunculus communis teres, crassiusculus lateralis, et petiolis fere longior. Umbella solitaria subglobosa, densa, parva. Flores parvi inodori rigidi; calycibus cinereis; corollis externe subcinereis, interne sordide purpureis. *Jacq. In Carthagera in monte de la Popa.*

17. *G. altissimus*; caule volubili, foliis cordatis utrinque tomentos, floribus umbellatis. CYNANCHUM *altissimum Jacq. Amer. 84. t. 57. Vahl Ecl. II. p. 23.*

Rami teretes, superne tomentoso-cinerei. Folia petiolata palmaria vel ultra, oblonga, acuminata, integerrima, venosa, utrinque villosa, mollia; glandulae obscurae rupra ad insertionem petioli. Petioli 2-poll. tomentosi. *Vahl*. Perianthium 5-phyllum; foliolis lanceolatis concavis longitudine inaequalibus, externe tomentos erectis. Corolla 1-petala. Tubus campanulatus, inferne obsolete pentagonus, erectus, longitudine calycis. Limbus 5-fidus: laciniis subrotundis planis obtusis tubo duplo brevioribus patentissimis. Faux laeviter angustata. Nectarium corpuscula 5 minima erecta contigua germen cingentia, apice instructa squamula cucullata biloculari, in dorso aucta gibbo convexo et magno. Filamenta 10 capillaria brevia bina simul ex eodem puncto inter squamulas. Antherae obovatae compresso-planae erectae reconditae in cucullis. Germina 2 ovata, hinc convexa, illinc plana, intra nectarium. Stylus unicus erectus crassus brevissimus. Stigma maximum planum subpentagonum puncto umbilicatum. Folliculi duo ovati ventricosi in acumen obtusum desinentes, maximi, uniloculares, univalves, longitudinaliter dehiscentes. Semina plurima oblonga imbricata coronata pappo. Receptaculum oblongum subteres liberum. Planta lactescens fruticosa perennis arbores ad 50 pedum altitudinem scandit. Caules teretes; seniores lignosi glabri, cinerei aphylli; juniores virides tomentosi foliosi. Folia crassiuscula, utrinque tomento mollissimo at vix conspicuo obsita, quotannis decidua, primum 2 poll. tandem vel $1\frac{1}{2}$ ped. Umbellae laterales solitariae densae hemisphaericae; pedunculo communi crassissimo tereti tomentoso vix petiolorum longitudine; involucri polyphyllo inaequali. Hae simul prodeunt cum foliis: vel etiam in plantae aphyllae ramis interdum senioribus e nodis ortae. Flores crassi rigidi inodori; calycibus e cinereo-virentibus; corollis sordide purpureis. Nectarii squamae in hac specie, uti etiam in paucis aliis, dici possent triloculares, eo quod dissepimentum in illis sit duplex; verum quum hae duplicaturae conniveant, locenturque antherae ad eandem externa latera, loculamentum intermedium nullius instar habui. Folliculus alteruter maturescere consuevit, abortante altero. *Jacq. In sylvaticis Carthagerae. 4.*

18. *G. filiformis*; caule volubili; foliis ovato-acuminatis

nitidis; umbellis globosis. *CYNANCHUM filiforme Jacq. Amer. 86. T. 60. f. 1.* *CYN. leucanthum Jacq. Amer. pict. t. 86. fide Gmel. Syst. Veg. I. p. 442.*

Planta lactescens scandens. Caules teretes filiformes nitidi ramosi numerosissimi. Folia integerrima plana petiolata vix 1 1/2 poll. Umbellae globosae parvae erectae laterales alternae; pedunculo communi filiformi, petiolis duplo longiori. Flores inodori exigui, petalis nectarioque niveis. Calyx 1-phyllus, ultra medium 5-partitus: laciniis lanceolatis concavis acuminatis erectis. Corolla 1-petala, calyce duplo longiore. Tubus subrotundo-campanulatus brevis. Limbus 5-fidus: laciniis ovatis acuminatis planis inferne pilosiusculis patentissimis. Nectarium corpuscula 5 erecta, petalo duplo breviora, contigua, germen cingentia, apice instructa squamula cucullata biloculari; ad dorsi basin singula emittentia corniculum subulatum cavum erectum apice patenti, ejusdem secum longitudinis. Folliculus ut plurimum uterque maturescit. Reliqua ut in *CYNANCHO altissimo. Jacq. Passim in sylvaticis et fraticosis Carthagenae.*

Obs. C. hocce filiforme distinctissimum esse a filiformi Linn. jam monuit divos Murray.

19. *G. laevis Mich.*; sarmentis glabriusculis, foliis subconoido-cordatis sensim acutis, nervis tantum minutissime puberulis, floribus glabris, corollae laciniis ovali-oblongis, obtusiusculis, folliculis laevibus. *Fl. bor. Amer. I. p. 119.*
GONOLOBIUM laeve Pursh Flor. Septembr. Amer. I. p. 179.
CYNANCHUM laeve Pers. Syn. I. p. 274.

Pursh huc ducit cum? *CYNANCH. carolinense Jacq.* Nobis huc potius spectare videtur *C. carolinense β.*, caule puberulo, foliis glaberrimis *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 428.*, quod sequentibus describit: „Caules scandentes teretes substriati vix puberuli; folia remota, longe petiolata, ovato-cordata, tenuia, acuminata, integerrima, sat magna, utrinque glabra. Flores in corymbis parvis umbellisve axillaribus petiolo parum brevioribus; lacinae corollae elongatae acutiusculae.“ *In dametris ad ripas Mississipi.* Specimen *Poiret* suum e Carolina a clo. *Bosc* tulit, qui monuit sagittas cum succo plantae fieri lethiferas.

20. *G. albus Poiret*; caule volubili, foliis oppositis, ovato-acutis, inferne albis, umbellis solitariis multifloris. *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 815.* *ASCLEPIAS alba Cavan. ic. t. 310. Descripc. p. 136.*

Caules ramosi, 6 ped. et ultra. Folia subcordata, petiolata, 2-3 poll., 18-20 lin. lat.; umbellae subinde geminae. Cor. albo-grisea, 1/2 poll. in diametro. *In Peru.*

21. *G. obtusifolius*; foliis cordatis, suborbiculatis, subtomentosis, mollibus. *ASCLEPIAS (GONOLOBIUM) obtusifolium Pers. Synops. I. p. 274.*
Habitat — Herb. Rich.

22. *G. diadematus* Edw.; hirsutus, foliis cordato-oblongis, corollae laciniis ovatis, corona faucem intus stipante. Edw. Bot. Reg. n. 252. Spreng. neue Entdeckungen. I. p. 336.

In Mexico.

23. *G. uniflorus* Humb. et Bonpl.; ramis foliisque pubescentibus, ovato-oblongis, valde acuminatis, pedunculis unifloris, laciniis calycinis lanceolatis, corollinis (oblique) ovato-oblongis acuminatis hinc barbatis, calyce duplo longioribus. Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. h. h. III. p. 207. n. 1. t. 238.

Caulis volubilis ramis teretibus laevissime striatis. Folia basi profunde sinuato-cordata, lobis rotundatis et patulis, integerrima, reticulato-venosa, membranacea, utrinque hirsuto-pubescentia, $1\frac{1}{2}$ poll. et ultra, 10 lin. lata. Petioli pollicares, pubescentes. Pedunculi interpetiolares solitarii pubescentes, $\frac{3}{4}$ - $1\frac{1}{2}$ poll.; infra medium subarticulati et (floribus abortivis?) subcicatricosi. Flores magnitudine PHILADELPHI coronarii. Cal. 5-partitus hirtus, laciniis acuminatis aequalibus patentibus, corollam duplo brevioribus. Cor. subrotata, externe hirtella, tubo vix ullo, limbo 5-partito patente, laciniis acuminatis subsalcato, integerrimis, aequalibus, latere dextro latiusque marginem versus pilis minutissimis dense obsitum. Faux pilosiuscula. Corona in fundo corollae brevissima, annuliformis carnosae undulata. Gynostemium breve, scutelliforme. Antherae inferne transversim dehiscentes, terminatae membranâ suborbiculatâ, apice rotundato truncatâ, integerrimâ. Massae pollinis 10 transversae clavatae compressae, binae corpusculo stigmatis affixae, subsessiles, flavae. Filamenta brevia connata, externe nuda? Styli breves. Stigma planiusculo-depressum, nudum, quinquangulare, anguli laciniis corollae oppositi corpusculiferi. Corpuscula 5 minuta oblonga acuta sulco longitudinali, basi utrinque processu brevissimo. Fructus? Affine valde CYNANCHO denticulato Vahl. Kunth: Propè Mexico. h.

24. *G. aristolochioides* Humb. et Bonpl.; ramis foliisque subtus puberulis ovatis brevissime acuminatis, pedunculis multifloris; laciniis calycinis ovatis acutiusculis, corollinis ovato-oblongis acutis imberibus calyce quadruplo longioribus. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. III. p. 208. n. 3.

Caulis ramis strictis subangulatis. Folia basi profunde cordato-sinuata, subtus pallidiora, $2\frac{1}{2}$ - 3 poll., 18 - 20 lin. lata. Petioli $1\frac{1}{2}$ poll. Pedunculi petiolum vix superantes. Flores subumbellati, magnitudine uniflori. Pedicelli 9 - 10 lin., pubescentes. Cal. profunde 5-partitus, glabriusculus. Cor. flavida, glabra, tubo brevissimo, laciniis vix obliquis, margine undulatis. Corona ut in prae edentibus? Antherae membranâ securiformi, diaphanâ. Massae pollinis obovato-clavatae, compressae. Stigma peltatum nudum. Corpuscula subspathulata

acuta. Reliqua ut in *unifloro*. *Kunth* ad specimen male conservatum. *In humidis prope Guigae et lacum Tacari-guae. h?*

25. *G. riparius Humb. et Bonpl.*; ramis pilosis, foliis ovatis acuminatis subtus pilosiusculis, pedunculis multifloris, laciniis calycinis oblongo-lanceolatis, corollinis oblongis acutis imberbibus, calyce triplo longioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth. III. p. 208. n. 2.*

Caulis lactescens ramis subsulcatis. Folia basi profunde sinuato-cordata, membranacea, 3 poll., 20 lin. lata. Petioli 1 1/2 poll. Flores paulo minores quam in *unifloro*. Pedicelli pollicares filiformes pubescentes. Cal. externe pilis raris, laciniis acutis. Cor. viridis glabra, limbo patentissimo, laciniis vix obliquis margine undulatis aequalibus. Corona in fundo calycis, margo brevis undulato-crispus. Antherae membranâ ovato-subrotundâ, massae pollinis clavato-obovatae. Ovaria ovato-lagenaeformia, interne plana approximata glabra ut Styli. Reliqua ut in *unifloro. Kunth. In ripis fluminis Magdalenae inter Mompox et Morales. h.*

26. *G. barbatus Humb. et Bonpl.*; ramis pubescentibus, foliis ovatis acuminatis glabris, pedunculis multifloris, laciniis calycinis oblongo-lanceolatis acutis, corollinis (oblique) ovatis subacuminatis hinc barbatis calyce duplo longioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth. III. p. 209. n. 4. t. 239.*

Caulis volubilis, ramis obsolete angulatis striatis pubescentibus, pilis reflexis. Folia profunde sinuato-cordata, subquinquenervia, 1 1/2 poll. et ultra, poll. lata. Pedunculi folium aequantes. Flores 5-7, umbellato-fasciculati, pedicellati, magnitudine *PERIPLOCAE graecae*, pedicelli pollicares pedunculique glabriusculi. Calycis lacinae corollâ dimidio breviores, corollae reticulato-multinerves aequales, latere dextro longitudinaliter pilis elongatis flavidis, fauce lanâ densâ. Corona in fundo disciformi corollae brevissima, filamentosa, staminibus annulatum circumposita, filis abbreviatis carnosis apice emarginato bidentatis. Massae pollinis oblongo-clavatae. Filamenta externe appendice dentiformi. Stigma peltatum 5-lobum. Corpuscula subspathulata fusca. Fructus? *Kunth. Reliqua ut in unifloro. In littore Mexicano, prope Campeche. h?*

1085. M A T E L E A.

1. *M. palustris Aubl.*; foliis oblongo-ovatis acuminatis, floribus axillaribus. *Aubl. Gujan. t. 109. f. 1. Desrous. in Lam. Enc. III. p. 726. Hostea viridiflora Willd. Spec. I. p. 1274.*

Frutex 2 ped. erectus; folia opposita, utrinque acuta, petiolata, integerrima, basi supra biglandulosa. Racemi simplices parvi pauciflori axillares. *Willd. Caules 2-3 ped. et ultra, recti,*

teretes, nodosi. Folia acumine longo, integerrima laevia viridia mollia, petiolis $1\frac{1}{2}$ poll., basi subtus biglandulosis. Racemi erecti, squamis ad pedicellos parvis. Flores virentes, pedicellis $1\frac{1}{2}$ poll. Folliculus solitarius viridis pendulus verrucosus. *Desrouss. l. c. In Gujanae locis paludosis. 4.*

2. *M. latifolia Aubl.*; foliis ovato-oblongis, floribus axillaribus. *Aubl. Gujan. I. p. 278. t. 109. f. 2. M. palustris β. Desrouss. in Lam. Enc. meth. III. p. 726.*

Folia majora, calyx magis elongatus, floribus viridibus. *In Gujanae paludosis.*

1086. ASCLEPIAS.

a. Foliis oppositis:

1. * *A. syriaca*; *) foliis ovalibus subtus tomentosis, caule simplicissimo, umbellis nutantibus. *Willd. Spec. I. p. 1265. Lam. Enc. meth. I. p. 281. A. caulis*

simplicissimis, foliis lanceolato-oblongis sensim acutis subtus tomentosis, umbellis subnutantibus tomentosis. *A. syriaca β. Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 115. A. syriaca β illinoensis Pers. Syn. I. p. 275. A. syriaca Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 180. A. pubescens Mönch. A. Apocynum Gat. Fl. Montaub. p. 48. Blackw. t. 521. Regn. Bot. Plenck off. t. 255. Kniphof Cent. II. n. 11. β. Ascl. exaltata, foliis lanceolato-ellipticis, caule simplici glabro, nectarii corniculis conniventibus. Linn. Amoen. acad. III. p. 404. Kalm. it. III. p. 259. Willd. l. c.*

3-4 ped.; umbellae amplae pallide purpurascences suaveolentes. Nectaria muscicapa. *Pursh*, qui plantam *Michauxi* nequidem ut varietatem distinxit a *Willdenowiana*, et de exaltata silet. Confer circa hanc plantam *Swartz* in *Ny Journ. uti Hushalln. Herzer Beschreibung A. 1795, u. Schnieber über die Vortheile etc. 1783.*

Obs. Lamarch l. c., qui Syriam et Aegyptum patriam dicit, ut synonymon adducit *Apocynum erectum latifolium incanum syriacum floribus parvis obsolete purpurascens. Tournef. 91. et tanquam varietatem singularem exhibet. β. Apocynum majus syriacum rectum, caule viridi, flore exalbido. Tournef. 91. et H. Paris.*

2. *A. phytolaccoides Pursh*; caule erecto simplici, foliis lato-ovato-oblongis acutis glabris subtus pallidioribus,

*) Haec et amoena, purpurascens, variegata, curassavica, nivea, elevata, (quam nullibi invenimus) parviflora, incarnata, decumbens, verticillata, tuberosa *Willd. Spec.* et ineditae quaedam *Herb. Banksi* certo, et, ut videtur etiam *pulchra, citrifolia, mexicana, linaria, rubra* et *Michauxi* omnes hujus generis. *H. Brown.*

umbellis compositis lateralibus solitariis longe pedunculatis nutantibus. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 180.* *Gron- v. p. 38.*

3-ped. et ultra, caule purpurâ maculato; folia lata, costâ mediâ purpureâ; flores suaveolentes, petalis reflexis obscure purpureis. *Pursh.* *In montibus Virginiae et Carolinae.*

3. *A. debilis Mich.*; glaberrima, caule debili erecto simplici, foliis petiolatis ovali-lanceolatis utrinque acutis membranaceis, pedicellis capillaribus. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 116.* *Poiret Enc. meth. Suppl. I. p. 477.* *Pursh Fl. septentr. Amer. I. p. 180.*

Folia interdum latius ovata. *Mich.* Flores albi, folia lata. Fibrae caulis speciem lini exhibent caeteris praestantiorum splendore argenti sericeo nitentem, tenacissimam. *Pursh.* Caules subsistulosi teretes glaberrimi, ut folia utrinque. Umbellae terminales et axillares sat numerosae. *Poiret ad specimen lectum a clo. Bosc.* *In umbrosis rupestribus ad rivulos a Novo Eboraco ad Carolinam. 4.*

4. *A. parviflora Ait.*; foliis lanceolatis acuminatis glabris oppositis basi attenuatis, caule suffruticoso erecto, umbellis lateralibus solitariis. *Ait. Kew. I. p. 307.* *Gmel. S. V. p. 444.* *Willd. Spec. I. p. 1267.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 80.* *Jacq. Eclog. t. 28.* *A. perennis Walt. Fl. Carol. p. 107.* *Gmel. Syst. Veg. p. 446.*

Flores parvi albi. *Pursh.* *In campis arenosis a Carolina ad Floridam. 4.*

5. *A. polystachya Walt.*; foliis lanceolatis oppositis laevibus petiolatis, caule suffruticoso, umbellis lateralibus terminalibusque. *Walt. Fl. Carol. p. 107.* *Gmel. S. V. p. 446.*

Pursh non adduxit ut synonymon. *In Carolina.*

6. *A. angustifolia H. Berol.*; caule erecto, foliis oppositis planis lineari-lanceolatis glabris, umbellis confertis terminalibus. *Schweigger Enum. H. Regiom. p. 13.*

Caulis teres, laevis, levissime pubescens, virgatus. Folia 2-3 poll. longa, subobliqua. Umbella densa globosa, involucris brevissimis linearibus plurimis. Cor. carnea, parva. Florum formâ proximè accedit *A. parviflorae Ait.* quae tamen differt foliis latioribus lanceolatis longissime acuminatis in petiolum longum et angustum attenuatis. *Schweigger.* Nec tulimus nomine *Ascl. linearis.* *Habitat?*

Obs. An haec *linearis* re verâ synonymon *filiformis Cavanill.*, ut in *Hort. Turic. 1801.*

7. * *A. curassavica*; foliis lanceolatis petiolatis glabris nitidis, caule simplici, umbellis erectis solitariis lateralibus.

Willd. Spec. I. p. 1266. *Lam. Enc. meth. I. p. 282.*
Swartz obs. 126. A. fol. lanceolatis utrinque acumi-
 natis glabris, umbellis erectis solitariis lateralibus. *Meyer*
Essequ. p. 138. ASCL. caule herbaceo? foliis petiolatis
 oblongo-lanceolatis acutis et acuminatis, reticulato venosis
 membranaceis planis glabris. *Humb. et Bonpl. nov. gen.*
et spec. red. Kunth. III. p. 149. ASCL. bicolor *Mönch.*
Apocynum erectum Sloane Hist. 2. t. 129. (?) *Dill.*
Eltham. 34. t. 30. f. 33. *Herm. parad. t. 36. (?)*
 β. caule superne ramoso divaricato. *Herb. Juss.*

Folliculi ad latera denticulati. Simillima *A. niveae*. *Linn.* Rad.
 fibrosa; caules 1-3-ped., teretes, foliosi subpubescentes. Flo-
 res rubro-aurantiaci vel coccinei, in umbellis terminalibus et
 lateralibus, parvi, laciniis reflexis. Folliculi dentibus sparsis
 muricati. *Lam.* In *Curassao et Essequibo* copiosis-
 sime, incolis IPECACUANHA; in *Cumana*. h?

Obs. *A. curassavica* *Lour. Fl. Cochinch. I. p. 211.*, adductâ licet diag-
 nosi *Linnaeana*, diversa videtur. „Caulis subsimplex, volubilis.
 Folia opposita. Flos pallidus lateralis, umbellis solitariis erectis. Fol-
 liculi ventricoso-conici, seminibus ovatis compressis curvis papposis.
 Prope Cantonem Sinarum.“ Etiam de synonymis, hic olim sine dubio al-
 latis, dubitat *Dillenius l. c.*, monens *Apoc. curassavica*. *Herm.*
Par. Bat. p. 36. esse siliquis laevibus, foliisque subtus canescentibus
 magis, et quidem fide spec. in *Herb. Sherard; Apoc. vero erectum*
Sloane t. 129. f. 4. 5. esse caulibus quadrangularibus, radicibus fir-
 mioribus et longioribus.

8. * *A. nivea*; foliis ovato-lanceolatis inferne tomen-
 tosis, caule simplici nodoso puberulo, umbellis lateralibus
 laxis, pedicellis filiformibus pedunculum aequantibus. *Sims*
bot. Mag. t. 1181. A. fol. ovato-lanceolatis glabriusculis,
 caule simplici, umbellis erectis, lateralibus solitariis. *Willd.*
Spec. I. p. 1266. *Lam. Enc. meth. I. p. 282.* *Pursh*
Fl. Sept. Amer. I. p. 180. *Gronov. virg. 27. ed. 2. p.*
37. *Plum. spec. 2. ic. 30.* *Dillen. Elth. 33. t.*
29. f. 32. (? monente *Sims*; sine dubio *Pursh et Hort.*
Kew.)

Corolla viridis nectariis niveis. Differt a *curassavica* foliis mini-
 me nitidis parumque scabris, sed basi magis rotundatis, nec
 perfecte lanceolatis. Folliculi edentuli. *Syst. Veg. ed. XV. p.*
242. Caules erecti (2 ped.) simplices teretes, sub insertione
 petiolorum tumidi, pube tenerâ molli. Folia subsessilia sca-
 bra, tomento in adultioribus albido. Pedunculi patenti-erecti
 inter folia, non axillares, terminalibus solitariis binisve. Um-
 bellae latae, pedicellis debilibus. Cal. parvus acutus. Corol-
 lae lacinae reflexae virentes, extus purpurascentes. Nectar.
 5-dentatum, (album) dentibus 2 inferioribus longioribus subu-
 latis incurvis. Figuram *Dilleni* non quadrare longitudine
 pedunculorum, umbellâ nimis compactâ, corollae brevitate,

laciniis patentibus nec reflexis, nectarii margine integro. *Sims.*
In arenosis lapidosis ad ripas fluviorum a Virginia ad Caro-
linam. 4.

9. *A. virgata* *Balb*; foliis lineari-lanceolatis glabris;
 caule erecto simplici; umbellis erectis lateralibus solitariis
 terminalibusque geminis. *Balb. in Catal. Taurin.* 1813. p.
 14. *Decand. Catal. Taur.* 1813.

Proxima *niveae*, a qua tamen notis indicatis, et florum colore di-
 versa. Semina hujusce plantae missa an. 1810 ab oculatissimo
 Botanico *Dejean* horti botanici Lugdunensis Praefecto. *Balb.*
Habitat?

An satis distincta ab *angustifolia*?

10. * *A. incarnata*; foliis lanceolatis glabris, caule su-
 perne diviso, umbellis erectis geminis. *Willd. Spec. I.* p.
 1267. *Lam. Enc. meth. I.* p. 282. β . *A. caule*
erecto superne ramoso tomentoso, foliis lanceolatis utrinque
subtomentoso-lanuginosis, umbellis pluribus origine geminis,
corniculis (appendicum) exsertis. *Mich. Fl. bor. Amer. I.*
p. 115. *Pursh Fl. Sept. Amer. I.* p. 181. (Nisi
 fors rectius ad sequentem.) *Jacq. Hort. t.* 107. *Kniph.*
Cent. II. n. 6. *Corn. Canad. 9. t.* 93.

Culta omnibus partibus minor, multo magis pubescit. *Mich.*
 Caulis ubi dividitur, folia e regione 3 producit. *Linn.* Caulis
 2 1/2. ped., glaber (!) obscure viridis vel purpurascens. Folia
 obscure viridia, petiolis brevibus. Flores parvi numerosi
 purpurascens, corollâ reflexâ. *Lam.* Tota lacte niveo
 glutinoso scatet. In caulibus primi anni folia saepe omnia
 quaterna, serius opposita ternave, omnino glabra. Caules di-
 gitum minimum crassi, cortice filamentoso, filamentis tenacis-
 simis. Pedunculi subpubescentes. Flores odore Vanillae ali-
 quo. *Jacq.* *In uliginosis ad ripas Fluviorum a Canada*
ad Virginiam. 4.

11. *A. pulchra* *Ehrh.*; foliis lanceolatis subtus pubes-
 centibus, caule superne diviso, umbellis erectis geminis.
Willd. Spec. I. p. 1267. *A. incarnata* β *Pers. Syn. I.*
p. 276. n. 22. *Pursh Fl. Sept. Amer. I.* p. 181. n. 6.

β nullo respectu nisi hirsutiae majore differre; folia subinde fere
 glabra esse et non nisi ad apicem caulis pubescentia, affirmat
Pursh. Jam olim *Willdenow* monuit „simillimam esse
incarnatae, distinctam vero foliis brevioribus, parum latiori-
 bus subtus pubescentibus cauleque superne pubescente. Ta-
 men iterum *Enam. H. Berol. p.* 278. n. 35. et 6. *incarnatam* et
pulehram ut species distinctas et culturâ persistentes adducit.
In America boreali. 4.

12. *A. citrifolia* *Jacq.*; foliis ovatis ovato-lanceolatisve
 acutis repando-undulatis subtus glaucis et minutim pilosius-
 culis firmis, caule erecto simplici, umbellâ hemisphaericâ

terminali. *Jacq. Collect. II. p. 290. Icon. rar. t. 343.*
Willd. Spec. I. p. 1268.

Tota lactescit. Radix carnosae alba, digitum crassa et longa, fibris aucta. Caules annui teretes pedales, ad lentem villosuli. Folia petiolata firmula supra pallidius virentia et glabra, 4-uncialia. Umbella terminalis cum axillari saepe unâ alterâve, erecta rigidula, sic densa, ut petala florum sibi mutuo incumbentia transitum oculis negent. Flores albidum magnitudine et structura partium exacte congruunt cum floribus ASCLEPIADIS curassavicae. *Jacq. In America. 4.*

13. * *A. amoena*; caule simplici bifariam puberulo, foliis subsessilibus oblongo-ovalibus subtus pubescentibus, umbellis terminalibus appendicibusque triplo genitalibus longioribus erectis. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 118. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 181.* *A. fol. ovatis subtus pilosiusculis, caule simplici, umbellis nectariisque erectis. Willd. Spec. I. p. 1265. A. compressa Mönch. Dill. Elth. t. 27. f. 30.*

Habitus fere syriacae. Petala purpurea, appendices roseae. *Mich. 5-6. ped. in olla; caules recti teretes glabri crassitie calami olorini. Foll. 3-4 poll., 2-3 poll. lata, crassiuscula, rigida, supra glabra, et subsplendentia, subtus albicantia, nervo purpureo. Calycis lacinae angustae. Petala mucronata, demum deflexa ut ab initio. Dill. In pratis humidis ad margines sylvarum aggerumve a Nova Anglia ad Virginiam. 4.*

14. * *A. purpurascens*; caule simplici, foliis ovatis subtus villosis, umbellis erectis, nectariis resupinatis. *Willd. Spec. I. p. 1265. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 181. Dillen. Eltham. t. 28. f. 31.*

Affinis valde Syriacae. *Linn.* Caules erecti cubitum et sesquicubitum in fictili alti, digitum minorem crassi, inferius ex tereti quadrangulares, fusco-virentes, superius subhirsuti. Folia breviter petiolata palmaria et 1 1/2 palmaria, 2-3 poll. lata, nervo medio lato purpurascente, superne subpubescentia, inferne albicantia. Pedunculi purpurascetes. Petala obsolete herbacea, basi striis purpureis, cornicula et cuspides dilute purpurascunt. Calycis lacinae angustae. *Dillen. In umbrosis uliginosis Virginiae et Carolinae. 4.*

15. *A. viridiflora Pursh*; caule simplici erecto hirsuto, foliis lanceolato-oblongis obtusiusculis subsessilibus utrinque tomentoso-hirsutis, umbellis lateralibus solitariis subsessilibus nutantibus subgloboso-densifloris, appendicibus nullis. *Pursh Pl. Sept. Am. I. p. 181. A. fol. lanceolatis obtusis villosis; umbellis axillaribus cernuis; corniculis inappendiculatis. Rafinesq. Schmaltz Journ. Bot. I. p. 227. In campis siccis a Pennsylvania ad Virginiam. 4.*

Obs. In *Poiret Enc. meth.* V. p. 56: sub *A. viridifolia* (sphalmate pro *viridiflora* ut videtur) cum? adducitur *Rafinesque Schmalts*; sed hujus omnino videtur loci.

16. * *A. variegata*; foliis ovatis rugosis nudis, caule simplici, umbellis subsessilibus, pedicellis tomentosis. *Linn. Spec. I. p. 312.* *Willd. Spec. I. p. 1265.* *Pers. Syn. I. p. 276.* *Walt. Fl. Carolina. p. 104.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 181.* *Sims. bot. Mag. t. 1082.*
A. hybrida caule simplicissimo subtomentoso, fol. petiolatis ovalibus minutissime puberulis; umbellis aphyllis terminalibus. *Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 115.* *Pers. Syn. I. p. 275. n. 12.* *Plukn. Alm. t. 77. f. 1.*

Elegans; umbellae densae; petala et nectaria alba, fructificationes rubrae. *Pursh.* In apricis aridis collium ad margines sylvarum a *Novo Eboraco ad Carolinam.* 4.

17. *A. obtusifolia Mich.*; foliis amplexicaulibus oblongis rotundato-obtusis undatis, umbellâ terminali longius pedunculatâ multiflorâ, corollâ glabrâ, corniculis exsertis. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 115.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 182.* *A. purpurascens Walt. Fl. Car. 105.* (fide *Pursh.*)

Flores ampli, purpurei. In arenosis a *New-Jersey ad Carolinam.* 4.

Obs. Confer *GONOLOBUM obtusifolium.*

18. *A. amplexicaulis Mich.*; tota glaberrima glauca, caulibus decumbentibus simplicibus, foliis cordatis amplexicaulis purpureo-venosis, corniculis delitescensibus compresso-ligulatis. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 116.* *Pers. Syn. I. p. 275, n. 13.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 182.*
A. humistrata, fol. sessilibus cordatis oppositis, caule prostrato, umbellis axillaribus. *Walt. Fl. Car. p. 105.* *Gmel. S. V. I. p. 446.* *Pers. Syn. I. p. 275. n. 14.* (fide *Pursh.*)

Michaux affinem esse *humistratae*, et flores in umbellis e summis axillis terminalibusque virescentes; *Pursh* vero flores rubros petit, foliaque crassa. *Poiret Enc. meth. Suppl. I. p. 476* *A. humistratam* β dicit *amplexicaulis.* In aridis subulosis camporum *Carolinae et Georgiae.* 4.

Obs. An huc *Asc. amplexicaulis*, fol. sessilibus ellipticis undulatis glaberrimis, basi cordatis, amplexicaulis, umbellis terminalibus. *Abbot nat. hist. Insect. of Georg. ed. Smith, t. 7.* Olim culta in *H. Kew.*, nunc in *Herb. Banks.*

19. *A. acuminata Pursh*; caule erecto glabro simplici, foliis ovatis subcordatis acuminatis brevi-petiolatis, superioribus sessilibus, umbellis lateralibus solitariis erectis. *Pursh*

Fl. Sept. Am. I. p. 182. *A. cordata Walt. Fl. Car. p. 105.*
Gmel. S. V. I. p. 446.

Caulis fere 2 ped., radicibus magnis, similibus *tuberosae*; flores rubri albique. *Pursh.* *In paludibus profundis cedris tectis, ad ripas fluminum in New-Jersey. 4.*

20 *A. cinerea Walt*; caule erecto laevi, foliis sublinearibus, umbellâ terminali. *Walt. Flor. Carol. p. 105.*
Gmel. S. V. p. 446.

Acuminatam inter et pauperulam posuit Walt. Pursh non recepit. *In Carolina.*

21. *A. laurifolia Mich*; caule erecto glabro, foliis subsessilibus ovali-lanceolatis superne sensim angustatis acutissimis utrinque glabris, supra ad oras minutim asperiusculis. *Fl. bor. Amer. I. p. 118.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 182.*

Affinis *A. amoenae*. Caulis interdum superne ramosus et solito versus apicem minutissime bifariam puberulus. Folia suprema angustius lanceolata. Cor. subtus subvirescens supra purpurea, appendicibus purpurascens. Forsan varietas *pauperulae*. *In Georgia ad amnem Althamaha.*

22. *A. pauperula Mich*; caule erectiusculo glabro oligophyllo summitate promissa nudo; foliis longissime linearibus glabriusculis, umbellis terminalibus paucifloris. *Fl. bor. Amer. I. p. 118.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 182.*

A. lanceolata fol. linearibus, caule erecto laevi, umbellis terminalibus. *Walt. Flor. Carol. p. 105.* (cum? *Mich.*, sine dubio *Pursh*). *Gmel. S. V. I. p. 446.*

Cor. rubella, appendices lutei. *In herbis humidis Carolinae inferioris, Mich., et in Virginia Pursh. 4.*

23. *A. pedicellata Pursh*; caule simplici erecto piloso, foliis elliptico-linearibus pubescentibus, supra punctato-asperis, umbellâ laterali solitariâ pauciflorâ, petalis erectis calyce multoties longioribus, nectariis lunulatis patentibus, corniculis nullis. *Pursh Fl. Sept. Am. I. p. 182.* *A. caule brevi, umbellâ pauciflorâ, nectario ecorni, pedicellato. Walt. Fl. Car. p. 106.*

Tota planta non superans pollices tres, floribus ratione staturae sat magnis, viridi-flavicantibus, fructificationibus pedicellatis. *Pursh.* *In campis aridis arenosis Carolinae Walt. Circa castrum Barrington, Lyon. 4.*

24. *A. viridis Pursh*; caulibus erectis, foliis petiolatis oblongis obtusis laevibus, umbellis paucis terminalibus, petalis erectis calyce multo longioribus, nectariis integris patulis brevibus (ecornibus). *Pursh Fl. Sept. Am. I. p. 183.* *Walt. Fl. Carol. p. 107.* ANANTHERIX Nutt.

Flores magni, petalis viridibus, nectariis purpureis, fructificationibus albis. Haec et praecedens *pedicellata*, a caractere generico deviae, genus proprium sistere videntur: vivis interea speciminibus a me hucusque non examinatis ad ASCLEPIADES refero donec melior fortuna ulteriorem concedet earumdem perscrutationem. *Pursh. In Carolina meridionali. 4. Herb. Lyon.*

25. *A. quadrifolia Pursh*; caulibus erectis simplicibus glabris, foliis ovatis acuminatis petiolatis, in medio cauli majoribus quaternis, umbellis duabus terminalibus laxifloris, pedicellis filiformibus. *Pursh Fl. Sept. Am. I. p. 183.* *A. caule simplici; foliis quaternis ternisve infimis oppositis. Jacq. obs. 2. t. 33.*

Planta 9-12-pollicaris; flores parvi suaveolentes, petala alba, nectaria rosea. *Pursh.* Caules esse una radice forte plures, herbacei glabri teretes recti, circiter pedales. Folia ad intervalla duorum et ultra pollicum ex caule. In medio caule folia majora quaterna, ortu petiolorum inaequali. Caulis summus in duos pedunculos umbellatos abit, quibus folia opposita supponuntur, et quorum alter ornatur foliolis oppositis ipse. Folia petiolata oblonga glabra nervo medio subtus pubescente, basi attenuata, infima obtusa reliqua acuta. Umbellae videntur erigi. Nectaria corniculata. Corollae apud *Claytonem* odoratae dilute rubentes. *Jacq. In rupibus calcareis a Novo-Eboraco ad Virginiam. 4.*

26. * *A. verticillata*; caule erecto simplicissimo lineatim puberulo, foliis angustissime linearibus copiosis strictis glabris plerisque verticillatis, corniculis appendicum promissa exertis. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 116.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 183.* *A. foliis revolutis linearibus verticillatis, caule erecto. Linn. Spec. 315. Willd. Spec. I. p. 1272. Plukn. Mant. 17. t. 336. f. 3.*

Petala viridi-flavescantia, nectaria alba. *Pursh. In collibus siccis campisque, a Novo-Eboraco ad Carolinam. 4.*

27. *A. mexicana Cav.*; foliis revolutis lineari-lanceolatis, inferioribus quinis senisve, superioribus ternis binisve, floribus umbellatis, capsulis sulcatis, caule herbaceo erecto. *Desfont. Ann. Mus. I. p. 278. Cavan. icon. I. p. 42. t. 58. Descripc. p. 135. Willd. Spec. I. p. 1273. Poir. Enc. meth. Suppl. I. p. 478.*

Caulis 1 1/2 ped., pedunculus communis foliis brevior; involucrum foliola multa, brevia, lanceolata; radii 8 lin., ut plurimum sedeni. Cor. alba, primo subviolacea, magnitudine *niveae*. Cornicula apice appendice setiformi, arcuata. Folliculi viridiflavescentes, 2 poll., pili seminum albi, pollicares. *Circa Mexicam. h.*

Obs. A verticillata diversa: foliis senis multo latioribus floribusque majoribus. Willd.

28. *A. galioides* Humb. et Bonpl.; caule fruticoso ramoso quadrifariam piloso, foliis quaternis subsessilibus erectis linearibus margine revolutis uninerviis glabris. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth. III. p. 148. n. 1.

ASCL. *verticillata* Linn. cum? huc ducitur. Caulis erectus inferne lignosus teres obsolete striatus. Folia approximata acutiuscula basi vix angustata nervo subtus prominente crassiuscula glabra 2-2 1/2 poll., 1-1 1/2 lin. lata. Petioli lin. longi glabri. Umbellae interpetiolares, circiter 10. flori, pedunculo 9-15 lin., hinc pubescente. Flores magnitudine fere ASCLEPIADIS *niveae*, pedicellis capillaceis pubescentibus 3-4 lin. Bracteae nonnullae ad basin umbellae lineares pubescentes pedicellis multo breviores. Cal. puberulus, laciniis lineari-lanceolatis acutis planis corollâ triplo brevioribus. Cor. reflexa? laciniis oblongis obtusis emarginatis aequalibus glabriusculis albidis. Gynostenium corollâ fere duplo brevius. Corona foliolis subcarnosis integerrimis glabris antheras aequantibus, processu in fundo cuculli eumque duplo superante subuliformi curvato. Filamenta brevia connata. Membrana antherarum apice rotundata diaphana stigmati incumbente. Massae pollinis flavae. Styli elongati glabri. Stigma pentagonum concavum glabrum, angulis corpusculiferis, corpuscula deltoideo-ovata obtusa fusca bipartibilia basi ad utrumque latus emittentia processum complanatum elongatum fuscescentem massam pollinis affigentem. Folliculi solitarii, altero abortiente cylindranei utrinque attenuati glabri, 3-3 1/2 poll., crassitie pennae anserinae. Semina plurima ovata compressa margine membranaceo integerrimo, fusca glabra 3 lin., apice lanâ sericeâ candidâ 1-1 1/2 poll. In *Novae Hispaniae temperatis inter Valladolid de Mechoacan et lacum Cuiseo*. h.

29. *A. rubricaulis* Humb. et Bonpl.; caule herbaceo erecto simplici rubescente, superne pubescente; foliis oppositis subsessilibus erectis linearibus margine revolutis uninerviis glabris. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth. III. p. 148. n. 2.

Caulis 6-9 poll. folia approximata acutiuscula basi vix angustata nervo subtus prominente crassiuscula glabra 1 1/2 poll., lineam lata. Umbellae interpetiolares pedunculatae multiflorae, pedunculo subsemipollicari pubescente. Flores 12-15, paulo majores quam in *galioides*, pedicellis 3-4 lin., pubescentibus. Cal. pubescens, foliolis lanceolatis obtusiusculis planis corollâ triplo brevioribus. Cor. reflexa? nivea, laciniis oblongo-ellipticis obtusis subemarginatis planis. Corona corollâ paulo brevior antheras superans, foliolis cucullatis subcarnosis truncatis integerrimis, angulis acutis, processu e fundo cuculli subulato curvato, cucullum vix duplo superante. Gynostenium corollâ vix duplo brevius. Filamentorum tubus brevissimus. Ovaria sublagenaeformia glabra. Caetera *galioides*. In declivitate occidentali montium Mexicanorum prope La Venta del Peregrino 4.

30. *A. rosea* Humb. et Bonpl.; caule herbaceo erecto subsimplici superne pubescente; foliis oppositis erectiusculis linearibus margine revolutis uninerviis supra puberulis, subtus cano-pubescentibus. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth. III. p. 148. n. 3.

6-10 poll. Folia subsessilia paulo approximata acuta nervo subtus prominente crassiuscula 2 1/2-3 poll., lin. lata; juniora utrinque pube lanata albida. Umbellae interpetiolares longe pedunculatae sub-15-florae, pedunculo 2-3 poll. glabriusculo. Flores structurâ et magnitudine *rubricaulis*, foetidi, pedicellis 1/2 poll., pubescentibus. Bractee ad basin umbellae nonnullae lineares pubescentes parvae. Cor. rosea. Corona apice alba; processus paulo brevior quam in *rubricauli*. Folliculi immaturi cylindranei cano-lanati. Prope Chimpancingo Mexic. 4.

31. *A. linifolia* H. Matrit.; caule suffruticoso (?) ramoso, ramis hinc lineâ pubescente; foliis oppositis revisime petiolatis patentibus linearibus acutis margine subrevolutis venosis membranaceis glabris. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth. III. p. 148. n. 4.

Hanc esse *A. linifoliam* H. Matrit. auctor est cl. Dufour, qui specimina cum auct. communicavit. Rami teretes obsolete striati. Folia paulo approximata basi angustata nervo subtus pallidiora 2 1/2-2 3/4 poll., 2 lin. lata. Petioli lin. longi glabri. Umbellae interpetiolares sub-10-florae, pedunculo subbipollicari, hinc pubescente. Flores magnitudine ASCLEPIADIS *niveae*; pedicelli 4-5 lin., pubescentes. Bractee nonnullae umbellam involventes lineares pubescentes pedicellis multo breviores. Cal. reflexus, laciniis oblongis acutiusculis externe puberulis corollâ triplo quadruplo brevioribus. Cor. reflexa alba? glabra, foliolis oblongis, acutiusculis, planis, aequalibus, coronâ paulo longioribus. Corona foliolis cucullatis subcarnosis integerrimis, antheris oppositis easque paulo superantibus, processu corniformi vix exserto in fundo cuculli. Filamenta brevissima in tubum connata. Ovaria 2 sublageniformia. Styli elongati glabri. Stigma concavum glabrum. Folliculi solitarii, altero abortiente, cylindranei, utrinque attenuati, laeves, glabri, subtripollicares. Semina ut in *A. galioidi*, marginata, margine angustiore. ASCLEPIADI *parviflorae* valde affinis. Urbem Mexico inter et Chapultepec. h?

32. *A. glaucescens* Humb. et Bonpl.; caule herbaceo erecto simplici glabro, foliis brevissime petiolatis linearibus oblongis acutis subcordatis planis venosis crassiusculis glabris, subtus glaucescentibus, umbellis interpetiolaribus et terminalibus. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. III. p. 139. n. 6. t. 227.

Caulis 1-2 ped., simplex, teres, striatus, carnosus, viridis. Fo-

lia superiora linearia, basi rotundata integerrima nervo crasso subtus prominente, 3 1/2 - 4 poll., 9 - 12 lin. lata, superiora 2 - 2 1/2 poll., 3 - 4 lin. lata. Petioli vix 1 1/2 lin., glabri. Umbellae ad apicem caulis interpetiolares solitariae, terminales geminae? 12 - 14 florum, pedunculo puberulo 7 - 9 lin., fructifero 1 1/2 poll. Flores magnitudinis syriacae, suavolentes, pedicellis 5 - 6 lin. longis, puberulis. Cal. 5-partitus, externe puberulus, laciniis oblongis acutis reflexis corollam quadruplo brevioribus. Cor. alba glabra, laciniis elliptico-oblongis obtusis emarginatis, planis, reflexis. Corona summo tubo filamentorum inserta, pentaphylla, antheris paulo longior, foliolis conduplicato-eucullatis acutis subcarnosis integerrimis, processu sublunato compresso, carinae cuculli interne longitudinaliter adnato eumque paulo superante stigma subobtegente. Filamentorum tubus brevissimus glaber. Antherae liberae oblongae conniventes biloculares apice membranam ovato-subrotundam diaphanam undulatam. Massae pollinis 10 pendulae ovatae compressae binae apice obtuso affixae processibus corpusculi stigmatis, antherisque 2 vicinis pertinentes cereae flavae. Ovaria sublagenaeformia glabra ut styli elongati filiformes. Stigma magnum pentagonum disco concavum glabrum nudum; ad angulos corpuscula subspathulata, bipartibilia, apice rotundata, basi bifida, utroque latere exsertentia processum linearem compressum membranaceum subuninervium, basi hamatam. Folliculi immaturi altero abortiente oblongi apice valde attenuati, hirti-pubescentes. *Inter portum Aca-pulco et la Venta de la Moxonera Nov. Hisp.*

33. *A. auriculata* Humb. et Bonpl.; caule herbaceo ramoso?; ramis? tomentoso-pubescentibus; foliis oppositis petiolatis oblongis acutis basi rotundatis, reticulato-venosis planis membranaceis glabris. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth. III. p. 149. n. 7. t. 228.

Herba 3 - 4 ped., ramis? caulibus? teretibus. Folia integerrima nervo subtus prominente ibique puberula pallidiora, 3 - 4 poll., 15 - 17 poll. lata. Petioli 4 lin., canaliculati, glabriusculi. Umbellae interpetiolares solitariae sub-25-florae, pedunculo 1 1/2 - 1 1/3 poll. pubescente, uti pedicelli pollicares filiformes. Bractee plures lineares umbellam involucentes, pedicellis duplo triplo breviores, pubescentes. Cal. 5-partitus externe puberulus, laciniis lanceolatis acutiusculis planis, corollam vix dimidio brevioribus. Cor. 5-partita glabra virescenti flavescens, laciniis ovato-oblongis acutiusculis reflexis. Corona ut in *glaucescente*, corollam vix brevior, antheras duplo superans, foliolis oblongo-linearibus canaliculato-concavis apice rotundatis et paulo recurvatis inferne dilatatis et ventricosis, basi inferiore biauriculatis, auriculis oblongis obtusis, subcarnosis flavis, antheris oppositis, processu carnoso, carinae interne longitudinaliter adnato, tereti?, vix exserto. Filamentorum tubus brevis, quinquangulatus. Antherae generis apice membranis, rotundatis diaphanis margine undulatis, stigmati incumbentibus. Massae pollinis pendulae oblongo-clavatae compressae flavae, apice attenuato affixae. Ovaria et stigma ut in

glaucescens. Styli apice pilosi. Corpuscula oblonga, obtusa.
Fructus? *) *In alsis prope Ario Mexicanor.* 4?

34. A.***) *mucronata Thunb.*; foliis oblongis mucronatis glabris, umbellis axillaribus. *Thunb. Prodr.* I. p. 47. *Fl. Cap.* II. p. 155. *Willd. Spec.* I. p. 1263.

Caulis herbaceus teretiusculus flexuoso-erectus pilosus, vix pedalis. Folia petiolata obtusa cum acumine integra utrinque glabra 1/2 poll., superioribus minoribus. Petioli foliis multo breviores. Umbellae pedunculatae Pedunculi foliis breviores multiflori. Pedicelli pubescentes unguiculares. *Thunb. In Promont. b. spei, trans Kamtous Rivier et prope Krumrivier.*

35. A. *convolvulacea Willd.*; foliis subrotundo-cordatis acuminatis, caule volubili, umbellis proliferis. *Willd. Spec.* I. p. 1269.

Specimen mancum hujus possideo, in quo flores non explicati. Simillima *foetidae*, differt vero: foliis subrotundo-cordatis, lobis ad basin distantibus, pedunculo communi foliis longiore, et, ut caulis, pilosiusculo. *Willd. In Guinea.* 4.

36. * A. *asthmatica*; foliis cordato-ovatis cuspidatis subtus pubescentibus, caule volubili pubescente, umbellis simplicibus paucifloris. *Willd. Spec.* I. p. 1270. A. fruticosa volubilis hirsuta, foliis oppositis petiolatis cordato-ovatis supra glabris integerrimis, umbellis paucifloris. *Linn. Suppl.* I. p. 171. *CYNANCHUM Ipecacuanha Willd. Jahrb. d. Pharmac.* 1795. p. 169. t. 2. *Pers. Syn.* I. p. 273. n. 13. (excl. β.) *Plukn. t.* 336. f. 7. β. Foliis ovato-lanceolatis subcordatis duplo longioribus et angustioribus. *Willd.*

Tota herba villosa, excepta paginâ superiore foliorum. Folia approximata magnitudine et figurâ *Lauri nobilis*, basi cordata, acuta. Umbellae axillares foliis breviores saepe proliferae. Flores parvi. Radix egregia in asthmate seroso. *Linn. In sylvis Zeylonae.* 4.

*) An generis distincti ob auriculas geminas ad basin foliolorum coronae? OTARIA. Cal. 5-partitus. Cor. 5-partita reflexa. Corona summo filamentorum tubo imposita, pentaphylla, foliolis cucullatis, e fundo exerentibus processum corniformem, basi interiore biauriculatis. Antherae membranâ terminatae. Massae pollinis compressae, apice attenuato affixae pendulae. Stigma concavum muticum. GOMPHOCARPO affiniior?

***) Speciem hancce et sequentes ad *Linariam* usque, cl. B. Brown inter ASCLEPIADES licet jam olim notae fuissent, non recensuit. Cum vero genus illis aliud non assignasset, hic ad calcem *Asclepiadum foliis oppositis* interea reposuimus. Sectionem *Asclepiadem foliis lateribus revolutis*, utpote nunc nimis parvam et inconstantem, (saepè enim siccando revolvuntur margines foliorum) expuimus.

37. *A. alexicaca* Jacq.; caule volubili, foliis inferioribus cordatis, superioribus ovatis, umbellis sessilibus. Jacq. Collect. II. p. 101. Willd. Spec. I. p. 1270. *A. alexica* Gmel. Syst. Veg. I. p. 445. Nansjera Patsia Rheed. Mal. IX. p. 21. t. 13.

Descriptio Jacquinii ex specimine sicco zeylanico et Hort. malab. sequens: Radix albicans debiliter et ingrata odorata, fibrosa, intus filamentis lignosis, an perennis? Caules teretes, plures pedes longi, herbacei, glabri superne ad lentem villosuli, dilute virides. Folia opposita petiolata acuta integerrima glabra crassula succo limbido repleta. Inter petiolas in uno latere ex caule tuberculum prominet, ex quo plures pedunculi 1-flori, vix unciales, villosuli, graciles, simul sic formantes umbellam sessilem. Calycis parvi, villosuli et profunde 5-fidi lacinae ovatae et acutiusculae. Petali dilute virentis et semi-5-fidi lacinae ovatae acutiusculae et ad basin rubentes. Squamae nectararii incumbentes stigmati 5, membranaceae. Cornicula has inter situ alternato, 5, crassa rigida dentata rubra. Folliculi gemelli, acuti, digitum crassi longique. Semina numerosa plana pappo instructa argenteo. Differt ab *A. volubili* Linn. umbellam non pedunculatam; a *Nummularia lactea majori* Ramph. Amb. 5. t. 175. f. 1. figura foliorum, tum quod non sit parasitica; ab *A. volubili* Forst. Prodr. p. 21. foliis nullis cordato-subrotundis. Jacq. In Zeylona. 4?

38. * *A. filiformis*; caule erecto, foliis filiformibus, umbellis lateralibus elongato-pedunculatis. Linn. Suppl. 169. Willd. Spec. I. p. 1272. Thunb. Prodr. 47. Fl. Cap. II. p. 154.

ASCLEPIAS *filiformis*, APOCYNUM *filiforme* et CYNANCHUM *filiforme* primo visu simillima, eadem herba, saltem foliorum figura, diversis floribus. Linn. Caulis filiformis parum ramosus glaber 1-2 ped. Rami cauli similes elongati. Folia sessilia filiformi-linearia acuta integra margine revoluto erecta glabra pollicaria et ultra. Umbellae axillares (intrafoliaceae) pedunculatae 5 vel 6-florae. Pedunculi longitudine foliorum. Pedicelli capillares unguiculares. Folliculi solitarii elliptici digitales. Thunb. In Promont. b. Spei, Krum-rivier, in collibus prope Kap.

39. *A.?* *graminea* Lamarck; foliis linearibus gramineis oppositis, caule ramoso, umbellis terminalibus, corniculis erectis mucronatis. Lam. Enc. meth. I. p. 283. Pers. Syn. I. p. 26 n. 32.

Caulis gracilis debilis ramosus subangulatus foliosus pedalis et parum ultra. Folia glabra, laete viridia margine saepe revoluta, 2 lin. lata, pollicaria, inferiora petiolata, quidquam latiora, breviora. Rami singuli umbellam floribus 8-10 sat magnis, petalis albis margine undulatis. Cornicula singula mucrone erecto 1 1/2 lin. Cal. extus villosus. Lam. In India orientali. Sonnerat.

40. *A. spiralis* Forsk.; caule fruticoso, foliis petiolatis ovali-oblongis, floribus solitariis axillaribus, petalis linearibus spiralibus introrsum hirsutis. Forsk. *Aegypt.* p. 49. n. 66. *Lam. Enc. meth.* I. p. 285.

Folia breviter obtusa interdum stellata. Pedunculi axillares; vel juxta petiolum ad latus positi; solitarii, uniflori. Calyx 5-fidus lineari-lanceolatus. Corolla basi connivens, dein patens; petalis viridi flavis, linearibus cum sole spiralibus, introrsum medio longitudinaliter hirsutie albâ. Stamina adnata receptaculo. Nectaria 5, ovata erecta extra stamina alba. Stigma operculatum. Folliculus edulis. Frutex non lactescit. Forsk. *In Arabia felici ad viam inter Djaliae et Meneira inter PANICUM dichotomum.* h.

41. *A. canescens* Willd.; foliis ovatis cauleque procumbente pubescentibus, umbella axillari pauciflora. Willd. *nov. act. am. n. eur.* III. p. 418. et hoc teste: *Ascl. orientalis latifolia flore viridi.* Tournef. *Cor.* II. Buxb. *C.* III. p. 17. t. 30.

Pedalis et ultra, apice adscendente, teres, pube tenui. Folia acuta integerrima venosa, petiolis brevibus canaliculatis. Flores virides. Umbellae simplices pedunculis brevibus. Folliculi ovati acuminati laeves pubescentes. Willd. *In Cappadocia et Galatia.*

42. *A.?* *repanda* Gmel.; foliis revolutis repandis pilosis. Gmel. *S. V.* I. p. 445.

Militat sub: *foliis oppositis lateribus revolutis.*

43. *A. Vanilla* Rafinesq.; caule simplici superne pubescente, foliis oppositis lanceolatis basi rotundatis glabris ciliatis, umbellis axillaribus erectis. Rafin. *Schmaltz in Americ. Monthly Magaz.* IV. Nov. 1818. n. 1. p. 39. apud Spreng. *Neu. Entd.*

Flores lilacini odore Vanillae. *In Green-Rivier; Kentucky.*

44. *A.?* *Klaprothiana*; foliis oppositis oblongis acuminatis subtus pubescentibus, umbellis axillaribus paucifloris. *A. acuminata* Reliqu. Willd. *MS.*

In America boreali. Klaproth. Nomen mutandum erat, cum sit antiquior *acuminata*, ab hac, quoad diagnosin, diversa.

45. *A.?* *parviflora* Humb. et Bonpl.; caule scandente; ramis fasciculatis, foliis oppositis ellipticis, floribus solitariis terminalibus. Reliqu. Willd. *MS.*

In America calida. Humb. et Bonpl. h.

46. *A.?* *clusiaefolia* Horsfield; foliis oppositis obo-

vatis carnosis, umbellis, axillaribus, caule volubili. *Reliqu.*
Willd. MS.

In Java. h. Horsfield.

47. *A.?* *ferruginea* *Humb. et Bonpl.*; ferrugineo-hirsuta, foliis ovatis cordatis oppositis, caule volubili, floribus umbellato-capitatis axillaribus. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Caracas. h. Humb. et Bonpl.

b. *Foliis alternis:*

48. *A. Linaria* *Cav.*; foliis lineari-subulatis canaliculatis, umbellis pedunculatis nutantibus, lateralibus multifloris. *Cavan. Icon. I. p. 42. t. 57. Describe. p. 135. Willd. Spec. I. p. 1273. Poir. Enc. meth. Suppl. I. p. 479. Desfont. Annal. Mus. I. p. 277. Ascl. caule fruticoso?*, foliis sparsis approximatis sessilibus filiformi linearibus, margine revolutis acuto-submucronatis glabriusculis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 150. n. 8. (fide speciminis Hort. Matrit. a cl. Dufour cum auctorib. communicati.)*

$1\frac{1}{2}$ - 2 - ped.; caules tenues recti subramosi glabri teretes grisei tuberculati. Folia saepe verticillata horizontalia in petiolo brevissimo appresso, 2 poll. Cor. alba, magnitudine niveae, laciniis acutis. Cornicula appendice clavata. Involuceri foliola acuta. Folliculi crassi, breviores quam in *A. mexicana*. Affinis *verticillatae*. *Cav. In Circ. Guadalupe circa Mexico. 4.*

Obs. Descriptio a clo. *Kunth* data non paucis abludit. „Caulis fruticosus? hirsuto pubescens, canescens. Folia sessilia approximata, patula, margine revoluta uninervia crassiuscula glabra pilis raris, $1\frac{1}{2}$ poll., $\frac{1}{3}$ lin. lata. Umbellae extraaxillares solitariae 10-20-florae, pedunculo $\frac{1}{2}$ poll. aut paulo ultra hirsuto pubescente. Involucrum polyphyllum, foliolis lanceolatis glabriusculis, pedicellis triplo quadruplo brevioribus, recurvato-patulis. Flores magnitudine ASCLEPIADIS *galioidis*, pedicellis 4-5 lin. longis pubescentibus. Cal. 5-partitus, laciniis lanceolatis acutis planis reflexis externe puberulis, corollâ triplo brevioribus. Cor. 5-partita, glabra, alba?, laciniis oblongis acutiusculis planis reflexis. Corona summo tubo filamentorum inserta aurantiaca?, corollâ paulo brevior, antheras duplo superans, foliolis oblongis cucullatis apice rotundatis, inferne ad utrumque latus dente auctis, medio processu parvo corniformi. Filamentorum tubus brevis. Antherae apice membranaceae. Massae pollinis oblongo-clavatae, compressae, flavae, apice angustatae. Styli et stigma pentagonum concavum nudum glabri. Corpuscula basi utroque latere processu capillaceo. Folliculi solitarii altero abortiente oblongo cylindracei rostrati laeves glabri 3 poll. et paulo ultra. Semina hinc convexa, apice truncata et comosa, tuberculis minutis fusca, vix 2 lin., comâ sericeâ 15 lin.“ *Prope Mexico et Chalco.*

49. *A. longifolia Mich.*; caule decumbente foliisque praelongo-linearibus puberulis, appendicibus corollae corpusculo genitalifero brevioribus et corniculo vacuis. *Fl. bor. Amer. I. p. 117.* *Pers. Syn. I. p. 277. n. 41.* *Poir et Enc. meth. Suppl. I. p. 479.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 183.* *A. incarnata Walt. Fl. Carol. I. p. 106.* *A. floridana Lam. Enc. meth. I. p. 284.* *Pers. Syn. I. p. 277. n. 45.*

Michaux l. c. incarnatam Walt. cum? tanquam affinem adducit; Pursh vero l. c. sine dubio ut synonymon. Folia interdum subverticillatim approximata *Mich.*; flores pallide purpureos fructificationibus luteis *Pursh.* Folia obtusiuscula, vix pubescentia, nunc sparsa, nunc opposita et verticillata; umbellae axillares terminalesve pedunculatae. *Poiret ad specim. Boscian.* *In sylvis humidis umbrosis Carolinae et Georgiae occidentalis; in Florida et ad Mississipi de Juss. 4.*

50. * *A. rubra*; foliis alternis ovatis, umbellis ex eodem pedunculo communi pluribus. *Linn. Spec. 316.* *Willd. Spec. I. p. 1273.* *A. caule erecto simplici annuo, foliis ovatis acuminatis alternis, pluribus in pedunculo umbellatis. Gronov. virg. 27.*

In Virginia.

51. * *A. decumbens*; foliis villosis caule decumbente. *Mill. Dict. n. 10.* *Willd. Spec. I. p. 1218.* *A. caule decumbente hirsuto, foliis ovatis obtusis villosis subsessilibus. Gronov. virg. 27.* *A. tuberosa β. decumbens, caule decumbente, foliis sublinearibus hirsutissimis umbellis lateralibus. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 184.*

Apud *Willdenow l. c.* sub Categoria *foliorum oppositorum* militat. *In campis aridis Carolinae. 4.*

52. * *A. tuberosa*; caule erectiusculo apice divaricato-ramoso hirsutissimo, foliis sparsis lanceolatis (oblongo-lanceolatis) hirsutis, umbellis quasi in corymbo terminali patulo. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 117.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 183.* *A. foliis alternis lanceolatis, caule divaricato piloso. Linn. Spec. p. 316.* *Willd. Spec. I. p. 1273.* *Dillen Eltham. t. 30. f. 34.* *β. hirsutior, foliis sublinearibus. Mich. l. c. Pursh l. c.*

Caules (dodrantaes) interdum subdecumbentes. Flores aurantiaco-crocei (fructificatio flava *Pursh.*) Folliculi pubescentes. *Mich.* *α. ubique in lapidosis arenosis Provinc. Unit., β. in apricis sabulosis sylvarum Carolinae.*

53. *A. lanuginosa Humb. et Bonpl.*; caule herbaceo simplici?, foliis alternis petiolatis ovato lanceolatis basi rotundatis utriusque leniter lanuginosis, subtus albidis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. ed. Kunth III. p. 193. n. 9.*

Erecta, 1-2 ped., lactescens, foetida. Caulis carnosus teres? superne canescenti-pubescent. Folia acuta integerrima, juniora margine revoluta, reticulato-venosa, nervo medio crasso, subtus prominente, membranacea, supra viridia lanugine tenuissima, subtus tenuiter albo-lanuginosa, 6 poll., 1 1/2 poll. lata. Petioli 4-5 lin. longi, crassi, interne canaliculati et pubescentes, externe glabri. Umbellae extraaxillares et terminales? solitariae pedunculatae, 10-15. florum, interdum proliferae, pedunculo subpollicari, cano-lanuginoso. Flores pedicellati, magnitudine ASCLEP. *curassavicae*, pedicellis 8-10 lin., filiformibus, cano-pubescentibus. Cal. laciniis lanceolatis acutis reflexis extus puberulis, corollam triplo brevioribus. Cor. glabra, alba, laciniis oblongis obtusis emarginatis planis reflexis. Corona summo tubo filamentorum inserta, pentaphylla, aurantiaca? subcarnosa glabra, corollam paulo brevior, antheras superans, foliolis ovato-oblongis cucullatis apice rotundatis, basi ad utrumque latus dente rotundato, processus corniformis e fundo cuculli ipsoque brevior. Antherae foliolis coronae oppositae, cum laciniis corollae alternantes, apice membranaceae, membranam rotundatam diaphanam stigmati incumbente. Ovaria lagenaeformia. Styli elongati glabri. Stigma pentagonum depresso-concavum nudum glabrum, angulis corpusculis spatulatis oblongis basi bifidis sulco longitudinali bipartibilibus fuscis, utroque latere processum exserentibus. Fructus? *In alta planitie mexicana inter Gasave et Pachaca. 4?*

c. *Dubiae:*

54. *A. Forsk.*; *Ascl. nivea Forsk. aegypt. 51. n. 73.*
Ascl. nivalis Gmel. S. V. p. 444.

Caule volubili scandente; Corolla campanulata viridi tortili; petalis linearibus. *Forsk. In Arabia Felici Lohajae.*

55. *A. lutea Rafinesq.*; foliis petiolatis oblongis acutis, basi angustatis; umbellam erectam, petalis procumbentibus; corniculis appendice subulato munitis. *Rafinesq. Schmaltz Journ. Bot. I. p. 229.*
In Philadelphia.

56. *A. microphylla Roth*; foliis ovalibus, utrinque obtusis, mucronatis, basi subcordatis, cum caule volubili glabris, petiolis supra barbatis, umbellis extraaxillaribus, subsessilibus, paucifloris, pedicellis folio longioribus, capillaribus. *Roth nov. pl. Spec. MSS. A. foliis oblongis cuspidatis subcarnosis, umbellis sessilibus, caule volubili. Requ. Willd. MS.*

Corolla fusca, vix sesquilineae in diametro, utrinque glabra. Quoad foliorum figuram *Pluknetii Icon. Tab. 157. fig. 4. nostrae* plantae melius respondet, quam *PERIPLOCAE africanae. H. in India orientali. B. Heyne. Willdenow tulit a Klein. b.*

57. *A. plicata* Roth; foliis subrotundo-ovalibus obtusis, cum caule volubili, glabris, corymbi axillaribus, dichotomis, hirsutis, corollis intus tomentosis. Roth nov. pl. Spec. MSS.

Corolla nigra, extus pilis adpersa, intus cinereo-tomentosa, vix ultra lineam in diametro. H. in India orientali. B. Heyne.

58. *A. margaritacea* Hoffmannsegg; foliis oblongo-lanceolatis utrinque acuminatis glabris, caule simplici, umbellis erectis lateralibus solitariis. Reliqu. Willd. MS.

In Camete Brasil. © Comes ab Hoffmannsegge.

59. *A. macrophylla* Humb. et Bonpl.; caule volubili, foliis elliptico-cordatis acutis, umbellis subsessilibus. Reliqu. Willd. MS.

Ad Camanam. h. Humb. et Bonpl.

60. *A. tenuissima* Roxb.; caule volubili, fol. lanceolatis petiolatis, umbellis proliferis. Reliqu. Willd. MS.

In India orientali. Roxb.

61. *A. cynanchoides*; Humb. et Bonpl.; foliis oblongo-lanceolatis acutis glabris, umbellis terminalibus. Reliqu. Willd. MS.

Ad Caracas. Humb. et Bonpl.

Obs. Species hasce e Reliqu. Willd. cum *microphylla* Roth promiscue enarravit eis de Schlechtendahl species inter, quae foliis oppositis gaudent. Cum vero in hisce speciebus foliorum oppositorum nulla facta sit mentio, dubitamus utrum talia quoque in iisdem adsint.

Quid: *Ascl. truncata* } Willd. H. Berol. Suppl. p. 15.
 — *fuscata* }
 — *tenacissima* Cat. Monspel. Ann. 1804.

1087. G O M P H O C A R P U S *)

1. * *G. arborescens* R. Brown; foliis ovato-oblongis glabris obtusis cum acumine. Towns. Ait. 2. ed II. p. 79. *ASCLEPIAS arborescens* foliis revolutis ovatis, caule fruticoso subvillosa. Linn. Mant. 216. Willd. Spec. I. p. 1271. Lam. Enc. meth. I. p. 283. A. fol. alternis ovatis mucronatis, caule fruticoso. Thunb. Prodr. I. p. 47. Fl. Cap.

*) Frutices vel suffrutices erecti, foliis oppositis margine saepe revolutis. Umbellae interpetiolares. *A. arborescens*, fruticosa, setosa certo huius generis, et probabiliter *crispa*, cujus fructum eis. Brown non vidit, ad quam spectare monet Pluk. phyt. 139. f. 1. fide Dryander, cum reliqua pubescentis specimina in Herb. Linn. ad arborescentem spectent. Deleatur ergo *pubescens*.

Il. p. 156. A. fruticosa, ramis villosis, foliis subovatis.
 Jacq. Schönbr. I. p. 25. t. 50. (sive Hort. Kew 2. ed.?
 Il. p. 79.) ASCLEPIAS crassifolia Hort. Paris. olim, sive
 Lamarck. Burm. afr. 31. t. 13. Plukn. Amalth. 18. t.
 359. f. 3.

Flos et Fructus *G. fruticosi*. Caulis frutescens hirtus erectus
 crassitie digiti. Folia opposita, brevissime petiolata, obtu-
 siuscula, mucrone minuto, laevia. Pedunculi e summitate cau-
 lis umbelliferi villosi. Corollae albae. Linn. Tota lacteseit.
 Rad. perennis. Caulis ramosus, 4-5 ped., crassitie digiti.
 Rami teretes, subflexuosi, villosi, foliosi, simplices. Folia
 obtusa cum acumine alterna petiolata integerrima nervosa
 glabra subimbricata pollicaria. Flores in umbellis subtermi-
 nalibus, pedunculis angulatis pilosis unguicularibus. Cal. vil-
 losus. Cor. alba glabra. Folliculi 2 ovati acuti ventricosi an-
 gulati dentati villosi 1-valves, 1-loculares. Thunb. In
 Promont. b. Spei, prope Kap in collibus. b.

Obs. An planta Jacquinii re verâ eadem cum Linnaeana, quae sub sec-
 tione foliorum revolutorum, quum folia perpetuo plana, nec mi-
 nimus revoluta? An Thunbergi planta eadem cum Linnaei?

2. * *G. fruticosus* R. Brown; foliis lineari-lanceolatis
 glabris. Hort. Kew. Ed. 2. II. p. 81. Sims bot.
 Mag. t. 1628. ASCLEPIAS fruticosa; foliis revolutis
 lineari-lanceolatis; caule fruticoso. Linn. Spec. 315.
 Thunb. Prodr. I. p. 47. Fl. Cap. II. p. 154. Willd.
 Spec. I. p. 1271. Lam. Enc. meth. I. p. 283. A.
 glabra Mill. Dict. n. 12. t. 45. Apocyn. salicifolium
 Medic. Act. palat. Herm. parad. 23. t. 24. Plukn.
 Alm. 36. t. 138. f. 2. β. ASCL. crassifolia Syst. Veg.
 p. 214.

Nectaria compressa absque ungue, cujus loco auriculae duae lon-
 giores reflexae. Folliculi inflati aculeati sed mites β. hujus
 affinis soror aut filia, convenit caule fruticoso, foliis revolu-
 tis, folliculis dentatis, differt latitudine foliorum et hirsutiae,
 ex priori ortam arguit structura. Linn. Arbuscula 4-7 ped.,
 ramis rectis; sat longis, gracilibus, foliosis, pubescentibus.
 Folia longa angusta, saepe margine subrevoluta, supra nitida,
 subtus pallidiora, poll. 4-5 longa, vix pollicem lata. Flores
 albi in umbellis lateralibus pedunculatis in superiore parte
 ramorum. Pedunculi pubescentes. Lam. In Promont.
 b. Spei, trans seriem montium primam, hinc inde satis vulga-
 ris. b.

3. *G. setosus* R. Brown; foliis linearibus revolutis op-
 positis, caule fruticoso. ASCLEPIAS setosa Vahl Symb. I.
 p. 23. t. 8. Forsk. Descr. p. 51. Willd. Spec.
 I. p. 1272.

Caulis erectus. Umbellae laterales, terminales. Flores virides.
 Folliculi inflati setiferi. Forsk. Caulis teres, Rami subvil-

losi, a casu foliorum muricati, crassitie pennae columbinae. Folia sessilia approximata basi revoluta acuta glaberrima subtus pallidiora pollicaria. Pedunculi interfoliacei solitarii subvillosi longitudine foliorum. Umbellae erectae 5-florae. Corolla reflexa magnitudine ASCL. (GOMPHOCARPI) *fruticosae*. Folliculi ovato acuminati hispidi; setis sparsis flexilibus. Differt ab *Ascl. sibirica* caule fruticoso erecto, foliis omnibus oppositis, umbellis paucifloris, floribus majoribus viridibus. *Vahl. In Arabia felici. h.*

4. * *G. crispus* *R. Brown*; foliis cordato-lanceolatis undulatis hispidis. *Hort. Kew. ed. 2. II. p. 79.* ASCLEPIAS *crispa*, fol. cordato-lanceolatis undulatis scabris oppositis, umbellâ terminali. *Linn. Suppl. 170.* *Willd. Spec. I. p. 1263.* *Syst. Veg. ed. XV. p. 271. n. 2.* A. fol. lanc. crisp. hirsutis, petalis extus villosis. *Linn. Mant. 215.* *Berg. Cap. 75.* *Lam. Enc. meth. I. p. 280.* A. fol. lanceolatis undatis pilosis, umbellâ terminali, corollis glabris. *Thunb. Prodr. I. p. 47. Fl. Cap. II. p. 154.* A. *undulata*, fol. revoluta-repandis pilosis. *Syst. Veg. 214.* *Syst. Veg. ed. XV. p. 273 n. 20.* *Commel. rar. 1. 17.* *Plukn. Phyt. 139. f. 1. (fide R. Brown.)* β. *Apocynum africanum*, angustis foliis undulatis. *Moris. Hist. 3. 15. t. 3. f. 37. (fide Lam. l. c.)*

„Caulis erectus pubescens inferne ramosus. Folia subsessilia repanda. Umbella solitaria pedunculata purpurea“ *Linn.* „Caulis compressus erectiusculus totus pilis rigidis albis pilosus, pedalis simplex vel ramosus. Rami alterni pauci elongati. Folia sessilia basi rotundata lanceolata acuminata, 2 poll. Flores terminales umbellati. Umbella multiflora. Pedunculi et calyces pilosi.“ *Thunb.* *In collibus prope Paradys, cis Swellendam alibique. h. *)*

Obs. Descriptio data a clo. *Lammarck* ad exemplaria *Sonnerati* nonnullis discedit: Caulis teres virens subhirsutus 2 ped.; folia subsessilia, lanceolato-lineararia; flores viridi-flavicantes in umbella nuda. Cor. extus villosa. In β. folia re verâ non crispa; caulis altior, umbella amplior, floribus copiosioribus.

*) ASCLEPIAS *pubescens*; foliis ovatis venosis nudis, caule fruticoso pedunculisque villosis. *Mant. p. 215.* *Willd. Spec. I. p. 1263.* *Moris. Hist. 3. p. 610. s. 15. t. 3. f. 35.* *Plukn. Phyt. 139. f. 1., in Promont. b. Spei, cui apud Linnaeum: „Caulis simpliciusculus erectus, brevissime villosus, folia opposita brevissime petiolata villosa ovata mucronata venosissima confertiuscula; pedunculi et umbellae villosae, flores purpurascetes“, delenda monente Brown. Confer Notam ad arborescentem.*

1088. OXYSTEMA.*)

1. *O. esculentum* R. Brown; corollis glabris rotatis, racemis axillaribus, foliis lineari-lanceolatis venosis. Willd. Spec. I. p. 1-50. PERIPLOCA *esculenta*, glabra, foliis lineari-subulatis, racemis elongatis simplicibus, floribus inferne nudis. Linn. Suppl. 168. Poir. Enc. meth. V. p. 190. Roxb. Corom. I. p. 13. t. 11. Plukn. Amalth. 19. t. 359. f. 6.

Caulis volubilis. Folia longâ basi subrotunda. Racemi elongati pauciflori. Flores 2-8 in uno racemo pedicellati. Corolla rotata lutea, striis e centro excurrentibus ferrugineis. Nectarium 5 corne. Genitalia lutea. Corpuscula sphacelata columnae adnata. Folliculi glabri oblongi inflati. Semina papposa. Indigenis *esculenta*. Linn. Variat latitudine foliorum. Specimina possideo foliis oblongo et lineari-lanceolatis lineari-subulatisque: plerumque vero lineari-lanceolata sunt. Color floris in sicco specimine cum descriptione *Linnaeana* convenit, recens vero corolla albida, striis e centro excurrentibus purpureis. Willd. Radix filiformis, fibrosa. Caulis et rami numerosi teretes, glabri, in fruticibus alte scandentes. Folia patentia, breviter petiolata, linearia, tenuissime acuminata, integerrima, glabra, 4-5 poll., plusquam $\frac{3}{8}$ poll. lata. Racemi laterales, longi, pauciflori. Flores magni, eleganter candidi, roseo tincti et venis purpureis striati, inodori. Nectarium et Stamina ut in *Asclepiade* et *Pergularia*. Folliculi, oblongi, inflati. Oudy-palla. Telinganum. Roxb. In dametis Coromandel et inter spineta ad ripas fluminum Zeylonae et Malabaricae. 4.

2. *O. carnosum* R. Br.; fasciculis umbelliformibus pedunculatis, corollae laciniis linearibus, foliis carnosis subovalibus mucronatis glabris. R. Brown Prodr. I. p. 462. Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

1089. XYSMALOBIMUM.

1. * *X. undulatum* R. Brown; foliis sessilibus oblongis lanceolatis undulatis glabris, (umbellis lateralibus) petalis ciliatis. ASCLEPIAS *undulata* Linn. Spec. I. p. 312. Lam. Enc. meth. I. p. 280. Thunb. Prodr. I. p. 47. Fl. Cap. II. p. 155. Willd. Spec. I. p. 1262. ASCL. *ciliata* Syst. Veg. ed. XV. p. 271. Commel. rar. t. 16.

Variat foliis angustioribus et latioribus. Caulis digitum crassus,

*) Suffrutices volubiles glabri. Folia opposita. Racemi vel umbellae interpetiolares. PERIPLOCA *esculenta* typus generis et fors unica ejusdem species; species enim e nova Hollandia huic juncta corollâ corollâque differt. R. Brown.

carnosus, teres, uti tota planta tenuissime villosus, erectus, simplex, pedalis et ultra. Folia opposita et saepe alterna, acuminata, patentia, spithamæa, superioribus brevioribus. Umbellae frequentes subsessiles multiflorae. Calyx ciliatus. Corolla barbata. Thunb. Flores sat magni, petalis virentibus, apice pilis fimbriatis. Lam. In Promont. b. Spei collibus ad Paradys in Hamenasiæ et alibi. h.

2. * *X. grandiflorum* R. Brown; foliis petiolatis oblongis pilosis, caule simplici hirtio erecto, floribus axillaribus pedunculatis. *ASCLEPIAS grandiflora* Linn. Suppl. p. 170. Thunb. Prodr. l. p. 47. Fl. Cap. II. p. 156. Willd. Spec. l. p. 170.

Umbella nulla. Flos maximus colore FRITILLARIAE *Meleagris* tessellato. Linn. Caulis vix fruticosus nisi basi, teres, villosus, pedalis. Folia opposita acuta, parum undulata, integra, utrinque scabrido-papillosa, patentia erecta, 2 poll. Petioli supra plani, subtus convexi, vix 1/2 lin. longi. Pedunculi 2-5, uniflori, pilosi, unguiculares. Calyx hirtus. Corollae grandes purpurascenti-variegatae, glabrae. Thunb. Ad Promont. b. Spei, in Krumrivier, Hamenasiæ et alibi.

1090. CALOTROPIS.*)

1. *C. procera* Towns. Ait.; corollae laciniis patulis. Hort. Kew. ed. 2. II. p. 78. *ASCLEPIAS procera* foliis obovato-oblongis, petiolis brevissimis, corollis subcampanulatis. Ait. Kew. l. p. 305. et, fide Towns. Ait., Willd. Spec. l. p. 1263. Schneevogt icon. p. 18. *ASCLEPIAS gigantea* Andr. Repos. t. 271.

In Persia. h.

Obs. Si, fide Towns. Ait., Willd. Spec. l. p. 1263 hujus loci, et ab hoc cum? etiam citatus *Beid el ossar* Alpin. aegypt. 85. t. 86. 87. et Zja Rack Brun. it 315. t. 184., *Ascl. gigantea* Jacq. obs. 3. p. 17. t. 69. hujus minime poterit esse loci: alteruter ergo a Towns. Ait. et Willdenow excludendus fuisset. Quoad Alpini synonymon *Ascl. gigantea* Lam. Enc. meth. l. p. 280, et *APOCYNUM* erectum aegyptiacum floribus croceis Tournef. Inst. 91. (etiam *Descript. de l'Égypte* p. 57. n. 283.) hujus omnino loci, sed excludenda tunc in Lam. l. o. *ASCLEPIAS gigantea* Linn. et Jacq. ut ex allatis Alpini et Jacquini descriptionibus patebit. In nostra Alpini editione (4. Venet. 1593. p. 35. t. 36. et vers.) *Beid el ossar*, (non *Beid el Ossar*) describitur planta in humidis prope Alexandriam in ramo Nili Calig. et Cahiræ in loco prope el Mattharia crescens fruticosa, 2 fere cubitorum, foliis latis oblongis rotundis, ut aloës, crassis, candidis, ut tota planta lactescentibus; flores crocei rannunculi floribus proximi; folliculi testiculis persimiles; semina parva,

*) Frutices erecti, glabri. Folia opposita lata. Umbellae interpetiolares. Flores speciosi. In India orientali, Persia. H. Brown, qui species huc spectantes non adduxit.

lata, lactucae seminum aemula, lanugine alba. — *Jacquin* vero de sua *Ascl. gigantea* ait: „videtur elegans haec planta post *Sloanei* demum tempora in Jamaicam introducta, ubi nunc vere sylvestris in pratis oppido Kingston vicinis. Culta ibidem in hortis arbusculam astitit homine duplo altiorem, trunco brachium crasso, cortice albicante, ramis paucis crassis longis superne tantum foliosis. Folia obovato-oblonga breviter petiolata integerrima acuta lanugine albida molli, basi cordata, nervo medio ad ortum petioli antice pilis rigidis fuscis. Peduncululi axillares umbellatim racemosi. Calyces flavescenti albicantes. Cor. niveae, interne ab apice maculâ purpureâ decurrente. Nectarium niveum, margine laminarum superiore purpureo. Corpusculum tegens genitalia e viridi flavum. Tota lactescit.“ Videtur ergo *Jacquinii* planta, nisi fors Species distincta, potius ad *giganteam* *Linn.* spectare. *Apocynum Plukn. Alm. 35. t. 175. f. 3.* a *Willdenow* cum? huc ductus, a *Lamarck l. c.* male pictum dicitur: ergo incertum.

2. * *C. gigantea R. Brown*; corollae laciniis reflexis involutis. *Towns. Ait. Hort. Kew. ed. 2. II. p. 8.*, et, hoc teste, *ASCLEPIAS gigantea*, foliis ovato-oblongis, petioliis brevis imis, laciniis corollae reflexis involutis. *Ait. Kew. I. p. 305.* *Willd. Spec. I. p. 1264.* *Ericu Rheed. Malab. II. p. 53. t. 31.*

Willdenow l. c. citat adhuc *A. fol. amplexicaulibus oblongo-ovalibus basi pilosis Linn. Fl. zeyl. 112. Mill. dict. n. 12. Obs. it. 93. Seb. Thes. I. p. 41. t. 26. f. 1.* de quibus silet *Towns. Ait. l. c.* *ASCLEPIAS gigantea β Lam. Enc. meth. I. p. 280* certo hujus loci. *LINNAEUS* in *Spec. pl. I. p. 312* (ubi exclud. *Syn. Plukn. et Alpin.*) haec adjecit: „Basis petioli supra barbata. Nectaria promunt non cornicula subulata, sed laminas solidas conniventes. Occidit inadsueta pecora, uti *Anemone nemorosa. Ramph. Amb. 7. p. 25.*“ *Edwards*, qui in *bot. Regist. t. 58.* elegantissimam dedit hujus speciei iconem, sequentibus eandem descripsit: „Frutex modo orgyalis, tomento deciduo candicans. Folia decussato-distantia, patentia, crassiuscula, fragilia, obovata, acumine brevi, infra cordato-auriculata, 4 poll. et majora, areolâ breviter barbata supra petiolum brevem crassum. Panicula subcymoso fastigians, laxa, inter petiolos exurgens. Calyx parvus, stellatus, appressus. Corolla subuncialis, albo-purpurascens, (subinde rubro-violacea) ad $\frac{3}{4}$ divisa, disco crateroidi-depresso 5-angulari, limbo stellato reflexo, laciniis ovato-lanceolatis, obtusulis, postice involutis, superne obliquatis. Organorum strues inclusa, conica, truncata, molendinata, laminis 5 parum profundis subcultrato compressis aequidistantibus basi inflato-acuminatis et externe versus intortis juxta apicem bicorniculatis cum sutura villosa in dorso tubum stamineum aequantibus atque ansularum totidem ad instar decurrentibus. *Edw. In Indiae orientalis sabulosis. 4.*

Obs. Aliam adhuc superesse speciem, *Edwards l. c.*

1091. OXYPETALUM.

1. *O. Banksii*; umbellis subcorymbosis.

Cls. *R. Brown Mem. Werner. Soc. p. 41.* nomen specificum OXYPETALO suo nullum indidit. Frutex volubilis. Folia opposita, cordata. Umbellae subcorymbosae, interpetiolares. Flores suaveolentes. *In Brasilia prope Rio Janeiro ill. Banks.*

2. *O. riparium Humb. et Bonpl.*; foliis ovatis acuminatis cordatis pubescentibus; pedunculis bi- aut trifloris, folium subaequantibus; foliolis coronae cuneatis truncatis emarginato-bilobis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Hunt h. Ill. p. 197. t. 231.*

GOTHOFREDAE *cordifoliae* simillima. Frutex volubilis ramosissimus, ramis oppositis teretibus striatis, junioribus pubescentibus. Folia opposita petiolata integerrima reticulato-venosa, membranacea, utrinque molliter hirtello-pubescentia, subtus pallidiora, $1\frac{1}{2}$ - $1\frac{3}{4}$ poll., 10-11 lin. lata. Petioli 9-10 lin., canaliculati, pubescentes. Pedunculi interpetiolares solitarii, pubescentes, 4-5 lin. Flores pedicellati, subumbellati, pedicellis $\frac{1}{2}$ poll., pubescentibus. Bractee minutae lineares pubescentes ad basin pedicellorum. Cal. 5-partitus pubescens, laciniis lanceolato-linearibus aequalibus tubum corollae aequantibus patulis. Cor. puberula albida, tubo brevi, ventricoso, limbi laciniis ovatis apice angustatis in ligulam longissimam linearem tubum quintuplo superantem. Corona pentaphylla summo filamentorum tubo inserta, foliolis cum laciniis corollae alternantibus cuneatis apice dilatatis obliquis emarginatis aut bilobis, erenulatis, carnosis, margine tenuioribus, basi ad utrumque latus gibbis rotundatis. Stam. epipetala cum laciniis corollae alternantia. Filamenta brevia, connata, basi corollae ita adnata, ut antherae sessiles appareant. Antherae glabrae membranâ oblongâ obtusâ diaphanâ erectâ stigmati adpressâ. Massae pollinis 10 pendulae lineari-cylindricae obtusae flavidae, binae ad curvaturas processuum singuli corpusculi affixae, ad antheras duas vicinas pertinentes. Ovaria lagenaeformia hinc plana approximata glabra. Styli filiformes glabri. Stigma pentagonum, acumine crasso tereti hinc inde sulcato glabro antheras duplo superante, laciniis subulatis divaricatis aequalibus. Corpuscula in angulis stigmatis longissima massis pollinis longiora, linearia obtusa, sulcâ longitudinali, basi utrinque processu difformi membranaceo latiore quam longo, inde curvato, curvaturâ inferne incrassatâ et rotundatâ, pollinem affigente, superne in subulam desinente. Fructus? *Ad ripam fluminis Mayo et prope Mamendoy in Nova Grenada. h.*

3. *O. Gothofreda*; foliis cordato-ovatis tomentosissimis, racemis paucifloris, axillaribus terminalibusque. GOTHOFREDA*) *cordifolia Vent. Choix de Pl. p. 7. t. 60.*

*) Characterem generis posuit cls. *Ventenat*: „Corollâ tubulosâ, laciniis 5 longissimis flexuosis; Pistillo apice vaginâ bifidâ cincta; Folliculis 2.“ Structuram stigmatis eandem esse in CYNANCHO erecto *Jacq.*, hinc aut speciem hancce iugendam, aut GOTHOFREDAE sup.

Caules lignosi scandentes ramosi pilis brevibus; folia opposita petiolata, ad minimum 3 poll., integerrima, glandulis solitariis ad basin petioli; pedicelli pilosi inclinati bracteis brevissimis lanceolatis tomentosus. Calycis lacinae lanceolatae acutae persistentes. Cor. alba, tubo longitudine calycis, limbi laciniis lanceolatis acutis tubo quadruplo longioribus. Squamae 5 longitudine tubi genitalia cingentes, basi glandulis 2, quas inter corpus cylindricum incurvatum. Filamenta basi in ramum carnosum coalita cui insident antherae 5 margine cohaerentes, lateribus appendice prolongata concava biloculari tubum cylindricum efformantes; tubercula 5 in medio vaginae pistillum obvestientis, cum antheris alternantia, medio sulcata, basi filis 2 brevissimis, quibus in medio suspensa corpuscula 2 acuminata supra punctum adhaesionis subtus in massam pollinis agglutinata efformata loculamenta antherarum vicinarum insinuata. Pistillum vaginam subcarnosam distinctam a tubo staminifero prominulo laciniis 2 subulatis. Germina 2 ovata; styli 2 cylindrici; stigmata obtusa vaginae pistilli subadhaerentia. *Vent. In Nova Hispania, St. Fe de Bogota. h.*

1092. LACHNOSTOMA.

L. tigrinum Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 199. t. 232.

Caulis volubilis ramis subangulatis, densissime fere ferrugineo-hirsutis pilis patentibus. Folia opposita petiolata elliptico-oblonga acuminata basi rotundata integerrima reticulato-venosa, nervo medio venisque primariis subtus prominentibus, membranacea, utrinque molliter pilosa, nervo venisque subtus ferrugineo-hirsutis, 4-5-poll., 2 poll. et paulo ultra lata. Petioli 9-10 lin., canaliculati, ferrugineo-hirsuti. Racemi umbellaeformes, interpetiolares, longe pedunculati, folio breviores, pedunculo 2 poll., ferrugineo-piloso. Flores gemini umbellato-approximati. Pedicelli pollicares, ferrugineo-hirsuti. Cal. hirsuto-pilosus, laciniis lanceolatis acutiusculis integerrimis planis aequalibus, tubum corollae aequantibus eique adpressis. Cor. externe hirtella, tubo superne ampliata, limbi laciniis ovato-oblongis subinaequilateris acutis integerrimis eleganter reticulato-maculatis fauce villosa. Corona ad basin tubo filamentorum adnata, foliolis cuneatis glabris, laciniis corollae alternantibus, lobis linearibus. Gynostemium inverse pistilliforme, tubum corollae paulo superans, parte attenuata tubo corollae adnatum. Filamenta connata, basi corollae inserta, ejusque tubo longitudinaliter adnata. Antherae biloculares conniventes glabrae. Massae pollinis 10 clavatae flavae, binae corpusculo stigmatis affixae, ad diversas antheras vicinas pertinentes. Ovaria lagenaeformia hinc pressione mu-

primendam esse *Juss. Ann. Mus. XV. p. 348.* GOTHOFREDAM ad *Oxy-petalum* spectare auctor est *Kunth in Humb. et Bonpl. nov. gen. et Spec. III. p. 197.*

tuâ plana, glabra. Styli elongati filiformes glabri. Stigma pentagonum, planiusculum aut concavum? muticum, angulis corpusculiferis; corpuscula ovato-deltaidea acuta submucronata fusca sulco longitudinali, basi utrinque processu brevissimo. Fructus? *Frope S. Fe de Bogota. h?*

1093. MACROSCEPIS.

M. obovata Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III, p. 201. t. 233.

Caulis volubilis ramis teretibus striatis hirsutis pilis patentibus. Folia opposita petiolata obovata breviter acuminata profunde cordata integerrima reticulato-venosa nervo medio subtus prominente, membranacea, supra adpresso-pilosa, subtus hirta in nervo medio ferrugineo-hirsuta, $3\frac{1}{4}$ — $3\frac{1}{2}$ poll., 2 poll. et paulo ultra lata. Petioli subsemipollicares ferrugineo-hirsuti. Pedunculi interpetiolares biflori solitarii hirsuti $3\frac{1}{4}$ lin. Flores pedicellis longitudine pedunculi hirsutis. Bracteae nonnullae (5), pedicellos involverantes eosque longitudine aequantes, lineari-lanceolatae, planae, integerrimae, hispido-pilosae. Cal. profunde 5-partitus, laciniis oblique ovatis, subacuminatis, reticulato-nervosis, integerrimis, membranaceis, margine piloso ciliatis, externe pilis nonnullis conspersis aequalibus patentibus, basi incumbentibus, corollam paulo superantibus. Bracteae ad basin calycis 3-5 lineari-lanceolatae, acuminatae, planae, membranaceae, hispido-pilosae, calyce parum breviores. Cor. glabra, tubo brevi, limbi laciniis suboblique ovatis obtusis aequalibus. Coronae squamae laciniis corollae alternae, interne subcucullato-concavae? Stamina tubo corollae inserta, laciniis corollae alternae. Filamenta brevissima connata, tubo corollae adhaerentia. Antherae abbreviatae crassae, membranâ inflexâ et stigmati incumbente diaphanâ margine undulatâ. Massae pollinis clavato-oblongae compressae superne curvatae cereaceae flavae, binae corpusculo stigmatis per processum apice affixae. Ovaria lagenaeformia, uti styli filiformes glabra. Stigma peltatum, quinquangulatum, subconcavum nudum. Corpuscula obcordata sulco longitudinali fusca utrinque processu brevi crasso. Fructus? Viva denuo examinanda. *Kunth. In littore Campechiano. h.*

1094. KANAHIA.

K. Hannah. ASCLEPIAS laxiflora; foliis planis lineari-lanceolatis, caule fruticoso, umbellis lateralibus solitariis, corollis hirsutis. Vahl Symb. I. p. 23. t. 7. Willd. Spec. I. p. 1267. Forsk. Descript. p. 51.

Frutex? erectus. Folia opposita plana nitida. Pedunculi axillares, laterales (interpetiolares) apice umbellati (fasciculatim multiflori pedicellis imbricatis, basi unibracteatis). Corolla intus hirsuta. Folliculi nec inflati, neque hispidi, sed striati subrugosi. Valde lactescens. *Forsk.* Caulis glaber articulatus crassitie pennae anserinae. Folia approximata basi in pe-

tiolum attenuata, glaberrima, avenia, supra in medio sulco longitudinali, subtus nervo elevato, 3 poll. Denticuli plurimi minuti setacei ad articulos verticillatim dispositi. Pedunculus interfoliaceus solitarius, folio dimidio brevior, umbelliferus, tandem racemosus. Umbella erecta multiflora involucreta, involucri foliolis subulatis inaequalibus. Pedicelli pollicares basi denticulis minutis numerosis deciduis inaequalibus. Calycis foliola lanceolato-acuminata. Corolla 5-fida plana extus glaberrima. Lacinae ovatae acutae. Folliculi 2 cylindrici utrinque angustati incurvi laeves. *Vahl.* In *Arabia felici.* *Forsk. h.* *Naper etiam in Abyssinia Salt.*

1095. DIPLOLEPIS.

D. *Menziesi.*

Unicam generis hujus speciem existere a clo. *Arch. Menzies* in *Chili* prope *Valparaizo* lectam, cujus vero neque nomen, neque descriptionem dedit cl. *R. Brown Mem. Wern. Soc.* I. p. 42. *ASOL. vomitoriam König MS.* convenire pluribus, polline imprimis, sed habitu et stigmatate obtuso differre *R. Brown l. c.*

1096. HOLOSTEMMA.

H. *Ada-Kodien.* *Rheed. Mal.* IX. p. 9. t. 7.

R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 43. de hac specie, cujus nomen specificum non adjecit, monet, descriptionem optimam a *Rheede l. c.* datam apprime convenire cum exemplari lecto a *Patr. Russell* in *Herb. Banks*, folia vero non esse, ut in icone, alterna, sed opposita in frutice volubili, *) glabra, lataque. Umbellae interpetiolares, subsessiles. Flores speciosi. In *India orientali.* *h.*

Obs. Descriptio *Rheedi* sequens. Radix albicans fibrosa intus lignosa insipida. Caules teretes virides nodosi, intus parum lignosi, lactei. Folia opposita decussata oblongo-rotunda, inferne latiora, anterieus rotundis oris in cuspidem contracta, mollia, lactea, lenia, subtus pallidiora nervosa, supra fusca. Petioli teretes, longi, tortuosi. Flores inodori plures congregati ex origine foliorum in nodulis, cyathiformes, pentapetali, cuspidati, rigidi, surrecti, viridi-flavescentes et albescentes atriâ rubrâ in medio versus cuspidem, exterius magis albicantes et ab utraque parte rubro limbulo circumdati. Stylus crassus, viridi flaves-cens, albicans, vertice angulis 5 acutis, cuspidibus 5 nigris. Calyx planus, foliis 5 in fundo arcibus rubris. Fructus oblongi, anterieus cuspidati, costulis 3 eminentibus. Semina oblongo-rotunda plana ru-bescentia, apice penicillo filamentorum argenteorum. *Rheede l. c.*

*) Vidimus in icone folia opposita alternaque.

1097. CYNANCHUM *)

A. *Corona staminea tubulosa, columnam includens, ore 5-10-fido. Laciniae 5, interiores antheris exterioribus oppositae et parallelae. Massae pollinis infra apicem insertae. Stigma apiculo semibifido. Folliculi cylindracei, divaricati. Caulis volubilis. Folia cordata:*

1. * *C. acutum*; foliis oblongo-ovatis cordatis acutis, corollae laciniis oblongis obtusis. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 44.* *C. caule volubili herbaceo, foliis cordato-oblongis glabris. Linn. Hort. Cliff. p. 79. Willd. Spec. I. p. 1254. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 177. Jacq. Misc. I. p. 16. t. 1. Schkuhr Handb. I. p. 166. t. 54. C. monspeliacum Brotero Fl. lusit. C. monspeliacum β . Lam. Enc. meth. I. p. 235. Periploca monspel., foliis acutioribus. Tournef, Inst. 93 Apocynum 3, latifol. Clus. Hist. 125. Trew Ehret. 44. t. 82.*

Umbellae vel potius cymae proliferae. *Willd.* „Foliorum latitudine admodum variat, ita quidem, ut in eadem planta longis sarmentis luxuriante inferiora sint cordato-ovata, superiora vero cordato-lanceolata. *C. sibiricum* caule volubili herbaceo, foliis auriculato-cordatis glabris *Willd. Act. Nov. Am. N. C. Berol. 1799. t. 6. f. 2. (Pers. Syn. I. p. 273.)* huc referendum esse, nec a *C. acuto* *Linn.* mihi differre videtur.“ *Marsch. a Bieb. l. c.* Anne hoc illud idem, quod in *Cat. Hort. Gorenk. C. acutum volgense* dicitur? *In Sicilia, Archipelago Hispania, Astrachan, in Tauria* perfrequens. 4.

Obs. C. sibiricum Willd., cui „caulis teres laevis glabriusculus, folia inferiora alterna, ramea opposita, petiolata auriculato-cordata acuminata integerrima venosa glabra, lobis ad basin rotundatis, petioli longi canaliculati glabriusculi, umbellae pedunculatae 10 florum axillares. Cor. rubicunda petalis lineari-lanceolatis“ (*Willd. l. c. p. 125*) ab ipso *elo. Willd. monspeliaco* proximum dicitur, et olim confusum fuisse cum *erecto*. — *C. acutum* non nisi auctoritate d. *Sauvages*, quam sequi veretur *els. Decandolle*, (dubitans an re verà diversum a *monspeliaco*) circa *Monspelim* dicitur provenire.

2. *C. excelsum Desfont.*; caule volubili, foliis glabris cordato-lanceolatis, capsulis longis angustis acutis. *Desfont. Fl. Atlant. I. p. 212. Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 428.*

Foliis *acuto* simile. Caules graciles teretes glabri ramosi plurimum pedum; folia glauca petiolata integerrima acuta, 1-2 poll. Fol.

*) Plantae perennes vel suffrutices ut plurimum volubiles. Folia opposita. Umbellae interpetiolares. A gradu 59° lat. bor. ad 32°-um merid. Sectiones generis hujus genera fors propria constituere *R. Brown l. c.*

liculi 2 angusti planiusculi acutissimi, 6-7 poll. Semina pappo candidissimo. *Poir.* In littoris *Barbariae* sylvis circa *Tozzer.* 4.

3. * *C. monspeliacum*; foliis reniformibus, apice coarctato semi-lanceolato, laciniis corollae lanceolatis obtusiusculis. *R. Brown Mem. Wern. Soc.* 1. p. 44. *C.* caule volubili herbaceo, foliis reniformi-cordatis acutis glabris. *Willd. Spec.* 1. p. 157. *Lam. Enc. meth.* 1. p. 235.

Decand. Fl. franc. III. p. 667. *Cavan. Icon.* 1. p. 44. t. 60. *Jacq. Collect.* IV. p. 106. *Ic. II. t. 340.* *St. Hilaire* 35. t. 6.

Periploca monspeliaca, foliis rotundioribus. *Tournef. Inst.* p. 93. *Apocyn.* 4. *Scamonea valentina* *Clus. Hist.* 1. p. 126.

Cl. Brown 1. e. dubitat utrum distinctum ab *acuto*. Caulis sarmentosus, scandens, lactescens; folia petiolata, rotundato-cordata subacuta, subvenosa. Flores albidi axillares in pedunculis ramosis, laciniis corollae oblongis angustis patentissimis. *Decand. l. c.* Flores carnei; vagina germen circumdans dividitur superne in 5 bracteas albas intus basi bisaccatas et apicibus stigmati incumbentes. *Jacq. In Italiae, Galliae meridionalis et Hispaniae, Graeciae maritimis.* h.

4. *C. chinense* *R. Brown*; foliis ovatis cordatis, acumine brevi, laciniis corollae lanceolato-linearibus acutis, coronae laciniis 5 exterioribus compresso-filiformibus integris. *R. Brown Mem. Wern. Soc.* 1. p. 44

In *Chinae Provincia Peckelej Baro G. Staunton. Herb. Banks.*

B. *Corona staminea tubulosa columnam includens, ore 5-10-fido, carinis decem interioribus simplicibus vel in lacinulas supra productis. Massae pollinis infra apicem insertae; Stigma apiculo emarginato. Folliculi ventricosi, angulati, patentes. Caulis volubilis. Folia cordata.*

5. *C. Brownianum*; pedunculo communi foliis glabriusculis longiore, axillis diphyllis, carinis interioribus coronae in lacinulas productis. *C. pedunculatum* *R. Brown Mem. Werner. Soc.* 1. p. 45. *Prodr. nov. Holl.* 1. p. 463.

In *nova Hollandia tropica.* Nomen mutandum erat ob consonum antiquius *pedunculare* *Lam.*

6. *C. floribundum* *R. Brown*; pedunculo communi foliis acuminatis glaberrimis brevioribus, axillis aphyllis, carinis interioribus coronae in lacinulas productis. *R. Brown Mem. Werner. Soc.* 1. p. 45. *Prodr. nov. Holl.* 1. p. 463.

In *nov. Holland. extra tropicum.*

7. *C. erubescens* *R. Brown*; carinis interioribus coro-

nae 10-fidae corollâ brevioris simplicibus, pedunculo communi petiolum aequante, foliis acutis, axillis subdiphyllis ramulis floribusque extus tenuissime pubescentibus. *R. Brown l. c. p. 45. Prodr. nov. Holl. I. p. 463.*

In nov. Hollandia tropica detectum ab ill. Banks.

8. *C. pauciflorum R. Brown*; carinis interioribus coronae 5-fidae corollam aequantis simplicibus, pedunculo communi petiolo brevioris ramulis floribusque glabris. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 45.* *PERIPLOCA tunicata* floribus umbellatis, foliis cordatis. *Retz Obs. II. p. 15.* *P. foliis oblongis cordatis acuminatis, flor. umbell. Willd. phyt. I. p. 7. n. 23. t. 5. f. 3.* *Willd. Spec. I. p. 1252.*

Caulis volubilis teres sulcatus glaber. Folia opposita acuta venosa utrinque glabra integerrima. Petioli longi sulcati, glabra basi connati et nodum formantes. Stipulae caducae binae cordatae subrotundae petiolatae. Flores parvi glabri. Umbella longe pedunculata, 4-vel 5-flora. Calyx 5-partitus; laciniis lineari-subulatis. Corolla 5-partita, externe viridis; laciniis lanceolatis acutis. Nectarium externum campanulatum, corollâ paulo brevius, 15-dentatum: dentibus inaequalibus: binis minoribus geminatis cum majori alternantibus. Nectaria interna sacculiformia, 5-geminata, laminis cordatis erectis connata. Stamina inter nectaria sacculiformia more *Asclepiadam*. Stigma ut in reliquis cucullatum, plicatum oblongum. Germina bina oblonga acuminata divaricata. Folliculi lanceolati teretes geminati. *Willd. In Tranquebaria.*

9. *C. Bonplandiannum*; ramis lineâ puberulâ notatis, foliis lanceolatis acuminatis glabris; umbellis subsessilibus; calyce puberulo; coronâ decemlobâ; stigmate conico convexo emarginato. *C. lanceolatum Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. III. p. 203. n. 3.*

Caulis volubilis ramosissimus, ramis oppositis altero saepe oblitterato, teretibus, glabris. Folia opposita petiolata basi acutiuscula integerrima, venosa membranacea 15-21 lin. long., 2-2 1/2 lin. lata. Petioli lin. longi puberuli. Umbellae interpetiolares 7-10-florae. Flores minuti magnitudine *CHENOPODII albi*, pedunculis 1 1/2 lin., puberulis. Cal. 5-partitus, laciniis oblongis acutiusculis, corollâ quadruplo brevioribus. Cor. rotata, quinquepartita, alba? glabra, laciniis ovatis, parum obliquis, acutiusculis, patentibus, aequalibus. Corona tubo brevissimo filamentorum inserta, urceolata, gynostemium includens ipsoque paulo longior, plicata?, lobis alternis longioribus cum laciniis corollae alternantibus sublanceolatis. Antherae terminatae membranâ ovatâ, apice rotundatâ, stigmati incumbente. Massae pollinis compressae et corpuscula prorsus ut in *microphylo*. Fructus? *Kanth. In nova Andalusia? h?*

Obs. Nomen mutandum erat, cum jam sit *lanceolatum Poiret*, quod confer.

10. *C. mucronatum* Humb. et Bonpl.; ramis bifariam pubescentibus; foliis oblongis cuspidato-mucronatis basi acutis glabris; umbellis subsessilibus; calyce glabro; coronâ quinquepartitâ, laciniis ovatis, apice ligulatis; stigmatе tuberculo emarginato aucto. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 204. n. 4. t. 335.

Caulis fruticosus volubilis ramosissimus, ramis striatis subangulatis, pilis recurvatis. Folia opposita petiolata apice rotundata et cuspidato-mucronata, basi angustata, integerrima; venosa; nervo medio subtus prominente, subtus pallidiora, 8-9 lin.; 5-4 lin. lata. Petioli 2-3 lin. longi, interne canaliculati et pubescentes. Umbellae interpetiolares, brevissime pedunculatae, 5-7-florae, folio duplo breviores. Pedicelli 3 lin. longi, glabri. Cal. 5-partitus, laciniis oblongis acutis aequalibus corollâ multo brevioribus. Cor. subrotata, quinquepartita, alba glabra, laciniis oblique oblongis acutis aequalibus patentibus nervo viridi. Corona tubo filamentorum inserta, profunde 5-partita, subpentaphylla, gynostemium superans, laciniis inferne subovatis, superne valde angustatis, planis, diaphanis glabris aequalibus cum laciniis corollae alternantibus patentibus. Gynostemium abbreviatum. Filamentorum tubus brevissimus. Antherae membranâ diaphanâ ovatâ obtusâ stigmati incumbente. Massae pollinis pendulae oblongo-cylindræe, flavae. Ovaria lagenaeformia approximata glabra. Styli glabri. Corpuscula elliptica minutissima obtusa fusca. Fructus? Kunth. In declivitate montis Avilae. h.

11. *C. microphyllum* Humb. et Bonpl.; ramis bifariam pubescentibus, foliis ovatis mucronato-acutis basi rotundatis glabris, floribus solitariis (binis, ternis) quaternis, calyce glabro, coronâ quinquepartitâ, laciniis emarginato-bidentatis; stigmatе tuberculo? emarginato terminato. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth, III. p. 204. n. 5. t. 204.

Caulis fruticosus dextrorsum volubilis lactescens, ramis oppositis geminatis secundis ramulisque subangularibus? Folia minutissima opposita breviter petiolata ovata integerrima avenia nervo medio subtus prominente, subtus pallidiora, 1 1/2 lin. longa. Petioli glabri, ciliis interpetiolaribus. Flores interpetiolares, pedunculis 1-1 1/2 lin., glabriusculis. Cal. 5-partitus, laciniis ovatis acutis, corollâ quadruplo brevioribus. Cor. rotata, 5-partita, alba, glabra, laciniis oblique ovatis acutis aequalibus patentibus. Corona tubo brevissimo filamentorum inserta profunde 5-partita glabra membranacea, gynostemium paulo superans, laciniis oblongis concavis apice emarginato-bidentatis, cum laciniis corollae alternantibus. Gynostemium abbreviatum. Antherae apice membranâ ovato-orbiculatâ obtusâ stigmati incumbente. Massae pollinis pendulae clavatae, inferne angustatae et geniculato-inflexae, flavae, compressae? Ovaria lagenaeformia glabra, uti Styli. Stigma pentagonum. Corpuscula oblonga fusca. Fructus? Kunth. In frigidis prope urbem Parto. h.

12. *C. serpyllifolium* Humb. et Bonpl.; ramis hinc lineâ pubescente notatis, foliis ovato-oblongis acuminatis basi rotundatis subciliatis; umbellis sessilibus; calyce pilosiusculo, coronâ quinquepartitâ, laciniis apice bifidis, stigmatе convexo, emarginato? Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 205. n. 6.

Simillima *microphylo*, diversum praesertim foliis floribusque multo majoribus, umbellatis atque structurâ coronae et gynostemii. Caulis ramosissimus, ramis oppositis geminatis teretiuseulis. Folia obsolete venosa, 4-9 lin. 2 1/2 lin. lata. Petioli 1-2 lin., canaliculati, interne pubescentes. Umbellae 8-10-florae. Flores magnitudine SOLANI nigri, pedunculo 2 lin. longo, piloso. Calycis lacinae acuminatae, corollâ triplo breviores patulae. Cor. campanulata, profunde 5-fida, alba, laciniis ovato-oblongis vix obliquis. Corona basi tubi filamentorum inserta, laciniis obtusis concavis? lobis approximatis. Gynostemium corollâ duplo brevius, subclavatum, inverse pistilliforme. Filamenta elongata antherâ duplo longiora, in tubum cylindraccum connata glabra nuda. Ovaria 2 lagenaeformia glabra valde approximata. Styli elongati, glabri. Stigma pentagonum, convexum. Reliqua ut in *microphylo*. Kunth. In umbrosis juxta Quito et in declivitate montis Pichinchinae, alt. 1600 Org. h.

C. Corona staminea tubulosa, columnam includens, ore 5-10-fido, laciniis carinisve interioribus nullis. Massae pollinis saepius apice affixae. Stigma apiculo bifido. Caulis volubilis. Folia subcordata.

13. *C. pilosum* R. Brown; foliis ovatis acutiusculis calycibusque pilosis, coronâ decemfidâ longitudine corollae. R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 46. PERIPLOCA africana floribus interne hirsutis, corymbo terminali, foliis ovato-ellipticis acutis. Willd. Enum. H. Berol. I. p. 276. P. foliis ovatis acutis, floribus corymbosis, caule hirsuto. Willd. Spec. I. p. 1251. Poir. Enc. meth. V. p. 190. P. caule volubili, fol. ovatis hirsutis. Thunb. Prodr. I. p. 47. Fl. Cap. II. p. 152. P. fol. ovatis mucronatis utrinque pubescentibus, corymbis multifloris, longe pedunculatis, caule hirsuto. Roth nov. Pl. Spec. MS. Andrews Repos. t. 557. Jacq. Misc. I. p. 13. t. 1. f. 3. Commelyn. rar. t. 18. Plukn. Almag. 37. t. 137. f. 4. Moris. Hist. III. p. 611. f. 15. t. 3. f. 62. β. CYNANCH. fol. planis sinuatis, flore pallide viridi, fructu crasso glabro viridi. Burm. Afric. t. 14. f. 2.

Tota planta hirsuta. Caulis filiformis ramosus. Rami similes oppositi valde flexuosi. Folia petiolata cordato-ovata acuta integra patula. Petiolus folio brevior. Flores umbellati. Umbellae axillares pedunculatae multiflorae patenti-pendulae. Corolla alba. Thunb. In β. folia crassa ovata obtusa apice mucrone

parvo; flores pallide virentes. *In Promont. b. Spei, vulgaris in collibus infra montem urbis Kap. b.*

Obs. *Commelyni* figuram laudat *cls. Roth*, *Plukeneti* vero minus quadrare monet ob folia cordata, qualia tamen etiam in descriptione *Thunbergiana*. Abludit etiam descriptione *Thunbergiana* illa *Poireti l. c.*, cui „caules lignosi teretes scandentes albidii subtomentosi, juniores villosi; folia ovata, subinde utrinque acuta, et tunc similia *Vincæ*, vel apice latiora, rotundata, mucronata, crassa, coriacea, subtus glauca, submarginata, saltem sicca. Corymbi axillares subumbellati vix petiolis duplo longiores. Cal. brevis, dentibus 5 obtusis pedicellisque villosus. Cor. subvirescens, tubo longitudine calycis, limbi laciniis 5 ovatis acutiusculis. Folliculi ventricosi elongati.“

14. *C. Heyneanum*; foliis ovalibus, mucronatis, basi cum petiolis ciliatis, subtus discoloribus reticulatis, umbellis paucifloris, longitudine petiolorum, caule glabro. *PERIPLOCA reticulata Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Proxime accedit ad *PERIPL. africanam*, at foliis cum caule glabris, basi ciliatis et umbellâ minore, brevius pedunculatâ distinguenda. *H. in India orientali. B. Heyne.*

15. * *C. crassifolium R. Brown*; foliis ovatis subcordatis obtusis, cum mucronulo carnosus calycibusque glabris, coronâ decemfidâ longitudine corollae. *R. Brown Mem. Werner. Soc. l. p. 46.* *C. obtusifolium* caule volubili herbaceo, fol. oblongis apice rotundatis cum acumine, umbellis lateralibus *Linn. Suppl. 169?* *Willd. Spec. l. p. 1253?* *C. caule volubili herbaceo, foliis subrotundis glabris. Thunb. Prodr. l. p. 46. Fl. Cap. II. p. 159?*

Folia subrotundo-elliptica rotundato-obtusa mucronata. Flores virides umbellati. *Willd.* Caulis teres simplex. Folia petiolata basi rotundata ovata obtusa cum acumine integra pollicaria. Petioli foliis paulo breviores. Flores umbellati. Umbellae axillares pedunculatae cernuae. Pedunculi breves. Pedicelli longitudine pedunculi; 4 vel plures. Perianthium 1-phyl- lum erectum glabrum, corolla triplo brevius, profunde 5-partitum: lacinae ovatae. Corolla III (sic!) petala campanulata viridis glabra, profunde 5-partita: lacinae ovatae. Nectarium cylindricum album extra stamina, corollâ brevius profunde 5-partitum dentatum. *Thunb.* *In Promont. b. Spei sylvis variis Thunb.; specimina R. Brown ex Africa australi in Herb. Banks. An potius RUSCUS? quaerit cls. Lichtenstein, qui in sylvis montosis prope Zwellendam, Baviaan- draan.*

Obs. Neque ex descriptione ill. *Thunberg* liquet, utrum *C. obtusifolium*, caule herbaceo glabro volubili, foliis oblongo-ellipticis, apice obtusis cum acumine, umbellis pedunculatis lateralibus *Lam. Enc. meth. II. p. 236.*, ad quod cum? citat *C. obtusifolium Linn.*, idem sit cum planta *Linnaeana*. Planta eli. *Lamarck* tota glabra, caules teretes, graciles, 1 1/2 ped.; folia opposita, petiolata, utrinque glabra, subtus parum

nervosa, pollicem et parum ultra lata. Umbella floribus 12-15 parvis pedicellis inaequalibus. *In Promont. b. Spei. Sonnerat.*

16. * *C. capense* *R. Brown*; foliis ovatis cordatis obtusis cum mucronulo caulibusque glabris, calycibus pubescentibus, coronâ 5-fidâ corollâ duplo brevior. *R. Brown Mem. Vern. Soc. I. p. 46.* *C. caule volubili undique conformi, foliis subcordato-ovatis, pedunculis multifloris Linn. Suppl. 168.?* *Willd. Spec. I. p. 1253.?* *C. caul. volub. herb., foliis ovatis glabris, umbellis glabris. Thunb. Prodr. 47. Fl. Cap. II. p. 159.*

Caulis altus volubilis, vix pubescens, superne laevis, minime suberosus. Folia opposita petiolata mucronata, juniora ovata, adultiora emarginata cum mucrone. Pedunculi axillares foliis breviores denticulati, simplices. Pedicelli alterni capillares pedunculo longiores. Cal. brevissimus. *Linn.* Caulis basi decumbens teres totus glaber, pedalis et ultra. Rami alterni secundi volubiles. Folia petiolata acuminata integra unguicularia vel paulo ultra, inaequalia, patentia. *Thunb. In Promont. b. Spei.*

D. *Corona staminea tubulosa, columnam includens, ore infido, intus laciniis carinisve nullis. Massae pollinis apice affixae. Stigma apiculo integro. Caulis erectus.*

17. *C. roseum* *R. Brown*; foliis lanceolato-linearibus undulatis glabriusculis, pedicellis calycibusque pilosis. *R. Brown Mem. Vern. Soc. I. p. 47.* *Asclepias foliis ex lineari-lanceolatis, floribus umbellatis, umbellis alternis erectis, caule erecto. Gmel. Sib. IV. p. 78. t. 42.* *ASCLEPIAS davurica fol. linearibus subulatis piloso-ciliatis oppositis, umbellis pedunculatis axillaribus, calycibus pilosis. Willd. Spec. I. p. 1272.?*

„Satis distincta a *sibirica*, foliis multoties brevioribus et angustioribus ciliatis, floribus umbellatis magnitudine fere *ASCLEPIADIS syriacae*.“ *Willd. Rad. dodrantalis, digitum crassa, dulcis, repens. Caules erecti simplices vel ramosi, pedales et cubitales. Flores eleganter purpurei. Gmel. In Davuria Willd. ad Angaram in rupibus Steller. 4.*

E. *Corona scutelliformis carnosâ 5-10-loba, intus simplex. Massae pollinis infra apicem affixae. Stigma apiculo brevissimo integro. Folliculi laeves. Caules erectiusculi.*

18. * *C. Vincetoxicum* *R. Brown*; caule erecto, corollis imberbibus, pedicellis umbellae simplicis pedunculo communi triplo longioribus, coronâ quinquelobâ. *R. Brown Mem. Vern. Soc. I. p. 47.* *Pers. Syn. I. p. 274. n. 37.* *ASCLEPIAS Vincetoxicum foliis ovatis acuminatis*

margine tenuissime ciliatis, caule erecto, umbellis proliferis.
Willd. Spec. 1. p. 1268. *Ludw. Ectyp. t. 25.*
Kniph. Cent. 3. n. 15. *Fl. Dan. t. 849.* *Sturm*
Fl. Germ. Fasc. IX. *Hayne term. b. t. 42. f. 3.*
Schkuhr Handb. t. 55. *Plenck off. t. 154.* *St.*
Hilaire 21. t. 6. *Bull. Herb. t. 96.* *ASCLEPIAS*
alba Mill. Dict. n. 1. Icon t. 53 *VINCETOXICUM officinale*
Mönch Meth. p. 317. *Hall. Helv. n. 571* *β. ASCL.*
lutea Mill. Dict. (fide Hort. Kew. edit. 2. II. p. 77.) *γ.*
 minus.

Rad. cylindrica, repens. Caulis 1-3-ped., erectus teres, lineâ
 utrinque longitudinali pubescente. Folia cordato ovata glabra.
 Flores corymboso-umbellati, subnutantes. Corollae albae,
 laciniis patentibus. Semina lanâ sericeâ nitidâ niveâ. Ludit
 foliis quaternis. Varietatem γ , culturâ persistentem, omnibus
 partibus duplo minorem, caeterum vix distinctam, observavi-
 mus per annos plures. *In glareosis Europae, praeter Mag-*
nam Britanniam, ubi exul. 4.

19. *C. medium* *R. Brown*; caule superne volubili,
 corollis imberbibus, pedicellis umbellae, saepe divisae, pe-
 dunculo communi vix longioribus, coronâ quinquelobâ. *R.*
Brown Mem. Wern. Soc. 1. p. 48. *ASCL. media Hortor.*

Nigro proximum.
Patria?

Ex H. reg. paris. in Herb. Banks.

20. *C. ? villosum*; foliis oppositis ovato-oblongis subtus
 villosis undulatis, inferioribus cordatis, umbellis solitariis
 erectis, corollis barbatis. *ASCL. villosa Willd. Enum. H.*
Berol. 1. p. 278. *Balb. Misc. 15. t. 4.*

Habitat?

21. * *C. nigrum* *R. Brown*; caule superne volubili,
 corollis barbatis, pedicellis umbellae simplicis pedunculo
 communi vix longioribus, coronâ semidecemfidâ. *R. Brown*
Mem. Werner. Soc. 1. p. 48. *Mers. Syn. 1. p. 274.*
n. 38.

ASCLEPIAS nigra; fol. ovatis basi barbatis, caule
 superne subvolubili. *Willd. Spec. 1. p. 1269.* *A. fol.*
ovato-lanceolatis acuminatis margine tenuissime ciliatis, caule
superne subvolubili, umbellis simplicibus *Willd. Enum.*
H. Berol. p. 278. *Camerar. Epitom. 560.*

Caulis nonnisi in fertioribus apice volubilis; folia angustiora
 quam in *Vincetoxico*, corymbi pauperiores, pedicelli brevio-
 res, flores fusco-rubri. *In Gallia meridionali, Mon-*
speli, etiam in Bohemia fide Comit. de Sternberg et Dr.
Nowodworsky. 4.

Obs. *Cls. Zeyher Catal. Schwetzing. 1818 A. nigram synonymam di-*
cit eam CYNANCHO barbato Linn. Suppl. nobis ignoto.

F. *Corona profunde 5-fida, laciniis simplicibus. Massae pollinis infra apicem affixae. Stigma papillâ emarginatâ. Folliculi ventricosi.*

22. * *C. sibiricum R. Brown; foliis lanceolato-linearibus oppositis ternisque, caule decumbente. R. Brown Mem. Werqer. Soc. I. p. 48. ASCLEPIAS sibirica fol. revolutis lineari-lanceolatis oppositis ternisque, caule decumbente. Gmel. Sibir. IV. p. 77. n. 21. Willd. Spec. I. p. 1272. Murr. Comm. gott. 1779. p. 23. t. 7.*

Vix hujus generis videtur clo. *Brown.* „Tomento tenello albidâ, tota succo albo turgens. Rad. repens; Caulis adscendens teres spithamaeus, calamum frumenti circiter crassus, jam a basi ramosus, ramis patentibus, ultra altitudinem elongatis, sparsim ab omni latere emergentibus, iisque vel ternis vel oppositis vel solitariis, divisus in ramulos simili irregularitate. Folia numerosa majora lineari lanceolata, minora linearia margine revoluta, avenia praeter costam intermediam, terna, raro quaterna, vel sparsa, ut tamen pleraque horum subopposita sint. Racemi bifidi, ad latus axillae oblique in summo caule et in ramis surgentes, vel simplices et solitarii vel compositi, duplices triplicesque. Pedunculo communi brevi crasso pubescente subangulato. Pedicellis exilibus teretibus, initio erectis dein reflexis, albicantibus. Bracteae exiguae setaceae adpressae ad exortum pedicellorum. Calyx 5-partitus, laciniis lineari subulatis. Corolla 5-petala, patens, adultior contorta viridi-alba, odoris suaveolentis ut in floribus Tiliae. Nectarium corollâ quadruplo brevius dentatum dentibus quinque lanceolatis absque corniculo, totidemque sinibus interjectis melliferis. *Murray. In Sibiria et China. 4.*

23. *C. foetidum Humb. et Bonpl.; foliis ovatis acuminatis cordatis glabris, racemis pedunculatis; calyce puberulo; coronâ 5-partitâ; laciniis trilobis, lobo medio elongato; stigmatate nudo. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 202. ASCLEPIAS foetida f. o-c. a., caule volubili tereti, floribus racemosis seu umbellis proliferis. Cavan. Icon, II. p. 45. t. 158. Willd. Spec. I. p. 1269. Descripc. p. 135.*

Caulis lignosus geniculatus 4-ped.; rami alterni; folia subtus glauca, 2 poll., petiolis longiora. Flores laterales viridi-flavi, pessimi odoris. Cal. parvus, laciniis 5 acutis rufescentibus. Cor. laciniis linearibus reflexis, cornicula recta albida. *Cavan.* Rami striati glabri, rami puberuli. Folia opposita petiolata integerrima reticulato-venosa, nervo venisque primariis subtus prominentibus, membranacea glabra subtus pallidiora, 20-22 lin., 10-12 lin. lata. Petioli canaliculati, subciliati, 8-10 lin. Racemi interpetiolares solitarii pedunculati folium aequantes. Pedunculi 8-10 lin., hinc glabri, inde pubescentes. Flores gemini alterni pedicellati, inferiores distantes, magnitudine SOLANI nigri; pedicelli 3 lin. rhachisque pubescentes. Cal. pu-

berulus laciniis oblongis obtusis planis, corollâ sextuplo brevioribus. Cor. campanulato-rotata, alba? glabra, laciniis oblongis parum obliquis obtusis aequalibus. Corona basi columnae filamentorum inserta, basi urceolata, profunde 5-partita, membranacea, glabra, corollam subaequans, laciniis ovatis trilobis, lobo intermedio elongato acutiusculo, lateralibus abbreviatis, obtusis. Gynostemium abbreviatum, corollâ triplo brevius. Filamenta brevissima membranacea connata. Antherae apice membranaceae, membranâ diaphanâ rotundatâ stigmati incumbente. Massae pollinis pendulae, ventricose-oblongae, (nec compressae), infra apicem stipiti brevi crassiusculo affixae flavae. Filamenta nulla. Ovaria 2 lagenaeformia, glabra. Styli elongati glabri. Stigma pentagonum, convexum, nudum. Corpuscula oblonga obtusa fusca bipartibilia. Fructus? *In Mexico prope Queretaro. h. Cav. h? Kunth.*

Obs. Kunth sine dubio huc ASCLEP. foetidam Cav. CYNANCHUM racemosum Jacq. vero cum? duxit.

24. *C. fimbriatum Humb. et Bonpl.;* foliis ovatis subacuminatis cordatis supra pilosiusculis subtus puberulis, umbellis sessilibus, calyce piloso, coronâ quinquefidâ sinibus ciliato-fimbriatis, laciniis bidentatis, stigmati capitulifero. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 203. n. 2. t. 234.*

Volubilis lactescens, ramis teretibus striatis pilosis. Folia opposita longe petiolata integerrima reticulato-venosa membranacea, supra pilis raris conspersa, subtus puberula et pallidiora, 30-32 lin. 20-21 lata. Petioli 1 1/2 poll., pilosi. Umbellae interpetiolares, solitariae, sessiles, 10-15 florum, petiolo duplo triplo breviores. Pedunculi 2-3 lin., pilosi. Cal. laciniis oblongis acutis aequalibus patulis, corollâ quadruplo brevioribus. Cor. subcampanulata alba (fauce rubra *Bonpl.*) glabra, tubo brevissimo, limbo quinquepartito, laciniis oblongis, vix obliquis obtusis aequalibus patulis. Corona summo filamentorum tubo inserta basique corollae adhaerens, monophylla, basi urceolata membranacea rubra? glabra, laciniis linearibus erectis cum laciniis corollae alternantibus eaque quadruplo-quin-tuplo brevioribus, dentibus acuminatis divergentibus. Filamenta brevissima connata, tubo corollae adnata? apice exteriori foveâ instructa. Antherae glabrae membranâ ovatâ obtusâ diaphanâ. Massae pollinis pendulae ovatae apice attenuatae infra apicem affixae compressae ceraceae flavae. Ovaria ovato-lagenaeformia hinc plana approximata glabra. Styli breves, glabri. Stigma pentagonum concavum medio apiculatum apiculo elongato, apice capitato-incrassato et carunculis minutis clavatis dense obsito, coronam aequante, angulis stigmatis corpusculiferis. Corpuscula oblonga obtusa fusca sulco longitudinali, basi processibus duabus linearibus, membranaceis. An vere hujus generis? *Kunth. In umbrosis prope Cumana. 4?*

25. *C. Humboldtianum;* caulibus suberosis, foliis oblongis utrinque acutis submucronatis glabris, umbellis sessilibus,

calyce subpuberulo, coronâ quinquepartitâ laciniis lineari-filiformibus, stigmatе convexo. *C. suberosum* Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 205.

Caulis ramosissimus volubilis teres, cortice suberoso longitudinaliter rimoso albido, ramis oppositis filiformibus teretibus laevibus glabris, ramulis bifariam pubescentibus, pilis recurvatis. Folia opposita integerrima venosa membranacea glabra, 9-11 lin., 4 lin. lata. Petioli 2 lin. longi, interne canaliculati, pubescentes. Umbellae interpetiolaris pauciflorae petiolum paulo superantes. Flores magnitudine lanceolati, pedicellis lineam longis capillaceis glabriusculis. Cal. 5-partitus, corollâ quadruplo brevior, laciniis oblongis acutiusculis. Cor. campanulata glabriuscula 5-fida, laciniis suboblique oblongis acutiusculis. Corona basi tubi filamentorum inserta, ? profunde 5-partita, laciniis corollam subaequantibus, antheris oppositis. Gynostemium prorsus ut in *serpyllifolio*, elongatum, corollâ brevius. Filamenta antheris triplo longiora. Antherae membranâ glabrae. Massae clavatae pendulae compressae? Styli elongati? Stigma integrum. Fructus? *Prope Cumana*. b.

Obs. Cum sit antiquissimum, ubique notum CYNANCH. *suberosum* Linn. (nunc GONOLOBUS), et nomina Linnaeana servanda, nomen auctoris hic mutavimus, nostrum ab illo ipso mutuando.

Dubia.*)

26. * *C. tenellum*; caule herbaceo subvolubili, foliis ovato-oblongis. Linn. *Suppl.* p. 168. Willd. *Spec.* I. p. 1253.

Caulis filiformis ramis alternis. Folia opposita petiolata ovata oblongiuscula laevia, magnitudine *Alsines*, mucronata. Umbellae laterales irregulares foliis breviores sessiles. Flores magnitudine *Galii*. Folliculi 2 subulati longitudine digiti Linn. *In Nova Granada. Mutis.*

27. * *C. crispum* Thunb.; caule erecto, foliis lanceolatis crispis, floribus lateralibus. Thunb. *Prodr.* I. p. 46. *Fl. Cap.* II. p. 158. Willd. *Spec.* I. p. 1253. Jacq. *Fragm.* p. 31. t. 36. f. 5.

Caulis herbaceus simplex pubescens vix 2 poll. Folia attenuata in petiolos acuta undulata patula pilosa unguicularia. Flores ex axillis foliorum pauci vel plures subverticillati pedunculati. Pedunculi foliis duplo breviores capillares pilosi. Perianthium 1-phyllum erectum brevissimum ad basin fere 5-partitum: lacinae lineari-lanceolatae, pilosae; corollâ multoties breviores. Corolla 1-petala flavo-albida subcampanulata 5-partita: lacinae ovatae productae in apicem filiformem, purpureum, corol-

*) Harum et sequentium specierum ad finem usque generis nulla apud clem. Brown, nec apud alios systematicos mentio plerarumque hic adductarum.

lae totius longitudine. Nectarium cylindricum intra Corollam germini insertum album monophyllum multidentatum. *Thunb. Ad Promont. b. Spei, in Swartland, inque Karro-raris-simum.*

Obs. Descriptio a clo *Jacquin l. c.* data haud ita bene convenit cum illa *Thunberg.* „Radices tuberosae carnosae pedales. Caules plures debiles ramosi, lignosi subvillosi 2-ped.; folia subpetiolata rigida lucida obtusa integerrima pollicaria margine villosiuscula; pedunculi breves laterales, saepe gemini uniflori; flores odori; calyces subvillosi laciniis ovatis acutis; corolla virens appendice albâ campanulatâ, laciniis linearibus obtusis.“ *Jacq.*

28. * *C. filiforme*; caule erecto simplicissimo, foliis planis linearibus, floribus verticillatis axillaribus. *Linna. Suppl. p. 169.* *Thunb. Prodr. I. p. 46. Fl. Cap. II. p. 157.* *Willd. Spec. I. p. 1253.* *C. verticillare Lam. Enc. meth. II. p. 237.*

Caulis teres apice filiformis simplex pilosus pedalis. Folia sessilia acuta integra tenuissime pilosa erecta pollicaria vel paulo longiora, internodiis breviora. Umbellae hirsutae. Nectarium cylindricum inter corollam et stamina germini insertum, 1-phyllum, erectum, corollâ brevius, lutescens, dentibus 5 acutis. Folliculus lineari-oblongus glaber digitalis. *Thunb. Ad Promont. b. Spei, in Krum-rivier, in collibus infra montes.*

29. *C. reticulatum Retz*; caule volubili inferne suberoso rimoso, foliis ovatis acuminatis glabris planis, umbellis axillaribus. *Retz Obs. II. p. 15.* *Willd. Spec. I. p. 1258.*

Folliculi ovati laeves. *Willd. Confer C. inodorum Lour. In India orientali. h.*

30. *C. longiflorum Jacq.*; caule volubili; foliis obovato-oblongis, villosis; floribus umbellatis. *Jacq. Amer. 85. T. 59.*

Lactescens. Caules teretes, pilosi, arbores ad 15 ped. scandentes. Folia basi cordata integerrima acuta crassiuscula, venis nervisque pilosis, 1/2 ped., petiolis donata brevibus pilosisque. Umbellae laterales solitariae, ut plurimum 7-florae; pedunculo communi piloso crasso tereti longitudine petioli; involuero polyphylo inaequali. Flores inodori inamoeni 2 poll., calycibus e virenti pallidis; petalis externe pallentibus interne fuliginosis pilisque argenteis numerosis vestitis. Flos unus alterve in umbella jam in principio ante explicationem saepe, cum pedunculo proprio abortivum, cujus remanet cicatrix. Calyx 5-phyllus, foliolis lanceolatis planis acuminatis erectis laxis coloratis. Corolla 1-petala longissima. Tubus erectus calyce duplo longior, interne omnium pilosissimus, a basi ad usque calycis altitudinem paulo amplior et obsolete 5-gonus, supra calycem subteres et ex oblongo infundibuliformis. Limbus 5-fidus; laciniis lanceolatis planis acutis externe pilosis reflexis tubo tripto brevioribus. Nectarium duplicaturae adinstar adnatum toti parieti interiori baseos 5-goni petali, ad cujus

finem introrsum a corolla secedit in limbum, qui format stellulam 5-fidam conniventem et apertam: inferne autem basi producta versus corollae centrum assurgens in corpuscula 5 subrotunda compressa aucta cuculla membranacea biloculari. Filamenta 10, capillaria brevissima, orta bina simul ex eodem puncto inter nectarii cucullas. Antherae obovatae obtusae compressae erectae reconditae intra cucullos nectarii. Germina 2, ovata illino plana hinc convexa, in centro nectarii. Styli 2, erecti. Stigma simplex maximum 5-gonum convexum puncto umbilicatum, longitudine nectarii. Fructum non vidi. *Jacq. In sylvis densis Carthagenae.*

31. *C. funale* *Poiret*; caule filiformi volubili, foliis angustissimis cuneiformibus retusis, floribus minimis lateralibus umbellatis. *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 427.*

Caules ramosi, foliis vix petiolatis, parvis, remotis glabris, integerrimis, 5-6 lin. et ultra. Umbellae sessiles; folliculi glabri compressi pollicares. *Poir. In S. Domingo Poiteau. h. Herb. Desfont.*

32. *C. pendulum* *Poiret*; caule volubili aspero, foliis ovato-cordatis su glabris, racemis axillaribus longissimis pendulis. *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 429.*

Caules teretes herbacei ramosi pilis brevibus rigidis; folia longe petiolata pendula integerrima lata acuminata 2 poll.; racemi 8-10-poll., pedunculo filiformi, pedicellis alternis subsimplicibus capillaribus inaequalibus subinde pollicaribus ad apicem pedunculi coacervati: cal. glaber; cor. alba. *Poiret. Ad Senegal. Dupuis? 4.*

33. *C. melanthos* *Hort. Paris.*; caule volubili subhirsuto; foliis ovato-cordatis acutis subpubescentibus; sinibus rotundatis clausis. *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 430.*

Caules scandentes; folia lobis postice approximatis. Flores atropurpurei. *Poir. qui nec corollas nec fructus vidit. Habitat? — Colitur in Hort. paris.*

34. *C. tomentosum* *Lam.*; caule (sub) volubili tomentoso, foliis subcordato-ovalibus mucronatis subtus tomentosis albicantibus, umbellis subquinquefloris. *Lam. Enc. meth. I. p. 235. Pers. Syn. I. p. 273.*

Lignosa videtur. Caules teretes, albidi. Folia numerosa opposita obtusa, petiolis brevibus. Umbellae laterales, pedicellis pedunculo longioribus. *Lam. In India orientali. Sonnerat. h.*

35. *C. hastatum* *Lam.*; caule volubili fruticuloso ramossissimo, ramis subfiliformibus, foliis hastato-linearibus acutis glabris. *Lam. Enc. meth. I. p. 236. CYNANCHUM H. B. ex Oriente. D. André. (fide Lamarck.)*

Descriptio nulla.

36. *C. pedunculare* Lam.; caule volubili, foliis ovatis utrinque glabris, pedunculis axillaribus longissimis solitariis umbelliferis. *Lam. Enc. meth. II. p. 236.* Apocynum scandens, foliis lauri, flore albo umbellato. *Plum. Cat. 2. Burm. Amer. t. 27. f. 2.* *Aubl. Gujan. p. 273.*

Pedunculus nudus pedalis, apice umbellam florum candidissimorum gerens. *Lam. In Gujana. h.*

37. *C. radians* Lam.; caule erecto villosus, foliis cordatis acutis undulatis, umbellis terminalibus. *Lam. Enc. meth. II. p. 236.* *ASCLEPIAS radians Forsk. Aegypt. 49. n. 67.*

Caulis annuus spithamaeus teres: ramosum non vidi. Folia brachiatim opposita patentia. Fetiolus teres villosus caule angustior. Lamina late cordata vix pollicaris margine leviter undulata villosa obscure-viridis, venis albidis, subtus magis villosa. Pedunculi terminales interfoliacei solitarii umbelliferi. Umbellae pedicelli filiformes; singulae bractea ad basin parva lineari, extus villosa. Calyx ferrugineus erectus 5-partitus villosus. Corollae tubus fusco-violaceus, calyce duplo longior, cylindricus, apice inter laciniis limbi 5 foveis. Limbi lacinae tubo breviores erectae basi compressae, apice spiraliter cum sole tortae, lineari-lanceolatae glabrae extus violaceae, intus obscure flavae. Nectarium album cylindricum calyce longius: apice dentibus 5, lineari-obtusis, planis, horizontalibus, e centro radiantibus stellari, supra fructificationem. Folliculi ovati, villosi. *Forsk. In Arabia felici in apricis circa Beit el fakih rarius.*

38. *C. arboreum* Forsk.; caule volubili, corolla rotata. *Forsk. Aegypt. 53. n. 80.* *Lam. Enc. meth. II. p. 237.*

Arbor procera; non lactescit. Folia variant in eodem subjecto; saepe ovata vel lineari-lanceolata vel subhastata. Flores virides. *Forsk. In Arabia. h.*

39. *C. oleaefolium* Nectoux; foliis ovato-lanceolatis cauleque calycibusque pubescentibus, pedunculis longissimis bifidis 5-6-floris, floribus parvis umbellatis. *Nectoux voy. en Egypte t. 3.* *C. Arghel*, glaberrimum, caule fruticoso erecto, foliis coriaceis ovato-lanceolatis acutis albidis subtus glaucis, floribus axillaribus cymosis. *Delisle Mem. sur l'Egypte. Descript. de l'Egypte t. 20. f. 2.* *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 429.*

Caulis erecti; rami glabri, lignosi, albidi, teretes; folia vix petiolata pollicaria utrinque glabra rugosa, subtus puberula punctulis elevatis albidiora; corymbi parvi axillares ramis copiosis glabris alternis; lacinae calycis lanceolatae; cor. alba calyce parum longior. *Poiret. In Aegypto superiore, in desertis Philaram proximis. Folliculis instar sennae utuntur. Herb. Desfont.*

Obs. Diagnosis data a *Nectoux* non convenit cum descriptione a *Poiret* exhibita; hujus interea, qui specimina sicca in *Herb. Desfont.* vidit, et plantas eim. *Nectoux* et *Delisle* conjunxit, auctoritatem sequebamur.

40. *C. denticulatum Vahl*; foliis cordatis oblongis acuminatis denticulatis, pedunculis trifloris, petalis lanceolatis planis, caule hirto. *Vahl Ecl. II. p. 23.*

Caulis volubilis teres, crassitie fili emporetici, retrorsum hirtus. Folia petiolata 1/2 poll.: sinu oblongo aperto, sensim parum dilatata, subciliata, glabriuscula, exceptis costâ et venis, subtus pallidiora et magis venosa. Petioli filiformes, 1 1/2 poll. rare pilosi. Pedunculi axillares solitarii unguiculares pilosiusculi. Pedicelli umbellati uniflori, pedunculo longiores. Calycis lacinae lanceolatae acutae brevissimae. Corolla rotata ante explicationem oblonga acuminata vix villosa: lacinae lanceolatae viridi flavescens unguiculares tenerae, substriatae ciliatae, *C. (GONOLOBUS) rostratum Symb. bot. III. p. 45.* differt: foliis integerrimis pilosioribus subtus punctatis: petiolis pilosioribus: laciniis calycinis ovatis majoribus: corollis ante explicationem in acumen duplo longius attenuatis, laciniis angustioribus, crassioribus, atropurpureis: caeterum quoad folia simillimum. *Vahl. In Gujana.*

41. *C. hirsutum Vahl*; hirsutum, foliis cordatis oblongis sinu aperto, laciniis corollae rotundatis glabris. *Vahl Ecl. II. p. 24.*

Tota planta, corollâ exceptâ, e pilis flavescens hirsuta. Folia petiolata 3-4-poll., basi cordata, sinu oblongo, extrorsum dilatata, inferne versus sensim parum angustata, integerrima, acumine brevi terminata, supra simpliciter venosa, subtus venis ramosioribus. Petioli fere pollicares. Calycis lacinae ovatae acutae, corollâ parum longiores, tenuissime nervosae. Corolla rotata utrinque glabra: laciniis rotundatis planis. *Vahl In insula Trinitatis.*

42. *C. pictum Vahl*; foliis oblongis glaberrimis nitidis, umbellis axillaribus pedunculatis, laciniis corollae intus apice villosis. *Vahl Eclog. II. p. 24.*

Caulis volubilis teres subtilissime striatus glaber. Folia petiolata, 1 1/2 poll., subacuminata, utrinque glaberrima, integerrima, supra nitida, obscure nervosa, avenia, basi obtusissima, subtus pallide viridia, simpliciter venosa, nervis et venis purpurascentibus. Petioli purpurascentes unguiculares. Pedunculi axillares solitarii petiolo longiores filiformes. Pedicelli ad apicem pedunculi conferti subumbellati capillares 3 vel 5 pedunculo longiores. Bractee ad basin pedicellorum, minutae. Calycis lacinae ovatae obtusae glabrae, corollâ breviores. Corollae lacinae ovatae acutae, extus glabrae, intus apice villosa-canescens. *Vahl. In Cajenna. h.*

43. *C. inodorum Lour.*; caule volubili inferne suberoso

fisso, foliis ovatis acuminatis, pedunculis subdivisis. *Lour.*
Fl. Cochinch. I. p. 207.

An *C. reticulatum*? „*Willd. l. c.*“ Caulis longus ramosus. Folia glabra. Flos luteus parvus plurimum inodorus: pedunculis brevibus axillaribus. Calyx 5-fidus brevis. Corolla laciniis 5, linearibus, contortis, tubo longioribus, patentibus, potius hypocrateriformis, quam rotata. Nectarium cylindraceum 5-fidum. Folliculi 2, oblongi, acuminati tomentosi, ad invicem curvati: seminibus plurimis oblongis papposis imbricatis. Stigma 1, sessile ovato-oblongum magnum. *Lour.* *Habitat?*

44. *C. fuscum*; caule repente, foliis cordato-lanceolatis, umbellis axillaribus geminis. *ASCLEPIAS fusca* *Lour.* *Fl. Cochinch. I. p. 211.*

An *A. nigra*? quaerit *Willdenow l. c.* Caulis herbaceus volubilis tenuis multiplex, inferius radicans superius ramosissimus. Folia basi barbata opposita petiolata parva. Flos fusco-purpureus: umbellis binatis. Corolla minima, nectariis 5 auriculatis absque corniculis. Folliculi 2 parvi subulati, extrorsum ventricosi, introrsum plani: seminibus ovatis curvis papposis. *Lour.* *In antiquis muris et ruderatis Cochinchinae.*

45. *C. lanceolatum* *Poiret*; foliis subhastato-lanceolatis, auriculis rotundatis, floribus fasciculatis, subsessilibus. *C. hastatum* *Pers. Syn. I. p. 273.* *C. lanceolatum* *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 430.*

In Africa.

Obs. Recte mutavit *Poiret* nomen a clo. *Persoon* assumptum, cum antiquius *lanceolatum* olim jam extitisset.

46. *C. angustifolium* *Pers.*; caule volubili, foliis linearibus angustis, umbellis longe pedunculatis. *Pers. Syn. I. p. 274.*

In Carolina.

47. *C. acuminatum* *Humb. et Bonpl.*; foliis oblongis acuminatissimis subtus pubescentibus, umbellis pedunculatis, caule volubili. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad fluvium Atabapo. *H. Humb. et Bonpl.*

Quid: *CYN. cirrhosum* *Swartz in Catal. Dorpat. 1810. et H. Gorenk.*

C. melanophleum *Willd. Suppl. H. Berol. I. p. 13.*

1093. METAPLEXIS.

1. *M. Stauntoni.* *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 49.*

Cls. R. Brown nomen specificum nullum addidit. Suffrutex volubilis glaber. Folia cordata. Racemi pedunculati interpetio-

lares. Corollae limbus barbatus.
Chinae Staunton.

In Provincia Peckelej

2. *M. mucronata*; *Spreng. nene Entedck. I. p. 269.*

Caulis fruticosus teres, ramis patentibus. Folia opposita petiolata subcordato-oblonga, mucronata glauca integerrima uninervia venosa glabra subunguicularia. Pedunculi axillares umbellati subsexflori, petiolis breviores. Corolla externa fuscorubra rotata. Corolla interna albida urceolata 5-fida, dentes cum massis pollinis alternantes. Massae pendulae ochroleucae oblongae, nodulo fulvo sub plicis columnae latitante unitae. Columna genitalium apice membranis erectis acuta. *Spreng. Ad promont. b. Spei.* Nusquam uberius describitur.

1099. D I T A S S A.

D. Banksii R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 49.

Cl. *R. Brown* nomen specificum nullum indidit. Suffrutex volubilis glaber. Folia opposita plana. Umbellae interpetiolares. *In Brasilia prope Rio Janeiro detexit ill. Banks.*

1100. D A E M I A.

1. * *D. cordata R. Brown*; foliis cordatis tomentosis.
PERGULARIA tomentosa Linn. Mant. p. 53. Vahl Symb. I. p. 23. Willd. Spec. I. p. 1247. Desfont. Fl. Atlant. I. p. 209. *ASCLEPIAS cordata* fol. petiolatis cordatis reniformibus, caule ramoso apice volubili *Forsk. Arab. p. 49.*

Frutex cubitalis valde lactescens. Caules diffusi cinereo-virides villosi; apice spithamali ramus ramo circumvolutus spiram soli obversam; recto persistenti; altero emoriente. Folia infra pollicaria, supra 2-poll. remota opposita; petiolo tereti horizontali, laminam pollicari cordatam acutam interdum reniformi obtusam saepe pendulam crassam villosam-tomentosam, lobis basi imbricatis. Venae subtus elatae planae. Stipulae nullae. Pedunculi axillares tantum alteram per totum caulem, ac dein terminales pollicares breviores nudi villosi terminati umbellam vel corymbum spiraliter contra solem glomerato, subjectis aliquot squamulis. Umbellae pedicelli erecto-patentes, 1/2 poll. hirsuti uniflori. Calyx hirsutus viridis. Corolla livida, seu ferrugineo-virescens, calyce 4-plo longior; ante explicationem contorta, soli contraria. Nectaria nivea corniformia versus basin gibbo dependente, transversim carinato. Folliculi bini erecti, ex pedunculo pendulo, ovato subulati, muricati. Semina plana, papposa. *Forsk. In Arabia felici et in desertis Hahirinis. Forsk.; in collibus aridis Barbariae circa Herouan. Desfont. h.*

Obs. ASCLEPIAS cordata Burm. Fl. Ind. p. 72. diversa planta est foliis cordato-ovatis glabris acuminatis, corollis triplo majoribus, cujus specimen viri illi amicissime communicavit. *Vahl. Diagnosis PERGULA-*

DAEMIA tomentosae Linn. huc, descriptio vero ad *PERGULARIAM odoratissimam* spectat teste *Smith* et fide *Herb. Linn.*

2. * *D. extensa* R. Brown; caule volubili frutescente; foliis cordatis acutis, pedunculis elongatis, pedicellis filiformibus, corollis margine hirsutis, folliculis ramentaceis. *CYNANCHUM extensum* Ait. *Hew.* I. p. 303. *Willd. Spec.* I. p. 1257. C. caule volubili herbaceo, foliis reniformi-cordatis petalisque acutis. *Jacq. Ic. t. 54.* C. cordifolium caul. volub. hirto, fol. cordatis utrinque glabris acutis, floribus cymosis. *Retz Obs. II. p. 15.*

Clo. R. Brown *Mem. Wern. Soc.* I. p. 50 *ASCLEPIAS scandens* *Palis. de Beauv. Fl. Owar.* I. p. 92. t. 56. vix diversa videtur, et *CYNANCHUM bicolor* *Andr. Repos.* 562 (quò caremus) proxime affine. — Caulis ramosus, folia opposita longe petiolata, subrotundo-cordata, raro subangulata. Cyma longe petiolata. *Retz. In India orientali. h.*

Obs. An huc *CEROPEGIA cordata* *Lour.?*

3. D? *Forskåli*; *ASCLEPIAS Daemia* *Forsk. Aegypt.* 51. n. 71.

„An ab *ASCLEPIADE* (*GONOLOBO*) *setosâ* diversa species? Caulis volubilis scandens. Folia opposita cordato-acuta. Folliculi teretes subulati bipollicares subincurvi virides setis flexilibus hispidis. *Forsk. In Arabia felici.*

4. D? *glabra*; *ASCLEPIAS glabra* *Forsk. Aegypt.* 51. n. 74. *Gmel. S. V. p. 444.*

„An diversa ab *ASCLEPIADE Daemiâ* (*Forskåli.*)? *Forsk.* Caulis scandens. Folia ovato-acuminata opposita plana glaberrima. Umbellae interfoliaceae albae. *In Arabia felici* *Taaes.*

1101. SARCOSTEMMA. *)

1. * *S. viminale*; caule volubili perenni aphylo. *CYNANCHUM viminale* *Linn. Syst. Veg. p. 257.* *Willd. Spec. I. p. 1252.* *Lam. Enc. meth. II. p. 233.* *EUPHORBIA viminalis*, inermis nuda fruticosa filiformis volubilis, cicutricibus oppositis. *Linn. Spec. II. p. 649.* *Mill. Dict. n. 15.* *APOCYNUM viminale* *Bass. Act. Bonon.*

Cal. 5-partitus minimus. Cor. rotata *ASCLEPIADIS*, margo membranaceus cingens genitalia. Nectaria 5 petaloidea erecta, in-

*) Caulis volubilis v. decumbens, aphyllus, articulatus v. foliis oppositis distantibus. Flores umbellati laterales v. terminales. Haec *CYNANCHUM viminale* et species proxime affinis e nova *Hollandia*, et *ASCLEPIAS viminalis* *Linn.*; probabiliter *ASCLEPIAS aphylla* *Thunb. Prodr.*; *ASCLEPIAS stipitata* *Forsk. Arab. 50.*; *CYNANCHUM pyrotechnicum*, forte et *ASCLEPIAS aphylla* ejusd. *R. Brown.*

terius grano luteo perforato cum unguiculo, in orbem posita. Stylus cylindricus capitatus. Antherae minutae fuscae insidentes capitulo. *Bassi in litt. ad Linn.* Rami acidi saporis. *Willd.* Valde affine *australi R. Brown.* Flores albi, odori. — Rami oppositi in caulibus gracilibus teretibus virentibus laevibus crassitie calami scriptorii sarmentosi 3-6-ped. *Lam. l. c.* *In Africae maritimis et Indiae nemorosis.* h.

Obs. *Cls. Lamarek* monet *FELFEL-TAVIL Alpin. Aegypt. 190?* a *Dill. Eltham. 386* (ut etiam in *Spec. Plant.*) huc ductum vix hujus esse loci cum in figura *Alpini* rami alterni ramulis axillaribus, ut in *EUPHORB. Tirucalli*, caules in descriptione *Alpini* crassitie digiti, nec volubiles; folia dein dato tempore ad apices ramorum lanceolata laevia alterna, qualia *Lippi* vidit.

2. *S. clausum*; caule volubili folioso, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis glabris, umbellis axillaribus pedunculatis. *S. Brownii Meyer Essequib. p. 139.* et hoc teste: *CYNANCHUM clausum Jacq. Amer. I. p. 87. t. 60. f. 2. edit. pict. t. 87.* *ASCLEPIAS viminalis Willd. Spec. pl. I. p. 1270.?* *Plum. Icon. t. 27. f. 2.?*

Caulis ramosus teres, laevis inferne glaber, superne imprimis in axillis tenuiter pubescens. Rami axillares recti. Folia breviter petiolata, patienti-divergentia, inferiora ovato-oblonga, superiora sensim duplo terque angustiora, omnia in apicem cuspidatum acuminata integerrima, margine paulo revoluta glaberrima, costâ albâ venisque viridi-caerulescentibus picta. Petioli pubescentes. Stipulae minutae membranaceae subrotundo-ovatae pubescentes vel glabriusculae, dilute brunneae. Umbellae pedunculatae, 10-12-florae. Pedunculi axillares, foliis bis-terque longiores, crassi. Pedicelli unciales, una cum calyce corollaque dense pubescentes, uniflori, basi bracteis minutis linearibus villosis stipati. Flores linearum 5-6 diametri albi. Calyx minutus 5-partitus, laciniis acutis. Corolla rotata, laciniis patentibus ovatis obtusiusculis concavis, interne glabris. Corona exterior margo lineam latus, integerrimus; interior 5-phylla, foliolis filamentorum tubum 5-gonum paulo superantibus, ovatis obtusiusculis glaberrimis. Massae pollinis in pedicellis brevibus, e globulo nigricante ortis, oblongae, pendulae, paululum curvatae. Styli exserti breves crassiusculi. Stigmata minuta obtusa. Fructum non vidimus. *Meyer.* *In sepibus insulae Arowabisch.* h?

Obs. *C. clausum* descriptione et icone convenit, pedunculi solummodo paulo breviores depicti, qui in icone *Plumieri* nimis longi. *S. Swartzianum* differt caule glabro, corollae laciniis acutis, stylis intra corpus cylindricum, involucello nullo. *Meyer.* Descriptio tamen *Jacquini* non paucis differre videtur. „Lactescit. Caules numerosi. Folia nitida brevissime petiolata, 2-3 poll. Umbellae laterales solitariae. Flores inodori. Cal. profunde 5-partitus, laciniis lanceolatis ovatis acuminatis erectis. Cor. 1-petala. Tubus campanulatus calyce paulo brevior; limbus 5-lobus, laciniis ovato-acuminatis planis patentissimis tubo duplo longioribus. Nectarium corpuscula 5 erecta contigua, petalo du-

plo breviora, stylos cingentia, ad apicem aucta squamulâ cucullatâ biloculari, orta e margine superiore tubi corollae, singula externe ad basin oblique emittentia corniculum obovatum magnum cavum clausumque. Germina 2 in fundo tubi intra nectarium. Styli 2 filiformes erecti longitudine nectarii apice in unum confluentes, hinc abeuntes in stigma magnum subpentagonum utrinque planum. Reliqua conveniunt, *Jacquin* legit suam *Carthagenae*.

3. *S. australe* *R. Brown*; aphyllum, articulatum, decumbens, quandoque volubile, umbellis lateralibus, caule in eadem directione ultra producto, vel terminalibus, receptaculo communi pedicellorum convexo excentrico. *R. Brown* *Prodr. nov. Holl. T. I. p. 463.*

In novae Hollandiae littore meridionali et intra tropicum.

4. *S. annulare* *Roth*; foliis cordato-ovatis, acuminatis, acutis, cum caule volubili glabris, corymbis extraaxillaribus, longitudine petiolorum, paucifloris, coronâ stamineâ exteriori annulari, subcyathiformi, integerrimâ. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Ex ASCLEPIADEARUM familia elegantissima. Corolla unciae in diametro, extus pubescens, intus glabra. Lacinae oblongo-ovatae, intus a medio ad apicem maculâ ovatâ, atro-sanguineâ pictae. Corona staminea (*Nectarium* *Linn.*) exterior interiori ambiens, brevis. *H. in India orientali. B. Heyne sub ASCLEPIADE annulari.*

5. *S. Swartzianum*; caule suffrutescente volubili filiformi, foliis oppositis lanceolatis glabris, umbellis lateralibus multifloris. *ASCLEPIAS viminalis Swartz Prodr. 53. Fl. Ind. I. p. 539. Willd. Spec. I. p. 1270. (quam cum? ad clausum Meyer) ASCLEP. scandens Mill. Sloane jam. 89. Hist. I. p. 207. t. 131. f. 1. Plum. 20. Ic. 27. f. 2.?*

Caulis longissimus, subdivisus teres glaber laete virens tenax lactescens. Rami axillares volubiles glabri. Folia petiolata acuta subinde latiuscula patentia venosa utrinque glabra. Flores parvi. Umbellae pedunculatae 10-12-florae. Pedunculi communes foliis oppositi, et longiores solitarii. Pedicelli florum pedunculis breviores uniflori. Involucellum nullum. Calyx 5-phyllus. Foliola minora acuta patula persistentia. Corolla alba plana ad basin 5-partita, laciniis ovatis acutis concavis crassiusculis, margine ciliatis, intus niveis. Nectaria 5, circa corpus genitalium sessilia ovata conica nivea nitida basi versus fundum aperta (absque corniculo) intus nectarifera. Corpusculum in medio, cylindricum, 5-gonum, apice brevissime acuminatum; squamulis 5 lateribus tectum, separatis l. distinctis a rimis 5 longitudinaliter debiscentibus, supra quas glandulae 5 nigrae minutae, quibus adfiguntur pedicelli gemini glanduliferi, dependentes in rimas sub squamis. Germina 2 acuminata. Styli 2 breves, acuminati intra corpusculum. Stigmata sim-

plicia obtusa. Folliculi 2 oblongi acuminati patuli basi compressi ventricosi, incano-pubescentes bivalves. Semina papposa. Swartz. In Jamaicae australis fruticetis sabulosis aridis juxta rivos. 2.

6. S.? *aphyllum* R. Brown; caule aphylo. ASCLEPIAS *aphylla* Thunb. Prodr. I. p. 47. Fl. Cap. II. p. 153. Willd. Spec. I. p. 1262.

Caulis teres glaber laxus erectus lactescens ramosus. Rami alterni geniculato-flexuosi aphylli. Flores sparsi solitarii pedunculati. Folliculus lanceolatus palmaris. Thunb. In Promont. b. Spei Karro trans Hartequas Kloof prope Hexrivier.

7. S.? *pyrotechnicum*; caule fruticoso nudo, pedunculis solitariis axillaribus tuberculosus, floribus pedicellatis capitatis. CYNANCHUM *pyrotechnicum* Forsk. Aegypt. 53. n. 79. Lam. Enc. meth. II. p. 236. Descript. de l'Égypte t. 20. f. 3.

Distinctum videtur a *viminali*. Lam. Caules in altos frutices surgunt brachiatos virides teretes glabros articulatos prorsus aphyllus. Pedunculi ad basin fere semper solitarii, interdum bini ternive, 1/2 poll., cicatriculis elatis, tuberculosus, albidis; in apice floribus capitatis subdenis, pedicellis filiformibus villosis flavicantibus. Perianthium parvum subcampanulatum 5-fidum viride. Corolla 5-partita, laciniis supra flavis, basi et subtus viridibus, lanceolatis, patentibus, margine reflexis. Fructificatio: globus fuscus in medio, cui extus adnata 5 filamenta et antherae. Nectarium campanulatum viride ambit basin globi hujus et circa basin filamentorum dilatatur in cyathum. Sub globo teguntur Germina et Styli 2, exerescentes in 2 folliculos teretes curvos basi attenuatos. In Arabia. h. Medulla pro fomite.

8. S.? *stipitaceum*; caulibus fruticosis articulatis aphyllis diffusis, umbellis ramulorum terminalibus. ASCLEPIAS *stipitacea* Forsk. Arab. 50. n. 69. Lam. Enc. meth. I. p. 285.

Frutex bicubitalis erecto-diffusus ramosissimus. Caules obscure-caerulei, farinam tenui albescente non adhaerenti, ramosi, non volubiles. Rami oppositi: alter saepe marcescit. Articuli caulini 5 poll., geniculis coarctatis. Pedunculi ramuli breves, oppositi vel ad genicula vel ad apicem caulium undique floriferi ex apice et lateribus. Pedicelli in uno ramulo 12, filiformes patentibus uniflori. Calyx 5-partitus parvus. Corolla 5-partita patens, laciniis margine reflexis viridibus, pedicello brevioribus. Nectarium album: cyathus membranaceus pentagonus, intra corollam ex angulis emittens, cornua 5 crassa alba incurva fructificatione longiora. Folliculi 2, tripollicares, subulati, hinc plani, unisulcati, inde convexi; glabri virides. Semina papposa. Tota planta lactescit. Forsk. In Arabia felici, Yemen in sylvis. h. Edulis.

9. *S.?* *Forskålianum*; caule aphylo volubili, racemis conjugatis globosis. *ASCLEPIAS aphylla* *Forsk. Aegypt. p. 50 n. 68.* *Lam. Enc. meth. I. p. 285.* An *CYNANCHUM (SARCOSTEMMA) viminale*?

Caules virides carnosii articulati, articulis spithamaeis, scandentes. Rami ad genicula oppositi. Pedunculi ramulis brevibus geminatis, ad genicula corymbosi. Flores pedicellati conferti in corymbum globosum, albi: nectariis ut in *ASCL. gigantea. Forsk.* *In Arabia felici et in sylvis prope montem Melhân.*

Obs. Quid *ASCLEPIAS contorta Forsk. Catal. p. CVIII.* de qua tantum: „Teres dichotoma aphylla lactescens; edulis. An eadem cum *A. aphylla.*“ addit.

10. *S. glaucum* *Humb. et Bonpl.*; ramis pedunculo foliisque glabris lanceolatis acuminatis basi acutis subtus glaucis, calycibus ciliatis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth. III. p. 194. n. 1. t. 229.*

Caulis dextrorsum volubilis lactescens, ramis teretibus? glabris. Folia opposita breviter petiolata integerrima margine leviter revoluta membranacea venosa nervo subtus prominente glabra supra viridia. Umbellae multiflorae interpetiolares longissime pedunculatae, pedunculo sub-4-pollicari glabro. (An melius umbellae in ramulo terminales?). Flores magnitudine *ASCLEP. syriacae*. Pedicelli 9-10 lin., filiformes, glabri. Calycis lacinae lanceolatae acuminatae aequales ciliatae. Cor. nivea, glabra, tubus brevis, calycem haud superans, faux instructa coronâ annulari undulatâ et carnosâ, limbi 5-partiti laciniis ovatis, vix inaequilateris, acutis, aequalibus, fimbriatis patentibus. Gynostemium tubo duplo longius. Corona pentaphylla, summo tubi filamentorum inserta, foliolis antherae oppositis ovato-oblongis obtusis integerrimis carnosis planis glabris flavis? patulis antheras superantibus. Antherae apice membranâ subrotundo-ovatâ obtusâ diaphanâ stigmati incumbente. Filamenta breviter connata tubo corollae leviter adhaerentiâ? Massae pellicinis subclavato-lineares, compressae, flavae, basi valde angustatae et geniculato-inflexae. Ovaria lagenaeformia hinc plana? glabra. Styli filiformes, glabri. Stigma quinquangulatum, acumine conico subbilobo terminatum, angulis corpusculiferis et laciniis corollae oppositis. Corpuscula minutissima subovata? obtusa sulco longitudinali bipartibilia fusca. Fructus? *Prope portum La Guayra, Mayqueties et Cabo blanco, in littore maris Antillarum. 4.*

11. *S. pubescens* *Humb. et Bonpl.*; ramis, pedunculis calycibusque sericeo-pubescentibus; foliis lanceolatis acuminatis basi rotundatis membranaceis margine nervoque medio pubescentibus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 195.*

Caulis volubilis ramis teretibus? sericeo-pubescentibus. Folia opposita petiolata integerrima venosa glabriuscula subbipolli-

caria, $1\frac{1}{2}$ poll. lata. Petioli 2 lin. longi, sericeo-pubescentes. Umbellae interpetiolares solitariae, pedunculo $1\frac{1}{2}$ -3 poll., pubescente. Flores magnitudine *glauca*, pedicellis $1\frac{1}{2}$ poll., pubescentibus. Cal. pubescens, laciniis oblongis acutis planis, corollâ triplo quadruplove brevioribus. Cor. subrotata, tubo vix ullo, fauce marginatâ, limbo patente, laciniis ovatis obtusis aequalibus multinerviis ciliatis externe pubescentibus. Corona pentaphylla, foliolis ovato-oblongis obtusis carnosis integerrimis planis gynostemium corollâ triplo brevius virescens aequantibus. Antherae, ovaria, stigma ut in *glauco*. Massae pollinis lineari-oblongae obtusae, caeterum ut in *glauco*. Corpuscula subhastaeformia apice rotundata, palaeformia, fusca, caeterum ut in *glauca*. Fructus? *Cam GLAUco. 4?*

12. *S. cumarense* Humb. et Bonpl.; ramis pedunculoque glabris; foliis lineari-lanceolatis acuminatis basi obtusis membranaceis puberulis, calycibus pubescentibus. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 195.

Caulis volubilis ramis glabris. Folia opposita breviter petiolata integerrima reticulato-venosa, nervo subtus prominente fere 2 poll., $2\frac{1}{2}$ -3 lin. lata. Petioli lineam longi pubescentes. Umbellae interpetiolares folium subaequantes pedunculis $1\frac{1}{2}$ -2 poll., glabris. Flores magnitudine *glauca*. Pedicelli 4-5 lin., pubescentes. Cal. laciniis oblongis acutis planis patentibus corollâ quintuplo brevioribus. Cor. alba? tubo brevissimo, fauce marginata, margine angusto undulato?, limbo 5-partito patente, laciniis ovatis acutis planis integerrimis aequalibus. Corona pentaphylla foliolis oblongis obtusis carnosis. Gynostemium verisimiliter praecedentium. Structura floris in viva planta denuo examinanda. Kunth l. c. *Prope Cumana in arenosis. 4?*

1102. PHILIBERTIA.

P. solanoides Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 196. t. 230.

Caulis fruticosus, ramosissimus, volubilis, ramis oppositis, altero saepius oblitterato, teretibus, molliter pubescentibus, ramulis canescentibus. Folia opposita petiolata oblonga acuta cordata margine subundulata et integerrima venosa, supra viridia et hirta pubescentia, subtus cana, lanato-tomentosa et mollia, pollicaria et ultra, 4-5 lin. lata. Petioli villosi pubescentes, 4-5 lin. longi. Umbellae interpetiolares solitariae pedunculatae 8-10-florae, folium aequantes. Pedunculi 6-8 lin., villosopubescentes. Flores pedicellis 4-5 lin. longis, villosopubescentibus. Bractaeae ad basin umbellae nonnullae lineares pubescentes. Cal. villosopubescentibus, laciniis lanceolatis acuminatis aequalibus, corollâ fere dimidio brevioribus. Cor. externe pubescens, alba. Corona pentaphylla, summo tubo filamentorum inserta, laciniis oblongis obtusis integris carnosis glabris antherae oppositis erectis gynostemio parum brevioribus. Gynostemium in fundo corollae insertum disco carnosum,

margine undulato, (corona exterior?). Antherae glabrae, membrana apicè rotundata diaphana stigmati incumbente. Massae pollinis obtusae flavidae, infra apicem processui affixae. Filamenta brevissima connata. Ovaria duo lagenaeformia glabra, uti styli breves. Stigma pentagonum convexum, apiculis subulatis, divaricatis. Corpuscula spathulato-subdeltoidea, obtusa fusca bipartibilia, basi utrinque processu. Fructus? *Hunth. Prope Tomependa in ripis flum. Amazonum. h.*

1103. E U S T E G I A. *)

1. *E. hastata R. Brown*; herbacea, ramis decumbentibus, foliis hastatis ciliatis, pedunculis subsexfloris. *Spreng. Neue Entdeck. p. 268. T. 1. t. 1. f. 5-10.* APOCYNUM *hastatum* caule decumbente herbaceo, foliis hastatis. *Thunb. Prodr. I. p. 47. Fl. Cap. II. p. 164. Act. nov. Petropol. XIV. p. 514. T. 9. f. 6. Willd. Spec. I. p. 1259. A. minutum Linn. Suppl. 169.*

Caules filiformes prostrati, rarius scandentes, vix spithamaei. Folia opposita vix petiolata unguicularia lanceolata, utrinque dente laterali. Pedunculus alternus folio longior lateralis umbellatus. Umbella simplex subsexflora pedicellis pedunculo brevioribus. *Linn.* Radix perennis suffruticescens. Caules plures radicales inferne parum ramosi filiformi-teretes pubescentes purpurascenti-virides palmares. Folia sparsa opposita et alterna subsessilia dente infra medium unico subhastata acuta, in petiolum attenuata, supra longitudinaliter sulcata, glabra, patienti-reflexa, frequentia, internodiis longiora ultima, approximata, vix unguicularia. Flores umbellati. Umbellae laterales pedunculatae. Pedunculus communis teres glaber subvillosus erectus pollicaris umbelliferus. Pedicelli 2, 3 vel saepius 4 erecti uniflori semiunguiculares. Bractea in pedunculis solitaria, sub pedicellis 5 vel 4 minimae erectae. Perianthium 1-phyllum corollam multoties brevius, 5-fidum: lacinae ovatae obtusae patientes purpurascens. Corolla 1-petala campanulata ad basin fere 5-fida: Lacinae ovatae obtusae margine revolutae virides patientes lineam longae. Nectarium: corpuscula 20, corolliformia, erecta, nivea, dissimilia, corollam breviora; 5 breviora, subquadrata, truncata, basi parum angustata, extus sulco impressa, intus apice gibba; 5 longiora, cum brevioribus alterna, linearia obtusa; extus plana, intus medio gibba; 10 mediocria, cum brevioribus et longioribus alterna, filiformia, basi cum longioribus lateri utroque connata. Filamenta intra Nectarium vix nulla. Antherae minimae truncatae, virescentes. Germina 2 ovata glabra cruciatisulcata supera. Stylus unicus teres carnosus, basi antheris cinctus, viridis; apice

*) Herba decumbens humilis; folia opposita hastata, flores subumbellati. Character generis ab APOCYNO *hastato* et APOCYNO *minuto* *Linn.* et specie proxime affini in prom. h. spei lecta a *Ferd. Bauer.*

albus obtusus. *Thunb.*
Leeuweberg. 4.

In Promont. b. Spei, infra

2. *E. ? filiformis*; caule decumbente herbaceo hirto, foliis lineari-filiformibus, floribus umbellatis. *APOCYNUM filiforme Thunb. Prodr. I. p. 47. Flor. Cap. II. p. 160. Willd. Spec. I. p. 1259.*

Caulis ramosus. Rami cauli similes diffusi divaricati pubescentes. Folia opposita sessilia acuta integra glabra laxa pollicaria. Umbellae laterales pedunculatae. Pedunculi teretes villosi digitales. Pedicelli pubescentes lineam longi. *Thunb. Ad Promont. b. Spei, in arenosis campis Swartland.*

1104. METASTELMA.

1. *M. parviflorum R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 52.* *CYNANCHUM parviflorum*; caule volubili filiformi, foliis ovatis apice subulatis, umbellis subsessilibus. *Swartz Prodr. p. 53. Flor. ind. occ. I. p. 537. Willd. Spec. I. p. 1158. Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 429. n. 24. Plum. Icon. 215. f. 1.*

Plantam *Swartzii* hujus esse loci, licet descriptio coronae non conveniat cum illa *Browni*, factâ perquisitione ad specimina pulcherrima *Herb. Banks.* lecta in *St. Croix et St. Christopher a Masson et von Rohr, R. Brown l. c.* Caulis fruticulosus longissimus strictus subdivisus obtuse 4-gonus glaber; ramis filiformibus oppositis divaricatis volubilibus glabris. Folia remota petiolata opposita apice acumine brevissimo rigido subulato, integra enervia avenia utrinque glabra. Flores parvi albidi virescentes. Umbellulae subsessiles l. brevissime pedunculatae axillares multiflorae, floribus 6-8-pedicellatis minutis. Pedicelli breves uniflori. Calyx 5-dentatus „laciniis brevibus acutis. Corolla ad basin fere 5-partita patens“ Nectarium 1-phyllum cyathiforme 5-fidum. Corpus genitalium cylindrico-subrotundum, 5-gonum, 5-canaliculatum, ut in caeteris ASCLEPIADEIS. Pericarpium non vidi. *Swartz.* Caules glabri ramosi; folia subpetiolata glabra integerrima basi vix emarginata, vix 6-8 lin.; flores parvi pedicellati albidi in umbellis axillaribus subsessilibus, vix excedentibus petiolos. *Poiret ad Spec. Herb. Desfont. In fruticetis sylvaticis Montosis Indiae occidentalis. h.*

1105. MICROLOMA.*)

M. sagittatum R. Brown; foliis sagittatis pubescentibus, corollae limbo acutiusculo. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 53.* *CEROPEGIA sagittata*, umbellis subsessilibus,

*) Suffrutices volubiles, foliis oppositis, umbellis interpetiolaribus,

foliis sagittatis. *Linn. Mant.* 215. *Thunb. Prodr.*
l. p. 37. Fl. Cap. II. p. 148. *Lam. Enc. meth. I. p. 686.*
Willd. Spec. I. p. 1276. *Thunb. nov. Act. petropol.*
t. 14. Jacq. Hort. Schönbr. I. p. 17. t. 38. *Cynan-*
chum radice glandulosâ, foliis angustis sinuatis, floribus ur-
ceolatis miniatis. Burm. Afr. 36. t. 15.?

Caulis volubilis filiformis tomentosus. Folia brevissime petiolata sagittata s. cordato-lineararia, marginibus revolutis, utrinque tomentosa, subtus pallidiora. Umbellae axillares multiflorae, pedunculo umbellâ breviorae. Cal. 5-partitus, linearis, tomentosus, acutus, corollâ dimidio brevior. Cor. coccinea subcylindrica basi minus ventricosa, laciniis brevissimis mucronatis conniventibus. *Linn.* Radix perennis. Caulis herbaceus, basi frutescente, villosus ramosus 2-ped. et ultra. Rami oppositi, cauli similes. Folia sagittata seu cordato-hastata obtusa acuta integerrima; supra viridia, sulco longitudinali, pubescentia; subtus virescentia, subtomentosa, costâ longitudinali internodiis breviora semiunguicularia. Petioli breves pubescentes lineam longi. Pedunculi et pedicelli filiformes pubescentes lineam longi, pedicelli uniflori. Bractee subulatae, ad basin pedicellorum pubescentes. Perianthium 1-phyllum profunde 5-partitum: lacinae acutae erectae, lineam longae. Corolla 1-petala 5-angulata; basi virescens, purpurea; apice virescens, contorta, 5-dentata, semiunguicularis. Filamenta nulla. Antherae 5, pyramido „(sic)“ nectararia insertae cumque eo connatae fuscae. Nectarium tubulosum, apice 5-angulato-pyramidale acutum, pistillum tegens et inclaudens, flavescens. Forsan potius hocce nectarium dicendum filamenta monadelphica. Germina duo supera ovata glabra. Stylus subnullus. Stigmata 2 brevissima excisa virescentia. Folliculi duo. *Thunb.* *In arenosis Promont. b. Spei. 4. Ad montem Leeuwenberg cls. Lichtenstein; prope Kap in collibus arenosis, in fossa montium prope Houtbay.*

Obs. Videtur esse stylus unicus, germinibus 2 impositus, terminatus sub apice Nectarii. *Thunb.*

2. *M. lineare R. Brown*; foliis linearibus glabris, corollae limbo obtusissimo. *R. Brown Mem. Wern. Soc. I. p. 53.* *CEROPEGIA tenuifolia**); floribus umbellatis, foliis linearibus integerrimis. *C. tenuiflora Thunb. Prodr. I. p. 37. Fl. Cap. II. p. 147.* *Willd. Spec. I. p. 1276.* *C. fol. lineari-lanceolatis Linn. Syst. Veg. 211.* *PERIPLOCA tenuiflora Linn. Spec. II. p. 310.* *Cynanch. fol. linearibus acutis, floribus urceolatis rubris. Burm. Afr. 37. t. 16. f. 1.?* *Plukn. Mant. 17. t. 335. f. 5.*

Caulis simplex filiformis volubilis glaber. Folia subpetiolata acuta integerrima, supra longitudinaliter sulcata, viridia; subtus in

*) Sic emendandum esse sphaema pro tenuiflora *Persea* *Syn. I. 277;*

medio costata; margine revoluta, albido-pilosa; patentia, internodiis breviora, 1-2 poll. Petioli brevissimi adpressi. Umbellae pedunculatae. Pedunculi oppositi folio, teretes, hirti, patentes, vix unguiculares. Pedicelli 4 vel plures, villosi, uniflori, semiunguiculares. Bractea sub singulo pedicello filiformis, duplo brevior. Perianthium 5-phyllum, (vix 5-partitum), erectum, villosum: lacinae lanceolatae acutae, corollae breviores. Corolla 1-petala 5-partita: Tubus basi latior sulcatus angulatus angulis 5 longitudinalibus et totidem dimidiatis, sensim superne usque ad limbum attenuatus, glaber, sanguineus. Limbi lacinae alternatim incumbentes, contortae, obtusae, ore clauso, basi intus villosae. Tubus infra os lineolis 5 pilosis, pilis fulvis, et callis totidem, albidis, cum his alternantibus infra lineolas. Filamenta 5, receptaculo inserta, in cylindrum connata, alba, brevissima. Antherae hastatae, acutae, connatae, flavescens. Germina 2 acuta, supera. Stylus simplex, cylindrostaminum inclusus, filiformis, longitudine staminum. Stigma capitatum convexum subquinelobum. Folliculi 2. *Thunb. In Promont. b. Spei daris. 4. Prope Roode-Zandkloof Lichtenstein. Infra latus orientale Taffelberg, infra Duyvelsberg, in collibus. Thunb.*

1106. ASTEPHANUS.*)

1. * *A. triflorus R. Brown*; caule volubili herbaceo piloso, foliis lanceolatis, umbellis lateralibus subtrifloris. *APOCYNUM triflorum Linn. Suppl. p. 169. Thunb. Prodr. I. p. 47. Fl. Cap. II. p. 161. Willd. Spec. I. p. 1261.*

Folia hujus exacte lanceolata, ut *linearis* exacte linearia. *Linn.* Caulis filiformis pubescens. Rami alterni pauci. Folia brevissime petiolata, integra, margine revoluta, subtus villosa, patula, vix unguicularia. Umbellae axillares pedunculatae 2-3-florae. Pedunculi et pedicelli capillares, divaricati, folio breviores. Perianthium 1-phyllum, ad basin fere 5-partitum: lacinae lanceolatae, acutae, glabrae, erectae, corollam duplo breviores, semilineam longae. Corolla 1-petala alba, 5-partita: lacinae ovatae obtusae erectae, longitudine dimidia corollae. Nectarium: foliola 5, lanceolata, corollam duplo breviora, albida, erecta inter corollam et stamina germi inserta. Filamenta 5

*) Plantae perennes saepius volubiles. Folia opposita. Umbellae interpetiolares. Flores parvi. Character generis a clo. *Brown Mem. Werner, Soc. I. p. 54.* formatus ex *APOCYNUM trifloro* et *lineari Linn. Suppl.*, et speciebus duabus novis in *Herb. Banks. APOCYNUM cordatum* et *lanceolatum Thunb. Prodr.* ad hocce genus probabiliter spectant, cujus character ad recipiendum *ASTEPHANUM Massoni* a clo. *Brown* quidquam ampliatus. Proxime affine *MICROLOMATI*, a quo differt praecipue defectu squamarum in tubo. Si vero, quod fieri posset, jungeretur cum *MICROLOMATI*, *METASTELMA* quoque, Indiae occidentalis incola, plantae e Promontorio b. Spei iungenda esset, quod clo. *Brown* non videtur audendum.

connata cum antheris connatis. *Thunb.* *In Promont.*
b. Spei.

2. *A.?* *linearis* *R. Brown*; caule volubili herbaceo
 glabro, foliis lineari-lanceolatis, floribus paniculatis. *APO-*
CYNUM lineare *Thunb. Prodr.* I. p. 47. *Fl. Cap.* II. p. 160.
Willd. Spec. I. p. 1262. *Linn. Suppl.* p. 169.

Caulis filiformis, totus glaber. Rami alterni, pauci, similes vel
 capillares. Folia breviter petiolata, integra, margine revo-
 luta, reflexa, pollicaria. Petioli breves tenuissimi. Flores late-
 rales et terminales. Panicula capillari-trichotoma. Perianthium
 1-phyllum erectum brevissimum pilosum, ad basin fere 5-parti-
 tum: lacinae acutae lineari-filiformes. Corolla 1-petala sub-
 campanulata alba patens, ad basin fere 5-partita: lacinae
 lanceolatae acutae. Nectarii foliola 5, alba, lanceolata, inter
 corollam et stamina germi inserta, erecta, corollâ breviora,
 staminibus paulo longiora. *Thunb.* *Cum APOCYNŌ filifor-*
mi in Swartland Promont. b. Spei.

3. *A.?* *cordatus* *R. Brown*; caule volubili hirtio, foliis
 ovatis subtus villosis. *APOCYNUM cordatum* *Thunb. Prodr.*
l. p. 47. *Fl. Cap.* II. p. 163. *Willd. Spec.* I. p. 1261.

Radix perennis. Caulis teres rugosus villosus, imprimis superne
 vix ramosus. Folia petiolata, basi rotundata, acuta, integra,
 marginata, supra glabra, subtus tenuissime villosa, pollicaria
 et ultra. Petioli reflexi, folio triplo breviores. Umbellae in
 axillis foliorum superiorum pedunculati. Pedunculi folio bre-
 viores. Pedicelli unguiculares. Perianthium 1-phyllum ovatum
 glabrum, corollâ multo brevius, ad basin fere 5-partitum: la-
 ciniae laciniatae acutae. Corolla 1-petala, virescens, glabra,
 ad basin fere 5-partita, patula: lacinae ovatae concavae, ob-
 tusae, lineam longae. Filamenta 5, linearia, distincta, corollâ
 breviora, apice aucta membranâ subrotundâ concavâ pellucidâ.
 Antherae subbinæ, intra membranam apicibus filamentorum
 insertae, subconnatae. Germina 2 supera. Styli 2 filiformes
 erecti glabri, filamentis breviores. Stigmata simplicia obtusa.
 Folliculi 2 oblongi. *Thunb.* *In sylvis variis Promont.*
b. Spei.

4. *A. lanceolatus* *R. Brown*; caule volubili herbaceo
 striato glabro, foliis lanceolatis, umbellâ triflorâ. *APOCYNUM*
lanceolatum *Thunb. Prodr.* I. p. 47. *Fl. Cap.* II. p. 162.
Willd. Spec. I. p. 1261.

Caulis filiformis ramosus. Rami vix ulli. Folia petiolata, basi
 rotundata, acuminata, integra, glabra, patula, laxa, 2 poll. Pe-
 tioli unguiculares. Umbellae axillares 2 et 3-florae. Pedun-
 culi et pedicelli capillares unguiculares. Perianthium 1-phyll-
 um erectum glabrum brevissimum, ad basin fere 5-partitum:
 lacinae lineari-filiformes. Corolla 1-petala alba subampa-
 nulata profunde 5-partita: lacinae lanceolatae acutae. Necta-
 rii folia 5 lanceolata alba tenuissima erecta distincta germi
 inserta, inter corollam et stamina, corollâ breviora staminibus

paulo longiora. *Thunb.*
vadersbosch.

In Promont. b. Spei, Groot-

5. *A. Massoni*; fruticosa, ramis spinescentibus, foliis minimis oppositis distantibus cordatis. *R. Brown Mem. Werner. Soc. I. p. 55.*

Cls. R. Brown nomen specificum nullum indidit plantae. Corolla urceolata potius quam campanulata; orificium tubi pilis deflexis; massae pollinis apice attenuato affixae. Stigma obtusum. Folliculi fere cylindrici glabri. *In Promont. b. Spei.*

6. *A. cubensis Humb. et Bonpl.*; caule volubili, foliis lanceolatis subacuminatis glabris ciliatis, umbellis plurifloris pedunculatis folio brevioribus, corollis barbatis. *Humb et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth III. p. 206. t. 257.*

Caules volubiles ramosissimi; rami filiformes teretiusculi obsolete striati glabri aut pubescentes, pilis recurvatis. Folia opposita basi acuta integerrima venosa nervo medio subtus prominente membranacea ciliata 12-14 lin., 1 1/2 - 2 1/2 lin. lata. Petioli 2 lin. longi, subcapillacei, interne puberuli. Umbellae interpetiolares 9-12-florae, bracteis pluribus minutis ovato-oblongis acutis, pedunculo 6-9 lin., filiformi, glabro aut pubescente. Flores in pedicellis 2-3 lin., capillaceis, glabris aut pubescentibus. Cal. 5-partitus, corollam quadruplo brevior, laciniis ovato-oblongis acutiusculis planis integerrimis glabris viridibus margine diaphanis aequalibus. Cor. 5-fida alba glabra, tubo inflato globoso, laciniis ovato-lanceolatis, apice angustato-linearibus et subcarnosis, tubuloso-conniventibus, externe glabris, interne fauceque barbatis. Corona nulla, Gynostemium abbreviatum. Antherae membranâ ovatâ obtusâ diaphanâ. Massae pollinis pendulae clavatae teretiusculae apice affixae flavidae. Filamenta subnulla? ovaria 2, subrotundo-ovata, hinc pressione mutuâ plana glabra. Styli breves. Stigma pentagonum, apice conico integro, angulis corpusculiferis. Corpuscula lineari cylindracea fusca, basi utrinque processu filiformi pollinifero. Fructus? An generis? *Kunth. Prope Regla ins. Cuba. 4?*

1107. SECAMONE.*)

1. *S. emetica R. Brown*; corollis glabris, corymbis paucifloris axillaribus, foliis lineari-lanceolatis aveniis. *PERIPLOCA emetica Willd. Spec. I. p. 1150.* *P. caule fru-*

*) Frutices erecti v. volubiles, glabri. Folia opposita. Cymae dichotomae, interpetiolares. Flores minuti. Genus difficillimum ob partium exilitatem, attamen naturale et distinctum, PERIPLOCEAS jungentibus ASCLEPIADEIS. Huc PERIPLOCA *emetica Retz*, PERIPLOCA *Secamone Linn.*, et species tres ineditae, altera scandens a clo. *Rosburgh* detecta in India orientali, reliquae frutices erectae ex nova Hollandia tropica.

ticoso diffuso, fol. lineari-lanceolatis. *Retz Obs. II. p. 14.*
Willd. Phytogr. I. p. 6. n. 21. t. 5. f. 2.

Caulis teres, cortice rimoso-rugoso. Folia brevissime petiolata integerrima avenia glabra. Cymae axillares pauciflorae. Pedunculi pubescentes, bracteis brevissimis suffulti. Calyx pubescens brevis, dentibus 5 obtusis. Corolla monopetala profunde 5-partita, glabra; laciniis linearibus obtusis. Nectaria et staminum situm haud distincte vidi. *Willd. In India orientali ad radices montium. h.*

Obs. Huc clo, *Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 192.* spectare videtur *CYNANCHUM vomitorium Lam.*; caule volubili villosa, foliis ovato-lanceolatis subtus subtomentosis, corymbis lateralibus villosis paucifloris. *Lam. Enc. meth. II. p. 235.*, in quo dicuntur: Caules albi tomento brevi. Folia opposita, petiolis brevibus; corymbi pedunculati laxi. Flores parvi, calycis laciniis angustissimis setaceis magnitudine corollae. *Lam. Clo. Persoon in Syn. I. p. 273.* videtur *ASCLEPIAS asthmatica β*, quae illi *CYNANCHUM Ipecacuanha.* *In Isle de France. Sonnerat, cui Ipecacuanha de l'Isle de France. h.*

2. *S. Alpini*; floribus interne hirsutis paniculatis, foliis lanceolato-ellipticis. *PERIPLOCA Secamone Linn. Mant. p. 216.*
Thunb. Prodr. I. p. 47. Fl. Cap. II. p. 153.
Willd. Spec. I. p. 1249. Poiret Enc. meth. V. p. 189.
Secamone Alp. Aegypt. p. 135. t. 134.

Caulis volubilis fruticosus laevis; folia opposita petiolata laevia subtus pallidiora transverse venosa. Paniculae axillares alternae dichotomae foliis breviores. Flores minuti albi intus hirsuti. Differt a *graeca* primo intuitu floribus minutis copiosis. *Linn.* Caulis cinereus, glaber; Rami alterni et oppositi, patuli. Folia oblonga acuta margine revoluta, parallelo nervosa, inaequalia, glabra, pollicaria et ultra. Petioli brevissimi. Flores paniculati minuti. Paniculae axillares trichotomae supra decompositae. Pedicelli rufescentes, pubescentes. Cor. intus albo-villosa. *Thunb. In Aegypto, et in sylvis Houtniquas et alibi in Promont. b. Spei taediosa intransibus sylvas.*

Obs. In *Herb. Lamarckiano* prostare specimen foliis lanceolato-ellipticis obtusis, mucrone in medio, quod huc spectare videtur. *Poiret.*

3. *S. elliptica R. Brown*; caule erecto, foliis ellipticis acuminatis glabris, pedunculis pedicellisque tomentosus, corollis imberbibus. *R. Brown Prodr. I. p. 464.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicam.

4. *S. ovata R. Brown*; caule divaricato, foliis ovatis acutis glabris, pedunculis pedicellisque glabriusculis, corollis imberbibus. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicam.

1108. H E M I D E S M U S. *)

1. *H. indicus* R. Brown; spicis axillaribus imbricatis, (umbellis axillaribus subsessilibus Hornem.) foliis ellipticis obtusis mucronatis, caule glabro. *PERIPLOCA indica* Willd. *Spec. I. p. 1251.* *Poiret Enc. meth. I. p. 190.* *Hornem. Hort. r. Havn. I. p. 245.* *Burm. Zeyl. 187. t. 83. f. 1.* *Plukn. Mant. 17. t. 359. f. 2.*

Folia basi subcordata obtusissima. Willd. Caulis teres, cinereus, scaber, tuberculis minimis. Folia fere sessilia, glabra, superne laete viridia, inferne pallida et cinerea, oblonga acuta. Calyces minutissimi. *Burm. l. c.* *In Zeylona. h.*

2. *H. ? cordatus*; foliis ovato-cordatis mucronatis, floribus axillaribus subumbellatis, pedunculis capillaribus. *PERIPLOCA cordata* *Poiret Enc. meth. V. p. 191.*

Affinis *indicae*, diversa characteribus datis, et glabritie. Caules teretes graciles admodum flexiles sarmentosi, juniores vix pubescentes, grisei. Folia glabra, dilute viridia, brevia, acutiuscula, vix 1/2 poll., petiolis angustis teretibus 2-3 lin. Pedunculi umbellae axillaris 4-8-florae simplices brevissimi, involacris brevissimis, fere setaceis subhirsutis; pedicelli maxime inaequales. Flores parvi, calyce brevissimo, dentibus 5 brevibus obtusis. Corollae lacinae virentes oblongae basi dilatatae, apice fere subulatae, subpubescentes. *Poiret.* *In India orientali. Sonnerat. h. Herb. Lamarck.*

1109. P E R I P L O C A.

1. * *P. graeca*; floribus interne hirsutis terminalibus. *Willd. Spec. I. p. 1248.* *Poiret Enc. meth. V. p. 187.* *Jacq. Misc. I. p. 11. t. 1. f. 2.* *Hort. angl. t. 15.* *Du Hamel arb. II. p. 103. t. 21.* *Schmidt oestr. Baumz. I. t. 46.* *Jaume St. Hilaire Livr. VIII. t. 6.* *P. maculata* *Mönch.*

15-20 ped., scandens, ramis griseo-fuscis teretibus. Folia opposita petiolata, ovata et lanceolata, 4 poll., 1 3/4 poll. lata, integerrima, utrinque glabra. Corymbi axillares, longe pedunculati. Lacinae corollae lineares, apice rotundatae, extus virides, intus fusciscentes, pilis brevibus, copiosis. Fructus 1 1/2 poll., fuscus. *In Gallia meridionali, in sepibus Bithyniae circa Bursam et in monte Athone, in Iberia, Syria, Sibiria, et ad Caucasum. h.*

Obs. Stigma 5-angulare, cui impositae glandulae 5 appendiculatae. *Schkuhr Handb. t. 53.*

*) Frutices volubiles glabri; folia opposita, nitida. Flores interpetiolares, congesti, parvi. Species duae ineditae, *indico* proxime affines, ex India orientali, indigitat R. Brown *Wern. Soc. I. p. 57.*

2. *P. mauritiana* Poir.; foliis ovatis longe acuminatis, floribus racemosis, fructibus subulatis horizontaliter patentibus. *Poiret Enc. meth. V. p. 188. Plukn. t. 336. f. 7.*

CYNANCH. *mauritianum*, caule volubili fruticoso, fol. ovato-lanceolatis utrinque glabris. *Lam. Enc. meth. II. p. 230.*

Funis papius *Rumph Amb. V. p. 14. t. 10. forte etiam t. 11. Kata-pal-valli Rheed. Malab. IX. t. 11.*

Foliis affinis *graecae*, sed differt floribus multo minoribus in racemis brevibus, fructibusque. Caules lignosi glabri teretes fusci; folia sat magna utrinque glabra, pollicem lata, 2 poll. et ultra longa, nervis transversis parallelis, petiolis brevibus. Racemi axillares parvi, ramis brevibus divaricatis. Pedunculi basi squamâ brevi obtusâ. Cal. parvus, glaber, dentibus 5 brevibus obtusis. Cor. mediocris. Folliculi subarticulati. Semina pilis albis vel subrufescentibus. *Poiret. In insula Mauritiæ alibique in India orientali. b. Herb. Lamarck.*

3. * *P. laevigata* Ait. *Hew.*; corollis glabris, laciniis obtusis, cymis trichotomis, foliis oblongo-lanceolatis, venosis, laevibus, caule glabro. *Willd. Spec. I. p. 1249. Ait. Hew. I. p. 301. Poiret Enc. meth. V. p. 188. P.*

punicaefolia caule fruticoso lento, foliis lanceolatis. *Cavan. Icon. III. p. 9. t. 217.*

Folia simpliciter venosa. Corolla interne luteo-viridis, laciniis linearibus obtusis superne maculâ fulvâ notatis. *Willd. Multum affinis angustifoliae*, sed foliis latioribus praeter characteres datos distincta. Caules satis fortes lignosi, cinerei vel fuscescentes glaberrimi; rami juniores flexiles. Folia vix petiolata, fere linearia, pollicaria, 3 lin. lata, apice rotundata, basi attenuata; firma, glauca; flores versus apicem ramorum axillares parvi, corollae lacinae obtusae supra maculâ flavâ saturatiore. Folliculi elongati angusti subventricosi. Semina pappo sericeo albo. *Poiret ad Herb. Lamarck. In Canariis et Promont. b. Spei. b.*

4. *P. angustifolia* Labill.; fruticosa, foliis aveniis glabris angusto-lanceolatis perennantibus, folliculis horizontalibus, basi oppositis. *La Billard. plant. syr. rar. Dec. II. p. 13. t. 7. Desfont. Atl. I. p. 209. P. co-*

rollis glabris, laciniis emarginatis, cymis trichotomis, fol. lanceolatis aveniis laevibus, caule glabro. Willd. Spec. I. p. 1249. Poiret Enc. meth. V. p. 189. P. laevigata Vahl Symb. 3. p. 45. (excl. syn. Aiton.)

Caulis 5-5-ped., subiade apice scandens; folia acuta, quandoque obtusa (vix pollicaria, 2-3 lin. lata,) petiolis 2 tuberculis oppositis; flores intus purpurascens, subtus orisque pallide flavis, medio puncto albo. *Labill. Ad Mare juxta Lacedaemam, in Lampedosa insula, in Atlas. b.*

Obs. Descriptio immortalis *Vahl*, licet et *laevigatam* *Hort. Hew. et angustifoliam* *La Billard.* pro synonymis habeat, ad neutram qua-

drat exacte. „Rami teretes sparsi glabri cortice cinereo. Folia in ramulis junioribus subaggregata, in adultioribus basi conferta, sursum versus remota, vix petiolata, pollicaria, basin versus attenuata, extrorsum parum dilatata, obtusa vel acutiuscula, glaberrima, avenia, enervia, glauco-viridia. Cymae axillares di-s. trichotomae. Folliculi glabri striati horizontales attenuati, crassitie fere pennae cygnae. In Monte Schibel Ischel Tuneti. h.“

5. *P. albicans* Poir.; foliis ovatis (sub) acuminatis, racemis paucifloris, caule suberoso, candicante. *Poiret Enc. meth. V. p. 191.*

Non confundenda cum *CYNANCHO suberoso* Linn.: folia minuta, affinia *cordatae*, attamen raro basi cordata, floresque nunquam umbellati. Caules glabri, teretes, volubiles; folia in ramis junioribus myrtiformia, utrinque glabra, 4-5 lin. longa, 3-4 lata; petioli breves filiformes. Corymbi 3-4-flori parvi pedunculati ad axillas singulas foliorum in ramis junioribus; flores parvi ochroleuci subsessiles in ramis pedunculi communis. Cal. brevis, dentibus 5 lanceolatis subelongatis obtusis. Corollae tubus vix longitudine calycis, laciniis oblongis fere subulatis, acutis, patentibus. Antherae Stylique? Fructus? *Poiret. In India. Commerson. Herb. Lam. h.*

6. *P. parviflora* Poir.; foliis ovato-sublinearibus, floribus minimis subsessilibus, caule volubili. *Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 192.*

Non confundenda cum *C. parvifloro* Swartz; caules in nostra gracillimi, glaber, filiformes, tenacissimi, admodum volubiles; folia parva obtusa submucronata subpetiolata magis approximata, 4-5 lin., 2 1/2 lin. lata; flores albi bini terni in umbellis axillaribus folio ad minimum duplo brevioribus. *Poiret. In India orientali. Sonnerat. h. Herb. Lamarck.*

7. *P. virgata* Poir.; foliis lanceolatis, floribus longe spicatis, subnudis, caulibus virgatis, ramis florentibus lateralibus. *Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 192.*

Caules divisi in ramos longos flexiles sarmentosos satis erectos, partim ramulis brevissimis horizontalibus obsessos, longaque spicâ florum minimorum terminatos, per fasciculos parvos infra digestorum in umbellis sessilibus axillaribus 4-5 floris, pedunculo brevissimo capillari suffultis, supra vero in spica nuda angusta simplici 3-4-poll. Folia petiolata minima, 3-4 lin., 2 lin. lata, parum remota, rotundata basi, integerrima, et attenuata, apice obtusa. Cor. albida, laciniis minimis. *Poir. In India orientali. h. Herb. Lam.*

8. *P. cochinchinensis* Lour.; caule arboreo, foliis carnosissimis, racemis terminalibus. *Lour. Fl. Cochinch. I. p. 208. β. minor.*

Arbor medioeris ligno flaccido ramis patentibus. Folia cordata oblonga acuta integerrima magna glabra opposita. Flos albo-caeruleus, racemis brevibus. Calycis foliola 5 lanceolata ex-

pansa. Cor. rotata 5-partita, nectario ambiente genitalia columellis 5 filiformibus erectis, basi curvatis. Folliculi 2 oblongi, seminibus pluribus subrotundis *Lour.* *Ad portam Turanum Han Cochinchinae. β. in Bengalia. h.*

9. *P. Humboldtiana*; foliis lanceolatis acutis, umbellis pedunculatis paucifloris. *P. parviflora. Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h. Nomen mutandum erat ob *parvifloram* antiquiorem.

10. *P. pubescens Humb. et Bonpl.*; foliis cordatis oblongis subtus pubescentibus, floribus racemosis, calycibus corollâ majoribus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. h.

11. *P. oblongata Humb. et Bonpl.*; foliis oblongis acutis glabris, umbellis paucifloris subsessilibus, corollis glabris. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. h.

12. *P. mucronata Humb. et Bonpl.*; foliis ellipticis obovato-mucronatis umbellis axillaribus paucifloris subsessilibus, corollis glabris. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. h.

13. *P. tenuifolia Humb. et Bonpl.*; foliis anguste lanceolatis acutis glabris, umbellis paucifloris subsessilibus, corollis glabris. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. h.

1110. G Y M N A N T H E R A.

G. nitida R. Brown Prodr. nov. Holl. I. p. 464. Mem. Wern. Soc. I. p. 58.

Frutex volubilis glaberrimus. Folia opposita nitida. Pedunculi laterales, subdichotomi. Flores albo-virentes, imberbes. Squamae 5, incisae, intus sub sinibus calycis insertae. Albumen nullum. *In nova Hollandia intra Tropicam.*

1111. M E L O D I N U S.

* *M. scandens Linn. Suppl. 169. Forst. gen. 19. Prodrom. n. 125. Willd. Spec. I. p. 1274.*

Frutex glaberrimus. Caulis scandens. Folia oblongo-ovata venosa integerrima glaberrima opposita. Affinitas magna cum RAUWOLFIIIS. *Linn. In Nova Caledonia. h.*

1112. S W E R T I A.

1. * *S. perennis*; corollis 5-fidis, pedunculis tetragonis

subulatis, caule indiviso, foliis radicalibus ovalibus. *Willd. Spec. I. p. 1329.* *Roth germ. II. p. 284.* *Smith brit. p. 284.* *Gmel. Sibir. IV. p. 111. n. 77.* *Jacq. Austr. t. 243.* *Engl. Bot. t. 1441.* *GENTIANA paniculata Lam. Fl. fr. 2. n. 333.* *Hall. Helv. n. 636.* *Barrel. Ic. 91.*

Rad. fibris longis albidis. Caulis erectus pedalis subtetragonus glaber parum foliosus. Folia omnia fere radicalia petiolata ovata vel elliptica integerrima obsolete nervosa glabra. Spica terminalis erecta, pedunculis oppositis erectis angulatis unilioris basi bracteatis. Bractee sessiles elliptico-oblongae integerrimae. Flores cinereo-purpurei tristes inodori. Calycis lacinae subulatae patulae. Corolla patens, laciniis elliptici, acutis nigro-punctatis poris nectariferis margine setosis. Stamina subulata. Antherae versatiles. Germen ovatum compressum. Stylus brevissimus 2-partitus. Valde amara. E speciminibus in Monte Cenisio lectis. *Smith. In alpinis totius Europae, Caucasi et Sibiriae. 2.*

2. *S. decumbens Vahl*; corollis 5-partitis, foliis linearilanceolatis, caulibus decumbentibus. *Vahl Symb. I. p. 24.* *Willd. Spec. I. p. 1330.* *PARNASSIA polynectaria Forsk. Descr. 207. Icon. t. 5. f. 6.*

Caulis filiformes superne ramosi obscure angulati glaberrimi, uti tota planta. Folia sessilia opposita remota basi subconnata patentissima semipollicaria. Pedunculi gemini ex apice ramorum filiformes, basi foliolo lineari. Calyx 5-partitus uti Corolla. Stigmata duo. *In Arabia felici.*

3. * *S. corniculata*; corollis 4-fidis quadricornibus, (cornibus versus superiora incurvis. *Gmel.*) *Linn. Amoen. Acad. II. p. 317.* *Willd. Spec. I. p. 1330.* *Gmel. Sibir. IV. p. 114. t. 53. f. 3. (nec 4.)* *Pall. ross. II. p. 99. t. 90. f. 1.* *HALENIA sibirica Borkh. apud Römer Arch. I. p. 25.*

Dodrantalus nunc et subsimplex, nunc 2 ped. et ramosa. Rad. brevis attenuata. Folia radicalia plura lato-lanceolata, exescente caule emarcida. Caulis obsolete tetragonus, (articulis 5-6, et ultra laeviusculus) strictiusculus, foliis ovato-lanceolatis trinerviis. Pedunculi axillares et terminales filiformes nudi uniliori. Flos subnutans, saepe 5-fidus, virescenti-pallidus, subtetragono-campanulatus, laciniis acutis conniventibus, basi corniculis subulatis (deorsum extantibus) patentibus rectiusculis, in alpinis magis productis. Cal. foliola linearia exigua. Germen cylindraceo-conicum. Caps. siliculiformis bivalvis. Semina griseo-fuscescentia. *Pall. In Sibiria citra Jeniseam ad Camtschatcam. © ♂ Pall.*

4. *S. Michauxiana*; corollis subcampanulatis corniculatis; cornibus deflexis; foliis ovatis; ramis brevibus. *S. corniculata. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 100.* *Mich.*

Fl. bor. Amer. I. p. 97. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 494. *Pers. Syn.* I. p. 287. (excl. syn. praeter *Michaux.*)

Cl. *Pursh* recte *S. corniculatam Willd.* cum? adduxit, minus vero fauste nomen retinuit. Planta sibirica, ut ipse monet, ab americana differt cornibus divaricatis adscendentibus, foliis lanceolatis et ramis elongatis. Attamen *Linnaeus Amoen.* I. c. de *corniculata* dicit: „Rami caule multo breviores, superiores brevissimi.“ Flores viridi flavescentes. In uliginosis Canadae ad lacus occidentales Statuum. ♂.

Obs. Licet neque *Pursh l. c.* neque *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p. 263 ad plantam *Purshianam* citet *S. corniculatam Mich.*, quae prius in *Enc. meth.* VII. p. 494 cum planta *Linnaeana* sibirica pingebatur, tamen huc spectare, et speciem hanc distinctam a sibirica sistere videtur.

5. * *S. dichotoma*; corollis 4-fidis ecornibus, pedunculis nutantibus, foliis ellipticis, caule ramoso. *Willd. Spec.* I. p. 1330. *Linn. Amoen. acad.* II. p. 317. *Gmel. Sibir.* IV. p. 112. t. 53. f. 2. (nec 3) *Pall. ross.* II. p. 100. t. 91.

Facies *Anagallidis*. Folia radicalia ovata nervosa, in petiolos longitudine foliorum desinentia. Caules numerosi dichotomi dif-fusi articulati, magnitudine digiti. Rami oppositi subramosi longiores. Folia caulina ovata trinervia glabra subsessilia integerrima. Pedunculi e dichotomia ramorum, terminales, uniflori, internodiis breviores. Calycis lobi ovato-lanceolati acuti. Cor. patens, segmentis ovatis persistentibus obtusis. Stigmata 2 obtusiuscula. Caps. subrotundaa compressa. *Linn.* Caules tenues rubentes, saepe decumbentes. Folia caulina sub-5-nervia. Flores virides, interdum subrubentes. *Pall.* In Sibiria ad ripas *Catschae*, supra *Krasnojarsk.* ☉.

6. *S. tetrapetala Pall.*; corollis 4-fidis ecornibus, pedunculis erectis, foliis lanceolatis nervosis, caule simplici. *Willd. Spec.* I. p. 1331. *Pall. ross.* II. p. 99. t. 90. f. 2.

Vix dodrantalis. Caulis erectus, filiformis, paribus foliorum 4-5. Pedunculi axillares subfastigiati. Flores minuti. Calycis foliola linearia. Corollae lacinae vix basi cohaerentes, patentes, intense cyaneae, medio lacunâ longitudinali fulvescente. Stam. rufa. Germen fusiforme. *Pall.* In *Camtschatcae ostio Appalla.* ☉.

7. *S. fastigiata Pursh*; corollis campanulato-rotatis longitudine calycis; floribus fastigiato-aggregatis axillaribus terminalibusque; pedicellis geminis; foliis spathulato-obovatis nervosis; caule ramoso. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 101.

Folia lata; flores azurei. In planitie ad *Missouri* circa *Rocky mountain.* *M. Lewis.* 4.

8. *S. pusilla Pursh*; corollis rotatis calyce duplo lon-

gioribus; caule simplicissimo unifloro; foliis oblongis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 101.*

Vix pollicaris, pari uno alterove foliorum, flore sat magno caeruleo, corollae laciniis oblongis, acuminatis, calycis obtusis. *In alpinis Whitchills of New Hampshire, etiam in Labrador fide specimen. Herb. Banks. ☉.*

9. *S. umbellata Ruiz et Pav.*; corollis quadricornibus, foliis lanceolato-linearibus, connatis; radicalibus confertis; caulinis remotis; floribus terminalibus umbellatis. *Ruiz et Pav. Fl. peruv. III. p. 21. t. 242. f. B.*

Herbacea glabra, radicibus fibrosis, albido-flavicantibus; caules erecti 1-2 ped., graciles, tetragoni, laevissimi, simplices vel ramosi; folia trinervia, utrinque glabra, margine scabra, 1-2 poll., caulina sessilia basi conniventia. Umbella nunc solitaria, nunc pari umbellarum stipata, involucri foliolis linearibus. Pedicelli 5-10, inaequales, tetragoni, subnutantes. Cal. flavicans, laciniis ovato-lanceolatis persistentibus margine scabris. Cor. flava, calyce duplo longior, laciniis ovatis acuminatis conniventibus; cornua acuta divergentia. Filamenta apice incrassata, basi laciniarum inserta. Antherae pubescentes. Stylus nullus. Stigmata oblonga divaricata. Caps. conica, inferne torulosa, bilocularis, valvulis 2 acutis divergentibus pluribus apice recurvis, seminibus pluribus parvis lenticularibus receptaculis per suturam valvularum decurrentibus affixis. *In Andibus Peruviae. ☉.*

SWERTIAE americanae *Humb. et Bonpl.* An genus distinctum? Calyx 4-partitus. Cor. subcampanulata quadrifida quadricalcarata, rarius quadrituberculata. Stamina 4.

10. *S. brevicornis Humb. et Bonpl.*; caule erecto, ramoso, tereti; foliis lineari-lanceolatis, breviter petiolatis; floribus axillaribus et terminalibus, solitariis; laciniis calycinis linearibus; corollâ infundibuliformi, quadrifidâ; calcaribus brevissimis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 135. n. 1.* *S. coroll. 4-fid. 4-cornibus, cornubus brevissimis obtusis, foliis linearibus acutis, caule simplici. Reliqu. Willd. MS.*

Herba 6- aut 9-poll. Caulis laevis, glaber, ramis oppositis, elongatis. Folia opposita, utrinque angustata, acuta, integerrima, trinervia, membranacea, glabra, subsesquipollicaria, 2 lin. lat.; superiora sessilia, linearia. Flores pedunculati, 3-4 lin. long., erecti. Calyx laciniis acutis, integerrimis, aequalibus, corollâ dimidio brevioribus, glabris. Corolla pallide flava, glabra, basi calcaribus 4; limbi laciniis ovatis, acutis, aequalibus, patentibus; fauce imberbi. Stamina, corollae inserta, cum ejus laciniis alternantia iisque duplo breviora. Filamenta filiformia, glabra. Antherae oblongae, incumbentes, biloculares. Stigma sessile, bilobum. Capsula oblonga, com-

pressiuscula, laevis, glabra, calyce et corollâ persistente vestita iisque longior, bilocularis (demum unilocularis?), apice septicido-bivalvis, 4 lin. longa. Semina crebra, subrotunda, laevia, fusca, magnitudine grani PAPAVERIS dubii. *Hunth.* Folia internodiis breviora basi connata, flores racemosi terminales in specimine Willdenowiano. *Locis temperatis prope villam Chillo Quitensium, alt. 1400 hex. ☉.*

11. *S. parviflora Humb. et Bonpl.*; caule erecto, quadrangulari-tereti, simplici; foliis caulinis lineari-lanceolatis, sessilibus; floribus paniculato-spicatis, geminis; laciniis calycinis linearibus; corollâ rotato-campanulatâ, quadrifidâ, basi (extus) tuberculis quatuor instructâ. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Hunth III. p. 136. n. 2.*

Herba 6. aut 10-poll. Caulis compressiusculus, laevis, glaber, inferne simplex, superne ramis oppositis, abbreviatis et floriferis. Folia inferiora ignota; superiora opposita, linearia aut lanceolato-linearia, acuta, integerrima, trinervia, glabra, subpollicaria. Flores terminales et axillares, pedunculati, erecti, magnitudine floris minoris LYSIMACHIAE vulgaris; pedunculis glabris. Calyx glaber; laciniis acutis, aequalibus, corollâ duplo brevioribus. Corolla flava (?), glabra, limbi laciniis ovatis, acutis, aequalibus; fauce imberbi. Stamina basi corollae inserta eaque breviora. Filamenta linearia, glabra. Antherae subrotundo-oblongae, incumbentes, biloculares. Ovarium oblongo-lineare, compressum, sessile, glabrum, stamina aequans. Stigma sessile, bilobum; lobis obtusis, patulis. Capsula oblonga, compressa, glabra, stigmatate coronata, calyce et corollâ persistente vestita eamque vix superans, unilocularis (?) apice bivalvis. *Prope urbem Guanaxuato Mexicano-ram, alt. 1100 hex. ☉.*

12. *S. plantaginea Humb. et Bonpl.*; caulibus erectis quadrangularibus, simplicibus aut subfastigiato-ramosis; foliis radicalibus lanceolatis, longe petiolatis; caulibus linearibus, sessilibus; floribus terminalibus et axillaribus, solitariis; laciniis calycinis lineari-spathulatis; corolla quadrifida; calcaribus pendulis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Hunth III. p. 136. n. 3.*

Herba 8. aut 9-poll. Caules glabri; ramis oppositis, elongatis. Folia complura, acutiuscula, basi in petiolum angustata, integerrima, trinervia, glabra, adjecto petiolo 3-5 1/2 poll., 4-5 lin. lata; caulina opposita, remota, lanceolato-linearia aut linearia, 1-2 1/2 poll., 1 1/2-2 1/2 lin. lat. Petioli glabri, longitudine foliorum. Specimina suppetentia fructifera. Capsulae pedunculatae, oppositae, oblongae, compressae, calyce et corollâ persistente vestitae eamque superantes, stigmatate persistente bilobo coronatae, subsemipollicares, lacves, glabrae, uniloculares (?), apice bivalves. Calyx quadripartitus; laciniis acutis, glabris, corollâ duplo brevioribus. Corolla flavida (?), glabra, basi quadricalcarata; limbi laciniis ovatis, obtusis, aequalibus; cal-

caribus conico-cylindratis, corollâ quadruplo brevioribus. Semina subrotunda, laevia, fusca, magnitudine grani PAPAVERIS somniferi. In monte ignivomo Jorullo, alt. 500 hex. 4.

13. *S. asclepiadea* Humb. et Bonpl.; caulibus subrectis, angulato-teretibus, simplicibus; foliis radicalibus lanceolatis, petiolatis; caulinis linearibus, sessilibus; floribus subumbellatis; laciniis calycinis lanceolatis; corollâ campanulatâ, quadrifidâ; calcaribus adscendenti-patentibus. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 136. n. 4.

Herba 9-12 poll. Caules erecti et adscendentes, laeves, glabri. Folia radicalia complura, acuta, basi angustata, integerrima, trinervia, glabra, adjecto petiolo 20-21 lin. long., 2 lin. lat.; caulina paulo angustiora, opposita, remota; superiora breviora. Petioli subsemipollicares, margine membranacei, glabri, basi vaginantes. Flores terminales, complures, interdum nonnulli in axillis foliorum superiorum, longe pedunculati, erecti, magnitudine floris *Violae*; pedunculi 5-6 lin., glabri, nudi. Calyx glaber; laciniis acutis, integerrimis, aequalibus, glabris, corollâ brevioribus. Corolla subcampanulata, flavâ (?), glabra, basi quadricalcarata; laciniis ovato-oblongis, obtusis, aequalibus; calcaribus conicis, corollam subaequantibus; fauce imberbi. Stamina corollae inferne inserta, cum ejus laciniis alternantia usque breviora. Filamenta lineari-subulata, glabra. Antherae oblongae, incumbentes, biloculares; loculis longitudinaliter et lateraliter dehiscentibus. Ovarium sessile lineare, compressum, glabrum, stamina aequans, uniloculare, polyspermum; ovula suturis duabus affixa. Stigma sessile, bilobum. Capsula ignota, unilocularis (?) septicido-bivalvis (?). *S. umbellatae* Ruiz et Pav. (in herb. hort. Paris.) proxima; differt praesertim floribus minoribus, calcaribus conicis, adscendenti-patentibus. In frigidis montium Novo Granatensiam, juxta Santa Fe de Bogota, et in declivitate Pyrami de Chingasa, alt., 1400-1700 hex. 4.

Obs. Sw. *quadricornis*, corollis 4-fidis 4-cornibus, cornibus patulis, foliis linearibus acutis, caule basi ramoso Reliqu. Willd. MS. huic proxima videtur. Div. Willdenow tulit ab ill. de Humboldt. Caules plures e radice simplici spithamei; folia lanceolata trinervia, radicalia petiolata, caulina sessilia, opposita; flores axillares pedunculati.

14. *S. hypericoides* Humb. et Bonpl.; caulibus procumbentibus, ramosis, foliosis; foliis oblongo-lanceolatis, superioribus sessilibus; floribus paniculatis, geminis; laciniis calycinis lineari-lanceolatis; corollâ subcampanulatâ, quadrifidâ; calcaribus pendulis, apice uncinatis. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 137. n. 5.

Caulis glaber; ramis adscendentibus, oppositis, simplicibus aut ramosis, 3- aut 5-poll. Folia opposita, petiolata, paulo approximata, acutiuscula, inferne angustata, integerrima, trinervia, glabra, adjecto petiolo 8-9 lin. longa, sesqui aut 2 lin.

lata; superiora minora, oblonga. Petioli folio dimidio breviores, margine membranacei, basi connati et vaginantes, glabri. Flores terminales et axillares, in apice caulis paniculatim dispositi, suberecti, 3-4 lin. long. Pedunculi glabri. Calyx 4-partitus, glaber, corollâ dimidio brevior, laciniis lineari-lanceolatis acutis. Cor. subcampanulata, basi quadricarata, flava (?) glabra; laciniis ovatis, acutis, aequalibus; calcaribus subconicis, inferne incurvatis, corollâ dimidio brevioribus; fauce imberbi. Stamina, Ovarium et Stigma prorsus ut in praecedente *asclepiadeâ*. Capsula oblonga, obtusa, compressa, calyce et corollâ persistente tecta eamque superans, laevis, glabra, unilocularis, apice bivalvis. Semina subglobosa, laevia, fuscescentia, magnitudine seminis PAPAVERIS *somniferi*. In regno Novo-Granatensi, prope fodinam Zipaquira, alt. 1400 hex. 2.

15. *S. gracilis* Humb. et Bonpl.; caule erecto, quadrangulâ tereti, simplici; foliis oblongis; superioribus sessilibus, ovato-oblongis; floribus terminalibus et axillaribus, geminis; laciniis calycinis obovato-spathulatis; corollâ subcampanulatâ, quadrifidâ; calcaribus pendulis, subrectis. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 137. n. 6.

Herba 8. aut 9 poll. Radix perpendicularis, ramosa. Caulis laevis, glaber. Folia opposita, remota; inferiora petiolata, acutiuscula, basi angustata, integerrima, reticulato-trinervia, glabra, 8-9 lin., 3-4 lin. lata; petiolis folio paulo longioribus, glabris. Folia superiora acutiuscula, basi paulo angustata. Flores erecti, 4-5 lin., pedunculi breves, glabri. Calyx glaber; laciniis acutis, aequalibus, corollâ brevioribus. Corolla basi quadricarata, flava (?), glabra; laciniis ovatis, acutis, aequalibus; calcaribus conicis, corollâ triplo brevioribus; fauce imberbi. Stamina et Pistillum prorsus praecedentis. Capsulam haud vidi.

An varietas praecedentis *hypericoidis*. Cum praecedente. ☉.

16. *S. pauciflora* Humb. et Bonpl.; corollis 5-fidis 5-cornibus, foliis lanceolatis. Reliqu. Willd. MS.

Folia ad basin caulis vaginantia, 2-3-poll., lineari-lanceolata integra. Scapus spithameus nudus. Umbella pauciflora simplex terminalis involucreta. In America merid. Humb. et Bonpl.

1113. GENTIANA.

a. Corollis 5-9-fidis (rarius 4-fidis) subcampanulatis:

COELANTHAE.

1. * *G. lutea*; corollis subquinquefidis rotatis verticillatis, verticillis subcymosis, calycibus spathaceis (foliis latis ovatis.) Frölich Gent. p. 15. n. 1. Willd. Spec. 1. p. 1531. Vill. Delph. II. p. 521. Scop. Carn.

ed. 2. p. 298. Mill. Icon. t. 139. Plenck off. t. 156. SWERTIA lutea Vest. Trattinn. tabular. t. 518. Hall. Helv. n. 637. ASTERIAS lutea Borkh. Röm. Arch. 1. p. 25. β. G. major vulgaris pallido et flavo flore. Barrel. Obs. p. 2. n. 7. Ic. 63. ex Clusio. γ. uniflora. Decand. Fl. franc. n. 2761.

Petala punctis sparsis creberrimis flava. Linn. Congenerum maxima. Rad. cylindrica rugosa annulata crassa subdivisa, pedum aliquot, extus fusca intus flava. Caulis fistulosus crassus cubitalis bicubitalis et ultra. Folia radicalia ovato-oblonga 5-nervia, 2-3 poll. lata; caulina sessilia ovata acuta, floralia subcordata amplexicaulia concava, omnia laete viridia nitida subtus glauca. Bractee ad singulos verticillos quaternae ovatae acutae trinerviae longitudine florum. Flores pedunculati, verticillis multifloris, inferioribus pedunculo communi crasso insidentibus. Cal. papyraceo scariosus diaphanus 3-4 fidus, laciniis brevibus lanceolatis inaequalibus. Cor. tubo brevissimo, basi glandulis 5-6 viridibus, limbo 5-6-partito, laciniis oblongis acutis venosis subimmaculatis, (punctis sparsis creberrimis!) calycem tertiâ parte superantibus. Antherae subulatae subcoaditae, demum distinctae. Stigmata oblonga plana revoluta. Caps. oblonga pedicellata. Semina subrotunda compressa margine membranacea rufa quadrifariam disposita, tuberculis elevatis centro pertusis submarginibus valvularum trifariam dispositis inserta. β. floribus minoribus pallidioribus, corollâ ad basin fere 5-9-partitâ, immaculatâ, saepe orgyalis. Frölich. In alpibus Europae mediae a Pyrenaeis ad Sudetos usque. β. in subalpinis. 4.

Obs. G. lutea Kalm iter 2. p. 263 a clo. Frölich huc delata forte ochroleuca.

2. G. hybrida Decand.; foliis ovato-lanceolatis, corollis 5-8-fidis rotatis acutis verticillatis sessilibus, calycibus membranaceis unilateralibus. Decand. Syn. Fl. Gall. p. 244. n. 2762. Fl. franc. II. p. 651. n. 2762. G. Thomasii, floribus campaniformibus, verticillatis punctatis, segmentis ovatis acutis ad tertiam sexfidis, antheris liberis, calyce inaequaliter 6-fido. Villars Mem. s. 1. plant. hybrid. in Röm. Collect. p. 189. G. campanulata Reyn. Mem. 219.

Media quasi lateam inter et pannonicam, huic corollae colore flavo-rubente foliis angustioribus acutioribus, floribus sessilibus pro-prior. Decand. An re verâ species? In alpibus valesiacis Thomas et Schleicher. 4.

3. * G. purpurea; corollis subquinquefidis campanulatis striato-punctatis verticillatis, calycibus membranaceis spathaceis. Frölich Gent. p. 18. n. 2. Willd. Spec. 1. p. 1331. (excl. synonym. Villars). Allion. Pedemont. n. 348. Fl. Dan. t. 50. Plenck off. t. 159. Andr. Repos.

l. 117. *Hall. Helv. n. 639.* PNEUMONANTHE purpurea Schmidt, n. 1. COILANTHA purpurea Borkh. Röm. Arch. 1. p. 25. *G. punicea Gesn. Schmidel. op. Gesn. II. p. 52. n. 92. a. t. 28. f. 92. A. a.* β. corollis roseis Hall. l. c. γ. corollis subimmaculatis Fröhl. l. c. δ. flore albo Decand. Fl. fr. III. p. 652.

Petala punctis secundum lineas purpurea. Planta, cujus sub nomine *Gentianae majoris lateae floribus punctis carentibus campanulae formâ* C. B. 187 meminit, hujus species erat lecta a Bursero. Linn. Sed haec est sequens *G. campanulata*. Rad. simplex et subdivisa, multiceps teres crassiuscula longa, extus flava, intus alba, superne squamosa amarissima. Caulis obsolete tetragonus, virens, aut viridi-purpurascens, pedalis cubitalisve. Folia radicalia ovata s. ovato-lanceolata apiculata, caulina media ovato-lanceolata, vix acuminata, suprema sessiliâ lato-lanceolata, basi coadunata vaginantia, omnia subquinenervia, flexilia lacte viridia nitida. Bracteae 2 terminales lanceolatae acuminatae floribus breviores. Flores terminales 5, 5-6, breviter pedunculati, axillares solitarii. Cal. oblongus scariosus diaphanus, interne longitudinaliter fissus, ut inde corolla denudata, apice dentibus 2-3 inaequalibus brevibus acutis, tubo brevior. Cor. magna subcoriacea, intus punctis raris in lineas subordinatis sparsa, tubo striato luteo, limbo 6-fido, laciniis basi latâ subovatis obtusis sinu latiusculo remotis. Filamenta 6. Antherae oblongae coalitae. Germen pedicellatum oblongum flavescens immaculatum. Stigma bifidum pubescens divaricatum. Caps. fusiformis longe pedicellata, basi tuberculis 6. Semina fusca orbiculata margine alata, ut in *pannonica*. Fröhl. ad specimen lect. in Sabaudia Saramillon a Schmidel. In alpibus Norvegiae, Helvetiae, Sabaudiae, Pyrenaeis. 4.

Obs. Cls. Frölich monet hanc plerumque cum *pannonica* confundi, differre: foliis tenerioribus nec adeo coriaceis, magis ellipticis, corollis paullo minoribus et tenerioribus, rariter punctatis, immo immaculatis, laciniis angustioribus paullo acutioribus, calyce albido vere spathaceo, apice nullo modo truncato (ut in diagnosi *Linnaeana*), magis oblongo, dentibus acutis brevissimis. Exul est ex alpibus Germaniae. Villars apud Römer Collect. p. 189. hanc interdum, sed rarius, corollis flavis punctatis occurrere. Confer Obs. ad *pannonicam*.

4. * *G. pannonica*; corollis subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis, calycibus coriaceis (?) truncatis. Fröhl. Gent. p. 21. Willd. Spec. 1. p. 1332. *G. coroll. campanul. 6-7-fidis punctatis, calycibus subsexfidis, foliis caulinis lanceolatis acuminatis.* Linn. Syst. Veg. ed. Jacq. Murr. p. 265. n. 5. Scop. Carn. 2. n. 297. Trattinn. Fl. Austr. Fasc. 1. t. 9. Austr. 2. t. 136. *G. purpurea coroll. sub-5-fid. campanulat. verticillatis, calycibus truncatis.* Linn. Spec. 1. p. 637. n. 2. (excl. synonym.) Schrank bavar. 1. n. 424. (excl. synonym. Linn.) *G. punctata* Jacq. Obs. II. p. 17. t. 39. et Syst. Veg. ed.

Murr. p. 281. (excl. Fröhl. et Jacq. Austr.) PNEU.
 MONANTHE *pannonica* Schmidt boh. 2. n. 112. Röm.
Arch. I. p. 9. n. 3. Gent. major purpureis floribus.
Schmid. Gesn. II. p. 53. n. 92. b. varietas prima cor. pur-
purea. Barrel. Ic. 64. (ex Clus.) β. verticillo
 solitario paucifloro, caule humili. Fröhl. γ. corollis al-
 bidis. Clus. pannon. p. 279. δ. caule alto, foliis prae-
 longis acuminatis.

Rad. teres parum ramosa multiceps rugosa cubitalis crassa, extus fusco-flavescentis, intus albicans. Caulis teres viridis s. purpurascens, pedalis s. cubitalis. Folia ovata subapiculata 5-nervia, petiolis in vaginam decurrentibus; intermedia ovato-lanceolata 5-nervia, longa; floralia acuminata subtrinervia, omnia subcoriacea laete viridia. Bractee ovato-lanceolatae acuminatae floribus breviores. Flores sessiles s. brevissime pedunculati, verticillo supremo multifloro, terminales axillaresque, magni, 1 1/2 poll. Cal. campanulatus obsolete pentagonus, sub-6-fidus, rubro viridique varius, laciniis 6-7 lanceolatis s. ovato-lanceolatis fere foliaceis inaequalibus, sinu lato distinctis, interdum serrulatis, tubo brevioribus. Cor. coriaceo-membranacea, purpurea, tubo flavescente, undique punctis saturationibus creberrimis subseriatis, laciniis ovatis obtusiusculis tubo triplo brevioribus. Filamenta 6-7. Antherae flavae, coalitae. Germen pedicellatum flavescentis fusco-punctatum, basi glandulis 6-7 virentibus. Stigma bifidum subviolaceum planum pubescens crenulatum, tandem revolutum. Caps. fusiformis, nigro-punctata, pedicello crasso, spongioso, fistuloso, basi tuberculis 6-7 elevatis oblongis striatis angulato. Semina fusca orbiculata alata, tuberculis elevatis, centro pertusis, ad latera utriusque valvulae bifariam horizontaliter inserta. Fröhl. *In alpibus totius Europae mediae Sudetisque, non in Pyrenaeis.* 4.

Obs. Div. Willdenow l. c. addidit: „a *G. punctata* distincta: laciniis corollae subrotundo-ovatis obtusis, nec ovatis acutiusculis.“ Frölich l. c. monet: foliorum magnitudinem et figuram mire variare, calycem esse semper firmiorem quam in *purpurea*. De Vest vero in litteris negat esse calycem coriaceum, et monet *pannonicam* differre a *purpurea* foliis imis ellipticis nec oblongo-lanceolatis, calyce brevissimo denticulato nec spathaceo corollam dimidio brevioris, fere ad medium usque fissam, laciniis 5-8. Antherae demum liberae. A *punctata*, in alpibus calcaereis clo. de Vest nunquam obvia, difficillime distinguitur: herba eadem: corolla vero ad medium usque fissa, cum in *punctata* sinus laciniarum via ad tertiam partem corollae penetrent.

5. * *G. punctata*; corollis subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis, calycibus membranaceis (sub) truncatis (lobis tubo calycino brevioribus inaequalibus.) Fröhl. *Gent. p. 24. n. 4.* Willd. *Spec. I. p. 1333.* G. corollis sub-5-fidis campanulatis punctatis, calycibus 5-dentatis. Linn. *Spec. I. p. 637. n. 3. (excl. syn. Jacq. Observ. fide Fröhl.)* G. c. sub-6-fid. urceolatis oppositis, laciniis acutis rugosis punctatisque, calycibus diphyllis membranaceis

truncatis, apice incrassato lanceolato. *Wahlenb. Carp. f.*

72. *Trattinn. Fl. Austr. Fasc. 3. t. 9. Jacq.*

Austr. V. t. 28. G. purpurea Vill. Delph. II. p. 523.

Hall. Hist. n. 638. PNEUMONANTHE punctata, Schmidt

n. 4. DASSTEPHANA punctata Borkh. in Röm. Arch.

I. p. 27. G. secunda species Gesn. Schmidel op. Gesn.

II. p. 53. n. 92. b. t. 28. f. 92. b. varietas altera flore pal-

lido. Barrel. Ic. 69.

Rad. crassa teres subramosa obliqua extus rugulosa multiceps fusca, intus albida. Caulis subtetragonus, viridis s. purpurascens, nitidus, 1-2 ped. Folia ovata acutiuscula, inferiora petiolata, superiora acuminata, omnia basi coadunata, 5-nervia nitida mollia laete viridia, figurâ caeterum plurimum ludentia. Bracteae 2, terminales lanceolato-ovatae acuminatae, flore breviores. Flores terminales 5, axillares solitarii, subsessiles. Cal. campanulatus inaequaliter 6-7-fidus, albidus, angulis caeruleo-rulescentibus, laciniis lanceolatis acutis sinu separatis brevibus aequalibus, corollae quartam partem aequantibus. Cor. ampla papyracea s. membranacea, diaphana, flava s. sulfurea, (ante florescentiam extus caeruleo-rulescens) punctis purpureis irregularibus inordinatis creberrime sparsa, limbo 6-7-fido, laciniis brevibus triangularibus acutiusculis aequalibus. Filamenta 6-7, antheris coalitis. Germen sessile oblongo-ovatum immaculatum, basi tuberculis numero staminum. Caps. oblonga sessilis. Semina imbricata orbiculata alata fuscescentia, ad valvularum margines tuberculis umbilicatis sparsis suspensa. *Fröhl. Rarior in alpihus Europae Mediae ab alpihus helveticis ad Suedos. 4.*

Obs. Differt a *G. pannonica* caule teneriore minus rigido, foliis caulinis longius productis, magis strictis, corollis minoribus, limbo calyceque brevioribus; puncta irregularia, non in lineas disposita, neque elevata. *Villars (pl. hybr.)* varietatem esse credit *pannonicae*, quod certe non est.

6. *G. biloba Decand.*; corollis subsexfidis verticillatis, calycibus membranaceis bilobis, lobis obtusis integris aequalibus. *Decand. Synops. Fl. Gall. p. 244. n. 2766. Fl. franc. II. p. 653. n. 2766. Ejusd. Ic. Fl. Gall. p. 15.*

Affinis *punctatae* magnitudine et colore corollae: differt: foliis floralibus flore duplo longioribus. *Decand. Anne purpureae varietas? In montibus Seynensibus Provinciae Clarion. 4.*

7. *G. campanulata Jacq.*; corollis septemfidis campanulatis (striatis) impunctatis, verticillatis, calycibus brevibus subtruncatis. *Fröhl. Gent. p. 26. Willd. Spec. I. p. 1333. Jacq. in Linn. Syst. Veg. ed. Murr. p. 267.*

Fl. Austr. app. p. 43. t. 29. Trattinn. Fl. Austr. Fasc. 4. t. 1. G. campanulata immaculata Pers. Syn. I. p. 284.

G. Burseri a. Decand. Fl. Gall. n. 2763. a. PNEUMONANTHE campanulata Schmidt.

Rad. subfusiformis obliqua crassa parum divisa. Caulis substulosus caerulescens tandem viridis simplex crassus 2 ped. Folia ovata acutiuscula 5-nervia laete viridia, inferiora saepe 7-nervia, superiora sessilia vaginantia acuminata verticillo suo longiora. Bracteae figurâ foliorum, longitudine circiter florum. Flores terminales et axillares subsessiles. Cal. campanulatus angulatus membranaceus diaphanus albidus, angulis caerulescentibus, 7-fidus, laciniis brevibus inaequalibus triangularibus obtusis remotis, corollâ duplo fere brevior. Cor. magna, basin versus ventricosior, submembranacea, diaphana, sulfurea, laciniis triangularibus obtusis aequalibus. Filamenta 7; antherae connatae flavae. Germen sessile oblongo-ovatum immaculatum, stigmatibus 2 planis obtusis, demum revolutis. Caps. oblongo-ovata subsessilis. Sem. orbiculata, fusca. *Fröhl.* In Carinthiae alpe Garten versus Reichenau; in Helvetiae gubernio aquilejensi, in Pyrenaeis. 4.

Obs. Herba et folia facie et figurâ *G. pannonicae*, flos punctatae, a qua differt: corollâ paullo majore, laciniis minoribus, calyce breviori 7-8-fido, laciniis sinu profundiore. *Fröhl.* Varietatem esse aut punctatae aut pannonicae credit *Villars pl. hybr.*

8. *G. Burseri* La Peyr.; corollis subquinquefidis campanulatis punctulatis, laciniis lanceolatis, denticulo uno alterove ad sinus laciniarum corollae, calycibus membranaceis spathaceis. La Peyr. Flor. pyren. p. 130. Abr. d. Pyren. p. 132. *G. Busseri* Decand. Fl. fr. Suppl. n. 2763. a. (excl. a. ad campanulatum spectante). a. Corollis punctatis obtusiusculis. *G. Burseri* β. Lapeyr. l. c. β. corollis punctatis acutiusculis. *G. Burseri* γ. Decand. l. c. *G. punctata*. Vill. Delph. p. 520. *G. hybrida*. Vill. Mem. s. les pl. hybrid. Römer Collect. 1. p. 189. *G. punctata* var. lutea. Trattinn. Fl. Austr. Fasc. 3. t. 10? γ. gigantea. La Peyr. abr. 8. Pyr. Suppl. p. 41.

Maxime affinis punctatae, imprimis corollis, sed corolla semper pallide flava, nunquam purpurea, laciniis minus rotundatis. Decand. In Pyrenaeis orientalibus et centralibus, saepe cum β et γ. 4.

Obs. *G. punctata* floribus campanulatis verticillatis sexfidis serrulatis punctatis calyce spathaceo Vill. delph. 1. p. 521. Röm. Collect. p. 189. et *G. hybrida*, floribus dextrorsum contortis verticillatis campanulatis punctatis, ad medium sexfidis acutis, antheris liberis, calyce sexfido Röm. Coll. p. 189. hic a clo. Decand junguntur. Attamen hanc ex lutea et pannonica hybridam credit, (luteae affiniorem, calyce tantum pannonicae); illam vero (punctatam) ex lutea, fecundante purpurea, natam, (luteae herbam, purpureae flores, ad tertiam partem fissam corollam subdenticulatam, calycem lacerum membranaceum spathiformem, antheras adhaerentes exhibentem) affirmat l. c. Villars, qui hybridam in Delphinatus alpibus, prope Grenoble, punctatam in Vizo en Queyras, circa Quillestre, et prope Col de Tenda legit.

9. *G. septemfida* Pall.; corollis hypocateriformibus

5-7 fidis: laciniis intercalariis laceris, foliis cruciatis trinerviis. α limbo corollae impunctato. *Sims bot. Mag.* 1229. *Pall. ross.* II. p. 101. t. 92. f. 1. *Frölich Gent.* p. 47. n. 16. *Willd. Spec.* I. p. 1333. *M. a Bieberst Fl. Taur. Cauc.* I. p. 195. β limbo corollae punctato. *Sims's bot. Magaz.* t. 1410. PNEUMANONTHE septemfida *Schmidt, n. 5.* EURYTHALIA septemfida *Borkh.*

Caulis erecti teretes simplices herbacei glabri, culti 6-8 poll., solo natali 1 1/2 ped. Folia approximata glabra subtus pallidiora. Flores terminales 1-7. Cal. tubulosus truncatus obsolete angulatus, angulis in dentes subulatos (in icone purpurascens) protensis. Tubus corollae fere cylindricus sursum versus parum dilatatus, extus e virenti fuscescens, intus maculatus, limbo patente azureo. Stamina numero laciniarum, medio incrassata, tubo dimidio breviora. Germen fusiforme. Stigma bifidum, demum revolutum. Flores axillares se nunquam, nec in *Herb. Banks.*, vidisse *Sims*. β culta apud *Loddiges*. In Persiae alpibus mari caspio vicinis, in alpestribus Chersonesi tauricae. 4.

Obs. Descriptio a *Pallas* l. c. data radicem addit stoloniferam; folia ovata in acumen producta 5-nervia, latiora et breviora quam in affini *asclepiadea*; Flores terminales 3, e summis alis bini, pedunculis brevibus, magnitudine *asclepiadeae*; calycem parvum, laciniis linearibus corollae tubo brevioribus; corollam campanulatum, tubo ventricoso infra coarctato, laciniis reflexis ligulis erectis. Stam. 5-7. Ill. *M. a Bieberst.* in millenis vix unquam septemfidam corollam vidisse.

10. * *G. asclepiadea*; corollis 5-fidis campanulatis oppositis axillaribus (terminalibusque) subsessilibus, foliis amplexicaulis ovato-lanceolatis. *Fröl. Gent.* p. 48. *Willd. Spec.* I. p. 1334. *Hall. Helv.* n. 640. *Jacq. Austr.* t. 328. *Sims bot. Mag.* t. 1078. DASYSTEPHANA *asclepiadea Borkh.* apud *Röm. Arch.* I. p. 26. *Mayr-hoff. Fl. Monac.* t. 60. β foliis distichis *Fröl. l. c.* p. 49. *G. coroll.* 5-fid. campanulatis sessilibus solitariis secundis, foliis bifariis. *Scop. Carn.* I. p. 298. PNEUMONANTHE *asclepiadea Schmidt boh.* n. 113. n. 6. *Schmid del op. Gesn.* I. t. 9. f. 80. II. p. 40. t. 26. f. 82. γ foliis ternis. *Fröl. l. c.* *Pont. comp.* p. 76. δ foliis lanceolatis longe acuminatis tripollicaribus, floribus paullo minoribus. *Fröl. l. c.* ϵ caule elongato nutante, pedunculis elongatis subramosis. *Fröl. l. c.* *Glus. Hist.* I. p. 312. fig. med. η corollis albis. *Fröl. l. c.* *Hall l. c.* 2. *G. asclep.* flore albo in caeruleum languente. PNEUMONANTHE *plicata Schmidt in Röm. Arch.* I. p. 10. n. 6. f. 1. f. 1. fide *Willd.*

Folia et caulis cruciatim opposita. Calyces longitudine corollae

(!) *Linn.* Rad. longa. Caulis 1-3 ped. Folia 5-nervia, margine cartilagineo-crenulata. Calycis lacinae inaequales linearilanceolatae. Cor. magna, laete caerulea, saturatius punctata, calyce triplo longior, limbi laciniis ovatis acutis integerimis. Caps. 1 1/2 poll., pedicellata. Semina alata margine lato, albo. In β caulis cubitalis et ultra, reclinatus, floribus adscendentibus. In δ cal. subspathaceus. *Fröhl.* In δ calycis ventricosi segmenta tria latiora. Planta digitalis, species propria videtur clo. *Hoppe Taschenb. Ann. 1800. p. 192* In montosis subalpinis et alpinis, locis umbrosis ad frutices, a balthico ad Caucasum, Olymum, et Mauritaniam usque; e Britannia exul. 4.

11. *G. montana Forst.*; corollis 5-fidis campanulato-infundibuliformibus, floribus pedunculatis subcorymbosis solitariisve, foliis caulinis remotis sessilibus ellipticis ovatisve infimis approximatis basi attenuatis. *R. Brown Prodr. nov. Holl. I. p. 450.* *G. foliis cordatis sessilibus. Forst. Prodr. n. 133. (fide speciminis e nova Zeelandia) Willd. Spec. I. p. 1334.*

In exemplari e nova Zeelandia folia caulina latiora, ovata, caeterum vix diversa. An PNEUMONANTHE? *Schmidt.* In insula van Diemen.

12. * *G. cruciata*; corollis quadrifidis hypocrateriformibus nudis verticillatis (axillaribusque solitariis), (sub) sessilibus, caulibus ancipitibus basi attenuatis. *Fröhl. Gentian. p. 28.* *Willd. Spec. I. p. 1334.* *Hall. Helv. n. 643.* *Jacq. Austr. t. 372.* *ERICOLA cruciata Röm. Arch. I. p. 27.* *HIPPION cruciatum Schmidt Röm. Arch. I. p. 11.* *Mayerhoff. Fl. monac. t. 153.* β . minor. *Cam. epit. 417.* γ . caule humili, floribus minoribus, corollae laciniis acutis. *Fröhl. l. c.*

Rad. cruciata intricata. Caules adscendentes teretes basi tantum ancipites spithamaei. Folia lato-lanceolata, trinervia, 3-4 poll., decussata, basi connato-vaginantia. Bractee longitudine florum. Cal. 4-dentatus, laciniâ alterâ majore, saepe et bidentatus, membranaceus, albus, corollâ 2/3 brevior, dentibus brevissimis, acutis. Cor. clavato-hypocrateriformis, tubo superne ampliato, albido, limbo brevissimo, dilute caeruleo, saepe punctis virentibus, dentibus interjectis parvis triangulis acute bifidis lacinulatis. Germen sessile, tuberculis 4 elevatis, immaculatum. Capsula oblonga. Semina ovalia laevia nitida fusca. Rarius flores 5-fidi. *In montosis apricis Europae mediae et Caspasi Sibiriaeque ceterioris pratis: e Britannia exul.* 4.

13. *G. Chirayita Roxb.*; corollis 4-fidis rotatis, glabris capsulis ovatis bifurcatis longitudine calycis, foliis lanceolatis 3-5-nerviis petiolo vaginante. *Roxburgh MS. apud Fleming Ind. Medicin. in Asiat. Research. XI. p. 167.*

In montibus ad Gangem versus Boream sitis. 4.

14. *G. macrophylla* *Pall.*; floribus (quadri- et) quinquefidis sessilibus verticillatis, foliis radicalibus caulem inferne subnudum aequantibus. *Fröl. Gentian. p. 31. Willd. Spec. I. p. 1335. Pall. ross. II p. 108. t. 96. G. flor. confertis terminalibus, coroll. 4-5-fid. lanceolatis, caule procumbente mediâ parte nudo. Gmel. Sib. IV. p. 104. t. 12. Sims bot. Mag. t. 1414. HIPPION macrophyllum Schmidt.*

Aniffis cruciatae. Caulis assurgens teres medio plerumque nudus, basi pari foliorum imperfecto saepius; folia radicalia lanceolata, 5-nervia, subtus palidiora, quaedam longitudine caulis. Flores terminales, verticillato-aggregati, foliis floralibus pluribus, quatuor longioribus decussatis, uno alterove flore in axillis supremis. Cal. truncatus, altero latere hians. Cor. superne parum inflata, limbo 4-5-fido, demum erecto, acuto, primum caeruleo, demum virente. Stamina 4-5, germine fusiformi breviora. Stigma planum, demum revolutum. *Sims. Rad. repens. Caules gemini, alter florifer, tetragonus. Foliorum in caule fertili paria 2-5. Verticilli 2. Flores cruciatâ minores, bracteis 2 lanceolatis acutis, vix longitudine calycis. Cal. parvus 4-5-dentatus. Cor. tubulosa, livido-pallens, limbo obsolete caeruleo, laciniis brevissimis subacutis. Caps. corollâ persistente major. Semina oblonga, flavo-fusca. Differt a cruciata bracteis tantum binis, floribus minoribus, pallidioribus. Pall. et Fröl. In Sibiria praesentim orientaliore. 4.*

15. * *G. decumbens*; corollis campanulatis quinquefidis inter lacinias dentatis, calycibus latere dehiscens subtridentatis, foliis lanceolatis, radicalibus elongatis. *G. adscendens Sims bot. Mag. 705. Pall. ross. II. p. 106. t. 94. (fide Herb. Banks.) G. coroll. 5-fid. subsessilibus axillaribus, fol. acutis, radicalibus lanceolatis elongatis. Fröl. Gent. p. 43. n. 14. Willd. Spec. I. p. 1335. G. decumbens. Linn. Suppl. 174. G. Pneumonanthe Gmel. Sibir. IV. p. 103. t. 51. f. A. (excl. syn.) PNEUMONANTHE adscendens Schmidt. DASISTEPHANA adscendens Borkh. apud Röm. Arch. I. p. 26. G. adscendens α . caule ramoso erectiusculo. *Sims. l. c. β . G. adscendens β . caule simplici decumbente. Sims. bot Mag. t. 723.**

Folia radicalia lanceolata trinervia, totâ plantâ longiora, caulina 2-3 parce linearia. Caulis spithamaeus procumbens filiformis. Flores subverticillati, sed inferiores ramulis elevati. Cal. latere superiore dehiscens, apice quadridentato. Corollae caeruleae dente inter lacinias obtuso. Primo intuitu similis *Pneumonanthi*, sed caules decumbentes. *Linn. Rad. fibrosa. Caules solitarii vel gemini, basi patentes, erecti angulati inferne nudi, subinde pedales. Folia radicalia conferta, 6-8 in summitate, basi coadunata, lanceolato-linearia. Bractee lineares acutae longitudine calycis. Flores terminales tuberni, axillares oppositi subsessiles, inferiores pedicellati. Cal. angulatus*

5-dentatus corollâ duplo brevior, (minor quam in *Pneumonanthe*, laciniis exilioribus, subulatis) Cor. ampla caerulea plicata, laciniis latis acutis mucronatis, dentibus intermediis obtusis. Stigma acutum. *Fröl.* Flores axillares et terminales in pedunculis longitudine variis. Cor. lacinae obtusiores quam in *Pneumonanthe*. *Sims*, qui β suum *decumbens* *Linn.* credit, et plantam *Pallasi* et *Gmelini* varietatem tertiam intermediam. *In montosis apricis herbis Sibiriae ulterioris ab Irti.* 4.

Obs. In itineraio suo hanc speciem perperam GENTIANAM punctatam appellasse *Pallas* l. c.

16. *G. frigida* *Haenke*; corollis campanulatis quinquefidis, terminalibus sessilibus binatis, laciniis obtusis, (acutis plicis intermediis integerrimis) foliis lineari-oblongis (obtusis) enervibus. *Willd. Spec.* I. p. 1337. *Fröl. Gent.* p. 39. n. 13. c. *Icon.* *Wahlenb. Carpath.* p. 72. *Trattinn. Fl. Austr. Fasc.* 7. t. 1. *G. cor.* 5-fid. camp. term. sessil., foliis obtusis, radicalibus lineari-oblongis, caulinis lanceolatis, caule subbifloro. *Haenk. Collect. H.* p. 13. *Wulf. ap. Römer Arch.* III. p. 341. *PNEUMONANTHE frigida* *Schmidt in Röm. Arch.* I. p. 10. n. 11. p. 14. t. 2. f. 2.? *Towns. travels* t. 13.

Cls. Townson suam *G. frigidam* eandem credit cum sequente *Pallasii*, quam varietatem tantum *G. frigidae* *Frölich* statuit. A sequenti certo diversam esse, differre habitu, magnitudine, numero florum, consistentiâ foliorum et notis indicatis constantissimis *Willd. l. c.* Differre *algidam* a *frigida* caule longiore multifloro minus obsolete tetragono, foliis longioribus longius petiolatis, distinctius trinervibus, floribus praeter terminales interdum et axillaribus, pedunculatis, majoribus; corollae laciniis acutioribus segmentis inter lacinias latissimis crenulatis: majorem tamen ambarum esse convenientiam, quam ut separari possint. *Fröl.* Rad. gracilis 2-3 poll. Caulis simplex angulatus striis purpurascentibus, 2-3 poll., subinde brevissimus, nonnunquam plures, ut planta cespitosa. Folia radicalia conferta, in orbem expansa, vaginantia, poll. 2-3, lin. 1 1/2 lata; caulina similia, rarius undulata, pollicaria, lin. 2-3 lata. Raro flos unicus floresve 5 terminales. Cal. tubuloso cylindraceus, erectus, corollâ duplo brevior, laciniis erectis lanceolatis aut linearibus, acutiusculis. Cor. tenuis papyracea, *punctatae* ad instar, albida, punctis sparsis striisque ab apice fusciscentibus, 2 poll., lin. 3-4 in diametro, angulato-plicata, segmentis erectis lanceolato-ovatis acutis, latere uno rotundatis. Stam. aquose caerulea. Germen pedunculatum. Stigma orbiculato-capitatum. *Haenke.* *In summis alpibus Secaviensibus Styriae, et in alpibus Carpathicis.* 4.

Obs. Figura *frigidae* a *Schmidt* data apud *Römer* l. c. minime convenit cum figura a *Frölich* l. c. exhibita.

17. *G. algida* *Pall.*; corollis campanulatis quinquefidis,

terminalibus pedunculatis subternis, laciniis acutis, foliis lanceolatis trinerviis. *Willd. Spec. l. p. 1337.* G. c. c. 5-dentatis sessilibus punctatis, fol. radicalibus fasciculatis *Pall. Fl. ross. II. p. 107. t. 95.* G. frigida β . *Frölich Gent. p. 39. n. 13.* PNEUMONANTHE algida *Schmidt ap. Rom. Arch. I. p. 10. n. 16.* DASYSTEPHANA algida *Borkh. ibid. p. 26.* G. punctatae affinis alpina albiflora. *Pall. it. 3. app. n. 82. t. L. f. 2. (quae G. punctata β . Gmel. S. V. p. 460.)* G. flor. terminal. diaphanis. *Gmel Sib. IV. p. 106.* β . G. frigida γ . humilior, corollis flavis caeruleo punctatis. *Frölich l. c.*

Flores in axillis supremis et terminales plerumque 3-4. *Willd. Ascendenti proxime affinis et similis, male a Gmelino pro varietate Pneumonanthi, a Linnaeo autem punctatae habita. Rad. transversa. Folia pallente-viridia, lineari-lanceolata. Caulis rectissimus teres digitalis et spithameus, paribus foliorum 2-3 trinerviis, lato-lanceolatorum. Flores 3-4 inter summa folia sessiles, accessorio interdum uno alterove e proxima foliorum ala. Cal. purpurascens cylindraceus, adulto flore plerumque hinc scissus, semiquinquefidus, laciniis linearibus, quarum 2 alternae majores. Corollae magnae, limbo laciniis distantibus trigonis, plicatae, lacteae, striis flammis punctisque item atomis versus limbum crebrioribus livido-caerulescentibus. Filamenta caerulescentia. Stigma subbifidum. In prociore planta fere sola puncta adsunt. Siccata pallescit. *Pall. In alpihus ad Jeniseam, lacum Baikal, inque Kamtschatka. 4.**

18. G. gelida *Marsch. a Bieb.*; corollis campanulatis quinquefidis terminalibus axillaribusque aggregatis; laciniis intermediis laceris, foliis lanceolatis trinerviis. *Marsch. a Bieb. Flor. Taur. Cauc. I. p. 196. Suppl. p. 188.* G. alpina *Adam. Hoffm. Hort. mosq. a. 1808. n. 1487.*

Facies G. frigidae. Caules adscendentes. Folia connato-vaginantia; superiora longiora. Flores ad summa folia aggregati 1-10, magnitudine frigidae. Bracteae duae lineares ad basin calycis. Corolla ochroleuca; laciniis obtusiusculis, interjectis laciniis brevissimis dentato-laceris. *Marsch. a Bieb. In alpihus caucasicis. C. Mussin-Fuschkin; in montosis supra Gandsham, in alpinis mihi non occurrit. Steven. Mem. soc. nat. car. mosq. 3. p. 249 et 257. 4.*

Obs. Habitu staturâ, inflorescentiâ et florum magnitudine atque formâ G. septemfidae proxima. *Marsch. a Bieb. Suppl. l. c.*

19. * G. Pneumonanthae; corollis quinquefidis campanulatis acuminatis (terminalibus et) axillaribus pedunculatis, foliis sublinearibus obtusis. *Frölich Gent. p. 44.* *Willd. Spec. l. p. 1336.* *Smith Fl. brit. p. 285.* *Hall. Helv. n. 641.* *Engl. Bot. t. 20.* *Fl. Dan. t. 269.* *Jaume St. Hilaire Dreyes et Hayne t. II. t. 7.* *Plench Fasc. 42. t. 4.* *Sturm Germ. Fasc. 30.*

officin. t. 160.

GENT. linearifolia Lam. Fl. fr. II. p.

298. CIMINALIS Pneumonanthe Borkh. apud. Röm. Arch.

I. p. 26. PNEUMONANTHE vulgaris Schmidt Röm. Arch.

I. p. 10, n. 8. Gesn. Schmidt, op. Gesn. II. p. 50. t.

28. f. 91. Barrel. Ic. 51. f. 2. 52. f. 1. 2. 122. f. 1. β. hu-

milior, foliis latioribus. Lam. Enc. meth. β. Schmidt

op. Gesn. II. p. 50. t. 26. f. 90. Barrel. Ic. p. 51.

dextra. γ. foliis ovatis obtusis, caule sesquipedali. Fröl.

l. c. δ. caule subunifloro. Schmid. op. Gesn. l. c. t.

28. f. 91. ε. corollis albis. Fröl. l. c. ζ. guttata,

caule decumbente, foliis ovato-lanceolatis obtusis, laciniis

corollae intus guttatis. Sims bot. Mag. t. 1101. Pall. ross.

II. p. 211. η. corollis 4-fidis, laciniis obtusiusculis laceris

subdenticulatis, foliis linearibus. θ. G. adscendens, corollis

5-fidis, 5-dentatis sessilibus, foliis connatis lineari lanceolatis,

radicalibus fasciculatis Schmidt boëm. n. 115. (excl. synonym.)

Radicis fibrae simplices flagelliformes minute annullatae. Caules
spithamaei erecti simplices foliosi quadranguli. Folia opposita
linearia integerrima glabra. Flores pauci, erecti formosi pli-
cati saturate cyanei plicis virescentibus. Antherae connatae,
Styli recurvi. Smith. In Europae Caucasi et Sibiriae
pascuis humidiusculis a Norvegia ad Siciliam. 4.

Obs. Mire variare recte monuit Frölich l. c. staturâ, foliis, numero
florum; vix tamen credimus, ζ, cui caulis debilis, folia inferiora ovata,
flores maximi extus ad angulos virentes intus maculis albis spectare ad
sequentem, ad quam ducitur a clo. Pursh, qui etiam Pneumonanthem
Fl. dan. t. 269 ad hanc laudat, plantas valde a se invicem distinctas.
In Pneumonante enim europaea laciniæ triangulares acuminatae breves,
nec rotundatae, ut in sequente, caules quadranguli etc.

20. G. Pseudo-Pneumonante; foliis lineari-lanceolatis,
floribus majusculis terminalibus solitariisque lateralibus, co-
rollae 5-fidae laciniis rotundatis, plicis interioribus in denti-
culum acutum desinentibus. G. Pneumonante Mich. Fl.
bor. Amer. I. p. 176. G. Pneumonante, caule tereti,

foliis lineari-lanceolatis obtusiusculis, floribus terminalibus
fasciculatis, lateralibus solitariis pedunculatis, corollis 5-fidis
campanulatis, laciniis rotundatis; plicis interioribus acute
unidentatis. Pursh Fl. Sept. Americae. I. p. 185.

In montibus altioribus Canadam inter et sinum Hudsonis ad
Pensylvaniam usque. 4.

21. G. linearis Fröl.; corollis quinquefidis campanula-
tis obtusiusculis terminalibus congestis sessilibus, foliis linea-
ribus acutiusculis. Fröl. Gent. p. 37. n. 11. Willd.

Spec. I. p. 1339. G. caule asperiusculo, fol. lineari-lan-
ceolatis undulosis calycibusque ciliolatis, flor. 5-fid. campa-
nulatis terminalibus sessilibus congestis, laciniis brevibus
obtusis, plicis interioribus laciniis denticulatis. Pursh Fl.

Sept. Amer. I. p. 186.

G. puberula Mich. Fl. bor.

Amer. I. p. 176.

Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 730.

n. 54.

Pers. Syn. I. p. 285. n. 18.

Caulis teres glaber, internodiis striâ duplici elevatâ utrinque, virescens, pedalis et ultra, crassitie pennae columbinae. Folia basi coalita, margine vix scabra, subcanaliculata, utrinque laevia, longitudine internodiorum circiter, 3 poll., 1 1/2 lin. ad 2 lin. lata, summa quaterna. Bracteae lineares calyce paullo longiores. Flores gemini cum rudimento tertii, pollicem lineâ circiter superantes, adeoque *G. Pneumonanthi* floribus minores. In alterutra axillarum parium foliorum proxime inferiorum rudimenta unius floris. Cal. tubulosus, versus orificium paululum ampliatus 5-fidus, laciniis distantibus erectis linearibus acutis inaequalibus, dimidiae corollae longitudine. Cor. magna campanulata plicata, tubo inferne arctiore, 5-fido connivente, caerulea, laciniis triangularibus obtusiusculis, dentibus intercalaribus brevioribus acutis pallidis. Antherae liberae. Germen supra attenuatum. Schreb. apud Fröhl. l. c. In Pennsylvaniae et Virginiae vallibus montanis (the Glades) Schoepf et Pursh, ad confluentes Ohio et Mississipi prope propugnaculum Cheroquis.

Obs. Affinis *Pneumonanthi*; folia inferne angustata; calycis lacinae cuneato-lanceolatae, vix longitudine tubi. Caulis scabriusculus. Cal. vix longitudine tubi corollae.

22. *G. triflora* Pall.; corollis campanulatis quinquefidis aggregato-sessilibus, foliis linearibus floralibus alternis productis. Pall. ross. I. p. 105. t. 93. f. 1. Fröhl. Gent. p. 38. n. 12. Willd. Spec. I. p. 38. PNEUMONANTHE triflora Schmidt ap. Röm. Arch. I. p. 10. n. 15. DASY-STEPHANA triflora Borkh. ibid. p. 26.

Rad. fibrosa. Caulis rectissimus spithamaeus. Folia radicalia nulla, caulina inferiora decussata exigua, superiora sensim longiora, stricta lanceolato-linearibus, obtusa; marginibus subreflexis, subtripollicaria; floralia 4, 2 magis elongata. Bractesae lineares, calycis longitudine et ultra. Flores terminales terni sessiles, rarius cum pari accessorio e proximis foliorum alis. Cal. hinc profundius scissus, subspathaceus; inaequaliter 5-fidus, laciniis linearibus acutis, alternis majoribus, purpurascens. Cal. tubo angulato albido, limbo obscure caeruleo, laciniis subcordatis obtusis, basi ad incisuram distantibus, intervallo rectilineo, absque dente intermedio. Germen fusiforme pedicellatum, stigmatibus bifido. Pall. In Sibiria orientali, in pratis alpinis transbaicalensibus. 4.

23. *G. saxosa* Forst.; corollis quinquefidis campanulatis terminalibus subumbellatis, foliis spathulatis. Fröhl. Gent. I. p. 23. Willd. Spec. I. p. 1337. Linn. Suppl. I. p. 175. Forst. Act. Holm. 1777. p. 184. t. 5. Forst. Prodr. n. 132. AN PNEUMONANTHE? Schmidt.

In uno specimine flores 4, in altero 5 habeo, sed folia sunt duplo

angustiora quam in icone citata, et caulis adscendens. *Willd.* Rad. brevis fibrosa. Caulis erectus simplicissimus teres palmaris spithamæus. Folia enervia glaberrima subcarnosa virentia, radicalia approximata, petiolis confertis canaliculatis; ad exitum pedunculorum saepe quaterna minora. Flores quaterni, pedunculis angulatis longis, binis mediis inferne connatis in pedunculum communem brevissimum. Cal. angulatus corollâ dimidio brevior, laciniis aequalibus lineari-spathulatis. Cor. alba pollicaris, laciniis erectis aequalibus ovalibus apice rotundatis concavis integerrimis. Stylus nullus. Stigmata 2 semi-orbicularia reflexa. Caps. oblonga subcylindrica. Semina globosa valvulis adnexa. *Fröl.* In nova Zeelandia ad littora maris. 4?

24. * *G. Saponaria*; floribus verticillato-capitatis sessilibus, corollis subdecemfidis ventricosis clausis, laciniis alternis fimbriatis minoribus, foliis ovato-lanceolatis trinervibus glabris. *Sims bot. Mag. t. 1039.* G. coroll. 5-fidis campanulatis ventricosis verticillatis, foliis ovato-lanceolatis trinervibus. *Fröl. Gent. p. 32. n. 8.* *Willd. Spec. I. p. 1338.* *Gmel. S. V. I. p. 460. n. 10.* *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 176,* *Andr. Repos. p. 418.* G. caule tereti glabro, fol. oblongo-lanceolatis trinervibus, floribus sessil. fasciculatis terminalibus axillaribusque, corollis 5-fidis campanulatis ventricosis, laciniis obtusis, plicis interioribus laciniis dentatis. *Pursh Amer. I. p. 185.* G. fimbriata *Vahl Symb. III. p. 47.* G. *Catesbaei* *Walt. Fl. Carol. 109.* *Gmel. S. V. p. 461. n. 18.* PNEUMONANTHE *Saponaria* *Schmidt ap. Römer Arch. I. p. 10. n. 12.* *Catesby Carol. I. t. 70.*

Inter dentes 5 corollae sunt 5 aliae minores dentatae, ergo corolla potius decemfida. *Willd.* Corolla nunquam expansa, caerulea. *Sims.* Distincta a simillimâ *ochroleucâ*: corollâ decemfidâ, laciniis latioribus quam longis, obtusissimis integerrimis alternis vix minoribus eleganter fimbriatis, calycum dentibus tubo suo brevioribus serrulato-ciliatis, foliis margine evidenter digito retrorsum ducto scabris. Cor. siccata sensim ochroleuca. Varietas? ex Carolina allata differt staturâ longe minori, caule tenuiore, foliis lanceolatis membranaceis obscurius trinervibus 1 1/2 poll., flore terminali tantum unico cum rudimento alterius, calyce plus dimidio brevior corollâ pallide caeruleâ cum flammis unilateralibus dilutius purpurascens, laciniis intercalaribus paullo minus dentatis. *Fröl.* In Canada ad Carolinam in pratis humidis sylvisque. 4.

Obs. In *Hort. Kew. ed. 2. II. p. 112* distinguitur tanquam species propria: *G. Catesbaei* corollis verticillatis ventricosis decemfidis, laciniis alternis inaequaliter bifidis lacrisque, foliis remotis oppositis ternatisque. *Andrews's Repos. t. 418* ex America boreali allata a Do. *Leby.* 2; sed hanc, tribus annis serius *Pursh*, qui utramque vidit in America spontaneam, junxit cum *saponaria*, et nequidem tanquam varietatem distinctam. *Andrews G. fimbriatam Vahl et Catesbaei* cum? adducit.

25. *G. ochroleuca* Frölich; floribus terminalibus sessilibus; corollis subdecemfidis, ventricosis, acutis; laciniis alternis brevioribus integerrimis; foliis lanceolatis Sims bot. Mag. 1551. *G. corollis* 5-fidis campanulatis verticillatis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis trinerviis laevibus. Frölich Gent. p. 35. n. 9. Willd. Spec. I. p. 1338. Pers. Syn. I. p. 285. n. 21. *G. caule* subangulato scabriusculo, foliis ovato-lanceolatis aperiis, floribus sessilibus fasciculatis terminalibus, corollis 5-fidis campanulatis ventricosis, laciniis plicisque interioribus simplicibus acutis. Pursh Fl. bor. Amer. I. p. 185. GENT. villosa; corollis quinquefidis campanulatis ventricosis, foliis villosis. Linn. Spec. 330. Frölich Gent. p. 36. n. 10. Willd. Spec. I. p. 1338. (teste Pursh ex herb. Gronov., cujus *G. floribus* ventricosis campanulatis erectis 5-fidis, foliis oblongis acuminatis leviter villosis. Fl. virg. 8vo p. 145. citavit Linnaeus) Pers. Syn. I. p. 285. n. 20. PNEUMONANTHE villosa Schmidt ap. Römer Arch. I. p. 10. n. 13. Clayton n. 605. Plukn. Alm. p. 166. t. 18. f. 1. *G. Saponaria* coroll. viridescentibus, foliis ovatis trinerviis. Walter Fl. Carol. p. 109. (sine dubio, fid. spec. in Herb. Banks, Pursh et Sims; sed cum? Willd. et, ad *G. Saponariam* suam, Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 176.) Plukn. Alm. t. 186. f. 1.

Affinis *Saponariae*, sed corolla albida venis viridibus, longior, acutior; laciniis integerrimis, nec ciliatis ut in *Saponaria*; lacinae calycis acutiores, magis patentis; antherae distinctae, nec coadunatae apice; folia angustiora, et minus distincte trinervia. Flores axillares nulli. Sims. Non aequae alta quam *Saponaria* (quae 1-1/2 ped. dicitur;) flores extus flavicanti-virides, intus caerulei purpurâ striati, ut ait Pursh, quod vero, monente Sims, non in culta. Etiam cum clo. Pursh Clayton in Linn. Spec. p. 330 ad villosam „Corollam extus pallidam, intus lineato-variam“ dicit. — Descriptionem *G. Saponariae* a clo. Lamarck datam in Enc. meth. II. p. 751 magis, praeter colorem, convenire cum *ochroleuca* recte monet Frölich; folia enim 2-poll, nec 5, in *ochroleuca*, margine laevissima, subtus glauca. Lacinae calycis 5-partiti in *ochroleuca* tubo corollae duplo longiores, in *Saponaria* calycis 5-fidi tubo corollae duplo breviores; lacinae corollae in hac latae, subrotundae, 1 1/4 lin., acutiusculae, in *ochroleuca* triangulares, 3 lin.; capsula ovata, nec fusiformis, ut in *Saponaria*. — A Pennsylvania ad Floridam, *Saponaria* rarior, in campis arenosis et collibus lapidosis. 4.

Obs. Licet clo. Pursh huc ducat *G. Saponariam* Mich., caule cylindrico aperiisculo, foliis ovato-lanceolatis, floribus sessilibus fasciculatis, corollâ 5-fidâ, laciniis cum acumine obtusis Fl. bor. Amer. I. p. 176. Pers. Syn. I. p. 285. n. 17, non paucis tamen differre videtur. Habitus cruciatae, flores majusculi terminales, aut etiam laterales, interdum

uniens. Calycis lacinae foliaceae lanceolatae. Corollae majusculae plicae internae in lacinulam subintegram desinentes. Huo videtur spectare: *G. cruciata* marylandica, folio latiore, flore brevior. *Raj. Suppl. p. 369. n. 2* apud *Frölich p. 120.* Confer *Obs.* ad *G. luteam.*

26. *G. quinqueflora* Lam.; corollis quinquefidis tubuloso-campan latis terminalibus subquinis, caule ramosissimo alato, foliis amplexicaulibus. *Fröhl. Gent. p. 51. n. 18.* *Lam. Enc. meth. II. p. 643.* *Pers. Syn. I. p. 285. n.*

23. *G. amarelloides* caule quadrangulo ramoso, foliis semiamplexicaulibus ovatis acutis trinerviis, cor. 5-fid. tubuloso-ampnulatatis fauce glabris terminalibus et lateralibus 3-5-nis subpedicellatis, laciniis lanceolatis (setaceis) acuminatis, plis simplicibus, calycibus brevissimis angustis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 186.* *Mich. Flor. bor. Amer. I. p. 1-5.* *G. amarelloides Kentuckensis Pers. Syn. I. p. 286. n. 39.* *G. quinquefolia Linn. Spec. I. p. 333. Syst. V. 14. p. 269. (excl. syn. Oeder)* *HIPPION quinquefolium Schmidt Röm. Arch. I. p. 11.*

Planta magnitudine et staturâ *G. Amarellae.* Caulis indivisus tetragonus angulis membranaceis. Folia ovata sessilia trinervia acuta. Pedunculi oppositi, apice ferentes flores 5 subpedicellatos. Calyces brevissimi angusti. Corollae infundibuliformes subcaeruleae limbo parvo, fauce perviâ. *Linn. Sphalmate* in operibus *Linnaei* dictam esse *quinquefoliam* monuit primus *Lamarck*; *Amarellâ* majorem esse et ramosiorem, nec squamis capillaceis ad corollam auctam *Fröhl.* Pedalis. Folia cordata 5-nervia, laete viridia. Bractee nullae. Flores in ramis ramulisque interdum 6-9. Cal. 2 lin., subcampanulatus, laciniis 5 linearibus acutis, tubo longioribus. Cor. purpureo-caerulea, (nec obsolete lutea, ut *Michaux*) tubo 6 lin., laciniis triangularibus setulâ mucronatis. Germen oblongum pedicello breviori. Semina subrotunda fusca, juxta suturas affixa. *Fröhl.* *A Novo-Eboraco ad Kentucky in collibus, siccis umbrosis. ♂.*

27. * *G. aurea*; corollis subquinquefidis campanulatis verticillatis (aggregatis involucreatis), foliis ovatis, caule (tetragono) inferne ramoso. *Fröhl. Gent. p. 54. n. 20.* *G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus acuminatissimis, fauce imberbi muticâque, ramis oppositis. Linn. Spec. I. p. 331. Linn. Lapp. ed. 2. p. 65. Gmel. S. V. I. p. 461. n. 23.* *G. involucrata Rottb. Act. Havn. X. p. 434. t. 1. f. 2. A. B. Wahlenb. Lapp. p. 67. G. quinquefolia Fl. Dan. t. 344. Gmel. S. V. I. p. 462. n. 32. HIPPION aureum Schmidt ap. Röm. Arch. I. p. 10. n. 10.*

Caulis erectus spithameus. Rami ad radicem plures parvi et laterales valde erecti. Folia radicalia ovata glabra parva, caulina similia, majora obtusiuscula sessilia. Flores terminales pauci in capitulo. Calyces angusti subpedunculati in laciniis 5 subulatas divisi. Corollae tubo longitudine calycis, limbo

(si male siccata) flavo, laciniis 5 valde acuminatis integerrimis, absque dentibus interjectis. *Linn.* — Caulis acute tetragonus 4 poll. ramis binis (pluribusve) paullo supra basin assurgentibus caule brevioribus, internodiis infimis brevissimis. Folia infima parva, (vix unguicularia) inferiora spathulata obtusa, summa ovata acutiuscula, omnia obsolete 5-nervia. Flores axillares terminalesque, pedunculis longis angulatis inaequalibus, magnitudine *HYPERICI humifusi*. Cal. tubulosus, 4-5-fidus, laciniis ovatis obtusis mucronatis. Stam. 4 5. *Fröhl.* Cor. semper alba, etiamsi sine candore, parva, tubo brevi vix calyce longiore, laciniis erecto-patentibus. Caps. calyce parum longior, caeteris obtusior. *Wahlenb.* In Alpibus *Laponiae Pithoënsis Linn. Norvegiae, Islandiae* (neutiquam in alpibus, ad littora maris *Wahlenb.*)

Obs. *G. alpina* pumila flore aureo *Barrel. Icon. 104* ex alpibus *Bourg d'Oisan Delphinat.* (nec *Burdigalae*) potius *nivalis* videtur, ut monet *cls. Frölich.*

28. *G. umbellata Marsch. a Bieb.*; corollâ quinquefidâ subcampanulatâ, fauce nudâ, pedunculis terminalibus umbellatis, calyce quinquepartito: segmentis lanceolatis corollae tubum superantibus, foliis ovato-oblongis obtusiusculis. *Marsch. a Bieb. Suppl. p. 188.* *G. aurea? Steven* in *Mem. Soc. nat. cur. mosq. III. p. 257.*

Digitalis vel *spithamaea* tota glaberrima. Radix tenuis luteola annua. Caulis tetragonus inaequilaterus; angulis argutissimis; accedente cauliculo uno alterove laterali multo minore. Folia 5-5-nervia; radicalia unguicularia spathulata; caulina majora magis oblonga et apicem versus angustata, vulgo trium oppositionum; unicâ radici proximâ e cujus axillis saepe ramuli breves caulibus secundariis similes; caeteris supra medium caulis, e quorum axillis pedunculi oppositi 1-flori tenues folio interdum multo longiores, saepius autem vix aequantes. Folia summa vulgo quaterna inaequalia acutiuscula vices involucri sustinent, e cujus sinu pedunculi umbellati uniflori 4-6, in florente involucrium quandoque paullo superantes, ut plurimum vero eodem breviores. Flores *G. Amarellae* floribus duplo minores. Calyx ultra dimidium 5-partitus, corollâ paullo brevior; laciniis acutis inaequalibus. Corolla ex albido dilute caerulea, nullis inter limbi plicas appendicibus; laciniis limbi ovato-lanceolatis; nervo medio in brevem mucronem elongato, tubo duplo brevioribus. Summa cum *aurea* affinitas cui corollae quoque caerulescentes, sed differt pedunculis umbellae terminalis longioribus, floribus nequaquam subcapitatis, calycis profundius partiti segmentis latioribus, nec subulatis, corollâ constanter 5-fidâ et caerulescente, limbo ratione tubi brevior, laciniis latioribus minusque acuminatis. *Marsch. a Bieb.* In *ditionis Caucasi alpestribus circa Chinalag.* ☉

Obs. *Cls. Steven* movit *G. suam auream* exacte convenire cum *Fl. Dan.* t. 344, praeter corollam, quae hypocrateriformis, nec campanulata.

29. *G. glauca Pall.*; corollis 5-fidis campanulatis ses-

silibus, foliis ovatis rotundatis. *Pall. ross. II. p. 104. t. 93. f. 2.* *Fröhl. Gent. p. 55.* *Willd. Spec. I. p. 1540.*
PNEUMONANTHE glauca Schmidt ap. Röm. Arch. I. p. 10. n. 14. *DASISTEPHANA glauca Borkh. ibid. p. 26.*

Rad. exilis. Caulis simplex teres erectus 2-4 poll. Folia radicalia in orbem congesta vix nervosa; caulina 3-4 parium, sessilia, subcarnosa, minora. Flores terminales 3, raro 1, cum pare accessorio e supremis alis. Cal. campanulatus parvus 5-fidus, laciniis subulatis aequalibus caerulescens. Cor. subventricosa caerulescens, tubo attenuato pallido, laciniis brevibus obtusis, calyce triplo longior. Antherae albae. Stigma bifidum. Caps. fusiformis. Semina parva, fusca. Variat caule brevissimo *f. 2. B.*, ut fere nullo, floribus 2-3 in dentro foliorum sessilibus, in insulis Beringii montibus et ad mare locis vento maxime expositis. *Pall. In summis alpibus Camtschatcae a latere humido Boream spectante. 2.*

b. Corollis infundibuliformibus nudis 5-s. 10-fidis.

CALATHIANAE.

30. * *G. acaulis*; corollâ quinquefidâ campanulatâ caulem quadrangulum subaequante. *Fröhl. Gent. p. 57.* *Willd. Spec. I. p. 1540.* *G. grandiflora Pers. Syn. I. p. 285.* *Hall. Helv. n. 647.*

α. *G. grandiflora*; cor. campanulatâ 5-fidâ, caule longiore, fol. caulinis internodiis longioribus. *Lam. Enc. meth. II. p. 637. n. 9.* *G. acaulis Jacq. Austr. t. 156. Sturm Germ. Fasc. 4. Engl. Bot. t. 1594. Curt. Magaz. t. 52.* *PNEUMONANTHE acaulis Schmidt. CIMINALIS acaulis Borkh. Röm. Arch. I. p. 26.* *CIMINALIS longiflora Mönch Meth. 514.* *CIMINALIS grandiflora Mayrhoff. Fl. monac. t. 37. Schmidel op. Gesn. II. p. 44. t. 27. f. 36. Barrel. Ic. 47.*

β. *G. grandiflora*; humillima, foliis uninerviis *Lam. l. b. G. acaulis β. Fröhl. l. c. (excl. syn. Vill.) Barrel. Ic. 110. f. 1.* *Reuealm. Spec. p. 70. t. 68. f. 5.*

γ *G. caulescens*; corollâ oblongo-campanulatâ 5-fidâ, caule brevioris, foliis caulinis internodiis brevioribus. *Lam. Enc. meth. II. p. 638. n. 10. Fröhl. l. c. (excl. syn. Vill.) G. acaulis δ. Decand. Fl. fr. n. 2770. Barrel. Ic. t. 106. Boccione Mus. II. t. 6.*

δ. *G. angustifolia*; fol. oblongis linearibus enerviis, corollâ campanulatâ caulem excedente. *Vill. Delph. II. p. 526. n. 7. G. acaulis Linn. Willd. Dec. Fl. fr. n. 2770. PNEUMONANTHE angustifolia Schmidt ap. Röm. Arch. I. p. 14. p. 10. n. 10. Lobel. Ic. 310. Barrel. Ic. 110. f. 2. Schmidel l. c. f. A. B.?*

ε. caule bifloro, *Bauh. Hist. III. p. 523.*

2. corollâ albidâ, *Segn. Veron. III. p. 91.*

γ. foliis variegatis. δ. Flore pleno.

Flos totâ plantâ major. *Linn.* Plantula aetate soloque admodum varia longitudine caulis a lineis 2-3 ad palmarem usque, hinc foliorum ad internodia, foliorum formâ, magnitudine demum corollae eleganter caeruleae; saepe biuncialis et ultra, tubo amplo caerulescente, fasciis 5 flavicantibus infra lacinias limbi, punctis violaceis; laciniis ovatis acutis reflexis saepe obtusis mucronatis, segmentis intergerinis brevibus obtusis integerrimis. Stigmata semiorbicularia contigua margine pulcherrime crenata. Caps. semibifida. *In alpiibus Europae mediae et Sibiriae et in sabalpinis Bavariae, Austriae, Hungariae, Galliae.* 4.

Obs. Folia senilia prioris anni in omnibus varietatibus trinervia, juniora enervia. In γ. caulis palmaris, corolla constanter plus minus ad latus flexa. *Fröhl.* δ. in Carpathis parum differre ab helveticis: foliis paullo angustioribus, et acutioribus nec non firmioribus, prorsus enervibus; corollae laciniis apiculo evidentiore terminatis. *Wahlenb. Carp. p. 74.*

31. *G. alpina* *Vill.*; foliis ovoidibus subcarnosis enerviis obtusis, corollâ campanulatâ caulem aequante. *Vill. Delph. II. p. 526. n. 8. t. 10.* *Decand. Suppl. Fl. fr. n. 2770. α.* *G. acaulis* β. *Fröhl. Gent. p. 57.* γ. *Decand. Fl. fr. n. 2770.* *Pers. Syn. I. p. 285.* *Hierpion alpinum* *Schmidt ap. Römer Archiv. II. p. 20. Barrel. Ic. t. 105.*

Folia vix duplo longiora quam latiora, fere rotunda; flos semper erectus, nunquam inclinatus, semper caule longior, 12-14 lin., cum acaulis 2 poll. *Decand.* Antherae liberae! *In alpiibus Delphinatus et in Pyrenaeis, ubi vulgatiores acauli.* 4.

32. *G. altaica* *Pall.*; corollâ decemfidâ infundibuliformi, laciniis alternis minoribus serrulatis, caule floribus brevior. *Pall. Fl. ross. II. p. 109. t. 97. f. 1.* *Fröhl. Gent. p. 62.* *Willd. Spec. I. p. 1341.* *G. grandiflora* cor. 5-fidâ maximâ, fol. radicalibus plurimis lanceolatis compactis horizontalibus. *Laxm. Comment. Nov. Petropol. XVIII. p. 526. t. 6. f. 1.* *Hierpion altaicum* *Schmidt ap. Röm. Arch. I. p. 10. n. 2.* *Ericoila altaica* *Borkh. ibid. p. 27.*

Rad. simplex 2-3 poll. subfibrosa. Caulis sub anthesi plantae vix ullus, demum pollicaris, unico pari foliorum; rarius caules 2-3. Folia radicalia aggregata imbricata lineari-lanceolata acuta (acutiuscula *Willd. subulato-lineararia* *Pall.*) succosa, margine membranacea alba. Flos terminalis solitarius erectus. Cal. angulatus, corollâ dimidiâ brevior, 5-fidus, laciniis lanceolatis acuminatis integerrimis, singulis margine carinâque membranaceis albis. Cor. formâ acaulis, calyce triplo longior, 2 poll. et ultra, sed angustior, minus ventricosa, saturate caerulea, flammis virescentibus a tubo subcylindraco amplo ascendentibus, limbi lacinae rotundatae integerrimae, alternis minoribus rotundatis serrulatis, interdum cum acumine. Cor.

reapse 5-fida, at segmenta laciniis interjecta lanceolata limbi peripheriam adaequant, ut in *pyrenaica*, maxime affini. Antherae flavae. Germen subclavatum, stylo producto, stigmate simplici. *Pall. et Fröl.* In summis alpibus altaicis Sibiriae ad nives. 4.

Obs. *G. longiflora* Lam., corollâ subquinquefidâ infundibuliformi caule longiori, foliis confertis sublinearibus Lam. *Illustr.* p. 485. n. 115. *Poir et Enc. meth. Suppl.* II. p. 731 hujus videtur loci. Multum affinis, addidit digynosi cls. *Poir et, pyrenaicae.* Caules brevissimi simplices glaberrimi. Flores sessiles, solitarii, terminales, corolla 1 poll. In Sibiria *Patrin, Herb. Lam.*

33. * *G. pyrenaica*; corollâ decemfidâ infundibuliformi, caule inferne ramoso, foliis lanceolato-linearibus. *Fröl. Gent.* p. 63. *Willd. Spec.* I. p. 1341. *Linn. Mant.* 55. *Gouan Illustr.* 7. t. 2. f. 2. *Waldst. Kitaib. pl. rar. pann. t.* 207. *ERICOILA pyrenaica Borkh.* *HIPPION pyrenaicum Schmidt ap. Röm. Arch.* I. p. 14. n. 1. β . Corollâ 12-fidâ. *Decand. Fl. fr. n.* 2775.

- Simillima *vernae*, sed corolla non 5-fida, verum aequaliter 10-fida, laciniis obtusis, alternis s. exterioribus subtus viridibus, rudioribus, omnibus intus caeruleis. Folia linearia s. linearilanceolata. Caulis perennis procumbens, ramis erectis unifloris, flore longitudine rami. *Linn.* Caules ex radice filiformi subfibrosa plures adscendentes teneri angulati foliosi 1-3 poll., ramis sterilibus densius foliosis. Folia radicalia conferta subimbricata, caulina omnia connato-vaginantia acuta, margine cartilagineo albido, laete viridia, 5 poll. Flos terminalis erectus longitudine 9-10 lin., basi aphyllus. Cal. 5-angulus, 5-fidus, laciniis erectis lanceolatis acutis margine pallidis, longitudine dimidii tubi, tubo corollae duplo brevior, 5 lin. Cor. extus pallide virens, limbo patente supra saturate caeruleo, 7 lin., laciniis 5 oblongis apice rotundatis obsolete crenulatis, caeterum integerrimis, subtus virentibus apice puncto albido, margine caeruleo, intercalaribus 5 triangulari-subrotundis interdum acutiusculis crenulatis subtus quoque caeruleis. Antherae exsertae. *Fröl.* Stigmata 2 obtusa. In alpibus Pyrenaeorum in monte Laurenti, ad castellum Montlouis; in alpibus Berenghensibus, in Caucaso. 4.

34. * *G. pumila*; corollâ quinquefidâ infundibuliformi subserratâ, foliis lanceolato-linearibus. *Jacq. vind.* 215. *Ejusd. Obs.* II. p. 29. t. 49. *Austr.* IV. t. 302. *Scop. Carn. n.* 290. *Fröl. Gent.* p. 81. *Willd. Spec.* I. p. 1345. *G. verna* β . *Lam. Enc. meth.* II. p. 630. *Decand. Fl. fr. n.* 2771. *HIPPION pumilum Schmidt Röm. Arch.* I. p. 10. *ERICOILA pumila Borkh. ibid.* p. 41.

Caules uniflori; corollae vix serratae. *Linn.* Differt a *verna* primo aspectu herbâ tenellâ humiliore, foliis linearibus acutis,

caule (1-2-poll.) basi ramoso cespitoso, flore minore. Habitu et foliis *pyrenaicae* proxima, at corollae limbo diversissima. Folia inferiora erecta margine subrecurvo cartilagineo. Cal. carinato-pentagonus, corollâ duplo fere brevior, angulis caeruleis. Cor. lacte caerulea, laciniis majusculis ovatis acutis, dentibus interjectis minutis albidis. *Fröl.* In alpinis *Austriae*, *Carinthiae*, (Ovir) *Tyrolis*, *Helvetiae*. 4.

Obs. Folia lanceolata omnia aequalia vix longitudinè calycis, summa calyci approximata. *De Vest. Schmidt* apud *Römer Arch.* I. p. 19 hujus potius esse varietatem *G. elongatam Haenke*, quam *vernae*. *Pallas Fl. ross.* II. p. 218. sub *altaica* ait: *G. pumila Linn.* et *Jacq.*, cujus specimina ab ipso auctore accepta, cum *pyrenaicae* exemplis collata, plane non differre video.

35. * *G. verna*; corollâ quinquesidâ infundibuliformi, foliis ovatis acutiusculis, radicalibus patentibus caulinis majoribus. *Fröl. Gent.* p. 65. *Willd. Spec.* I. p. 1342. (uterque ex l. *GENT. bavaricâ Pall.* et *uniflorâ Georg.*) *G. cor.* 5-fid. infundibul. caulem excedente, fol. radicalibus confertis majoribus. *Linn. Spec.* I. p. 331. *Lam. Enc. meth.* II. p. 639. (excl. β .) *G. cor.* 5-fid. hypocrateriformi crenatâ, laciniis basi appendiculatis, foliis ovatis confertis. *Smith Brit.* p. 285. *G. c.* 5-f. inf. crenulatâ, plicis bidentato-appendiculatis, fol. radical. ovatis confertis patentibus, caulinis acutiusculis. *M. a Bieberst. Suppl. Engl. Bot.* t. 493. *Hall. Helv.* n. 644. *Curt. bot. Mag.* t. 491. *Römer Fl. Europ. Fasc.* 6. *Trutt. Flor. Austr. Fasc.* I. t. 2. *Mordant - Delaunay l.* t. 2. *G. serrata a. Lam. Fl. fr.* II. p. 294. *Hippion vernum c.* 5-fid. infund., interjectis auriculis rotundatis bifidis, calyce pentagono aequali, stigmate orbiculari plano, fol. radicalibus majoribus. *Schmidt Fl. boëm.* n. 118. *Römer Arch.* I. p. 16. t. 3. f. 9. *Mayr-hoff. Fl. monac.* t. 56. *ERICOLA verna Borkh. Gesn. Schmidel op. Gesn.* II. p. 41. t. 22. f. 83. A. (excl. nom. *Linn.*) *Barrel. Ic.* 98. 109. f. 1. ex *Clus.* β . caule corollam subexcedente, corollae laciniis acute serratis. *Fröl. l. c.* *G. bavarica Jacq. Obs.* III. p. 19. t. 71. *G. verna γ . Lam. Enc. l. c. Gmel. S. V. p. 461. n. 22. Scop. Carn.* I. p. 178. *Schmidt l. c. f. B. Barrel.* 109. f. 2. *Ericala Benealm.* t. 68. f. 2. γ *G. elongata*, corollâ 5-fidâ infundibuliformi, caule elongato filiformi subnudo unifloro, calyce oblongo aequali, fol. radicalibus aggregatis. *Haenke in Jacq. Collect.* II. p. 88. t. 17. f. 3. δ *G. brachyphylla*: fol. lanceolatis subrotundis brevissimis, corollâ infundibuliformi. *Vill. Delph.* II. p. 258. n. 12. *Barr. Ic.* 103. f. 2. *G. cor.* infundibul. calyce tubum arcte includente ebracteato, fol. ra-

dicalibus elliptico-subrotundis, caulinis oblongis, omnibus aequalibus, magnitudine lacinae corollinae. *De Vest in litt.*
 ε. *G. acutiflora Decand. Suppl. Fl. Gall. p. 427.* 2. foliis
 caulinis ternis. η. corollâ albidâ. 3. subacaulis.
G. verna β. Wahlenb. Helv. β. p. 47. *G. pumila*
Sut.?

Primulae propior, vix amara: Stigma 1, magnum orbiculare, scutellato-concavum. *Mygind* apud *Linn. l. c.* Rad. repens, fibrosa. Caules breves, basi ramosi filiformes nudi, superne simplices quadrangulî dense foliosi, uniflori. Folia integerrima acuta, subinde obtusa et fere spathulata. Flos terminalis erectus cyaneus tubo albedo. Cal. angulis 5 acutis undulatis tubo brevior. Cor. lacinae acutiusculae, subinde acutae, basi utrinque auriculatae. Stylus simplex. Stigma bifidum crenatum (1). *G. bavarica Linn.* hujus varietas videtur. *Smith l. c.* — Caulis modo vix ullus, modo 2-3 poll. Folia radicalia caulinis multo majora, 5-8 lin., caulina 3-4 lin. Corolla *G. bavarica* major, laciniis ovatis obtusis, modo integerrimis, modo argute serratis, laciniis interjectis bifidis concoloribus, medio lineâ albâ. Antherae distinctae. Stigmata 2 contigua semicircularia alba horizontalia. Sem. oblonga. δ. Si varietas, non nisi *vernae*, cui simillima, sed folia multo minorâ; in caule brevi par foliorum unicum. Cal. longior foliis, brevior tubo corollae duplo, nudus, nec basi foliis, ut in *verna*, tubum corollae arcte ambiens, nec laxe, ut in *verna*. *De Vest.* ε passim *imbricatae* nomine venire, fors non differre a δ, foliis esse fere linearibus, lobis corollae ovato-lanceolatis acutis serratis. *Decand.* In alpihus, montibusque et in pratis humidis totius *Europae Olympi et Caucasi*; β in alpihus noricis, carpathicis inque *Sibiria ad Baical*; δ. in *Delphinatu et Carinthiae Leitersteig.* 4.

Obs. *G. alpina pumila verna major Tournef. Inst.* 80 ab omnibus huc laudata vix hujus loci, cum fide *Herb. Tourn. div. La-Peyrouse* huc ducat *G. aestivam alpinam foliis Centaur. minoris C. B. p. 81.* *G. sexfida* s. *Hippion sexfidum*, acaulis, corollâ hexafidâ infundibuliformi, calyce ventricoso tridentato *Schmidt Römer Arch. I. p. 15. n. 5.* nobis non nisi *aestivae* monstrosa videtur varietas e *Mühlbau Saalisburg.* Confer *Obs. ad pumilam.*

36. *G. aestiva*; corollâ quinquefidâ infundibuliformi, interjectis auriculis acutis bifidis, calyce ventricoso, stigmatibus scyphiformi serrulato, foliis ovalibus, omnibus aequalibus. *Schmidt Fl. boëm. n. 119.* sub *Hippio aestivo* ut in *Römer Arch. I. p. 16. t. 3. f. 8.* β. *G. tergloviensis Haecq. pl. alp. n. 4. t. 2. f. 3.* *Hippion pusillum*; acaulis corollâ infundibuliformi 5-fidâ, interjectis auriculis semibifidis, calyce pentagono brevi, stigmatibus infundibuliformi ciliato, foliis ovalibus. *Schmidt op. Röm. Arch. I. p. 17. t. 11. f. 7.*

Ab omnibus neglectam hanc nos quoque negleximus, donec anno elapso utriusque specimina viva coram habuissemus, speciem

eli. *Schmidt* confirmantia, qui rite hanc a praecedente distin-
xit. Cal. in *aestiva* magis angulatus, fere plicatus, coloratus,
ventricosus nec tubulosus, fere prismaticus ut in *verna*. Co-
rolla laciniis magis approximatis basi, in *verna* magis distanti-
bus. Stigma profundius crenatum, in *verna* fere integrum.
Cls. *Schmidt* synonymon *Scopoli* huc referendum esse; no-
bis fors et ipsa planta *Linnaei*. β Hujus potius loci, quam
vernae. In pratis montosis *Bohemiae*, *Austriae*, *Bava-*
riae; fors et alibi. Majo-Julio. β . ad glaciem in *Terglou*. 2.

37. *G. carpathica* *Kitaib.*; corollâ 5-fidâ infundibuli-
formi, calyce fere transparente venoso, foliis obovatis omni-
bus sessilibus, caulinis remotis, floribus sessilibus. *Kitaib.*
ap. *Schult. Fl. Austr.* 2. ed. n. 1008.

Affinis *vernae*. In *Carpathis*. Prof. *Kit.* Nos nunquam
vidimus.

38. * *G. bavarica*; corollâ quinquefidâ infundibuliformi,
foliis ovatis obtusis, radicalibus confertis imbricatis caulinis
minoribus. *Fröl. Gent.* p. 71. *Willd. Spec.* 1. p. 1343.

G. cor. 5-fid. infundib. serratâ, foliis ovatis obtusis. *Linn.*
Spec. 1. p. 331. *Vill. Delph.* II. p. 527. t. 10. (excl.
syn. *Jacq.*). *Haenke Jacq. Coll.* II. p. 75. n. 32.

G. serpyllifolia, cor. 5-fid. infund. lobis subintegerrimis
acutiusculis, foliis obtusis. *Lam. Enc. meth.* II. p. 640.
Pers. Syn. 1. p. 285. *Hall. Helv.* n. 645. *Emend.* 3.
n. 215.

HIPPION bavaricum *Schmidt bohém.* n. 120. et
in *Röm. Arch.* I. p. 17. t. 4. f. 12. *ERICOLA bavarica*

Borkh. *Schmidel op. Gesn.* II. p. 43. t. 27. f. 85.
Barrel. Ic. 101. fig. 1. *Camerar Hort.* p. 65. t. 15.
f. 1.

β . Flore caulem excedente, foliis radicalibus con-
fertis rotundatis. *Fröl. l. c.* *G. imbricata* *Schleich*

fid. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 427, n. 2772. γ . Caule
elongato 3-4-poll. *Fröl. l. c.* δ . foliis caulinis oblon-
gis. *Fröl. l. c.* ϵ . corollis albis. *Fröl. l. c.*

Folia obtusa, nec, ut in *verna*, acuta. *Linn.* Corollae limbus
mutabilis; tubus striatus elongatus. *Linn. S. V. ed. Murr.*

Pers. p. 282. Caulis modo uncia brevior, modo 4 unc. in eo-
dem cespite. Corollae lacinae nunc majores, nunc minores,

nunc integerrimae, nunc serrulatae. Caules teretiusculi. Fo-
lia caulina geniculis triplo longiora (quod vero non in cauli-

bus elongatis). Cor. saturate caerulea. Germea pedicellatum
supra attenuatum velut in stylos 2, lineas 3 et ultra longos!

Stigmata pubescentia. Semina ovata. *Fröl.* In alpihus
Europae mediae; β in alpihus *Salisburg.* *Carinthiae*, *Rauriser*
Tauern ad nives. 2.

Obs. *G. serpyllifolia* ex icone *Barrel.* a elo. *Lam.* laudata omnino
hujus loci. Cls. *Lamarck* tulit ex Italia a div. *Fahl.*

39. *G. imbricata* *Fröl.*; corollâ quinquefidâ infundibu-

lififormi caulem superante, foliis imbricatis ovatis acutis margine scabris, *Fröhl. Gent. p. 74.* *Willd. Spec. I. p. 1344.* *G. bavarica Lam. Enc. meth. II. p. 640.* *Camerar Hort. t. 15. f. 2.* *Barrel. Icon. 101. f. 2.* (ex Camerar.) *Schmidel op. Gesn. II. p. 43 t. 22. f. 84.*

Media quasi *G. bavaricam* inter (cujus varietatem esse β subacaulem *Wahlenb. Helv. 47*) et *prostratam*, sed ab utraque diversissima. Cespites huic densiores, magis compacti. Folia velut in rosulas compactas imbricata, basi paullulum attenuata coadunata, apice primo intuitu obtusa, immo rotundata, reapse tamen acutiuscula. Caulis fere nullus, foliis tectus, angulatus. Corollae limbus fere major quam in *G. bavarica*, laciniis ovato-lanceolatis acutis saturate caeruleis, interjectis pallide caeruleis bifidis majusculis. Cal. basi foliis 2, calyce vix dimidio brevioribus. *Fröhl.* In summis Helvetiae et Carinthiae (Ovir, Baba, Glockner) alpibus; in his primus invenit Abb. a *Wulfen. 4.*

Obs. *G.* hanc imbricatam varietatem esse *bavaricae Sternberg* in *Denkschr. Regensb. Ges. II. p. 105* cum *Wahlenberg*. De *Vest* in literis vero ob folia carnosa, aequalia omnia magnitudine, caules corollae breviores cespitosos arcte imbricatim tegentia ad calycem usque, hanc tubo corollae fere dimidio breviorum, distinctam affirmat.

40. *G. prostrata Haenk.*; corollâ quinquesidâ infundibuliformi caulem prostratum (filiformem foliosum) subaequante, laciniis lanceolatis integerrimis, foliis obtusis confertis (subapproximatis, infimis ellipticis minoribus, calycibus ebracteatis, radice annuâ capillari. *De Vest.*) *Fröhl. Gent. p. 75.* *Willd. Spec. I. p. 1344.* *Haenke* in *Jacq. Collect. II. p. 66. t. 17. l. 2.* *Trattinn. Fl. Austr. Fasc. IX. t. 8.* *HIPPION prostratum Schmidt.* *ERICOILA prostrata Borkh.*

G. bavaricae (quacum eandem esse speciem *Wahlenb. Helv. p. 47.*) maxime affinis, distincta partibus omnibus tenerioribus, floribus multo minoribus, calyce minus angulato, corollae laciniis vix $1\frac{1}{2}$ lin. longioribus, lanceolatis, acutis, aquose caeruleis, germine non attenuato; foliis minoribus, mollioribus pallide virentibus. Caulis plerumque pollicaris. Stigmata ovata obtusa luteola. *Fröhl.* Saepe multicaulis. Folia nec conferta, nec imbricata, sed internodia dimidii fere foliorum longitudine, superiora longiora angustiora, summa a calyce parum remota. Flores *bavaricâ* duplo minores et angustiores. Proxima *nivali*, sed flores tantum terminales angustiores ebracteati caulesque decumbentes nani. *De Vest.* In summis alpibus *Salisburgensibus*, *Glockner ad nives.* © *Haenke et De Vest. 4* *Fröhl.*

Obs. Etiam si re verâ *G. prostrata*, ut *Wahlenberg l. c.* autumat, eadem esset cum *bavarica*, nunquam tamen antiquissimum nomen *G. bavaricae Linn.* in illud *prostratae*, ut *l. c.* fecit *els. Wahlenberg*, mutandum fuisset.

41. *G. angulosa* Marsch. a Bieb.; corollâ quinquefidâ infundibuliformi caule longiore, foliis ovatis obtusis trinerviis; radicalibus aggregatis, calycibus carinato-alatis. Marsch. a Bieb. Flor. Taur. Cauc. I. p. 197. Suppl. p. 190. Marsch. Cent. plant. rar. rossic. I. t. 47. *G. verna* γ. *angulosa*, major, calycibus carinato-alatis. Wahlenb. carp. sub n. 246. Hoffm. Hort. mosq. a. 1803. n. 1444. *G. utriculosa* Wahlenb. Helv. n. 273. (fide Wahlenb.) *G. bavarica*. Pallas ross. II. p. 110. (excluso synonymo Linnaei.) *G. uniflora*. Georgi u. l. p. 203. t. 1. f. 2.

Habitus et statura *G. verna*, flos vero major et calyx *G. utriculosae*. Squamae laciniis corollinis interjectae obtusè bifidae. Eadem ex Sibiria etiam allata est. Marsch. a Bieb. In subhumidis montosis et subalpinis Carpathorum Fatra, Kriwan; in alpihus caucasicis Sebahdagh et Tyfendagh; Steven Mem. Mosq. III. p. 257. 4.

Obs. *Verna* quidem nimis affinis, sed flores quadruplo majores. — *G. bavarica*, auctoritate cli. M. a Bieb. huc delata, non paucis tamen differt. „Folia radicalia in orbem disposita, sessilia, ovata, acuta. Caulis nudus digitalis, interdum fere dodrantalis! unico foliorum pari versus florem, uniflorus. Cal. tubulosus, aequaliter 5-fidus, laciniis acutis. Cor. tubulosa, limbo patente, aequaliter 5-fido, laciniis ovato-oblongis, sature caeruleis, tenerrime circumserratis.“

42. * *G. utriculosa*; corollis quinquefidis hypocrateriformibus, calycibus carinato-alatis, foliis caulinis spathulatis. (ovatis Wahlenb.) Fröhl. Gent. p. 69. Willd. Spec. I. p. 1343. Linn. Spec. 332. Roth Germ. II. p. 287. n. 5. Hall. Helv. n. 646. Emend. 3. n. 215. 5. n. 37. Waldst. Kitaib. Pl. rar. pannon. t. 206. Sturm Germ. Fasc. 30. ERICOILA *utriculosa* Borkh. ap. Römer Arch. I. p. 27. HIPPION *utriculosum* Schmidt Röm. Archiv I. p. 11. Barrel. Ic. 48. 123. f. 2. (nec. 1.) Column. ecphras. t. 221. β. caule basi ramosissimo, ramis unifloris elongatis. Fröhl. l. c. γ. caule simplici unifloro elongato. Fröhl. l. c. δ. caule simplici unifloro pygmaeo. Fröhl. l. c. ε. corollis albis. Fröhl. l. c.

Calyce amplo alis 5 late prominentibus distinctu facilis. Caulis obsolete tetragonus, ramis alternis angulatis. Folia radicalia cito emarcida, ovata. Cor. pulchre caerulea, tubo exalbido caeruleo striato, laciniis lanceolatis acutis subintegerrimis, segmentis interjectis bifidis aquose caeruleis. Antherae distinctae. Stigmata fere *vernae*. Semina oblongo-ovata scabra. In pascais montanis et subalpinis a Balthico ad mediterraneum. ☉

Obs. Huc spectare Gentianellam ramosam ramulis alternis, calyce alato pentagono Seguiet. Veron. 149; in monte Baldo vix a esse possit.

et unifloram, tuncque simillimam esse speciminibus unifloris *nivalis*, a qua differt: calycis alis duplo latioribus, laciniis calycis ad tertiam longitudinis suae partem descendentibus lanceolatis, nec, ut in *nivali*, calyce ad medium fisso, laciniis lineari-lanceolatis. *Treviran. Jahrb. d. Bot. I. St. 2. p. 19.*

43. * *G. nivalis*; corollis quinquifidis infundibuliformibus, ramis alternis unifloris, foliis caulinis lanceolatis. *Fröl. Gent. I. p. 83.* *Willd. Spec. I. p. 134.* *G. cor. 5-fid. infund., angulis calycinis aequalibus acutis, caule multifloro.* *Linn. Spec. I. p. 286.* *Smith Brit. p. 286.* *Engl. Bot. t. 896.* *G. c. 5-fid. inf., calycibus carinato-quinquangulis, ramis axillaribus alternis unifloris.* *Jacq. Coll. III. p. 8.* *Wahlenb. Lapp. p. 68. Carp. p. 75.* *Fl. Dan. t. 17.* *Sturm Germ. Fasc. 22.* *Hall. Helv. n. 647. t. 17. Enum. n. 218. t. 7. f. 5.* *ERICOLA nivalis Borkh. Röm. Arch. I. p. 27.* *β. caule elongato filiformi subramoso, foliis raris: inferioribus minoribus ovatis obtusis.* *Fröl. l. c.* *G. minima, caule ramoso filiformi, coroll. 5-fid. foliis brevissimis.* *Vill. Delph. II. p. 529. n. 14.?* *Barrel. Ic. 539. f. 2.* *γ. caule humili subunifloro, foliis brevissimis ovatis obtusissimis.* *Fröl. l. c. (excl. Villars.)* *HIPPION nivale Schmidt in Röm. Arch. p. 19. t. II. f. 6.* *Barrel. Icon. 103. f. 2.* *δ. corollis albis.*

Rad. fibrosa parva. Caulis erectus quadrangulus, ramis elongatis erectis. Folia elliptica, radicalia acuta. Flores erecti, graciles, pulcherrime cyanei, extus pallide virentes. Cal. tubulosus, 5-dentatus, angulis acutis vix carinatis. *Smith.* Planta mire pro solo varians; caulis nunc vix pollicaris uniflorus, nunc 5 poll., ramosus. Folia magnitudine et formâ admodum varia, superiora reliquis constanter majora, lanceolata. Calycis anguli caerulei formâ alarum multum prominent, multo minus tamen quam in *utriculosa*. Fol. radicalia saepe obtusissima, lineâ parum majora. Sem. minutissima ovata. *Fröl.* Flos glaciali major. *Wahlenb.* *In alpinis a Lapponia ad Carpathos Pyrenaeos et Italiam usque; γ etiam in Labradoria. ☉.*

Obs. *Wahlenberg* nivalem helveticam a lapponica non parum differre caule stricto fusco, calycibus profundius divisis minus carinatis monet. *Helvet. p. 48.*

44. * *G. aquatica*; corollis 5-fidis infundibuliformibus, foliis cartilagineo-marginatis, calycis thecapodium aequantis dentibus patentissimis, caule basi ramosissimo, ramis dichotomo-ramosis, floribus terminalibus solitariis. *Marsch. a Bieberst. Suppl. p. 192. et, hoc teste,* *G. aquatica foliis margine membranaceis basi coadunatis.* *Linn. Amoen. II. p. 343.* *Steven Mem. Soc. nat. Cur. Mosqu. III. p. 258.* *G. squarrosa, corollâ 10-fidâ infundibulif., foliis*

ovato-subrotundis acutis, caule divaricato ramoso. *Ledebour Mem. acad. scient. petrop. V. p. 527. n. 13.* *Hirpion aquaticum Schmidt ap. Röm. Arch. I. p. 10. n. 12.*
Ericoila aquatica Borkh ibid, p. 27.

Differt a *G. humili* cauliculis elongato-ramosis subdichotomis manifestius glanduloso-pilosis, foliis caulinis etiam superioribus subrotundis cum acumine, patentioribus (unde habitus squarrosus); floribus minoribus, calycinis dentibus minoribus horizontalibus, denique thecapodio multo brevioribus. Quoad corollae structuram nullum mihi discrimen apparuit. Esse hanc *G. aquaticam* *Linn.* ex descriptione in *Amoenitat. l. c.* liquet. *) *Pallas* in *Fl. ross. 2. p. 109* et *Gmel. Fl. sibir. IV. p. 110. n. 76.* utramque comprehendunt, ramosiorem pro varietate ex loco natali commemorantes. Icon *Gmelini* summâ editoris incuriâ periit. *M. a Bieberst. In Sibiria.*

I. *Obs.* Cum ill. *M. a Bieberst. l. c.* citet *Linn. Amoen. 21. p. 343.* etiam, licet ab illo non laudetur, *Linn. Spec. I. p. 332* hujus erit loci. *Frölich* vero sub sua *G. aquatica* corollis 5-fidis infundib. terminalibus solitariis, foliis spathulatis margine membranaceis *Gent. p. 77.* et hunc secutus *Willdenow*, tanquam synonyma junxerunt *Pall. Fl. ross. 2. p. 109. t. 97. f. 2.* (qui, fide *M. a Bieberst.* ad *G. humilem* spectat cum *Amman. ruth. 4. t. 1. f. 1.* qui *G. aquatica* β . apud *Frölich l. c.*) *Thunb. jap. p. 116. Lour. Fl. Cochinch. l. p. 172* (de quibus vide *Obs. II.*), et *G.* omnium minimam montenam *Messerschmid, Amman l. c.* (quae *aquaticae* γ . apud *Frölich*), varietatem denique floribus albis, quae δ . *Frölich*. Has species duas et varietatem? γ aetate induere habitum diversissimum, curatius describendas credidit *els. Frölich*, qui cum suo *Schreber* specimina coram habuit, sequentibus: „*Planta florens* α ; radix simplex, fibris paucis. Caules plures simpliciusculi, toti foliis tecti, subpollicares. Folia radicalia 4 maxima obovata marcescentia, caulina inferiora subrotunda, basi paullulum producta, obsolete trinervia, superiora spathulata mucronulata. Flos terminalis sessilis erectus 6 lin. Cal. tubulosus, basi angustior, supra ampliatus, 5-gonus, 5-fidus: laciniis triangularibus acutis, margine membranaceis, carinâ simili, tubo brevioribus, 3 lin. Cor. laciniis brevibus ovato-lanceolatis margine tenuioribus acutis caeruleis, segmentis intermediis brevioribus tenerioribus acutis pulere

*) Rad. fibrosa annua. Fol. radicalia saepius 4 majora obverse-ovata obtusiora. Caulis vix poll. longus 4-gonus, angulis scabris. Fol. caulina opposita obverse ovata acuta margine membranaceo cinota, carinata, basi coadunata. Flos terminalis sessilis caeruleus. Cal. tubulosus 5-gonus; limbo 5-fido ovato acuto carinato margine membranaceo. Cor. longitudine calycis plicata campanulata 5-fida interjectis segmentis alternis brevioribus tenerioribus acute bifidis. Antherae luteae. Germen cylindricum longitudine fere corollae. Stylus nullus. Stigmata 2 obtusa. Caps. oblonga subcylindracea unilocularis bivalvis. Semina plurima orbiculata compressa emarginata. Facies *Arenariae*. Rami alteri caule paulo longiores itidem subramosi et floriferi. *Linnaeus l. c.* qui laudat figuram *Ammani t. 1. f. 1.*

cyaneis. *Adultior* β $1\frac{1}{2}$ poll., foliis distantibus magis elongatis distinctissima videtur. Calyces corollam paullo longiores, contractiores, hujus segmento integerrimo paullo magis conspicuo. *Maturo fructu* Caules plures erecti 4-goni glaberrimi, foliis fere tecti, ramis infra prodeuntibus erectis, $1\frac{1}{2}$ - 3 poll. Folia radicalia 4 obovata marcescentia magna; caulina plura; inferiora obovata antice semicirculo circumscripta obsolete trinervia, superiora magis magisque spathulata s. lanceolata, superne latiora, acuta s. mucrone brevi membranaceo albo; omnia basi coadunata succosa margine membranaceo alba. Flores terminales erecti sessiles in caule ramisque, $1\frac{1}{2}$ poll. Cal. tubulosus, basi angustatus superne ampliatus pentagonus 5-fidus, laciniis lanceolatis acutiusculis acutis carinatis, margine membranaceis. Cor. infundibuliformis plicata, limbo 5-fido, laciniis brevibus ovatis acutis margine tenuioribus, interjectis segmentis alternis minoribus acute bifidis, calyce paullo longior, caeruleus s. albidus, laciniarum virescens. Germen oblongum pedicellatum: stigmata 2 obtusa. Caps. ovata, semibifida longe pedicellata. Semina ovata, pallide spadicea. γ . Caules ut in priore, sed rami aliquot alterni, pilis minutissimis. Folia radicalia ut in priore, caulina plura subrotunda, superiora ut in priore, sic et Cal. et Cor.; illius vero lacinae patentes, haec caerulea, segmentis interjectis laciniis parum minoribus, ut quasi intermedia Gentianas corollam 5-fidam et 10-fidam. Semina orbiculata plana leviter marginata. An species propria? "

II. *Obs.* *G. aquatica* Lour., adductam licet diagnosi Linnaeana, licetque citetur ab omnibus ut synonymon, ex descriptione sequente nobis diversa videtur. „Caulis annuus cespitosus erectus 3-poll.: ramis nullis. Folia lanceolata integerrima glabra sessilia opposita. Flos cyaneus terminalis solitarius; calyce acuto 5-fido erecto. Corolla infundibuliformis patens 10-fida; laciniis 5 majoribus expansis, 5 aliis minoribus alternis plicatis. Stigmata 2 sessilia longiuscula revoluta. Capsula ovata compressa 1-locularis polysperma 2-valvis apice dehiscens. Lour. In locis humidis prope cantonem Sinarum. ☉. Sic etiam *G. aquatica* Thunb. cor. 5-fid. infund. terminalibus sessilibus, foliis margine membranaceis. *Fl. japon.* p. 115., cui folia radicalia majora, ovata, acuta, plurima, caulina perfoliata minuta ovato-oblonga. Caules simplices uniflori digitales. Cal. margine et lineis decurrentibus membranaceis. Cor. calyce duplo longior, caerulea. Japonicum specimen paullo majus quam quod a Sibiria obtinui. Thunb.

45. *G. humilis* Steven; corollis quinquefidis infundibuliformibus; foliis cartilagineo-marginatis, calycis thecapodio brevioris dentibus rectis, caule basi ramosissimo; ramis subsimplicibus, floribus terminalibus solitariis. *Marsch. a Bieb. Suppl.* p. 191. *G. corollis quinquefidis infundibuliformibus subsessilibus; foliis spathulatis margine membranaceis caule adpressis; caule basi ramosissimo, ramis acquantibus simplicibus unifloris. Steven Mem. Soc. nat. car. mosq. IV. p. 258. β . *G. aquatica caucasica. Catal. Hort. gorenk. a. 1812. p. 28. *G. aquatica. Pall. ross. II. t. 97. f. 2. (quoad iconem.) *G. aquatica* β . Fröhl.***

Gent. p. 77. *G. humilis aquatica verna. A m m. ruth.*
t. 1. f. 1. (quoad iconem.)

Radix exilis albida annua. Cauliculi vix digitales ex radice numerosi, supra radicem quandoque ramo uno alterove aequante simplici aucti, toti foliosi, superne vix nisi ad lentem glanduloso pilosi. Folia parva rigida glauco-viridia margine insigni albo-cartilagineo cincta; inferiora subrotunda, adscendendo minora angustiora acutioraque; caulina basi connato-vaginantia, apice subpatentia; summo pari flori approximato. Flores parvi. Calyx vix longitudine tubi corollae, ad unam tertiam 5-fidus; dentibus aequalibus lanceolatis acutis rectiusculis, sicut folia cartilagineo-marginatis. Corolla caerulescens, limbo tubo multo brevior; laciniis lanceolatis acutis, plica inter singulas indentem parvum eductâ. Capsula intra calycem pedicellata; thecapodio calycem corollamque persistentem superante. *Marsch. a Bieb.* Differt a *G. aquatica Willd.*, ramis divisis, foliis patentibus subrotundis corolla vix calycem excedente, quae in nostra duplo fere longior; caeterum simillima. *In montibus Habensibus Caucasi orientalis Marsch. a Bieb., in alpibus circa Chinalag et in Sibiria Steven; ad montem Beshtau: L. B. a. Vietinghoff. ©.*

46. *G. flava Mayer*; corollâ 5-fidâ infundibuliformi, caule unifloro, foliis lanceolatis imbricatis. *Mayer Abh. d. böhm. Gesellsch. 1785. p. 46. T. 1. f. 1. Schult. Oestr. Fl. 2. ed. n. 1012. Hippion imbricatum Schmidt Bohem. II. n. 117. Römer Arch. I. p. 15.*

Folia radicalia elliptica cespitosa terrae appressa; caules plures pollicares, foliis imbricatis tecti; Flos vix 4 lin; Cal. ventricosus, flavescens; cor. saturate lutea, laciniis brevibus subulatis patentibus. Stigma flavum. *Mayer. Media prostratam inter et vernam, illi fors jungenda, sed folia radicalia elliptico-rotundata. A verna differt stigmatibus duplici. Schmidt. Planta clo. Frölich Gent. p. 68. dubia. A nobis nunquam visa. In siccis Bohemiae circa Morgenstern, Circ. Bunzlau. ©*

47. * *G. ? scilloides*; caule unifloro prostrato ramoso, foliis obovatis obtusis trinerviis, corollis infundibuliformibus quinquefidis, bracteis binis. *Linn. Suppl. I. p. 175. Willd. Spec. I. p. 1346. Hippion scilloides Schmidt.*

Pedalis tenera glaberrima ramis paucissimis. Folia opposita subpetiolata parva, superiora remotiora. Pedunculus longus nudus terminalis uniflorus. Bractee infra florem oppositae subulatae erectae. Cal. linearis. Tubus infundibuliformis calyce longior. Limbus 5-fidus planus imberbis luteus. *Linn. Forte non hujus generis ob calycem et corollam: sed nil de stylo ill. Linnaeus dixit. Willd. In insulis Azoreis. Franc. Masson.*

48. *G. ? alopecuroides Lam.*; corollis quinquefidis acutissimis infundibuliformibus, floribus sessilibus secundis confertissimis subsPICATIS, *Lam. Enc. meth. II. p. 643.*

Affinis ERYTHRAEAE *spicatae*: 3-4 poll., caule ramosissimo, dichotomo rigidiusculo, subtetragono. Folia oblongo-lanceolata, uninervia, inferiora subspathulata, superiora angustiora, acuta. Flores unilaterales. Cal. basi angulosus, laciniis lineari-subulatis rectis, longitudine tubi. Cor. lacinae patentes. *Lam. in Herb. Juss. Habitat?*

Obs. Lamarck ante scilloidem posuit.

c. Corollis fauce squamis capillaceo-multifidis acutis, quinque s. quadrifidis. ENDOTRICHAE.

49. * *G. uniflora Willd.*; corollâ quinquefidâ hypocrateriformi barbata, laciniis (calycinis aequalibus, limbi foliisque) ovatis acutis, caule simplicissimo (sub)-unifloro, *Willd. Spec. I. p. 1346.* *G. Amarella* ε, caule simplici unifloro corollam vix aequante. *Fröhl. Gent. p. 87.* HIPPION *Gentianella Schmidt bohem. n. 128.* *Römer Archiv. I. p. 23. t. 2. f. 4.*

„Videtur distincta a *germanica* (*Amarella*) praecipue ob calycina segmenta aliter incisa, floresque paulo majores.“ *Willd. Cls. Pohl campestris* esse varietatem affirmat, sed sane distincta characteribus datis: folia ovata, nec ovato-lanceolata. Flos speciosus, violaceus. *In pascuis alpinis humidis Sudetorum, Carpathorum, Bavariae.* ☉.

50. *G. germanica Willd.*; corollis quinquefidis hypocrateriformibus barbatis, laciniis limbi ovatis acutis, foliis ovato-lanceolatis, ramis internodiis longioribus. *Willd. Spec. I. p. 1346.* *Schult. Fl. bavar. n. 48.* *Sturm Germ. Fasc. 23.* *G. Amarella*, cor. 5-fid. hypocr. acutis, fauce barbatis, calycis laciniis subaequalibus. *Fröhl. Gent. p. 86.* (excl. plur. varietat. et fere omnium Botanicorum Germ.) *Schult. Fl. Austr. 2. ed. n. 1016.* *Hall. Helv. n. 651.* *G. Amarella* γ. corollis subcampanulatis sursumve dilatatis calyce triplo longioribus. *Wahlenb. carp. p. 76.* (excl. syn. *Besser.*) *G. Amarella* α. *Lam. Fl. fr. II. p. 92.* *G. campestris Allion. Ped. n. 354.* (uterque fide *Decand. Fl. franc. n. 2776.*) HIPPION *Amarella Schmidt bohem. n. 224.* ERYTHALIA *germanica Mayrhoft. Fl. monac. t. 278.* β. caule ramoso, foliis subcordatis acuminatis. *Barrel. Ic. 510. f. 2.* *G. Amarella* δ. *Fröhl. Gent.* γ. alba, subuniflora, corollis calycibusque margine scabriusculis. *G. Amarella* β. *Wahlenb. l. c.* δ. floribus albis.

Rad. simplex, fibrosa, flava. Caulis erectus, obsolete hexagonus purpurascens foliosus ramosus, ramis oppositis uni-multifloris totius plantae altitudine, saepe simpliciusculus pauciflorus, longitudine corollae. Folia radicalia plura terrae incumbentia

obovata obtusa in petiolum attenuata obscure trinervia emar-
cida; caulina sessilia, basi laevissime connata, ovata et ovsto-
lanceolata, acuta et acutiuscula, margine scabriuscula, triner-
via, suprema rameaque subcordata acuta. Flores terminales
axillaresque, solitarii s. bini, erecti, pollicares, (in parvis
pollice paulo brevioribus) pedunculis erectis angulatis flore bre-
vioribus. Cal. campanulatus, lineis 15 elevatis ultra medium
5-fidus, corollâ duplo fere brevior, laciniis lanceolatis acutis.
Cor. purpureo-caerulea, tubo superius ampliato angulato stria-
to, interque strias transversim ruguloso, basi coarctato palli-
diore, limbi laciniis ovato-lanceolatis integerrimis tubo triplo
brevioribus. Squamae ad os membranaceae multifido-capilla-
res, laciniis duplo breviores albae. Filamenta basi tubo in-
serta eoque paulo longiora. Antherae oblongae liberae. Pist.
germen oblongum breviter pedicellatum supra attenuatum, stig-
mata ovata. Caps. oblonga, corollâ longior, pedicellata. Sem.
subrotunda laeviuscula compressa. *Fröl.* In Europae
mediae pratis montosis vel elatioribus. ☉. Confer Obs. ad
amarellam.

51. * *G. Amarella*; corollis quinquefidis hypocraterifor-
mibus barbatis, laciniis limbi lanceolatis acutis, foliis lanceo-
latis, ramis internodiis brevioribus. *Willd. Spec. I. p. 1347.*
G. corollâ 5-fid. hypocr. fauce barbata, laciniis calycinis
aequalibus. Smith Brit. p. 287. Engl. Bot. t. 236.
Fl. Dan. t. 328. (fide Smith). Dicks. Dr. Pl. 5.
(fide Smith; ergo hujus et Dicks. auctoritate) Fröl.
Gent. p. 141. G. cor. 5-fid. hypocr. fauce barb., caly-
cis laciniis aequalibus tubo brevioribus Wahlenb. carp. p.
76. (excl. pratensi Bess.) M. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc.
p. 198. G. lancifolia, cor. hypocr. 4-5-part., barbatis, acu-
tis, fol. lanceolatis. Rafn. Dansk. og. Holst. Fl. Schu-
mach. Fl. Saelland. p. 80. Pers. Syn. I. p. 286.
Besser galic. n. 300. Schult. Fl. Austr. 2. ed. n.
1017. Hippion axillare, floribus axillaribus pedunculatis,
corollis hypocrateriformibus 4-5-fidis barbatis, caule tetra-
gono, fol. lanceolatis. Schmidt bohem. n. 129. Röm.
Arch. I. p. 32. t. 4. f. 13. (et hoc teste) G. tetragona
Mayer physt. Aufs. p. 194. G. campestris Gener s.
elench. n. 234. G. amarella β. caule ramosissimo, ramis
multifloris. Fröl. Gent. p. 87. β. major, ramis lon-
gioribus, floribus majoribus, corollis constanter 5-fidis, la-
ciniis latioribus. M. a Bieberst. l. c. γ. fugax verna
s. praecox. Ray. Syn. p. 275.

Rad. parva tortuosa. Caulis erectus altitudine varius, foliosus,
quadrangulus, superne paniculato-ramosus. Folia ovata triner-
via sessilia. Pedunculi axillares et terminales erecti simplices
vel biflori tetragoni. Cal. semiquinquefidus, laciniis acutis
uniformibus, fere aequalibus. Cor. calyce duplo longior, tubo
cylindrico albido, limbo patente purpureo, fauce ciliis erectis

purpureis, Stam. inclusa. Styli breves ad basin usque divisi. Intense amara. Variat floribus quadrifidis, calycum laciniis semper uniformibus. *Smith*, *In Sueciae, comitatu Derbyensi, Bohemia, Ungaria, Galicia.* ☉.

Obs. Multa hanc et praecedentem *germanicam* premunt dubia. *G. Germanicam, Amarellam, uliginosam Willd.* nequidem varietates esse, cll. *de Chamisso obs.* in *Kunth, Com. de Sternberg, Wallroth Ann. bot.* p. 37. monent, et, cum illis, *Wahlenberg* in *Helv.* p. 48. Serius tamen difficillimus in statuendis speciebus *Wahlenberg* in *carp.* 76 easdem varietates esse distinctas agnovit. Cll. quoque *Frölich*, postquam opere fere jam impresso suo vidisset *G. Amarellam Dicksoni*, ad *Herb. Linn.* determinatam et laudatam ab ejusdem possessore *Smith*, distinctam sibi videri speciem agnovit illico, suamque *Amarellam* alio esse salutandam nomine monuit p. 141, utpote distinctam inveniens plantam *Dicksoni*: radice luteâ, caule 10 poll., tenuiore quam in *germanica*, articulis ramos excedentibus, floribus minoribus, 9 lin., 2 lin. latis, adeoque *germanicâ* multo minoribus, calycem corollae tubo duplo superante, laciniis paululum inaequalibus, corollâ dilutius caeruleâ, staminibus longitudine tubi, germine supra adhuc magis attenuato. Differentiae hae, verum est, inconstantes: attamen suppetunt ut plurimum, licet caulis subinde pedalis et ultra, rami internodiis subinde longiores, ut imprimis in β transitum faciente a *germanica* ad *Amarellam*, flores subinde denique minores, 8 scilicet lin., vix $1\frac{1}{2}$ lin. in diametro. Cll. *Persoon* interea *germanicam Willd.* quoadentibus cll. *Rafn.* et *Schumacher*, veram *Amarellam Linn.* et *Smith* et *Fl. Dan.* t. 328 dicit *Syn.* I, p. 286., quod, si planta *Dicksoni* cum *Herb. Linn.* collata, ut cll. *Smith* lubenter credimus, vix ac ne vix ita se habere poterit. Dolendum cll. *Hooker* in *Fl. Lond. Nov. Ser. fasc. 6. t. 31.* dubia haec non solvisse, et plantas *Dicksoni*, et *Frölichii* GENTIANAS *Amarellas* utrasque (p. 86. et 141.) cum *Willdenowii* et *Smithii* synonymis promiscue habuisse, ut neque ex synonymia, nec ex icone, nec ex diagnosi (calycis enim laciniis inaequales petit, quas *semper uniformes* et *Herb. Linnæni* possessor, *Smith*, et natura demonstrat) certi quid edoceamur. Confusionis quasi coronam addit *Schmidt Fl. boem.* iconem *Fl. Dan.* t. 328 laudans, et *Plenckii* iconem t. 158 tamen minus bonam carpens, cum haec illius fidelissima sit copia. Fatendum tamen ingenue, iconem *Fl. Dan.* intermediam quasi plantam sistere *germanicam* inter et *Amarellam*, et fere β , *M. a Bieb.*

52. *G. uliginosa*; corollis subquinquefidis hypocrateriformibus acutis fauce barbatis, calycibus subaequalibus, foliis ovato-lanceolatis, caule ramoso tetragono basi subalato. *Willd. Spec.* I. p. 1347. *G. Amarella Willd. Prodr. Berol. n. 293. bot. Mag. XI. St. p. 37.* *G. campestris Leyss. halens. n. 242.?*

Caulis uncialis biuncialisve. Pedunculi uniflori longi tetragoni. Calycinae lacinae lineares acutae, binae paulo longiores. Corolla caerulescens paulo laciniis calycis longior, 4-5-fida, laciniis ovatis acutis. Distincta ab *Amarella* et *pratensi*, quibus corollae figurâ simillima, caule semper multo brevior et basi

subalato, florum colore et habitu. *Willd.* In *Marchiae electoralis pascuis udis*. ☉.

Obs. *Leyser* a *Willdenow* huc ductus *G. campestris* suam quae „corollâ communiter 5-fidâ, parvitate vero foliisque angustis linearibus a *GENTIANA amarella* diversissima“ legit in siccis ad margines viarum hinc etiam a *Frölich* cum *campestri* p. 96. dubie tamen juncta. Eandem esse cum *Amarella* eli. de *Chamisso*, *Hunth* et *Com.* a *Sternberg* monuerunt.

53. *G. obtusifolia Willd.*; corollis (quadri- et) quinquefidis hypocateriformibus barbatis, tubo calyce subaequali brevioris, foliis lanceolatis obtusis. *Willd. Spec. I. p. 1347.*
G. c. 5-fid. hypocrat. barb. acuminatis, laciniis calycinis elongatis corollam subaequantibus, foliis inferioribus obovatis obtusis. *Wahlenb. Helv. p. 49.* *G. Amarella* γ., caule basi ramosissimo brachiato, fol. obtusis. *Fröl. Gent. p. 87.*
HIPPION obtusifolium, coroll. campanulatis 4- et 5-fidis, calycinis laciniis inaequalibus, fol. obtusis, radicalibus rotundatis. *Schmidt bohem. n. 226.* *Röm. Arch. I. p. 22. t. 2. f. 3.*

Floribus acuminatis exsiccando flavescentibus *G. auream* quodammodo refert, itaque non potest non a praecedentibus separari. Tota herba aliquantum lutescit. Caulis digitalis, eximie angulatus. Folia inferiora adeo angustata, ut fere petiolata, radicalia vero fere orbiculata. Rami pauci, uniflori. Lacinae calycis parum profundae, 2 latiores. Cor. subcampanulata, dilute flavicans, subinde caerulescens, laciniis erectis. *Pohl* pro *campestris* varietate habet, sed certe distincta species. In *summis jugis montium Bavariae inque Sudetis, et in Helvetiae M. Gotthard.* ☉.

54. *G. pratensis Fröl.*; corollis subquinquefidis hypocateriformibus obtusis fauce barbatis, calycis laciniis inaequalibus, foliis lanceolatis. *Fröl. Gent. p. 88. n. 34. (excl. Fl. Dan. t. 328.)* *Willd. Spec. I. p. 1349.* *G. campestris* *Pall. ross. II. p. 103.*

Differt a *G. Germanica Willd.* staturâ proceriore dodrantali, ramosiore, ramis inferioribus brevioribus quam internodiis; foliis angustius productis margine scabris obsolete nervosis; calycis non striati, corollâ 1/5, nec duplo, brevioris laciniis duabus majoribus; corollâ dimidio brevioris, decoloratâ, frequentius 4-fidâ, laciniis ovatis obtusis nec acutis, tubo quater, nec triplo brevioribus. Stamina tubo paulo breviora, nec longiora. *Fröl.* In *Rossiae et Sibiriae (ad Baical usque) et in Galiciae (Babia Gora) humidis et siccioribus.* ☉.

Obs. *Cls. Frölich* huc iterum cum *Pallas* ducit, quam prius laudaverat ad *Amarellam*, iconem *Fl. Dan. t. 328*, quae tamen, monente *Smith*, possessore *Herbar. Linn.*, vera *G. Amarella Linn.*, hinc excludenda. Quare *cls. Wahlenberg* *G. pratensem Besser Galic. n. 199.* (hanc plantam ipsi in *Babia Gora* legimus, et pro *campestri*

primum cum amico *Besser* habuimus) ad *G. Amarellam* citet in *Carp.* p. 76, non intelligimus. Variare hanc plantam staturâ a ramosissima spithamali et $1\frac{1}{2}$ ped. ad simplicem vix tripollicarem, magnitudine et colore corollae, nostratibus semper minoris et e viridi-livido-caerulescentis nunquam speciosae; numero partium quaternario, quinario, *Pallas* recte l. c. monuit. Hanc solam, nec *Amarellam germanicam*, occurrere in *Sibiria Pallas* ibidem.

55. *G. caucasica* *Marsch.* a *Bieb.*; corollis quinquefidis hypocrateriformibus barbatis, laciniis ovatis, calycis truncati dentibus subaequalibus subulatis, foliis ovato-lanceolatis, ramis aequantibus. *Marsch.* a *Bieberst. Fl. Taur. Caucas.* p. 198. *G. cor.* 5-fid. hypocr. fauce barb., foliis ovatis acutis, caule tetragono ascendente, pedunculis axillaribus calyce longioribus. *Sims bot. Mag.* t. 1038. *Catal. H. gorenk.* 1812. p. 28. *Hoffm. H. mosqu.* a. 1808. *G. Amarella* *Pall. ross.* II. p. 104. (fide *M. a. Bieb.* sed exclud. in *Pall. Fl. Dann.* t. 367.

Facies *G. germanicae*. Rad. sordide flavicans. Caulis exquisite angulatus, ramis e basi patulis saepe aequantibus. Cal. tubo corollae brevior, laciniis perangustis divaricatis. Cor. constanter 5-fida. Corolla major quam in *campestri*, $1\frac{1}{2}$ poll., *Pall.* Folia trinervia glabra subintegerrima. Pedunculi uniflori longitudine fere foliorum ad apicem caulis, caeterum ramosi, plerumque 4 e foliis quaternis decussatis. Cal. tubulosus, dentibus longitudine fere corollae. Corollae tubus limbo longior virens, limbo violaceo-caeruleo, segmentis obtusis, barba albâ. Filamenta basi tubi inserta, antheris albis. Stigmata 2 divaricata. Caps. unilocularis, conica. *Sims.* In alpibus caucasicis, ad fontes *Jucharibasch.* *Steven.* © *Bieberst.* ♂ *Loddiges.*

Obs. Huc videtur spectare *G. collina Adams*; corollis hypocrateriformibus 5-fidis barbatis, calycinis dentibus filiformibus, foliis oblongis trinerviis *Willd.* MS. cui folia ovato-oblonga internodiis breviora amplexicaulia, quam vir divus a *D. Adams* e Caucaso tulit, et de qua dubitavit utrum sit *G. Amarella* *M. a Bieberst.*?

56. * *G. campestris*; corollis quadrifidis hypocrateriformibus obtusis, fauce barbata, calycis laciniis duabus exterioribus maximis. *Fröb. Gent.* p. 91. *Willd. Spec.* I. p. 1348. *Smith Brit.* p. 288. *Engl. Bot.* t. 237. *Fl. Dan.* t. 367. *G. Amarella* β . *Lam. Fl. fr.* II. p. 292. *G. Amarella* *Allg. Ped.* n. 353. (fide *Decand. Fl. fr.* n. 2777.) *EURYPHALIA campestris* *Borkh. Rom. Arch.* I. p. 28. *HELVION campestre* *Schmidt Rom. Arch.* I. p. 11. β . *G. campestris* *Roth Germ.* II. p. 290. *Hall. Helv.* n. 650. γ . Floribus 5-fidis. *GENTIANA germanica* *Schleich Cent.* d. 21. n. 31. (fide *Decand. l. c.*) δ . corollis albis. ϵ . *G. purpurea minima* *Colum. ecphras.* I. p. 223. t. 22. f. 3. *Barrel. Ic.* 97. J. 2. ϵ ? *HELVION auriculatum* *Schmidt Fl. boëm.* n. 125.

Habitus *Amarellae*; sed humilior magisque ramosa; praecipue vero discrepat calyce quadripartito, laciniis duabus interioribus oppositis lanceolatis angustioribus, exterioribus maximis ovatis. *Smith.* In pratis siccioribus elatis a Suecia ad Siciliam. ☉.

Obs. 1. Differt ab *Amarella*, quaecum passim jungitur, praeter characteres datos: corollâ saturate caeruleâ, tubo magis cylindrico, laciniis latioribus obtusiusculis, filameptis brevioribus, germine sessili nec pedunculato, squamis corollinis lacero dissectis, nec ita distincte in laminam collectis. G. s. (HIPPION) *auriculata* corollis quadrifidis campanulatis, laciniis calycinis 2 alternis majoribus, fol. ovatis *Schmidt. l. c.* monente *Pohl.* nil nisi hujus varietas, synonymo *Pallasii* excludendo.

Obs. 2. *Frölich*, qui quatuor varietates α . β . ϵ . δ . distinxit primus, ad α . quam *suecicam* varietatem dicit, nullam, praeter *Linnaei* opera et *Fl. Dan.* synonymiam ducit, auctoresque omnes a *Smith* laudatos ducit ad β ; ϵ vero, *neapolitanam*, propriam suspicatur speciem, et dubitat quoque de α . et β . *GENT. campestem* *Leys.*, a *Willdenow* ad *uliginosam* ductam, licet in siccis ad margines viarum florere dicatur, corollâ plerumque 5-fidâ, parvitate, foliisque angustis linearibus ab *Amarella* diversissimam; huc referre non audet. In α . *suecica* caulis teres lineis 4 elevatis purpurascens crassitie pennae columbinae, articulo secundo reliquis longiore, $\frac{1}{2}$ ped.; simplex. Cal. latus, profunde 4-fidus, 6 lin., laciniis majoribus ovatis obtusis nervosis, minoribus lanceolatis acutis. Cor. tubo superne ampliato, longitudine calycis, pallido, laciniis dilato caeruleis. In β . *germanica* caulis acute tetragonus viridis s. caerulescens basi purpureis 2-6 poll. simplex et ramosus. Cal. ventricosus, amplus, 4-partitus, laciniis 2 oppositis amplissimis subcordatis s. ovatis acutis subtrinerviis, minoribus lanceolatis acuminatis. Cor. caeruleo-violacea, tubo amplo cylindrico exalbido, calyce paulo brevior. In ϵ . *neapolitana* caulis ab imo geniculo ad supremum ramosus, ramis s. pedunculis inferioribus longioribus corymboseis. Cal. parvus 4-partitus, laciniis acuminatis, 2 paulo latioribus lanceolatis, reliquis linearibus. Cor. calyce duplo longior, tubo calycem tertiâ parte longitudine superante, limbo 4-fido acutiusculo, (nec rotundato) ex rubro purpurascente, squamis albidis.

57. *G. auriculata* *Pall.*: corollis quadrifidis quinquefidisque campanulatis intus villosis, calycinis laciniis alternis cordatis. *Pall. ross. II p. 102. t. 92. f. 1.* *Frölich.*
Gent. p. 90. n. 35. *Willd. Spec. I. p. 1349.* *Hippion auriculatum* *Schmidt.* **DASYSTEPHANA auriculata**
Borkh. Röm. Arch. I. p. 26.

Rad. simplex. Caulis pedalis erectus subtetragonus, subsimplex. Folia radicalia ovata, basi attenuata, minora; caulina amplexicaulia oblongo-ovata obtusa 5-nervia majora, subtus interdum subviolacea. Flores terminales 5, interdum e proximis alis 3, pedunculis longis tetragonis, illi nudis, hi diphyllis. Cal. infundibuliformis, angulatus, laciniis 4-5 latis in 5-fido subovatis. Cor. calyce duplo longior, tubo pallidiori, laciniis subrotundo-ovatis, pallide caerulescentibus, intus villosissimis. Ger-

men fusiforme, stigmatē didymo. Variat caule ramosissimo, corollis magis violaceis in salsis versus mare, caeruleis in palustribus. *Pall.* In herbidis et palustribus Sibiriae orientalis circa mare Ochotense et Penschinense in Camtschatca, insulis hanc inter et Americam septentrionalem. ☉?

58. *G. angustifolia Mich.*; caule (tereti) simplici gracili (sub)-unifloro, foliis angusto linearibus patulis, corollā 5-fidā, laciniis ovatis, plicis in laciniam alternam desinentibus. *Mich. Fl. bor. Amer. l. p. 177.* *Poiret Enc. meth. II. p. 730.* *Pursh Fl. Sept. Amer. l. p. 186.*

G. purpurea, Walt. Fl. Carol. p. 109. (fide Pursh) *G. Porphyrio, Walt. Gmel. S. V. p. 462. n. 37.* HIPPION *Porphyrio Schmidt.*

Caules erecti glaberrimi, superne subangulati et ob folia dissita basi angustata quasi nudi. Folia sessilia fere filiformia acuta glabra, 1-2 poll., patentia. Flos solitarius, terminalis. Cal. glaber longitudine tubi corollae, profunde divisus, laciniis foliis similibus. Cor. campanulata, magna, caerulescens, praecipue margine, tubo flavicante, intus punctato, limbi laciniis ovatis, intermediis multo brevioribus sublaciniatis. Germen fusiforme pedicellatum, stylo brevi: stigmata 2 extus revoluta. *Poiret.* In pratis et in arenosis ad rivos a Novo-Eboraco ad Carolinam inferiorem. 4.

59. *G. glacialis Vill.*; corollis quadrifidis hypocrateriformibus fauce barbatis, calyce quadripartito, subaequali, pedunculis longissimis nudis, caule inferne ramoso folioso. *Wahlenb. Lapp. p. 69. Carpath. p. 75.* *G. cor. 4-fid. hypocrat. fauc. barb., caule inferne ramoso folioso. Fröhl. Gent. p. 98.* *Willd. Spec. I. p. 1349.* *Vill. Delph. II. p. 532.* *Pers. Syn. I. p. 287. n. 49.* *G. nivalis (sphalmate!) Enc. meth. Suppl. II. p. 733. n. 68.* *Hall. Helv. n. 652. Emend. 6. in Act. Helv. VI. p. 16. n. 60.* HIPPION *longepedunculatum, cor. 4-fid. infund. barb., calyce 4-partito, laciniis 2 altioribus, pedunculis longis unifloris, foliis obtusis Schmidt in Röm. Arch. I. p. 21. t. 2. f. 5.* *G. nana Allion. pedemont. l. p. 99. n. 360. Auctuar. p. 7. n. 360. (quae G. glacialis β. caule simplici unifloro Fröhl. l. c.)* *G. tenella, coroll. 4-fidis hypocrateriformibus fauce barbatis, caule subdichotomo, pedunculis longissimis, foliis subovatis obtusiusculis. Fröhl. Gent. l. p. 96.* *Willd. Spec. I. p. 1349.* *Enc. meth. Suppl. II. p. 733. n. 67.* *Pers. Syn. I. p. 286. n. 48.* *Rottb. Act. Hafn. X. p. 436. t. 2. f. 6.* *Townson trav. thr. Hungary t. 14. Vahl Act. Soc. Hist. nat. Havn. II. p. 2. t. 21.* *G. cor. 4-fid. imberbibus (sphalmate!) pedunculis tetragonis longis terminalibus in caule dichotoma, etc. Fl. Dan. t. 318.* *G. tetragona Lam. Illustr. n. 2233. Gmel. S. V. 462. n. 42.*

Roth, germ. II. p. 290. HIPPION *tenellum* Schmidt Röm.
 Arch. I. p. 19. G. *Königii* Gann. Norv. n. 288. G. *cam-*
pestris β. Linn. Syst. p. 269. n. 34. Gmel. S. V. p.
 460. n. 7.

Gracilis, a caeteris nostris habitu admodum diversa, ad G. *Ama-*
rellam (?) affinitate proxime accedens. Folia fere omnia ad
 radicem congesta in rosulam, oblonga vel oblongo-elliptica,
 obtusiuscula subcoriacea, vix unguicularia, supra caerulescen-
 tia infra exsiccatione rugosa. Caulis proprie sic dictus brevis-
 simus, prope radicem plerumque ramulis nonnullis et uno pare
 foliorum, quadrangularis. Pedunculi ipso caule plerumque
 quadruplo longiores laevissimi stricti. Flos parvus magnitu-
 dine circiter *EPILOBII palustris*. Calyx profunde 4-partitus, ne
 dicam 4-phyllus; foliolis ovato-oblongis vel ovato-lanceolatis,
 basi a pedunculo fere solutis (uti folia *SEDI rapestris*.) paten-
 tibus, ut tubus corollae nudus conspiciatur fere usque ad ba-
 sin, obtusiusculis, sine nervo dorsali elevato. Corolla tubu-
 losa; tubus ventricosus vel inferne dilatatus; ad faucem sub-
 constrictus, sub florescentia calycis foliis parum longior, gros-
 sificante vero fructu elongatur, ut plusquam calyce duplo lon-
 gior evadat (nec marcescat); limbi lacinae breves attenuatae
 erectiusculae vel parum patentis, (unde flos vere inconspicuus)
 venosae, saturate caeruleae, (nec azureae ut in G. *nivali*). In
 fauce sunt duo lacinae fimbriatae pro singula lacina corollae.
 Capsula vix longior corollae elongata, quae tantum parum de-
 colorata eam vestit. Est praecipue pedunculus longus nudus
 et calyx patens a corollae limbo distans quod faciem efficit a
 caeteris alienam. Ex his patet characteres *glacialis* et *tenellae*
 levissimi momenti ab aetate pendere, ita ut nequidem varietates
 sint. Specimina *tenellae* lapponica helveticis et specimen G. *nanae*
All. in *Herb. Swartz* exacte conveniunt. *Wahlenb.* In
summis alpihus a Lapponia et Islandia per Sudetos et Carpathos
*ad alpes Europae mediae ad Valesiam et Sibiriam *) usque.*

Obs. Cls. *Frölich* G. *glaciale* habitu multo strictiore, foliis, calycis
 laciniis lanceolatis acutis tubum corollae aequantibus differre a *tenella*,
 quod etiam *Willdenow* repetit sub *tenella*, cui calycis lacinae sub-
 rotundo-ovatas acutas, a majores et latiores adscribit. At *Wahlen-*
berg specimina lapponica possidere calyce aequo lanceolato ac, helvetica.
 Comparatis speciminibus et descriptionibus a *Frölich* datis nullam
 sane invenimus differentiam, nisi quod in *tenella* flores 4-5 lin.; in
 glaciale 3-4 lin.; lacinae intermediae in hac triplo, in illa quintuplo
 breviores majoribus.

60. G. *dichotoma* *Pall.*; corollis quinquefidis campa-
 nulatis fauce barbatis, caule dichotomo, pedunculis longis-
 simis, foliis subovatis acutis. *Fröhl. Gent.* p. 100. n. 39.
Willd. Spec. I. p. 1350. *Pall. ross.* II. p. 110.
Gmel. Sib. IV. p. 106. t. 51. f. B. HIPPION *dichotomum*
Schmidt.

*) Specimen in Sibiria lectum prostat in *Herb. Joannei* nomine G.
islandicae. De Vest in litt.

Differt a *G. tenella* caule exquisitius dichotomo, filiformi-subflexuoso, dodrantali; foliis ad omnes dichotomias et in pedunculis; calyce angulato-campanulato, fere ad basin usque diviso, laciniis lanceolatis acutis; cor. tubo calycis longiore, laciniis oblongis obtusis vix patulis purpurascens, fauce fimbria interiorius clausa. Flores variant numero quaternario et colore albo. *Pall.* In Sibiria a Lena ad Oceanum orientalem. ☉.

61. * *G. nana* *Wulf.*; corollis quinquefidis (rarius quadrifidis) campanulatis fauce barbatis, caulibus subdichotomis, pedunculis elongatis, (vix longitudine floris), foliis ovatis obtusis (caulis longitudine *Vest.*) *Fröhl. Gent. p. 102. Willd. Spec. I. p. 1350. Wulf. in Jacq. Misc. I. p. 161. t. 18. f. 3. Sturm Germ. Fasc. 22. HIP- PION nanum Schmidt apud Röm. Arch. p. 20. t. 3. f. 10. EURYTHALIA. nana Borkh. ibid. p. 28. β. caule simplici flore brevior. Fröhl. l. c. γ. corollis albis. Fröhl.*

Rad. capillaris flavescens. Caules plures 1-1 1/2 poll., decumbenti-erecti, filiformes, quadranguli, inferne foliosi, et ramis adscendentibus fere cespitosi. Fol. radicalia quaterna, raro plura, terrae incumbentia, obovata, caulinis paulo majora. Pedunculi filiformes. Flores erecti 5 lin. Cal. campanulatus ventricosus laxus 5-partitus, laciniis ovato-lanceolatis acutiusculis subaequalibus. Cor. tubo cylindrico amplo albido striis purpureis longitudine fere calycis, laciniis ovatis obtusiusculis tubo paulo brevioribus saturate violaceis, nervoso-venosis. Squamae bipartitae, setis crassiusculis albis. Antherae inferne bifidae. Germen sessile. Stigmata ovata. *Fröhl. In summis alpihus Carinthiae (Glöckner) et Salisburgi ad nives. ☉.*

☉ *Obs.* Gentianella omnium minima *C. Bauh. p. 97.* (de qua *Frölich Gent. p. 119.*) fide *Herb. Tournef.* hujus loci est; licet non quadret descriptio *Bauhini*: „Planta pollicaris, fol. oblongis angustis, inter quae pedicelli brevissimi uniflori. Fl. magni, cor. pallide caerulea inclusa calyce. Sapor summe amarus. In summis alpihus Helvetiae jugis.“ *G. nanam Jacq.* non esse distinguendam a *nivali Allioni Auct. p. 7. n. 360*; sed in *nana* cal. ad basin fere usque 4-5-partitus, in *nivali* tubulosus, carinato-quinquangulus 5-dentatus, et longe alia sectio.

62. * *G. carinthiaca* *Fröhl.*; corollis quinquefidis rotatis fauce barbatis, caulibus dichotomis, pedunculis longissimis, foliis ovatis obtusis. *Fröhl. Gent. p. 103. Willd. Spec. I. p. 1350. Sturm Germ. Fasc. p. 22. SWERTIA carinthiaca Wulf. in Jacq. Misc. II. p. 53. l. 6. Linn. Syst. Veg. ed. 14. Murr. p. 266. Poiret Enc. meth. VII. p. 493.*

Rad. albo-flavescens. Caules tetragoni, 2-3-poll., tenues, ramis pedunculisque erectis s. adscendentibus. Folia radicalia subquaterna patula ovato-oblonga, caulina bina supra basin. Cal. 5-partitus tubo brevissimo, laciniis lanceolatis acutiusculis patentissimis, subaequalibus, [corollâ 1/4 brevioribus. Cor. laci-

nis acutis nervosis patentissimis ovatis, supra coelestino-caeruleis, extus albido violaceoque dimidiatis. Setulae in ore tubi breves albae. Antherae superius bifidae, caeruleae. Germen ovato-oblongum, angulatum, sessile. Stigmata obtusa. Caps. subcylindrico-angulata. Semina minuta luteola. Rarius cor. 4-fida. *Fröl.* In summis alpibus Carinthiae (in Pasterze) *Salisburgi* (prope Gustunum.) ☉.

Obs. Pori nectariferi ad basin nulli. Aut omnes ENDOTHRHAE SWERTIAE, aut SWERTIAE, poris destitutae GENTIANAE. *Fröl. l. c.*

63. *G. sulcata Willd.*; corollis quinquefidis rotatis fauce squamosis, laciniis corollinis calycinisque lanceolatis, foliis linearibus obtusis. *Willd. Spec. I. p. 1351.* SWERTIA *sulcata*, cor. 5-part. campanulatis mucronatis eglandulosis, germinibus compressis utrinque sulcatis. *Rottb. Act. Havn. X. p. 438. t. 1. f. 4.* *Pretz Scand. ed. 2. n. 309.* SWERTIA *rotata Gunn. norv. n. 1677.* *G. corollis 5-fid. campanulatis calycis longitudine, caulibus spicatum ramosis multifloris et foliosis. Fl. Dan. t. 343. Poiret Enc. meth. VII. p. 493.* *G. rotata β. Fröl. Gent. p. 106. p. 108.*

G. rotata gaudet corollâ planâ 5-partitâ, monente *Retzio*; haec *sulcata* campanulatâ 5-fidâ; illi calyx corollâ brevior, huic subaequalis; illi quatuor foliola pericarpium vel germinis, huic nectaria 10 pilosa (quae, monente *Pallas*, etiam in illa); illa minor, haec major. In Islandia et Norvegia. ☉?

64. * *G. rotata Fröl.*; corollis quinquefidis rotatis fauce squamosis, laciniis ovatis, calycinis laciniis oblongo-ovatis, foliis ovato-lanceolatis acutiusculis. *Willd. Spec. I. p. 1351.* *Fröl. Gent. p. 105. (excl. β.)* *M. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc. I. p. 199.* SWERTIA *rotata* cor. 5-fid., fol. lanceolato-linearibus. *Linn. Spec. I. p. 1351.* *Poiret Enc. VII. p. 493.* *Gmel. Sib. IV. p. 112. t. 52. f. 2. (excl. descr. et fig. 1. 2. Monente M. a Bieb.)*

Rad. simplex flava fasciculato-fibrosa. Caulis erectus, obsolete tetragonus, foliosus, superne ramosus, spithameus s. pedalis, ramis axillaribus oppositis 2-3-floris. Folia radicalia subquaterna patula petiolata obovata obtusa, caulina lineari-lanceolata obtusiuscula margine ad lentem scabra subtrinervia internodiis breviora. Flores terminales in caule ramisque pedunculati, pedunculis angulatis saepe pollicaribus. Cal. patulus 5-(subinde 4-7) partitus, laciniis lineari-lanceolatis acutis trinerviis, corollâ paulo brevioribus. Cor. rotata caerulea, tubo brevissimo striato, limbo 5-(interdum 4-7) partito, laciniis patulis ovatis acuminatis aequalibus. Squamae 10, varie incisae, corollâ 5-plo breviores. Antherae supra bifidae. Germen sessile lineare acutum cylindraco-compressum, medio longitudinaliter sulcatum. Stigmata brevissima. Semina numerosa globosa nigra minuta parietibus affixa. *Fröl.* In Sibiria, a Jenisea orientem versus. ☉.

Obs. Nisi *Willdenow*, qui hanc et *sulcatam* siccam vidit, synonymon *Linn.* et *Fröhl.* huc amandasset, utrumque potius, ob folia linearia, ad *sulcatam* spectare crederemus. Nobiscum sentit ill. *M. a Bieberst.*, qui *Linnaeum* ad *sulcatam* mittit: sed mittit etiam *Gmelin* et retinet tamen descriptionem cli. *Frölich*; quid ergo statuendum?

65. *G.?* *japonica*; perianthio ad basin fere quinquepartito, laciniis lanceolatis acutis unguicularibus; nectarii laminae ad basin corollae setis tenuissimis, corollâ triplo brevioribus, caule basi frute cente tetragono erecto, ramis alternis, floribus subsecundis pedunculatis. *SWERTIA rotata Thunb. jap. p. 115.*

Speciem esse a *Sw. rotata* diversam, jam cum *Froelich Gent. p. 107 Willdenowius* monuit *Spec. p. 1351*, licet *Linnaeana* utatur diagnosi ill. auctor. „Tota glabra. Folia opposita subsessilia subamplexicaulia lanceolato-linearia acuta integra erecto-patentia, pollicaria. Flores albo-incarnati. Pedunculi angulati uniflori unguiculares. Setae nectarii albae. Filamenta linearia, corollae basi inserta, corollâ dimidio breviora albida. Filamentum unum alterumve apice bifidum, antheris totidem. Antherae sub apice dorso affixae, bifidae, virentes. Germen oblongum. Stylus nullus. Stigmata 2 compressa obtusa, interdum vix conspicua. Caps. elliptica bivalvis, 1-locularis, apice dehiscens. Semina numerosa.“ *Thunb. In Japonia.*

d. *Corollis quadrifidis hypocrateriformibus, fauce nudis.*
CROSSOPETALAE.

66. * *G. ciliata*; corollis quadrifidis, laciniis serratis medio inciso-ciliatis, foliis lanceolatis linearibusque, caule flexuoso angulato. *Fröhl. Gent. p. 109. Willd. Spec. I. p. 1351. Lam. Enc. meth. II. p. 644. (excl. syn. Oed. et Gann.) Hall. Helv. n. 653. Jacq. Austr. t. 113. Pall. ross. I. t. 92. f. 2. 6. Sturm Germ. Fasc. 23. GENTIANELLA ciliata Borkh. Röm. Arch. I. p. 29. Mayrhojf. Fl. Monac. t. 89. Hippion ciliatum Schmidt ap. Röm. Arch. I. p. 11. Fröhl. l. c. Barret. Icon. 121. (excl. 97. f. 1.) y caule multifloro ramoso. Fröhl. l. c. Helw. Suppl. Fl. pruss. p. 26. δ. caule humili unifloro, fol. omnibus ovato-lanceolatis. Fröhl. l. c. ε. Hippion dentosum, coroll. 4-fid. hypocrateriformibus, laciniis dentatis. Schmidt boëm. p. 24 (excl. syn.)*

Rad. albida. Caulis tetragonus, ad genicula intumescens 2-10 poll. Fol. margine scabra, media majora. Pedunculi subtetragoni. Cal. tubulosus, tubo corollae paulo brevior, laciniis lanceolatis acuminatis, alternis majoribus, tubo suo triplo brevioribus. Cor. saturate vel pallide caerulea, basi tubi interno

glandulis 4 semilunaribus luteolis (hinc fors SWERTIAE adnumeranda), laciniis obtusis acutisve. Filamenta, quâ adnata, ciliis longis, albis. Antherae distinctae purpureae. Germen tetragono-ovatum, pedicello fistuloso; stigmata subsessilia subrotunda. Semina minima nigricantia. *A Balthico ad Mediterraneum in collibus, montibus.* 4 nec ☉.

67. *G. fimbriata Willd.*; corollis 4-fidis, laciniis apice serratis, foliis lanceolatis. *Reliqu. Willd. MS.* *G. ciliata* (excl. definitione et synonymia) *Marsch. a Bieberst. Caucas. I. p. 99.* (fide *Herb. Willd.*)

Rad. repens. Caulis plerumque simplicissimus uniflorus, sub flore nudus. Folia lanceolata et lineari lanceolata. Calycis dentes tubo duplo breviores patuli. Corollae lacinae oblongae serrulatae, medio ciliatae. Hanc exacte refert icon *Columnae ephras p. 222. ic. p. 221.* Germanica vulgo occurrit flore aliquanto majore, cauleque usque ad calycem foliis vestito. *Marsch a Bieb. 4.* *In alpium caucasicarum convallibus.* 4.

68. *G. crinita Fröhl.*; corollis quadrifidis, laciniis inciso-ciliatis, foliis lanceolatis acutis, caule erecto tereti. *Fröhl. Gent. p. 112.* *Willd. Spec. I. p. 1352.* *G. caule tereti, ramis elongatis unifloris, fol. lanc. acut., cor. 4-fid., laciniis obovatis incis. ciliat.; plicis interioribus simplicibus.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 185. Bot. Mag. t. 2031.* *G. fimbriata Andr. Bot. Repos. t. 509. (fide Pursh.)* *G. ciliata β. americana Linn. Syst. Veg. I. p. 645. n. 17.* *G. autumnal. secunda Cold. pl. noveb. n. 50.*

Differt a *ciliata* caule altiore 1-1 1/2-ped., plurifloro, pedunculis longioribus, foliis latioribus magis amplexicaulibus, brevioribus quam internodia; floribus majoribus, calycum laciniis 2 multo latioribus brevioribus margine membranaceis, corollae fere bipollicaris purpureo-caeruleae (azureae *Pursh.*) laciniis, exceptâ infimâ parte undique ciliatis, ciliis crebris multo longioribus, germine oblongo, summitate tenuiore 2 lin., seminibus brunneis undique aculeolis mollibus. Glandulae 4 subrotundae in fundo tubi. *Fröhl. In pascuis siccis et sylvis a Novo Eboraco ad Carolinam. ♂.*

69. *G. barbata Fröhl.*; corollis quadrifidis laciniis serrulatis medio inciso-ciliatis, foliis linearibus acuminatis, caule acutangulo stricto. *Fröhl. Gent. p. 114.* *Willd. Spec. I. p. 1352.* *G. ciliata Pall. ross. II. p. 101. t. 92. J. 2. a.* *Gmel. Sibir. IV. p. 105. n. 73.* *Sim's bot. Mag. t. 639. (excl. pl. synon.)* *Amm. ruth. 2.*

Differt a *G. ciliata* caule acutius angulato, ramis, si adsunt, elongatis; foliis angustioribus magis acutis pedunculis 3-4-pollicaribus, calyce inaequali, limbo corollae serrulato, brevius partiusque ciliato, germine oblongo fusiformi supra quidem attenuato, sed non in speciem styli. Flores 1 1/2 poll. (minor quam

europaeae Pall.) Cal. inaequalis, laciniis acuminatis, angustioribus linearibus. Cor. tubus subtetragonus, virescens, striis 12 caeruleis, basi glandulis 4 virentibus, laciniis oblongis apice rotundatis dilute caeruleis. Stigmata ovata, demum reflexa, albida. *Fröl.* In culta folia lineari lanceolata, subtus carinata, margine revoluta; pedunculi angulati cavi; calycis segmenta alterna longiora, magis acuminata, fortius carinata breviora, apice rubella. Cor. tubus calyce longior, fimbriae profundae. Germen tetragonum tortum. Stylus vix ullus. Stigmata in orbiculum coadunata. *Sims.* In Sibiria ultra fluvium Tom, in herbidis. In pratis alpinis Caucasi. ♂. (4. *Sims.*)

Obs. Plantam *Pallasii* nonnisi caule stricto differre monet *Sims* l. c.

70. *G. detonsa* *Rottb.*; corollis quadrifidis, laciniis apice crenulatis, margine utrinque bidentatis, foliis linearibus acutis, caule erecto. *Fröl. Gent.* p. 116. *Willd. Spec.* I. p. 1352. *Rottb. Act. Havn.* X. p. 435. t. 1. f. 3. *G. ciliata* β , *Gmel. S. V.* p. 462. n. 43. *Retz Scand. ed. 2.* p. 64. n. 320. *G. ciliata* *Gunn. Norveg.* II. p. 88. t. 2. f. 3-5. *G. serrata* β . *Wahlenb. Lapp.* p. 71.

Simillima ex icone *Gunneri* *G. barbatae* habitu, caule erecto, foliorum directione, formâ, proportione ad articulos caulis, pedunculorum longitudine, florum magnitudine et figurâ, calycis formâ et laciniarum proportione pistillique fabricâ; sed rami tantum ex infima caulis parte subaequales, folia caulina vix ulla, lacinae corollae tantum crenulatae nec ciliatae. Anne mera varietas? *Fröl.* In Norlandia, Norvegia, Islandia. ☉.

71. *G. serrata* *Gunn.*; corollis quinquefidis hypocrateriformibus serratis, calyce aequali, (foliis oblongis.) *Fröl. Gent.* p. 117. *Willd. Spec.* I. p. 1353. *Gunn. Norv.* II. p. 101. n. 819. *Fl. Dan.* t. 317. *G. bavarica* *Zoega Island.* p. 235. **GENTIANELLA** *serrata* *Borkh.* p. 29.

A detonsa, quacum els. *Retzius* illam ut varietatem ad *ciliatam* refert, differre videtur; flore minore, corollâ margine argutius serratâ; germinis parte superiore attenuatâ ultra 2 lin. longâ; calycis laciniis omnino aequalibus. Caulis palmaris et ultra erectus angulatus inferne ramis alternis subdivisis foliosis elongatis unifloris. Folia radicalia minora ovato lanceolata, caulina longiora lanceolata. Pedunculi longissimi suboppositi erecti, basi diphylli. Cal. tubulosus angulatus, laciniis lanceolatis tubum corollae aequantibus. Cor. caerulea, tubo cylindrico albo striato, laciniis oblongis obtusis, margine omni serratis. Germen pedicellatum oblongum utrinque attenuatum. Stigmata capitata. *Fröl.* In Norlandiae et Islandiae pascuis ad mare.

72. *G. acuta* *Mich.*; caule tetragono, foliis sessilibus

subamplicaulibus oblongo-ovatis acutissimis, floribus fasciculatis terminalibus lateralibusque, corollâ 5-fidâ, laciniis lineari-lanceolatis, fauce ciliatâ. *Mich. Fl. bor. Amer. 1. p. 177. Poiret Enc. meth. II. p. 735. Pursh Fl. Septentr. Ame. 1. p. 186.*

Caulis foliaque arcte sessilia erecta; rami fertiles sterilibus multo breviores; flores parvuli viridi-lutei; ramali floriferi brevissimi. *In montibus altis Carolinae et in Canada prope Tadoussak.*

1. GENTIANAE americanae corollis magis minusve infundibuliformibus, 5-fidis, stigmatibus sessilibus:

73. *G. limoselloides* Humb. et Bonpl.; procumbens; foliis spathulatis, obtusis, subvenosis; floribus terminalibus, solitariis, longe pedunculatis; corollâ infundibuliformi-campanulatâ, quinquefida; fauce imberbi. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 130. n. 1. t. 220. f. 1.*

Herba 2 aut 3 poll. Caulis ramosus, ramis quadrangularibus, glabris. Folia longe petiolata, integerrima, crassiuscula, glabra, adjecto petiolo semipollicaria, 1-1 1/2 lin. lata. Flores erecti, magnitudine floris GENTIANAE campestris. Pedunculus 6-8 lin. nudus, glaber. Calyx campanulatus, quinquefidus, glaber, corollâ dimidio brevior; laciniis lanceolatis, acutiusculis. Corolla alba, glabra; laciniis obovato-oblongis, obtusis, aequalibus; maculis 5 fuscis rotata. Stamina 5, basi corollae adnata eaque breviora. Filamenta subulata, glabra. Antherae ellipticae, incumbentes, biloculares; loculis longitudinaliter et lateraliter dehiscentibus. Ovarium lineare, compressum(?), glabrum. Stigma sessile, bilobum; lobis abbreviatis, obtusis, patulis. Capsula unilocularis, polysperma, apice septicidobivalvis (ex Bonpl.). *In planitie frigida montis ignivomi Antisanæ, in humidis, alt 2100 hex. 4.*

74. *G. rupicola* Humb. et Bonpl.; caespitosa; procumbens; ramosa; foliis spathulato-aut lineari-oblongis, obtusis, subuninerviis, densis; floribus terminalibus, solitariis, pedunculatis; corollâ infundibuliformi-campanulatâ, quinquepartitâ; fauce barbata. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 130. n. 2. t. 220. f. 2.*

Herba humilis. Caulis ramis saepius abbreviatis, caespitoso-congestis, interdum elongatis, dense foliosis, glabris. Folia sessilia, integerrima, obsolete uninervia, crassiuscula, glabra, 2 aut 3, rarius 4 lin. long., vix lineam lat., interdum 1/2 poll. et paulo longiora, 1 1/2 lin. lata. Flores in apice ramorum solitarii, erecti, magnitudine floris CAMPANULAE patulae, interdum duplo majores. Calyx campanulatus, quinquefidus, glaber, corollâ triplo brevior; laciniis lanceolatis; acutiusculis, aequalibus. Corolla purpurea, glabra; laciniis obovato-oblongis, ob-

tusis, aequalibus. Stamina 5, basi corollae inserta eaque vix dimidio breviora. Filamenta subulata, glabra. Antherae oblongae, incumbentes, biloculares; loculis longitudinaliter et lateraliter dehiscens. Ovarium lineare, breviter stipitatum, glabrum, stamina paulo superans. Stigma sessile, bilobum. Capsula haud suppetit. Variat magnitudine foliorum et florum. *Propter speluncam Antisanæ, ubi rupes nive perpetua obsitae reperiuntur, alt. 2500 hex. 4.*

75. *G. gracilis Humb. et Bonpl.*; caule adscendente, subsimplicissimo, unifloro; foliis oblongo-spathulatis, obtusis, enerviis, inferioribus approximatis; corollâ campanulato-infundibuliformi, quinquefidâ; fauce imberbi. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 131. n. 3. l. 221.*

Herba 5. aut 7. poll. Caulis simplex aut inferne ramo instructus, quadrangularis, glaber, superne compressiusculus. Folia subsessilia, integerrima, subcarnosa, glabra, 1/2 poll., 2. lin. lat.; superiora minora et valde distantia. Flos in apice caulis solitarius, pedunculatus, erectus, magnitudine floris SAXIFRAGAE *granulatae*. Calyx campanulatus, 5-fidus, glaber, corollâ duplo brevior; laciniis lanceolatis, acutis. Corolla pallide rosea, glabra; laciniis obovato-ellipticis, obtusis, aequalibus. Stamina 5, corollâ duplo breviora. Filamenta glabra. Antherae oblongae. Ovarium lineare, compressum, glabrum. Stigma bilobum. Capsula ignota. *In summis Andibus Quitensium, praecipue in Paramo de Saraguru, Riobambam inter et Loxam, alt. 1200. hex. 4.*

76. *G. saxifragoides Humb. et Bonpl.*; caespitosa; procumbens; ramis sterilibus abbreviatis, dense foliosis, floriferis elongatis, adscendentibus, 1. aut 2. floris; foliis lanceolato-linearibus, obtusis, subuninerviis; corollâ infundibuliformi-campanulatâ, quinquefidâ, fauce imberbi. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 131. n. 4.*

Caulis ramosus, repens; ramis 1. 1 1/2 poll., fertilibus elongatis, 6 aut 7 poll. apice uni- aut bifloris, ancipitibus (?), glabris, remote foliatis, basi foliosis. Folia sessilia, nonnulla inferiorum lanceolata, integerrima, crassiuscula, glabra, nitida, 4 — 6 lin., 1/2 — 1 lin. lata. Flores pedunculati subcernui, magnitudine floris HALLESIAE *tetrapterae*. Pedunculi glabri. Calyx campanulatus, quinquefidus, nitidus, glaber; laciniis lanceolatis, acutis, crassiusculis, corollâ dimidio brevioribus. Corolla quinquepartita, sicca aurantiaca, glabra; laciniis obovato-oblongis, obtusis, aequalibus. Stamina 5, basi corollae inserta eaque duplo breviora. Filamenta subulata, glabra. Antherae oblongae, incumbentes, biloculares. Ovarium lineare, compressum, glabrum, stamina superans. Stigma sessile, bilobum; lobis obtusis. Fructus desideratur. *In montibus Pullae, inter Vinajacu et Loxa, alt. 1560. hex. 4.*

77. *G. graminea Humb. et Bonpl.*; procumbens; ramis adscendentibus, subfastigiatis, uni- aut trifloris; foliis

linearibus, acutis, enerviis, remotis; corollâ infundibuliformi-campanulatâ, quinquefidâ; fauce su imberbi. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 131. n. 5.*

Herba 4 aut 6 poll. Caulis ramosus; ramis compresso-quadrangularibus, laevibus, glabris. Folia sessilia, basi connata, integerrima, crassiuscula, glabra, pollicaria et paulo longiora, 1/2 lin. lata; superiora breviora. Flores terminales, solitarii, gemini aut terni, pedunculati, alterni, vix pollicares, erecti. Calyx campanulatus, quinquefidus, glaber, corollâ duplo brevior. Corolla alba (et violacea ex *Bonpl.*), glabra; laciniis obovato-oblongis, obtusis, aequalibus, (fauce barbata ex *Bonpl.*) Stamina 5, aequalia, basi corollae inserta, eaque duplo breviora. Filamenta subulata, glabra. Antherae oblongae. Ovarium lineare, compressum, glabrum, stamina subaequans. Stigma sessile bilobum; lobis obtusis, patulis. Capsula oblongo-linearis, calyce persistente cincta eumque duplo superans, unilocularis, septicido-bivalvis. Semina minutissima, creberrima. *Locis scopulosis, frigidis, prope Micuipampa Peruvianorum, alt. 1820 hex. 4.*

78. *G. cerastioides Humb. et Bonpl.; procumbens; ramis ascendentibus, paucifloris; foliis linearibus, obtusis, obsolete trinerviis, inferioribus approximatis; corollâ infundibuliformi-campanulatâ, quinquepartitâ; fauce leviter barbata. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 132. n. 6. t. 222.*

Herba 4 aut 5 poll., facie *Cerastii*. Caulis ramosus; ramis simplicibus, quadrangulâ teretibus, laevibus, glabris, superne paucifloris. Folia sessilia, subconnata, integerrima, crassiuscula, glabra, 6—8 lin., lin. aut paulo latiora. Flores nonnulli in apice ramorum, axillares et terminales, solitarii alterni, pedunculati, subfastigiati, erecti, magnitudine floris CAMPANULAE *patulae*. Calyx campanulatus, quinquefidus, glaber; laciniis lineari-lanceolatis, acutis, subaequalibus corollâ duplo brevioribus. Corolla alba (?), glabra; laciniis obovato-oblongis, obtusis, aequalibus. Stamina 5, basi corollae inserta eaque breviora. Filamenta subulata, glabra. Antherae oblongae; incumbentes. Ovarium lineare, glabrum, stamina aequans. Stigma sessile, bilobum. Capsula ignota. Corolla fortasse violacea; *Bonplandius* enim hanc speciem a GENTIANA *corymbosa*, cui corolla violacea, haud diversam credidit. *In Andibus frigidissimis Provinciae Pastoensis inter Chilanquer et Guachacal, alt. 1600 hex. 4.*

79. *G. cernua Humb. et Bonpl.; caule erecto, subsimplici, uni- aut trifloro; foliis oblongo- aut ovato-lanceolatis, subacutis, obsolete trinerviis, inferioribus approximatis; floribus cernuis; corollâ campanulata, quinquepartitâ; fauce subbarbatâ. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 132. n. 7.*

Herba erecta, 3. aut 6. poll. Caulis simplex aut inferne ramo

instructus, compressiusculus, laevis, glaber. Folia sessilia, subconnata, acuta aut obtusiuscula, integerrima, crassiuscula, glabra, 5 — 7 lin., $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ lin. lata. Flores pedunculati, magnitudine floris GENTIANAE *Pneumonanthis*. Calyx campanulatus, 5 partitus, glaber; laciniis lanceolatis, ovatis, aequalibus, corollâ triplo brevioribus. Corolla atro-purpurea, venis flavis picta, glabra; laciniis oblongis, obtusis, basi angustatis; fauce levissime barbata. Stamina 5, corollâ paulo breviora. Filamenta subulata, glabra. Antherae oblongae, incumbentes. Ovarium lineare, breviter stipitatum, glabrum. Stigma sessile, bilobum. Capsula calyce et corollâ persistente cincta eaque longior, oblongo-linearis, glabra, in specimine suppetente incompleta. GENTIANAE *saxosae* Forst. affinis. *In declivitate montis Chimborazo, alt. 1700 hex. 4.*

Obs. *G. cernua* corollis campanulatis quinquefidis cernuis, foliis lanceolatis acutis, caule simplici unifloro. *Reliqu. Willd. Ms. hujus videtur loci. Tulit ab ill. Humboldt.*

80. *G. dianthoides* Humb. et Bonpl.; caule erecto, simplici, quadri- aut sexfloro; foliis linearibus, acutis, uninerviis, inferioribus approximatis; floribus oppositis; corollâ campanulato-infundibuliformi, quinquefidâ; fauce imberbi (?). *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 152. n. 8. t. 223.*

Caulis teres, paulo compressus, laevis, glaber, purpurascens, apice 4-6-florus. Folia sessilia, connata, superiora remota; integerrima, crassiuscula, glabra, nitida, 12 lin., inferne $1\frac{1}{2}$ lin. lata. Flores axillares et terminales, pedunculati, (cernui ex Bonpl) magnitudine floris. CAMPANULAE *patalae*, pedunculis glabris. Calyx campanulatus, 5-fidus, glaber; laciniis lanceolatis, acutis, subaequalibus, corollâ duplo brevioribus. Corolla rosea, glabra; laciniis subrotundo-obtusis, ovatis, aequalibus, patulis; Stamina 5, basi corollae inserta eaque duplo breviora, cum ejus laciniis alternantia. Filamenta subulata, glabra. Antherae oblongae. Ovarium lineare, glabrum, longitudine staminum. Stigma sessile, bilobum. Capsulam haud vidi. *In frigidis Andium Peruvianorum, inter fodinas Micuipampae et urbem Caxamarca, alt. 1800 hex. 4.*

81. *G. foliosa* Humb. et Bonpl.; caule simplici, folioso; foliis lanceolatis, acutis, trinerviis; floribus terminalibus, corymboso-congestis; corolla infundibuliformi-campanulata, quinquefidâ; fauce imberbi. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 133. n. 9.*

Herba 6- aut 8-poll. Caulis adscendens, tetragonus, laevis, glaber. Folia sessilia, basi subvaginantia, approximata, integerrima, crassiuscula, glabra, nitida, $1\frac{1}{2}$ - aut 2-poll., 4 lin. lata. Flores in apice caulis pedunculati, erecti, magnitudine floris GENTIANAE *Pneumonanthis*. Pedunculi glabri. Calyx campanulatus, 5-fidus, glaber; laciniis ovato-lanceolatis, acutis, aequalibus, corollâ triplo brevioribus. Corolla alba (?) glabra; la-

ciniis obovato-oblongis, obtusis, aequalibus. Stamina 5, tubo corollae inserta eâque duplo breviora. Filamenta lineari-subulata, glabra. Antherae oblongae, incumbentes. Ovarium lineare, compressum, sessile, stamina subaequans. Stigma sessile, bilobum; lobis obtusis, patulis. Capsula? *In frigidis Peruviae?* 4.

82. *G. corymbosa* Humb. et Bonpl.; caule erecto, simplici; foliis lineari-spathulatis, obtusis, subaveniis; corymbo terminali, subramoso; corollâ infundibuliformi campanulatâ, quinquepartitâ; fauce imberbi. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 133. n. 10. t. 224.

Herba suboctopollicaris. Radix perpendicularis, ramosa. Caulis subtetragoni, laeves, glabri, mutiflori. Folia radicalia congesta, caulina sessilia, subconnata, remota, lineari-oblonga, integerrima, carnosa, glabra, 7-9 lin. long., 1 1/2 lin. lat., rarius latiora. Corymbus ramis geminis, oppositis, fastigiatis, glabris. Flores pedunculati, erecti, magnitudine floris CAMPANULAE patulae. Pedunculi glabri. Calyx campanulatus, 5-fidus glaber, laciniis lanceolatis; acutis, subaequalibus, corollâ triplo brevioribus. Corolla violacea, glabra; laciniis oblongis, obtusis, basi angustatis, aequalibus. Stamina 5, basi corollae inserta eâque duplo breviora. Filamenta linearia, glabra. Antherae lineari-oblongae, incumbentes. Ovarium ovato-conicum compressum, stipitatum, glabrum, stamina aequans. Stigma sessile, bilobum. Capsula ovato-oblonga, acuta, compressa, laevis, glabra, subsemipollicaris, unilocularis, bivalvis. *In montosis prope Santa Fe de Bogota. alt. 1400.* hex. 4.

83. *G. liniflora* Humb. et Bonpl.; caule erecto, ramoso; foliis lanceolato-linearibus, acutis, trinerviis, remotis; floribus terminalibus, corymbosis aut umbellatis; corollâ infundibuliformi-rotatâ, quinquefidâ; filamentis basi barbatis. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 133. n. 11.

Herba 6-9 poll. Radix perpendicularis. Caulis quadranguliteres, laevis, glaber; ramis oppositis, caulem subaequantibus, patulis. Folia inferiora et radicalia lanceolata-linearia, basi valde angustata, subpetiolata, superiora lanceolata, angustato-acuta, sessilia, integerrima, membranacea, glabra, inferiora 1 1/2 poll., superiora pollicaria, 2-2 1/2 lin. lata. Flores nonnulli in apice caulis et ramorum subcorymbosi, interdum in apice caulis umbellati, pedunculati, magnitudine floris GENTIANAE campestris, erecti. Pedunculi glabri. Calyx campanulatus, 5-fidus, glaber, corollâ triplo brevior; laciniis lanceolatis, acutis, aequalibus. Corolla violacea, glabra; laciniis oblongis, obtusis aequalibus. Stamina corollâ duplo breviora. Filamenta lineari-subulata, glabra. Antherae oblongae, incumbentes. Ovarium sessile, lineare, compressum, glabrum, stamina ae-

quans. Stigma sessile, bilobum. Capsula lineari-oblonga, compressa, calyce et corollâ persistente vestita eamque superans, unilocularis, superne septicido bivalvis, 8 lin. long. Semina creberrima, subglobosa, laevia, fusca, magnitudine grani papaveris. *In temperatis montium Peruvianorum, prope pagum Ayavaca, alt. 1400. hex. 4.*

84. *G. diffusa* Humb. et Bonpl.; caulibus diffusis, subsimplicibus; foliis lanceolatis, obtusis, trinerviis, remotis; floribus subracemosis; corollâ infundibuliformi-rotatâ, quinquefidâ; fauce leviter barbatâ. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 134. n. 12.*

Caules complures, procumbentes aut erecti, semipedales aut pedales, quadrangulari-teretes, laeves, glabri. Folia sessilia, basi angustata, integerrima, membranacea, glabra, 9-10 lin., 2 lin. lat.; superiora breviora, oblonga aut ovato lanceolata. Flores terminales et axillares, gemini, oppositi, pedunculati, magnitudine GENTIANAE campestris, suberecti. Pedunculi 3-6 lin. glabri. Calyx campanulatus, quinquefidus, glaber; laciniis lanceolatis, acutis, aequalibus, corollâ triplo brevioribus. Corolla caerulea, glabra; laciniis ovato-oblongis, acutis, aequalibus. Stamina 5, tubo corollae inserta eaque breviora, cum ejus laciniis alternantia. Filamenta linearia, complanata, glabra. Antherae oblongae, incumbentes, biloculares; polline croceo. Ovarium sessile, lineare, compressum, glabrum, stamina aequans. Stigma sessile, bilobum; lobis obtusis, patulis. Capsula lineari-oblonga, compressiuscula, apice angustata, calyce et corollâ persistente vestita eamque superans, glabra, unilocularis, superne septicido-bivalvis, 7 aut 8 lin. Semina creberrima, subsemiglobosa, levissime undulata, fusciscentia, magnitudine seminis papaveris. *In fissuris rupium, juxta villam Antisanæ, alt. 2100 hex. 4.*

85. *G. hyssopifolia* Humb. et Bonpl.; caule erecto, superne ramoso; foliis linearibus, acutis, trinerviis, remotis; floribus paniculatis; corollâ infundibuliformi-rotatâ, quinquefida; fauce imberbi. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 134. n. 13.*

Herba 1 1/2 ped. Caulis inferne saepius simplex, subteres, glaber, ramis floriferis oppositis, abbreviatis, paniculatim dispositis. Folia sessilia, subconnata, paulo remota, angustato-acuta, integerrima, glabra, 9-10 lin., rarius pollicaria, 1-1 1/2 lin. lata. Flores nonnulli in apice caulis et ramorum, paniculam terminalem simplicem referentes, pedunculati, erecti 1/2 poll. Calyx campanulatus, 5-fidus, glaber, corollâ triplo brevior; laciniis lanceolatis, acutis, aequalibus. Corolla infundibuliformi-campanulata, (supra inf-rotata) violacea (?), glabra; laciniis oblongis, obtusis, aequalibus. Stamina 5, tubo corollae inserta eaque dimidio breviora. Filamenta linearia, complanata, glabra. Antherae oblongae, incumbentes. Ovarium lineare, sessile, glabrum. Stigma sessile, bilobum; lobis rotun-

datis, patulis. Capsula lineari-oblonga, compressa, unilocularis, apice angustata et septicido-bivalvis. Semina subrotunda aut oblonga, laevia, fuscescentia, magnitudine grani PAPAVERIS *Rhoeadis*. *Locis subfrigidis Andium Quitensium, inter pagum Nabon et convallem Saragura, alt. 1200 hex. 4.*

2. Calyce campanulato 5-fido, corollâ infundibuliformi, limbo decemfido, laciniis alternis minoribus: stylo nullo.

86. *G. sedifolia* Humb. et Bonpl.; caespitosa; repens; foliis lanceolatis; floribus terminalibus, solitariis, sessilibus; corollis infundibuliformibus, limbo decemfido; fauce imberbi. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 134. n. 14. t. 225.

Caules procumbentes, ramosi; ramis dense foliosis, caespitoso-congestis, $\frac{1}{2}$ aut 1 poll. glabris. Folia sessilia, subconnata, subimbricato-approximata, lanceolata aut oblongo-lanceolata, acuta, integerrima, subcarnosa, enervia, glabra, apicem versus margine diaphana, 2 aut 3 lin. long, $\frac{2}{3}$ lin. lat. Flores in apice ramorum solitarii, erecti, formâ et fere magnitudine floris GENTIANAE vernaë. Calyx tubuloso-campanulatus, limbo 5-fido, glaber, laciniis lineari-lanceolatis, acutis, margine diaphanis, aequalibus, corollâ triplo brevioribus. Corolla glabra, caerulea; limbo plicato, patulo; lobis 5 paulo majoribus, subrotundo-ovatis, obtusis, externe viridibus; 5 alternis tenuioribus, apice rotundatis; fauce albâ, violaceo punctatâ. Stamina 5, tubo corollae inferne inserta eumque subaequantia. Filamenta linearia, glabra. Antherae oblongae, biloculares, incumbentes. Ovarium lineare, compressum, sessile, glabrum. Stylus nullus. Stigma bipartitum; laciniis elongatis, apice revolutis. Capsula oblonga, acuta, compressa, unilocularis, bivalvis, calyce et corolla persistente tecta eaque brevior. Semina crebra, minuta, oblonga. GENTIANAE aequaticae paulo affinis. Suppetunt specimina monstrosa, ubi ovarium corollam superat et loba stigmatis in folia duo transformantur. *In toto jago Andium Quitensium et Popayanensium, v. c. in montibus ignivomis Antisanæ, Paracè, Paramo de Almaguer, etc. alt. 1600-1800. hex. 4.*

3. Calyce 5-dentato hinc fisso, corollâ infundibuliformi, limbo 10-fido, stylo brevi:

87. *G. spathacea* Humb. et Bonpl.; caule erecto, simplici; foliis lanceolatis aut oblongo-lanceolatis; floribus nonnullis, terminalibus, sessilibus; calyce hinc fisso; corollâ infundibuliformi; limbo decemfido; fauce imberbi. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 135. n. 15.

Caulis subpedalis, subteres, laevis, glaber. Folia sessilia, subconnata, approximata, acuta, integerrima, trinervia, membranacea, glabra, 1- aut $1\frac{1}{2}$ poll., 4 aut 5 lin. lata. Flores non-

nulli congesti, erecti, magnitudine floris GENTIANAE cruciatae. Calyx spathaceus, 5 dentatus, hinc usque ad basin fissus, glaber, corollâ quadruplo aut quintuplobrevior; dentibus subulato-lanceolatis, erectis, aequalibus. Corolla infundibuliformi-tubulosa, plicata, limbo 5 fido, caerulea (?), glabra; lobis subrotundis, obtusis, aequalibus, dentibus interjectis lanceolatis, brevioribus, bifidis (?); Stamina 5, basi corollae inserta eaque breviora, aequalia, erecta. Filamenta lineari-subulata, glabra. Antherae oblongae, incumbentes; biloculares, loculis longitudinaliter et lateraliter dehiscentibus. Ovarium subclavatum, compressum, apice attenuatum, glabrum, stamina aequans. Stylus brevis. Stigma indivisum (demum bilobum?). Capsula? *In declivitate orientali montium Mexicanorum, prope urbem Xalapa e, alt. 700 hex. 4.*

Obs. G. plicata, caule simplici, foliis ovato-lanceolatis acuminatis, corollis plicatis 10-dentatis Reliqu. Willd. MS. hujus videtur loci, cum lecta in Xalapa a Humb. et Bonpl.

Sequentes extant in *Herb. Willdenowiano*, nec facile certoque *Humboldtianis* subjungi possunt:

88. *G. congesta Willd.*; foliis lineari-spathulatis, floribus umbellatis congestis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. 4.

89. *G. coarctata Willd.*; corollis 5-fidis campanulatis terminalibus ternis senisve confertis, foliis oblongo-lanceolatis approximatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. 4. An foliosa Humb.?

90. *G. cistiflora Willd.*; corollis campanulatis 5-partitis, foliis lineari-lanceolatis obtusis, radicalibus angustioribus, caulibus erectis simplicibus subtrifloris. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. 4. An G. cernua Humb.?

91. *G. campanaloides Willd.*; corollis campanulatis fauce pilosis, pedunculis unifloris axillaribus, foliis oblongis obtusis imbricatis, caulibus abbreviatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. 4. Videtur rupicola Humb.

92. *linifolia Willd.*; corollis campanulatis 5-partitis solitariis terminalibus, foliis angustolinariibus acutis, caulibus basi ramosis adscendentibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. 4.

93. *G. connata Willd.*; corollis campanulatis 5-fidis, calycinis dentibus ovato-filiformibus, foliis oblongis connatis, caule subramoso erecto. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. 4.

94. *G. chelonoides* Willd.; corollis campanulatis 5-fidis, foliis lineari-lanceolatis, patentibus, caule simplici erecto. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. 2.

95. *G. stricta* Willd.; corollis campanulatis 5-fidis, foliis oblongis, pedunculis oppositis unifloris, caule simplici erecto. *Reliqu. Willd. MS.*

In monte Pichincha Humb. et Bonpl. 2.

96. *G. rapunculoides* Willd.; corollis campanulatis 5-fidis, foliis oblongo lanceolatis, floribus oppositis, caule simplici adscendente. *Reliqu. Willd. MS.*

Caulis palmaris. Folia vix 4 lin. Pedunculi pollicares. Summi subumbellati. *In America merid.*

97. *G. floribunda* Willd.; corollis campanulatis 5-fidis, foliis oblongo lanceolatis obtusiusculis, pedunculis unifloris, inferioribus oppositis, superioribus subverticillatis, caule simplici. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl.

98. *G. peduncularis* Willd.; corollis campanulatis 5-fidis, foliis radicalibus spatulatis, caulinis lanceolatis, pedunculis elongatis unifloris solitariis terminalibus, caule basi ramoso adscendente. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl.

99. *G. cespitosa* Willd.; corollis infundibuliformibus 5-fidis, foliis lanceolatis imbricatis, flore terminali solitario sessili, caule ramoso cespitoso. *Reliqu. Willd. MS.*

Caulis 1-2 poll.; folia laxè imbricata, acuta. Habitu *G. nivalis*.

In America merid. Humb. et Bonpl. 2.

100. *G. chimboracensis* Willd.; corollis infundibuliformibus 10-fidis, foliis lineari-lanceolatis patentibus, floribus terminalibus solitariis sessilibus, caule erecto subramoso. *Reliqu. Willd. MS.*

In monte Chimborazo. Humb. et Bonpl. 2.

DUBIAE:

101. *G. dubia* Thunb.; foliis? corollis 4-fidis, calyce lanceolato, paniculâ terminali trichotomâ supradecompositâ. *Thunb. Prodr. I. p. 48. Fl. Cap. II. p. 174.*

Caulis fructifer aphyllus fuit foliis dudum deciduis, teres, simplex, erectus, spithameus. Florum panicula erecta subfastigiata. Calyx 4-partitus, laciniis acutis minimis. Cor. 4-par-

tita purpurea laciniis acutis. Caps. oblonga, 4-mucronata, stylis 2 bipartibilibus. *Inter Sondags et Vischrievier.*

102. *G. scandens* *Lour*; caule fruticoso, scandente; corollis campanulatis, 5-fidis; paniculis elongatis, pendulis. *Lour. Fl. Cochinch. I. p. 213.*

Caulis magnus lignosus teres; ramis multis longissimis scandentibus inermibus acirrhis. Folia ovato lanceolata integerrima glabra cineracea opposita. Flos lateralis; paniculis longis demissis; calyce dentato parvo persistente. Corolla tubo amplo externe cinereo, punctis albis distincto, interne pilis densis purpureis obstructo; limbo patulo albo obtuse 5-fido brevi, laciniis plerumque laciniato plicatis. Stamina 5. Styli 2, longitudine tubi; stigmatibus simplicibus. Capsula subrotunda 1-locularis 2-valvis; seminibus plurimis. *Lour. In Cochinchina et China. b.*

103. *G. nigricans* *Lam.*; corollis quadrifidis cymosis infundi uliformibus, limbo subpubescente, foliis linearibus angustissimis. *Lam. Enc. meth. II. p. 645.* Plantula fol. angustissimis, cauliculis ramosis, flosculis in summitate pluribus in pedicellis privatis praetenuibus minimis. *Raj. Hist. III. App. 253. n. 51.*

Siccata nigrescit. 6 poll. et ultra. Caulis gracilis laevis subramosus apice dichotomus. Folia opposita fere capillaria, inferiora ultra pollicem longa. Flores parvi, purpurascens vel caerulei, numerosi. An HOUSTONIA? *Lam. ex Herb. Juss. Habitat?*

104. *G. calycina* *Lam.*; corollis profunde quinquefidis calycem vix aequantibus, capsulis globosis calyce stellato elevatis. *Lam. Enc. meth. II. p. 639.* Centaurium minus luteum, foliis ovato-oblongis, pedunculis unifloris, calyce amplo 5-6-partito. *Juss. Herb.*

Caulis pedalis articulatus paniculatus dichotomus superne subangulosus. Folia ovato-oblonga, patentia, inferiora obtusiuscula, reliqua acutissima. Flores solitarii flavicantes terminales patentissimi. Cal. profunde 5-6-partitus, laciniis linearibus acutis subinaequalibus. Cor. rotata, laciniis oblongis obtusis vix calycem excedentibus. Stam. libera, corolla breviora. Stylus? brevis, stigmatibus oblongis majusculis. Caps. globosa, bivalvis, 1-locularis, magnitudine pisi. *Lam. In Louisiana. Herb. Juss.*

105. *G?* *Mitznofana*. — Planta japanensis Mitznofana i. e. flos aquaticus. *Cleyer in Misc. Nat. Curios. Dec. II. Ann. VIII. p. 489. f. 51. 2. icones. Fröhl. Gent. p. 119.*

Habitus omnino Gentianae. Rad. fibrosa. Caulis erectus teres simplicissimus spithamaeus. Folia sessilia (petiolata tamen tria petia) cordata ovata acuta 7-nervia, floralia angustiora. Flores terminales bini erecti pollicares, ut videtur, 5-fidi. Cal. longitudine tubi corollae acutus. Cor. tubus cinereus, limbus

caeruleus, laciniis rotundatis. *In paludosis aquosis Japoniae.*
Desideratur apud *Kaempfer* et *Thunberg*.

Quid:

Gentiana major Mariana, angustiori folio, gentianellae vernaе floribus caeruleis plurimis in summitate coaggestis. An *Gentiana cruciata* floribus caeruleis *Banisteri* cat. stirp. Virg.? *Plukn. Mantiss. p. 89.?*

Gentiana angustifolia americana, flore ex ochro foyaneo mixto in fastigio caulis unico. *Plukn. ibid. Raj. Suppl. p. 370. n. 4.?*

Gentiana orientalis, amplissimo et acutissimo asclepiadis folio. *Tournef cor. 2.?*

Gentiana orientalis, foliis venosis, flore magno candidissimo. *Tournef cor. 2. var fl. ex albo-virescente. ibid.?*

Gentiana orientalis minor autumnalis myrtifolia flore magno caeruleo. *Tournef cor. 2.?*

GENTIANA rivularis *Thunb.*

GENTIANA pallens *Thunb.* utraque in *Mus. nat. Acad. Ups. Diss. XI. p. 180.*

GENTIANA incarnata *Bot. Mag. t. 1856.* (nobis nonnisi nomine hucdum nota) an *incarnata asclepiadea* *Hortor.*

1114. N A M A.

1. * *N. jamaicensis*; caule decumbente, foliis obovatis, floribus (sub) solitariis. *Linn. Spec. I. p. 327.* *Swartz Obs. p. 109.* *Willd. Spec. I. p. 1326.* *Brown jum. p. 185. t. 18. f. 2.*

Corolla monopetala cylindrica quinquecrenata, longitudine calycis. *Brown. Linn. Herbacea*, diffusa, caulibus pluribus inclinatis subhirsutis; folia in petiolum decurrentia, ut fere sessilia, alterna, subinde hina terna ad articulum, inaequalia. Flores subinde 2-3 in axillis apicem versus. Calycis foliola ciliata. Semina minima. *In Jamaicae ruderatis saxosis.* ☉.

2. *N. undulata* *Humb. et Bonpl.*; herbacea; foliis approximatis, sessilibus, lanceolatis, acutiusculis, inferne angustatis, undulatis, (utrinque) hispido-pubescentibus, canescentibus; floribus fasciculato-congestis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 101. n. 1.*

Herba graveolens. Radix fusiformis. Caules complures, caespitosi procumbentes, subdichotomo-ramosi, 6-7 poll., teretiusculi, villosopubescentes, incani ramique foliosi, sparsi. Folia sparsa, margine integerrima et undulata venosa, membranacea, 9-10 lin., apicem versus 2. lin. lat. Flores in apice ra-

mulorum breviter pedunculati, magnitudine floris LYCOPSISIDIS *arvensis*; fasciculis florum lateralibus, alaribus et terminalibus, foliatis; pedunculis $1/2 - 5/4$ lin. long., villosis-pubescentibus, Calyx 5-partitus, laciniis linearibus; apice subspathulatis et obtusis, integerrimis, aequalibus. Corolla calycem paulo superans, violacea, externe pubescens, tubuloso-infundibuliformis; fauce nuda; laciniis subrotundis, obtusis, aequalibus. Stamina tubo supra basin inserta, aequalia. Filamenta filiformi-subulata, glabra. Antherae glabrae. Ovarium oblongum, pubescens. Styli 2, capillacei, glabri. Capsula obsolete tetragona, stylis coronata, calyce tecta eoque parum brevior, pilosa, hinc et inde sulco notata, magnitudine grani tritici, dissepimentum utroque latere dilatatum in laminam planam; laminae oppositae, intus seminiferae, demum liberae(?). Semina creberrima (non uni seriata, vide *Gaertn. carp.* 1. p. 209) minutissima subovato-elliptica, fusciscenti diaphana, subcancellatim striata. Epispermium tenue, reticulatum, in seminibus immaturis laxum. Endospermium (perispermium *Juss.*) semini conforme, carnosum, diaphanum. Embryo exilis, erectus, cylindraceus, endospermio paulo brevior. Cotyledones plano-convexae, carnosae, obtusae. Radicula teres, obtusa, cotyledonibus longior (?). *In ruderatis prope Mexico*, alt. 1160. hex. 4.

3. *N. origanifolia* *Humb. et Bonpl.*; fruticulosa; foliis breviter petiolatis, oblongis, obtusis, basi cuneatis, hirtopubescentibus, subtus canescentibus; junioribus margine revolutis; floribus geminis, ternis aut quaternis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth* III. p. 102. n. 2. t. 218.

Radix crassa, ramosa, lignosa. Caules, caespitosi, erecti, ascendentes et procumbentes, ramosi, 5-7 poll., teretes, lignosi, canescenti-pubescentes, epidermide solubili; ramis sparsis, subfastigiatis. Folia alterna, integerrima, venosa, venis nervoque subtus prominentibus, membranacea, utrinque hirtopubescentia, subtus canescentia, adjecto petiolo 4-6 lin. long., 2-2 $1/3$ lin. lat. Petioli vix lin. long., hirtopubescentes. Flores in ramis ramulisque terminales. (nec flores axillares solitarii ut in icone) pedunculati, magnitudine floris LITHOSPERMI *arvensis*; pedunculis 1-1 $1/2$ lin. long. teretibus, hirtopubescentibus. Calyx profunde 5-partitus, pilosus, laciniis linearispathulatis, obtusis, aequalibus. Corolla infundibuliformis, calycem paulo superans, alba, externe pubescens; laciniis suborbiculatis, patentibus, aequalibus. Stamina basi tubi inserta eumque longitudine subaequantia, inaequalia, 2 aut 3 breviora. Filamenta subulato-filiformia, glabra, membranacea. Antherae subrotundae, dorso affixae, biloculares, longitudinaliter antice dehiscentes, glabrae. Ovarium ovato-oblongum, pubescens biloculare, dissepimentum medio interruptum utroque latere dilatatum in laminam, laminae intus (dorso) seminiferae. Styli 2, capillacei, pubescentes, inclusi; stigmata truncata. Capsula oblonga, compressiuscula, pubescens, calyce obtecta, bilocularis, bivalvis. Placentae ut in *undulata*; semina minutissima, oblonga. Valde affinis HYDROLEAE *dichotomae*

Ruiz et Pav., sed diversa praesertim caule frutescente (nec herbaceo) et floribus terminalibus (nec alaribus). *In convalli Sancti Jacobi*, alt. 900 hex. h.

4. *N. convolvuloides Willd.*; caule decumbente, foliis subrotundis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Camana. Humb. et Bonpl.

5. *N. sericea Willd.*; procumbens, foliis oblongis utrinque sericeis. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Orinoccum. Humb. et Bonpl.

6. *N. subincana Willd.*; pubescens subincana, foliis obovatis margine revolutis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America meridionali. Humb. et Bonpl.

1115. W I G A N D I A.

1. *W. urens Humb. et Bonpl.*; foliis ovatis apice rotundatis duplicato-crenatis (utrinque) molliter hirtotomentosis, supra canescentibus, subtus incanis; spicis paniculatis conjugatis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 100. n. 1.*

HYDROLEA urens; floribus paniculatis (parvis), spicis conjugatis dichotomisque, foliis duplicato-dentatis, cordatis, superioribus ovalibus. *Ruiz et Pav. Fl. peruv. III. p. 21. t. 243. Pers. Syn. I. p. 289.*

*Clis. Humb. et Bonpl. planta Ruiz et Pav. haud diversa videtur. 6 ped., ramosa, urens, ramulis teretibus glutinosopilosis et hispidissimis, pilis diaphanis. Folia alterna petiolata basi cordata irregulariter et grosse crenata, reticulato-venosa, nervo medio venisque primariis subtus prominentibus, coriacea, 5-6 poll., 3 1/2-4 poll. lata. Petioli 9-10 lin. longi, hirtotomentosi. Spicae pedunculatae secundae 2 poll. et longiores, apice revolutae. Rhachis et pedunculi glutinosopilosi hispidissimi. Flores biseriati sessiles ebracteati, magnitudine *HYOSCYAMI nigri*. Cal. hispido-hirsutus, laciniis lineari-lanceolatis acutiusculis, subaequalibus, longitudine tubi corollae eique adpressis. Cor. pallide violacea, externe sericeo-pilosa, tubo campanulato 5-sulcato, fauce albidâ, limbo laciniis elliptico-oblongis obtusis integerrimis aequalibus, tubo parum longioribus. Stamina tubo supra basin inserta subaequalia tubum duplo superantia. Filamenta retrorsum hispida. Antherae basi bilobae. Germen ovato-oblongum, disco impositum, sericeo-hirsutum. Styli 2-3, staminibus parum breviores, infra sericeo-pilosi supra glabri et incrassati. Stigmata viridia. Capsula oblonga densissime hirsuto hispida, calyce persistente suffulta, eoque paulo superans, stylis coronata, 5 lin. longa. Semina creberrima, minutissima. *Prope Tasco Mexicanorum. Humb. et Bonpl. 4. In Peruviae praeruptis calidis. Ruiz et Pav. h.**

Obs. Planta *Florae peruv.* 2-3 orgyar., caules subangulosi, rami patentes, folia obtusa, petioli 2 poll., spicae subinde ternae dichotomae. Corollae tubus glaber, limbus patentissimus hispidus.

2. *W. caracasana* Humb. et Bonpl.; foliis ellipticis acutis duplicato-dentatis, (utrinque) hirsuto-tomentosis, supra canescentibus subtus incanis et mollissimis, spicis paniculatis conjugatis (?) Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 100. n. 2.

Suffruticosa 2 org.; folia alterna petiolata cordata irregulariter et grosse dentata, dentibus denticulatis, reticulato-venosa, nervo venisque subtus prominentibus, subcoriacea, 7-8 poll., 4 1/2 poll. lata. Petioli canaliculati, 2 1/2 poll., hirsuto-tomentosi, canescentes. Spicae apice revolutae pedunculatae secundae. Rhachis et pedunculi hirsuto-tomentosi canescentes. Flores sessiles ebracteati magnitudine *urentis*. Cal. hispido-pilosus, laciniis lanceolato-linearibus acutis integerrimis subaequalibus. Cor. hypogyna calycem superans, violacea externe pubescens, tubo brevi urceolato; limbo 5-partito patenti-reflexo, laciniis elliptico-oblongis obtusis aequalibus reticulato-venosis. Stamina 5 aequalia, tubo inserta, exserta. Filamenta infra medium patenti-villosa. Antherae basi bilobae. Germen ovatum sericeo-hirsutum. Styli glabri basi pilosi, longitudine staminum, apice incrassati. Caps. oblonga pilosa 4 lin. longa. Non nisi frustula hujus plantae suppetere. *Kunth l. c.* Prope Caracas, in Quebrada de Cotecita. b.

Obs. Hujus videtur loci *HYDROLEA mollis*, inermis, spicis paniculatis hirsutis; foliis oblongis inaequaliter inciso-dentatis pubescentibus, subtus cano-tomentosis. *Reliqu. Willd. MS.* Tota planta, addit, villosa-tomentosa, folia 6 poll. 4 poll. lata, basi parum cordata petiolata rugosa. Flores in panicula composita pedicellis minimis. Calyces 5-partiti villosi. Capsula conica. Ad Caracas legit Humb. et Bonpl.

3. *W. crispa* Humb. et Bonpl.; foliis late ovatis acutiusculis duplicato-serratis subrugosis, supra hispido-hirsutis et canescentibus, subtus lanato-tomentosis et argenteis, spicis paniculatis solitariis. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 101. n. 3. et hoc teste: *HYDROLEA crispa*, floribus paniculatis (magnis), spicis conjugatis, foliis multiformibus crispis inciso-serratis. Ruiz et Pav. Fl. Peruv. III. p. 22. t. 244. f. a. Pers. Syn. I. p. 239.

Herba suffruticosa 2-3 ped., hirsutissima, pruriens. Caulis teres. Folia alterna cordata (supra in diagn. ovata) irregulariter duplicato-dentata (supra serrata), reticulato-venosa subcoriacea, nervo venisque hispidissimis, 7-8 poll., 6 poll. et ultra lata. Petioli 1 1/2 poll., hispido-hirsutissimi. Spicae non conjugatae, longe pedunculatae, secundae, 2-3 poll., apice revolutae, rhaches, pedunculi (2 poll.) et rami paniculae alterni hispido-hirsutissimi argentei. Flores sessiles biseriati ebracteati magnitudine *CONVOLVULI purpurei*. Cal. argenteo-hispidis-

simus et piloso glandulosus, laciniis linearibus apice angustatis acutiusculis aequalibus. Cor. calyce triplo longior hypogyna flava externe sericeo-pilosa, tubo calycem aequante, superne ampliata, fauce nuda, limbo 5 fido, patente, laciniis subrotundo-ellipticis apice rotundatis aequalibus. Stamina medio tubi inserta, exserta, aequalia, cum laciniis alternantia. Filamenta glabra. Antherae sagittatae. Germen oblongum sericeo-hirsutum, pseudo-biloculare. Styli stamina aequantes, rubri, glabri. Stigmata submarginata viridia. Differre ab *HYDROLEA crispa* non nisi corollam flavam nec albam, staminibus glabris, nec basi villosis. *Prope Alausi Quitensium. Humb. et Bonpl. h; In Andiam nemoribus ad margines Pozuzo fluvii. Ruiz et Pav.*

Obs. Plantae peruviana caulis parum ramosus erectus 4-5 ped.; petioli teretes pollicares; pedunculi dichotomi; calycis lacinae lanceolatae acutae recte persistentes; cor. alba (nec flava) maxima campanulata, limbi laciniis patentissimis. Caps. ovata, obtusa.

1116. HYDROLEA.

1. * *H. spinosa*; foliis lanceolatis, floribus terminalibus subcorymbosis, capsulis hirtellis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 98. Linn. Spec. p. 328.*
H. fol. lanceolatis hirsutis, floribus digynis terminalibus. Willd. Spec. I. p. 1327. n. 1. Aublet Gujan I. p. 281. t. 110.
HYDROLEA trigyna fol. oblongis hirsutis, floribus trigynis axillaribus Swartz Fl. Ind. occid. I. p. 558. Willd. Spec. I. p. 1327. n. 2. H. spinosa Pers. Syn. I. p. 289.

Caules erecti pedales, ramis alternis. Folia sessilia subundulata viscosa. Spinae axillares patententes. Flores subsessiles, pauci, conferti. *Linn. H. spinosae apud Aublet caulis 5 ped. Folia acuta, maxima poll 2 1/2, 5-7 lin. lata. Spina 8 lin. Flores caerulei pedunculo squamoso. Praefloratio imbricata. Cal. rarius 6-partitus, externe pilis diaphanis septis transversis articulatis, laciniis lanceolatis acutis integerrimis subinaequalibus uninerviis. Cor. glabra caerulea calycem superans, tubo brevi infundibuliformi, limbo 5-partito, laciniis subrotundo-ovatis, obtusis, integerrimis, aequalibus flabellato-venosis. Stamina medio tubi inserta, corollam breviora, aequalia. Filamenta glabra basi dilatata. Antherae basi bifido sagittatae, obtusae. Germen oblongum superne pilosiusculum, disco orbiculari glabro integro impositum. Styli longitudine staminum glabri caerulei. Stigmata incrassata. Caps. (in planta araguen-si) acuta stylis coronata calyce suffulta eumque subaequans, magnitudine pisi majoris, glabra, apice hirtella, tenuis, diaphana, bilocularis. Semina minutissima. In planta araguensi styli 2-3, lobi calycis et corollae 5-7. *In America merid. Linn. pl. trigyna prope veram Crucem Swartz, Acapulco Pers. Humb. et Bonpl. in convalli de Aguas calientes prope Cura (Valles de Aragua) et prope Carthago in Prov. Popayan. t.**

Obs. Jam olim *Cavanilles* *H. spinosam* et *trigynam* icon. VI. p. 19. conjunxit monens: stylorum numerum variare in eadem planta a 2 et 4, et reliquis utramque convenire. Descriptio cli. *Swartz* ab illa cli *Hunth* differt: Cor. rotatâ, limbo 5-ido, laciniis acutiusculis calyce paulo brevioribus.

2. *H. quadrivalvis* *Walt.*; foliis longe lanceolatis, floribus fere sessilibus axillaribus 1-5, capsulis glabris. *Pursh* *Fl. Sept. Amer.* I. p. 187. *Walt.* *Fl. Carol.* I. p. 110. *H. caroliniana* *Mich.* *Fl. bor. Amer.* I. p. 177. *Poiret* *Enc. meth. Suppl.* II. p. 376.

Habitus, pubescentia, arma, flores *spinosae*; sed minus ramosa, ramis brevibus, folia glabra, in petiolum brevem attenuata multo longiora, flores 1-5 fasciculati, subaxillares ob brevitate ramusculorum floridorum, sessiles caerulei. Capsula glabra. *In aquis stagnantibus Carolinae inferioris.* 2.

3. *H. zeylanica* *Vahl*; inermis, foliis lanceolatis glabris, floribus digynis subracemosis. *Willd.* *Spec.* I. p. 1327. *Vahl* *Symb.* II. p. 46. NAMA *Zeylanica*, caule erecto glabro, foliis linearibus, floribus racemosis. *Linn.* *Spec.* p. 327. *Fl. zeyl.* p. 117. t. 2. *Gmel.* *S. N.* p. 457. STERIS *javanica* *Linn.* *Mant.* p. 54. *Gmel.* *S. N.* p. 454. *Poiret* *Enc. meth.* VII. p. 439. STERIS *aquatica* *Burm.* *ind.* 73. t. 39 f. 3. ATTALERIE *Poiret* *Enc. meth. Suppl.* I. p. 535. *Plukn.* *Alm.* 22. t. 130. f. 2. *Tsjeru* *Vallel* *Rheed.* *Malab.* X. p. 55. t. 28.

Parva herbacea erecta 6-8 poll., laevis, ramosa; folia integerrima subacuminata, brevissime petiolata. Flores in racemis axillaribus rectis simplicibus pubescentibus longitudine fere foliorum alterni, distantes pedicellati, basi bracteâ parvâ lanceolatâ pubescente; calycis foliola acuta; cor. calyce parum major, limbi laciniis obtusis, staminibus tubo inclusis. *Poiret.* Synonymiam inspectis *Herbariis Hermannii, Linnaei, Burmanni* confirmavit *Vahl.* *In India orientali.* 3.

4. *H. dichotoma* *Ruiz et Pav.*; floribus solitariis e dichotomiis, foliis oblongo-spathulatis. *Ruiz et Pav.* *Fl. Peruv.* t. 244 f. 6.

Viscosa, subhispida, pedalis, ramosissima, ramis saepe dichotomis, teretibus purpurascens. Folia supra retrorsum aspera, sessilia, integerrima, subtus glabra praeter nervos, vix pollicis; calycis lacinae erectae spathulatae. Cor. alba, lineis caeruleo-violaceis 5, parva, tubo calyce duplo brevior, limbi laciniis ovatis approximatis, elasticè dissilientibus. Caps. ovata bisulca. *Passim in arenosis et argillosis Huanuci.*

5. *H. congesta* *Willd.*; inermis dichotoma pubescens, foliis lanceolatis, floribus terminalibus fasciculato-spicatis. *Reliqu.* *Willd.* *MS.*

In America merid. *Humb. et Bonpl.* 2.

6. *H. inermis* *Lour.*; caule inermi; floribus solitariis lateralibus. *Lour. Fl. Cochinch.* 1. p. 214.

Caulis herbaceus annuus 1-pedalis erectus subsimplicissimus. Folia lanceolato-lineariter integerrima glabra sessilia sparsa. Flos caeruleus; pedunculis unifloris. Cal. inferus 5-partitus, laciniis acutis. Corolla 1 petala campanulata tubo brevi; limbo 5-partito patente, laciniis ovatis, calyci subaequalibus. Filamenta 5 subulata, tubo corollae insidentia limbo breviora. Germen ovatum. Styli 2 erecti, staminibus breviores; stigmatibus obtusis. Capsula ovata bilocularis 2-valvis polysperma: seminibus plurimis subrotundis minimis circumdantibus columellas 2 ovatas, fundo capsulae adhaerentes, superius liberas. Antherae ovatae incumbentes. De filamentis basi coatis nihil annotavi nec memini. *Lour.* In Cantone, in locis humidis.

Obs. *Linnaeus* (gen. pl. edit. sexta) corollam hujus generis describit rotato-campanulatam, qualis est nostra, nec proprie rotatam. Columellae illae 2, quae receptacula seminum sunt, ad *Gentianam* pertinere videntur. *Lour.*

1117. E V O L V U L U S.

1. * *E. nummularius*; foliis subrotundis, caule repente, floribus subsessilibus. *Linn. Suppl.* p. 391. *Swartz*
Obs. 118. *Lam. Enc. meth.* III. p. 539. *Willd.*
Spec. I. p. 1517. *Jacq. Amer. pict.* t. 260. f. 23. *CON-*
volvulus nummularius *Linn. Spec.* 157. *Sloan. jam.*
Hist. I. p. 157. t. 96. f. 2.

Caules gracillimi, 5-8 poll., subramosi, pilis brevibus. Folia petiolata, vix majora quam in *ANAGALLIDE tenella*, 2 lin., apice subinde emarginata. Flores parvi axillares, solitarii ternive. Cal. hirsutus. Cor. caerulescens. *Lam.* In pratis *Jamaicae, Barbados.* ☉.

2. *E. veronicaefolius* *Humb. et Bonpl.*; caulibus repentibus pilosis; foliis petiolatis (sub) orbiculatis subretusis cordatis glabriusculis, pedunculis unifloris folium subaequantibus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec.* III. p. 92. n. 7. t. 215.

E. nummulario *Linn. Jacq.* proximus, nec diversus, nisi caule piloso et corollam infundibuliformi rotata. Caules ramosi teretes, ramis alternis. Folia subdisticha integerrima venosa, juniora subtus in nervis pilosa, 5-5 1/2 lin., petiolo lin. longo piloso. Pedunculi 2 lin., axillares solitarii teretes pilosi, basi bracteis lanceolato-linearibus, pedunculo duplo triplove brevioribus. Cal. laciniis oblongo-lanceolatis acuminatis margine ciliato-pilosis aequalibus. Cor. magnitudine *E. hirsuti*, pallide violacea, limbo sinuato 5-dentato, regulari. Stam. exserta. Antherae cordatae. Styli glabri stigmatibus incrassatis. Caps. globosa calycem vix aequans, umbonata, magnitudine *Cannabis*

1-locularis, 1-3-sperma. Semina elliptica inde angulata glabra. *In temperatis prope Guaduas Novo-Granaten-sium.* 4.

3. * *E. gangeticus*; foliis cordatis obtusis mucronatis (petiolatis) villosis, caule diffuso, pedunculis unifloris. *Linn. Amoen. acad. IV. p. 306. n. 121.* (sub CONVOLVULO gangetico) *Willd. Spec. I. p. 1517.*

Caules procumbentes, 2 ped. Folia saepe pollice latiora, juniora floresque villosissimi. Pedunculi capillares breves. *Linn. In India.*

4. * *E. emarginatus*; foliis reniformibus repandis. *Linn. Suppl. 186.* *Willd. Spec. I. p. 1517.* *Burm. ind. 77. t. 30. f. 1.*

Caules filiformes repentes. Folia petiolata laevia margine undata. Petioli subtus muricati. Flores axillares solitarii parvi. Pedunculi longitudine petiolorum. *Linn. Caps. glaberrima. Burm. In India orientali.* ☉

5. * *E. alsinoides*; procumbens, villosus, foliis ovalibus subsessilibus, pedunculis subbifloris folia aequantibus, capsulis deflexis. *R. Brown Prodr. nov. Holland. I. p. 489.* *E. foliis obcordatis obtusis petiolatis pilosis, caule diffuso, pedunculis trifloris. Linn. Fl. zeyl. p. 76. Spec. I. p. 392.* *E. fol. oblongo-obovatis obtusis glabriusculis petiolatis, pedunculis trifloris. Willd. Spec. I. p. 1517.* (secundum exemplaria *Herb. Herm.*, quorum folia brevissime petiolata, monente *R. Brown* in quo tamen excludendus *E. hirsutus Lam. Enc. III. p. 538.*) *Burm. zeyl. 9. f. 1. t. 6. f. 1.* *Plukn. Alm. 116. t. 9. f. 1.* CONVOLVULUS alsinoides *Knip. C. XI. n. 34.* *Vistnu-Clandi Rheed. Malab. XI. p. 131. t. 164.* *β. foliis angustioribus. Lam. Enc. meth. T. III. p. 538.*

Caules graciles patentes pilis appressis subramosi, 9 poll. Folia obtusissima, supra glabra vel glabriuscula, subtus hirsuta. Pedunculi 2-3-flori, foliis longiores. *Lam. ad specimina viva. β. spontanea ex India. In Malabaria, Zeylona, et in nova Hollandia tropica.* ☉

Obs. EVOLV. hirsutus *Lam. l. c.* secundum descriptionem, monente *R. Brown l. c.* idem cum alsinoide, icon vero *Lam. III. gen. t. 116* differt paulo pedunculis omnibus unifloris. Hinc convenit fig. *Burm. Zeyl. G. nec non t. 6. f. 1. et Pluk. t. 9. f. 1.* *Hunth* vero, inspecto *Herb. Lam.*, plantam *Lamarcki* diversam suspicatur. *Silet* quoque *cls. Hunth* de squamis 5 in corolla, ob quas, uti et ob capsulam bilocularem, genus inde proprium statuerunt *Adanson* et *Scopoli*: ille VISTNU, hic CAMDENIAM.

6. *E. hirsutus Lam.*; caulibus caespitosis diffusis strigoso-pubescentibus; foliis (breviter) petiolatis elliptico-ob-

longis acutis aut (obtusis) macronulatis supra glabris subtus margineque adpresso-pilosis; pedunculis subunifloris folio (sub) longioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III p. 92. n. 6.* E. fol. ovatis sessilibus utrinque hirsutis, caulibus pilosis cespitosis, pedunculis subunifloris. *Lam. Enc. meth. III. p. 538. Illustr. t. 216. f. 2. (auct. Herb. H. Paris.) Willd. Spec. I. p. 1517.*

An *E. alsinoides* Linn. et *R. Brown*? Rad. perpendicularis lignosa. Caules simplices filiformes teretes 5-8 poll. Folia subinde obovato-elliptica basi rotundata integerrima nervosa, nervo venisque subtus prominulis, membranacea, 5-6 lin., 2 1/2 lin. lata. Petioli lin. 1/2, canaliculati, adpresso-pubescentes. Pedunculi axillares capillacei folium subaequant. Bracteae supra medium lanceolato lineares, adpresso-pubescentes, aequales, lin. longae. Flores magnitudine *SOLANI nigri*. Cal. laciniis oblongis subacuminatis aequalibus strigoso-pubescentibus. Cor. subinfundibuliformi-rotata, pallide caerulea? glabra. Stam. parum exserta. Styli exserti glabri. Caps. globosa, subumbonata glabra, calyce cincta eumque paulo superans, magnitudine grani majoris *Cannabis*, bilocularis, loculis 1-2-spermis. *In umbrosis prope Camana. 4.*

Obs. *Cl. Lamarck* monet *E. hirsutum* suum ab *alsinoide* differre specie ob hirsutiem majorem et folia sessilia multo minor. Caules fere lanuginosi, simplices et subramosi, foliosi; folia parva obtusiuscula utrinque villosa; pedunculi solitarii longitudine foliorum vel parum ultra; medio bracteis 2 brevibus acutis, hirsutis, ut calyces. Cor. caerulescens. Specimina habuit ex India orientali, lecta a *Sonnerat*.

7. *E. villosus* Ruiz et Pav.; diffusus villosus, ramis ascendentibus, foliis lanceolato-oblongis, pedunculis 1-2 floris folio longioribus. *R. Brown Prodr nov. Holl. I. p. 489.* E. fol. oblongo-ovalibus, caulibus procumbentibus, pedunculis longis bifloris. *Ruiz et Pav. Flor. peruv III. p. 30. t. 253. f. 6.* β *E. lanceolatus*, fol. lanceolatis, alternis, subglabris, pedunculis unifloris folio brevioribus. *Poir. Enc. meth. III. p. 459.*

Nimis affinis *E. alsinoidi*. Radices fuscae simplices perpendiculares. Caules filiformes simplicissimi hirsuti 1 1/2 ped. Folia perpendiculata, unilateralia vix petiolata acuta utrinque hirsuta. Flores axillares; pedunculi capillares, solitarii, inaequaliter bifidi, raro 1-vel-3-flori, bracteis subulatis. Cor. caeruleo-violacea, patens. Caps. magnitudine piperis; semina nigra. *In Peruviae collibus arenosis, et in nova Hollandia tropica. 4.*

Obs. β , lanceolatus fors distincta species, olim in *H. reg. paris* culta, Caules teretes, pubescentes. Folia alterna sessilia lanceolata, ut plurimum 1 1/2 poll., vix acuta, parum in petiolum attenuata, utrinque fere glabra, margine parum pilosa; pedunculi axillares subpubescentes foliis breviores solitarii uniflori subcurvati, medio bracteis 2 parvis. Cal. pilosus, demum inflatus, laciniis ovatis acutis. Cor. sat magna, lacte caerulea. *Poir. et. Habitat?*

8. * *E. linifolius*; erectus villosus, foliis lineari-lanceolatis subsessilibus, pedunculis 1-3-floris folio paulo longioribus, stylis 4 geminatim approximatis. *R. Brown Prodr. nov. Holl. I. p. 489.* *E. foliis lanceolatis villosis sessilibus, caule erecto, pedunculis trifloris longis. Linn. Syst. X. p. 923. Amoen. acad. IV. p. 306. n. 122. Willd. Spec. I. p. 1517.* *E. fol. lanceolatis villosis sessilibus, caule erecto piloso, pedunculis longis submultifloris. Lam. Enc. meth. III. p. 537. Illustr. t. 216. f. 1.* CONVOLVULUS *linifolius Kniph. Cent. IX. n. 26. Brown jam. 152. t. 10. f. 2.*

Characterem praebuit. *Linn.* Caules teretes 6 poll. - 2 ped. Folia canescentia, inferiora parum ultra pollicem. Pedunculi tenuissimi, hirsuti, 1-5-flori, bracteis parvis acutis, demum penduli. Cor. subtubulosa, caerulea, parva. *In Jamaica et nova Holland. tropica. ☉.*

9. *E. debilis Humb. et Bonpl.*; caulibus elongatis filiformibus procumbentibus pilosis, foliis breviter petiolatis oblongis subacuminatis utrinque sericeo-pilosis et holosericeis, pedunculis (sub-) bifloris folium longe superantibus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 90. n. 1.*

Proximus *E. linifolio*. Rad. lignosa repens. Caules flagelliformes ramosi, 18-20 poll. debiles, teretes laeves, pilis patentibus; ramuli sericeo-argentei. Folia basi acuta, remota, integerrima, nervo venisque subtus prominentibus, membranacea, 8-9 lin., 2 1/2 lata. Petioli 1/2 lin. Pedunculi axillares solitarii, capillacei pubescentes 1 1/2 poll. et ultra, apice ad pedicellos bracteis lanceolato-linearibus aequalibus pubescenti-sericeis, pedicello 2-5-plo brevioribus. Pedicelli capillacei 3-5 lin., sericeo-pubescentes ut calycis lacinae lanceolato-lineares aequales patulae. Cor. ignota. Caps. globosa, magnitudine grani minoris piperis diaphana, disperma calycem subaequans. *In radicibus Andium Quinduensium prope ibague. 4.*

Obs. Huc videtur spectare *E. filiformis*, foliis oblongis hirsutis, pedunculis unifloris filiformibus, foliis multoties longioribus. *Reliqu. Willd. MS.*

10. *E. sericeus Swartz*; foliis lanceolatis sessilibus subtus sericeis, pedunculis brevibus unifloris. *Swartz Prodr. p. 53. Fl. ind. occid. I. p. 576. Willd. Spec. I. p. 1518. Brown jam. 153. n. 3. t. 10. f. 3.*

Simillimus *linifolio*, sed characteribus datis bene distinguitur: pedunculi, non ut in hoc, elongati triflori bracteati. Caules herbacei filiformes procumbentes simpliciusculi teretes glabri vel pubescentes, 1/2 ped. Folia brevissime petiolata acuta erectiuscula trinervia, plus minus pubescentia. Flores axillares solitarii albi. Cal. lacinae lanceolatae acutae, apicibus recurvae, extus sericeae, persistentes. Cor. tubo brevi, limbo pa-

tente 5-partito, laciniis acutis. Antherae subrotundae caeruleae. Germen sericeum. Styli staminibus longiores. Caps. subrotunda, sericea bilocularis polysperma. Semina subrotunda parva fusca. ☉. *In sabalosis aridis Jamaicae.*

11. *E. cuspidatus* Humb. et Bonpl.; caulibus procumbentibus, sericeo-villosis; foliis subsessilibus, oblongis, (apice) cuspidato-mucronatis, utrinque villosis-sericeis, incanis; floribus subsessilibus, folio brevioribus. *EVOLVULUS sericeus Swartz? Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 91. n. 3.*

Caulis ramosi ramique teretes, alterni. Folia alterna, subdisticha, integerrima, 4-5 lin. long.; 2 lin. et paulo latiora. Flores axillares, solitarii, folio duplo triplove breviores; pedunculi cano-villosi, basi bracteis 2 lineari-subulatis villosis instructi. Calyx sericeo-villosus, 5-partitus; laciniis lanceolatis, acuminato-subulatis, aequalibus. Corolla? Stigmata simplicia. Fructus? *Cum augustissimo. 4.*

12. *E. Commersoni*; floribus axillaribus subsessilibus albis solitariis, foliis parvis lineari-lanceolatis. *E. sericeus Lam. Enc. meth. III. p. 586. Pers. Syn. I. p. 288.*

Caulis 5-6-poll., graciles, duriusculi, inferne fere frutescentes. Folia subtus sericea, inferiora lanceolato-ovalia, parva. *Lam. In Monte Video.*

13. *E. incanus* Pers.; caulibus caespitosis, diffusis, sericeis; foliis breviter petiolatis, oblongo-lanceolatis, acuminatis, subfalcatis, utrinque argenteo-sericeis; pedunculis unifloris, folium aequantibus eoque (eove) longioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 91. n. 5. Evol. incanus Pers. synopsis. I. p. 288. Poir. Encycl. Suppl. III. p. 459. Evol. sericeus fol. ovatis*

acutis, caulibus procumbentibus, pedunculis brevibus 1-2-floris. *Ruiz et Pav. Flor. Peruv. III. p. 30. t. 252. b. (auct. Herb. Hort. Paris.)*

Suffrutex non lactescens. Radix perpendicularis, crassa, lignosa, multiceps, radicibus horizontalibus elongatis. Caulis procumbentes, lignosi, teretes, simplices aut ramosi, 4-5-(6) poll., argenteo-sericei. Folia approximata, basi obtusa, integerrima, venosa, nervo subtus prominente, membranacea, 5 lin., 1-1 1/4 lin. lata. Petioli 1/3 lin. sericei. Pedunculi axillares solitarii, argenteo-sericei, medio bracteis 2 linearibus, aequalibus, sericeis, lineam longis. Calyx argenteo-sericeus; laciniis lanceolatis, (subulatis) subacuminatis, aequalibus. Corolla generis, caerulea, externe sericeo-pubescentis. Stamina parum exserta. Ovarium abbreviato-ovatum, glabrum. Styli exserti glabri, apice parum incrassati. Caps. globosa, glabra, calyce persistente cincta, magnitudine grani *Cannabis*, 1-4-sperma ex *Bonpl., bi-trivalvis. Semina fusca laevia, glabra. In*

ruderatis ad ripam fluminis Guallabambae regn. Quitensis, Humb. et Bonpl.; in collibus aridis argillosis Peruviae. h.

Obs. Caules aetate glabri. Pedunculi subinde biflori. Cor. calyce triplo major. *Ruiz et Pav.*

14. *E. argentens R. Brown;* diffusus incanus; ramis elongatis indivisis, foliis lanceolato-ovatis subsessilibus acutis argenteis, pedunculis unifloris folia subaequantibus. *R. Brown Prodr. p. 489.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

Obs. Quam maxime affinis *EVOLVULO sericeo Flor. peruv. et chil. 3. p. 30. t. 252,* ejus folia latiora, ovata et petiolata.

15. *E. decumbens R. Brown;* prostratus villosus, foliis lineari-lanceolatis subsessilibus, pedunculis subunifloris folio paulo longioribus, stylis duobus bipartitis. *R. Brown Prodr. I. p. 439.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

16. *E. holosericeus Humb. et Bonpl.;* procumbens; foliis sessilibus, oblongis, acutis, supra glabris, subtus argenteo-sericeis; floribus axillaribus, sessilibus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 91. n. 4.*

Caules ramosi? teretes, piloso-sericei. Folia integerrima, supra glabra et viridia, subtus densissime pilose sericea et argentea, 6-7 lin. long., 2 1/2 lin. lata. Flores solitarii. Calyx 5-partitus, piloso-sericeus. Corolla caerulea. Stamina generis. Styli duo, profunde bifidi. Fructus? *In pratis juxta La Cuesta de Toluca et prope Ibaguè, (Regno Novae Granatae.) 4.*

17. *E. angustissimus Humb. et Bonpl.;* caulibus subprocumbentibus, pubescenti sericeis; foliis sessilibus lineari-lanceolatis acuminato-cuspidatis, supra glabris, subtus sericeo-pilosis; floribus subsessilibus folio brevioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 91. n. 2.*

Caules 1-1 1/2 ped., ramis elongatis filiformibus teretibus, incanis. Folia basi angustata integerrima, 9-10 lin. longa, lin. lata. Flores axillares solitarii, brevissime pedunculati. Cal. piloso-villosus, laciniis lanceolatis acuminatis. Cor. pallide caerulea? *In arenosis prope Angostura Orinocensium et vill. Farrerae. 4.*

Obs. Huc videtur spectare: *E. virgatus*, foliis linearibus acutis hirsutis, pedunculis brevissimis unifloris, caule virgato. *Reliqu. Willd. MS. qui ex eodem loco ab ill. de Humboldt tulit.*

18. *E. Nuttallianns;* erectus, foliis oblongis utrinque sericeo-tomentosis, pedunculis unifloris brevibus. *E. argenteus Pursh Fl. Sept. Americ. I. p. 187.*

Flores flavi. Ad ripas Missouri. *Nuttall.*

Obs. Nomen mutandum erat, cum sit antiquior *argenteus R. Brown.*

19. *E. Arbuscula* Poir.; hispidulus, foliis minimis subsessilibus ovato-lanceolatis, floribus lateralibus terminalibusque subpedunculatis, caule ramosissimo filiformi. *Poiret Enc. meth. Suppl. III. p. 459.*

Arbuscula caule gracili lignoso patente, ramis ultimis brevibus. Folia remota sparsa integerrima utrinque hirsuta acuta, $2\frac{1}{2}$ lin. ut plurimum. Pedunculus basi bracteis 2 parvis. Cal. vix pilosus, laciniis acutis. Cor. albida, calyce duplo longior. *Poir. ad specim. H. Desfont. In S. Domingo. Nec. toux. h.*

20. *E. acapulcensis* Willd.; foliis lanceolatis villosis sessilibus, caule basi ramoso, pedunculis subbifloris longitudine folii. *Reliqu. Willd. MS.*

Circa Acapulco. ☉.

21. *E. macrophyllus* Willd.; caule erecto ramoso, foliis ovato-oblongis mucronatis tomentosus, corymbis axillaribus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. h. Humb. et Bonpl.

1118. CLADOSTYLES.

C. paniculata Humb. et Bonpl. *pl. aequ. I. p. 202. t. 57. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 93.*

Caulis erectus 2-ped., ramosus teres scabriusculus pilis adpressis sparsis. Folia alterna sessilia lanceolata acuta mucronata basi angustata, integerrima venosa, nervo medio subtus prominente, membranacea, utrinque pilis sparsis, adpressis, pollicaria, 3-4 lin. Panicula terminalis ramosa diffusa patens, $\frac{1}{2}$ ped. pedalisve. Flores longe pedicellati solitarii, pedicellis $\frac{1}{2}$ poll. Bractee lineares. Cal. laciniis 2 exterioribus paulo majoribus. Cor. flava?, calycem superans laciniis obtusis. Caps. flava, calyce longior, magnitudine seminis Cannabis. Semen glabrum, fuscum. *Bonpl. Prope Turbaco in nova Grenada. ☉.*

1119. CVSCVTA.

1. * *C. europaea*; floribus (saepius 4-fidis) subsessilibus, corollâ fauce nudâ, stigmatibus acutis, (filiformibus.) *Smith brit. p. 282. Engl. bot. t. 378. Linn. Spec. Marsch. pl. I. p. 180. Willd. Spec. I. p. 702. Fl. Dan. t. 199.*

Bieberst. Fl. Taur. Cauc. p. 115. Plenck off. t. 70. Sturm Germ. Fasc. 10. C. major Dec. Fl. fr. n. 2754. C. tetrandra Mönch. C. scandens Brotero. C. Epithymum Thuil. paris. 2. I. p. 85. C. filiformis Lam. Fl. fr. II. p. 307. Hall. Helv. n. 654.

„Planta parasitica ecotyledonis; dehiscente semine absque cotyledonibus extendit spirale corpusculum, nec terram petit radicando, sed absque omni radice contra solem volubilis ascendit plantas, easque emissis vasis exhaurit; nec folia gerit praeter squamam hinc inde minimam membranaceam, arctam sub ramo „(nec viret.)“ Flos apud nos saepius quadrifidus, in Europa australi 5-fidus „(stam. 5)“ *Linn.* „Flores fasciculati, laterales, hyalini, dilutissime rubentes. *Cor.* campanulata. Stamina fauci inserta, laciniis alterna. Styli divaricati.“ *Smith.* Squamulas ad stamina bifurcas vidit *Ramond.* In plantis *Europaeis, Sibiricis, caucasicis, japonicis, in pratis nimis pinguibus.* ☉.

2. *C. corymbosa Ruiz et Pav.*; floribus pedunculatis corymbosis, corollis ovatis quadrifidis tetrandris, fauce nudis, stigmatibus capitatis. *Flor. peruv. l. p. 69. t. 115. f. 6. Pers, Syn. l. p. 29.*

Caulis diffusi filiformes laeves ramosi, ramis capillaribus, ad ramificationes squamis ovatis acutis concavis. Calycis lacinae 4 oblongae obtusae. *Cor.* alba calyce longior. Stamina corollâ breviora. Semen unum alterumve convexum. In *Peruviae cultis, praesertim supra MEDICAGINEM sativam.*

3. *C. popayanensis Humb. et Bonpl.*; corymbis pedunculatis; laciniis calycinis obtusis; corollis globosis, calycem paulo superantibus; laciniis acutis, erectis; squamis ciliatis; genitalibus exsertis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 97. n. 6.*

Caulis parasiticus, volubilis, filiformis, teres, glaber, flavidus. Corymbi trichotomi. Flores pedicellati, magnitudine floris *CONVALLARIAE majalis.* Bractee lanceolatae, glabrae. Calyx campanulatus, glaber, hyalinus, quinquefidus, laxus; laciniis ovatis, erectis, corollâ paulo brevioribus. Corolla alba; fauce constricta; limbo quinquefido; laciniis ovatis. Stamina 5. Styli 2, exserti. Stigmata capitata. Capsula corollâ marcidâ inclusâ, globosa, glabra, bilocularis; locis mono- aut dispermis. *CUSCUTAE corymbosae Ruiz et Pav. affinis. Locis temperatis prope Popayan, alt. 912. hex. 4.*

4. *C. floribunda Humb. et Bonpl.*; corymbis pedunculatis; laciniis obtusis; corollis globosis, calycem duplo superantibus; laciniis acutis, reflexis; squamis ciliatis; genitalibus longe exsertis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 96. n. 5.*

Caulis parasiticus in *BIGNONIA viminali*, volubilis, filiformis, teres, glaber, aurantiacus. Corymbi trichotomi, bracteati. Flores pedicellati. Bractee squamaeformes, ovatae, acutae, glabrae, pedicellis multoties breviores. Calyx 5-fidus, glaber; laciniis ovatis, erectis, corollâ dimidio brevioribus. Corolla alba; fauce constricta; limbo 5-fido; laciniis ovatis. Squamae 5, ciliatae. Stamina 5, exserta. Antherae ovatae. Styli 2,

longe exserti divergentes. Stigmata globosa. Capsula corollâ inclusa, globosa, glabra, bilocularis; loculis mono- aut dispermis. Semina oblonga, scabriuscula, fuscescentia. *Popayanensi* valde affinis. *In calidis Novae Hispaniae, prope pontem Istlae, alt. 500 hex. ☉.*

5. * *C. Epithymum Murr.*; floribus (5-fidis) sessilibus, staminibus basi squamâ crenatâ munitis, stigmatibus acutis, (caulibus capillaceis.) *Smith brit. p. 283. Engl. bot. p. 378. Syst. Veg. ed. XIII. p. 140. Flor. Dan. t. 427. Plenck off. t. 71. C. europaea Engl. bot. t. 55. Lam. Enc. meth. II. p. 229. Ill. t. 88. C. europaea β . Linn. Spec. 180. Willd. Spec. I. p. 702. Hall. Helv. n. 654. β . C. filiformis β . Lam. Fl. fr. II. p. 307. C. minor Dec. Fl. fr. n. 2755.*

C. europaeâ minor; caules tortuosi; flores congesti, bracteolis membranaceis; calyce rubro, corollâ albâ, infundibuliformi, tubo brevi; stamina fauci inserta (saepe 4), laciniis alterna, squamâ lunatâ ad singulorum basin, germi incumbente. Styli elongati. *Smith. In Ericis, Thymis, Trifoliis per totam Europam. 4? potius ☉.*

6. *C. odorata Ruiz et Pav.*; floribus congestis sessilibus, corollis campanulatis, basi squamis fimbriatis, stigmatibus capitatis. *Flor. peruv. I. p. 69. t. 105. a. Pers. Syn. I. p. 289. Poir. Enc. meth. Suppl. II. p. 422.*

Caules filiformes repentes, lineis maculisque purpureis; rami basi squamis parvis ovatis. Flores odorati in capitulis, squamis concavis stipati. Cal. albus, punctis purpureis; cor. alba campanulata, laciniis ovatis acutis. Squamae nectariferae ovatae ciliatae. Caps. bilocularis. *In segetibus et versuris Limae.*

7. * *C. americana*; floribus pedunculatis umbellatis quinquefidis, stigmatibus capitatis, corollae tubulosae limbo parvo patente. *Pers. Syn. I. p. 289. Lam. Enc. meth. II. p. 229. Swartz Obs. p. 54. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 116. Willd. Spec. I. p. 702. Sloane jam. 85. Hist. I. p. 201. t. 128. f. 4. Jacq. Amer. pict. t. 17. C. surinamensis Schill. lepr. t. 2. apud Pers. l. c. et Vitm. Summ. pl. I. p. 341.*

Aphylla, tota e rubello-flavicans. *Pursh.* Flores parvi aggregati flavescens. Nectarium e squamis 5, fimbriatis, infra stamina, corollae adnata; sem. 1-5. *In fruticibus humidis Virginiae et ad littora maris in herbis Jamaicae; in sepiibus et fruticosis Caribaeorum.*

8. *C. africana*; pedunculis unifloris, corollis quinquefidis, pentandris. *Thunb. phyt. Bl. p. 17. Flor. Cap. p. 568. Willd. Spec. I. p. 703. C. americana Thunb. Prodr. p. 32.*

Caulis filiformes; pedunculi capillares glabri, basi bractea lanceolata. Cal. 5-fidus, brevissimus. Filamenta 5, incisuris corollae inserta, laciniisque ejus aequalia. Ab *americana* etiam caule tenuiore, floribus minoribus diversa. Hanc in *MYRICA aethiopica* crescentem sub *SCHREBERA* olim descripsit *Linnaeus*. In arboribus variis *Prom. b. Spei* parasitica et aggregata.

9. *C. monogyna* *Vahl*; floribus pedunculatis monogynis. *Vahl Symb.* II. p. 32. *Willd. Spec.* I. p. 703. (excl. syn. *Krocker*) *C. floribus monogynis, stigmate obtuso, corollae fauce nudâ. Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 173. *Sibth. Fl. graec.* t. 257. *C. floribus subsessilibus remotiusculis 5-fidis, stylo simplici, stigmate bilobo. Marsch. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc.* I. p. 116. *C. orientalis viticulis crassissimis, convolvuli fructu. Tournef. Cor.* p. 45. (fide *Herb. Tournef.*) *Buxb. C.* I. p. 15. t. 23.

Facies CUSCUTAE americanae, at omnia duplo majora. Calycis lacinae ovatae, nitidae. Cor. calyce duplo longior, superne angustata, persistens, dentibus lanceolatis. Stylus longitudine corollae crassior et brevior quam in reliquis, persistens; stigma crassum, subglobosum. Pericarpium magnitudine piperis, mucronatum stylo et stigmate persistente. Semina 4 compressa subreniformia. *Vahl*. In Oriente in *TAMARICE gallica*, inter *Smyrnam* et *Bursam* et in *Caucaso*. ☉.

Obs. *C. lupuliformem* *Krock.*; licet sine dubio junctam a clo. *Willdenow* cum *monogyna* („*C. lupuliformis* *Krock.* est sine dubio eadem planta, flores secundum iconem datam sunt pedunculati et in fructu est stylus unicus persistens.“ *Willd.*) specie esse separandam, capsulas vulgo dispermas abortu esse monospermas, rarius 3-4-spermas, *M. a Bieberst.* l. c.

10. *C. lupuliformis* *Krock.*; caule parasitico, volubili lupuliformi aspero punctato, floribus racemosis non conglomeratis aut pedunculatis. *Krock. Siles. n.* 251. t. 36. *C. monogyna* *Pohl tent. Fl. boëm.* p. 156. *Schult. ostr. Fl.* 2. ed. n. 726.

In *Bohemia*, *Silesia*. ☉.

Obs. Confer *Obs.* ad *monogynam*. Nos nunquam vidimus. An hujus fors loci: *C. scandens* *Brot.*, trunco aphylo filiformi scandente, glomerulis paucifloris pedunculatis *Brot. Fl. lusit.* p. 208. n. 2, quam tantum siccam vidit cl. auctor in umbrosis humidis alte *Lupulos* scandentem prope *Ponte Agoa de Mayas* et *Conimbricam*?

11. *C. chinensis* *Lam.*; floribus paniculatis 5-fidis; calyce anguloso longitudine corollae. *Lam. Enc.* II. p. 229. *Willd. Spec.* I. p. 704.

Caulis albido-virescens s. flavescens parum crassior *C. europaea*. Flores non in glomerulis simplicibus capitati, sed in fasciculis

laxis, paucifloris. Pedunculi breves ramosi, paniculam irregularem formantes. Flores albi. Cal. fere longitudine corollae ejusdem coloris, laciniis rectis, externe angulatis. Cor. ovalis fere globosa, ore contracta, laciniis 5 corniculatis. Stam. 5 parva. Germen globosum. Styli 2 brevissimi, torti. Stigmata subcapitata. *In China.* ©. *Lam.*

12. *C. reflexa Roxb.*; racemis numerosis, corollâ quinquepartitâ (pentandrâ) laciniis reflexis. *Roxb. Coromand. II. p. 2. t. 104.* *Pers. Syn. I. p. 290.* *Poi- ret Enc. meth. Suppl. II. p. 422.*

Parasitica. Caules s. rami filiformes, succulenti volubiles, ramossissimi, aphylli, glabri, flavi. Flores albi, breviter pedunculati. Calyx 5-phyllus foliolis cordatis, persistentibus. Corollae tubus cylindricus. Nectarium: squamae 5 barbatae, germen cingentes, basi tubi insertae. Filamenta 5, brevissima. Antherae ovales, dimidia extra corollae tubum. Stylus vix ullus. Stigmata 2 magna, carnosae, expansae, acuminatae. Capsula baccata, generis. a frigore non laeditur. *Roxb. Hab. in Coromandel. Sitama- ponynvoloa Telingarum.*

13. *C. australis R. Brown*; digyna, stigmatibus capitatis, squamis epipetalis fimbriato-laceris infra filamenta late subulata desinentibus, calycis profunde quinquefidi laciniis laevibus. *R. Brown Prodr. I. p. 491.* *Poi- ret Enc. meth. Suppl. II. p. 422.*

Ad portum Jackson et littora nov. Holland. intra tropicum.

14. *C. carinata R. Brown*; digyna, stigmatibus capitatis, squamis epipetalis fimbriato-laceris bases filamentorum subulato-filiformium superantibus, calycis quinquefidi laciniis carinatis subrugosis. *R. Brown l. c.* GRAMMICA *aphylla L.orr. Fl. Cochinch. 171. ed. Willd. I. p. 212. (fide specim. in herb. Banks.)*

Caulis linearis tenuissimus, albissimus, intricato-volubilis, multiplex. Corolla campanulata, 5-fida, laciniis rotundatis, baccaeque magnitudine pisi uniloculares 4-spemae, 4-lobae, albae. *In Cochinchina et ad littora Novae Hollandiae intra tropicum.*

15. *C. hvalina Roth*; pedunculis trifloris, floribus pedicellatis, corollis hyalinis calyce majoribus; laciniis lanceolatis. *Roth nov. pl. Spec. MS.*

Fila capillaria, volubilia et parasitica. Corolla quadrifida, calyce dimidio major. Stamina squamis imposita, ori corollae affixis, cum ejusdem laciniis alternantibus. Capsula tetrasperma, bilocularis. *H. in India orientali. B. Heyne.*

16. *C. umbellata Humb. et Bonpl.*; umbellis pedunculatis, (sex-) octofloris; laciniis calycinis acutis; corollis campanulatis; laciniis acutis, (sub-) reflexis; squamis laci-

niato-fimbriatis; genitalibus exsertis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 95. n. 1.*

Planta inodora. Caulis parasiticus, in plantis humifusis volubilis, capillaceus, teres, glaber. Flores longe pedicellati, magnitudine seminis Sinapis; pedicellis glabris, flore duplo triplo longioribus. Calyx 5-partitus, glaber; laciniis ovatis, erectis, corollâ paulo brevioribus. Corolla alba; limbo 5-fido; Squamae 5 infra basin staminum, obovatae, tenuissimae. Stamina 5, fauci corollae inserta, cum ejus laciniis alternantia. Filamenta linearia, glabra. Antherae oblongae, erectae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Styli 2, capillacei, glabri, patentes, exserti. *In Nova Hispania, inter Queretano et Salamanca. ☉.*

17. *C. obtusiflora Humb. et Bonpl.;* glomerulis sessilibus; laciniis calycinis obtusis; corollis campanulatis; laciniis obtusis; squamis laciniato-fimbriatis; genitalibus vix inclusis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 96. n. 2.*

Planta inodora. Caulis parasiticus, volubilis, filiformis, teres, glaber, aurantiacus. Glomeruli multiflori, sessiles. Flores brevissime pedicellati, magnitudine CUSCUTAE europaeae. Calyx campanulatus, 5-partitus, glaber; laciniis ovatis, erectis, corollâ paulo brevioribus. Corolla 5-fida; laciniis ovatis, obtusiusculis, erectis. Stamina 5, corollam aequantia. Antherae ovatae. Styli 2, erecti, glabri, longitudine staminum. Capsula subglobosa, stylis persistentibus coronata, glabra, calyce et corolla persistente usque ad medium cincta; loculis mono- aut dispermis. Semina subrotundo-angulata, scabriuscula, fusca. *In Peruviae Andibus. ☉.*

18. *C. graveolens Humb. et Bonpl.;* glomerulis sessilibus; laciniis calycinis obtusis; corollis globosis, laciniis obtusis, patentibus; squamis fimbriatis; genitalibus exsertis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p. 96. n. 3.*

Planta venenosa, graveolens. Caulis parasiticus, filiformis, volubilis, teres, glaber, floribus breviter pedicellatis, magnitudine CUSCUTAE europaeae. Calyx 5-fidus, glaber; laciniis oblongis, corollâ paulo brevioribus. Corolla glabra; fauce contracta; limbo 5-fido; laciniis oblongis obtusiusculis, patentibus. Squamae 5. Stamina 5, exserta. Styli 2, exserti. Capsula corolla inclusa, monosperma. Semen subglobosum, scabriusculum, fuscum. Proxima CUSCUTAE americanae (herb. Juss.) *In pratis prope Camana. ☉.*

19. *C. foetida Humb. et Bonpl.;* glomerulis sessilibus; laciniis calycinis acuminatis; corollis subglobosis; laciniis acutis, reflexis; squamis ciliatis; genitalibus exsertis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p.*

96. n. 4. *C. corollis* 5-fidis tubuloso-campanulatis, limbo revoluta, floribus capitatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Caulis parasiticus in *Berberide* et *Barnadesia*, volubilis, filiformis, teres, glaber, aurantiacus. Glomeruli globosi, magnitudine *Cerasi*; Flores sessiles foetidissimi. Calyx campanulatus, laxus, 5-fidus, glaber, laciniis ovatis, acuminatis, hyalinis erectis, corollâ duplo brevioribus. Corolla subgloboso-campanulata, alba, glabra; limbo 5-fido; laciniis ovatis. Squamae ad basin filamentorum 5, ovatae. Stamina 5, exserta. Antherae ovatae, polline croceo. Ovarium subglobosum, glabrum. Styli 2, erecti, exserti. Fructus? *Prope Chillo Quitensium*, alt. 1350. hex. ☉.

20. *C. grandiflora* *Humb. et Bonpl.*; pedunculis subtrifloris; subcongestis; laciniis calycinis obtusis; corollis rotato-campanulatis; laciniis obtusi(usculi)s; squamis nullis; genitalibus inclusis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III, p. 97 n. 7. t. 213. Rel. Willd. MS.*

Caulis parasiticus in SPERMACOCI, volubilis, filiformis, teres, glaber. Pedunculi bi- aut triflori, solitarii aut fasciculati. Flores pedicellati glabri, 2 lin. Bractee ovatae, acutae, pedicello breviores. Calyx campanulatus, glaber, 5-fidus; laciniis ovatis, aequalibus, patulis, corollâ dimidio brevioribus. Corolla alba, glabra; limbo 5-fido; laciniis ovatis, subdenticulatis, subaequalibus, patentibus. Stamina 5, fauci corollae inserta cum laciniis alternantia iisque dimidio breviora. Filamenta subulata, glabra. Antherae ovatae, obtusae, erectae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Ovarium obcordatum, apice scabriusculum. Styli 2, breves, divaricati, glabri. Stigmata capitata. Capsula globosa, scabra, calyce et corollâ persistente tecta eamque subaequans, stylis coronata, bilocularis, loculis dispermis. Semina sublenticularia, scabriuscula, fusca, basi loculi affixa. *Prope Santa Fe de Bogota*, alt. 1370. hex. ☉.

21. *C. fusiformis* *Willd.*; pedunculis uni-trifloris, corollis quadrifidis, unâ minutissimâ remotâ. *Reliqu. Willd. MS.*

In Prom. b. Spei. ad STAAVIAM radiatam.

22. *C. cymosa* *Willd.*; corollis quinquefidis, floribus cymosis, cymis bifidis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Amer. merid. Humb. et Bonpl. An umbellata?

23. *C. Gronovii* *Willd.*; pentandra; stigmatibus capitatis, floribus paniculatis. *Gronov. Virg. 18. Reliqu. Willd.*

In Virginia.

1120. C R E S S A.

1. * *C. cretica*; foliis ovatis sessilibus basi obtusis, ca-

lycibus subsericeis, caule saepe diffuso. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl. I. p. 490. (ad CRESS. australem)* *C. cretica* corollis imberbibus, capsulis monospermis. *Retz Obs. IV. p. 24. Willd. Spec. I. p. 1320. n. 1. Decand. Fl. fr. n. 2753. Sibthorp Fl. graec. t. 255. C. humifusa Lam. Enc. meth. Fl. fr. II. p. 268. Linn. Amoen. acad. I. p. 135. ANTHYLLIS Alp. Cent. 15, t. 156. Plukn. Alm. 236. t. 43. f. 6. β. CRESSA indica, corollarum apicibus barbatis, capsulis tetraspermis. Retz l. c. Willd. l. c. n. 2.*

Caulis gracilis, duriusculus, basi lignescens, pollice uno alterove supra basin divisus in ramos plures graciles ramulosos hirsutos diffusos, 5-6 poll. Folia alterna sessilia ovata acuta, hirsuta, albida, parva. Flores parvi terminales, capitati. Calycis lacinae ovatae, longitudine corollae flavicantis. β. Adeo similis creticae ut ovum ovo, sed differt: corollis niveis extus pilosis, praesertim ad apices laciniarum, capsulis tetraspermis. *Retz. l. c. CR. creticam ab indica haud differre. R. Brown. l. c. In Galliae Provincialis, Italiae, Cretae, Indiae salsis. ☉; cum? vero Sibthorp.*

2. *C. australis R. Brown; foliis lanceolato-ellipticis subsessilibus, caule erecto. R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl. I. p. 490.*

CR. cretica Linn. distinguitur; foliis ovatis sessilibus basi obtusis, calycibus subsericeis, caule saepe diffuso, in utraque corolla extus plus minus barbata. *In Nova Hollandia tropica,*

3. *C. truxillensis Humb. et Bonpl.; caulibus elongatis procumbentibus, foliis sessilibus oblongis obtusiusculis. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III p. 93.*

Ramosa, cano-sericea; caules ramique teretes graciles sparsi approximati. Folia sparsa approximata basi acuta integerrima crassiuscula utrinque sericeo-pubescentia et canescentia, 2-3 lin., 1-1 1/2 lin. lata. Flores axillares solitarii pedunculati folia vix superantes, magnitudine ANAGALLIDIS arvensis. Pedunculi 1-2 lin. longi, sericeo-pubescentes. Cal. basi bibracteatus, externae sericeo-pubescentis, canescentis, laciniis obovato-ellipticis obtusis suboncavis integerrimis aequalibus subcoriaceis marginibus incumbentibus. Bracteis oppositis lanceolatis obtusis sericeo-pubescentibus, calyce brevioribus. Cor. alba, tubo calycem vix aequante, laciniis ovatis acutis. Germen pilosum. Styli glabri. Caps. subglobosa, 4-sperma, calyce persistente obtecta (ex *Bonpl.*) Proxima CRESSAE indicae *Retz et creticae. In arenosis salsis Oceani pacifici prope Traxillo Peruvianorum. 4.*

Dubiae:

4. *C. arabica Forsk.; foliis ovato-oblongis sessilibus*

villosis, caule fruticoso. *Forsk. Aegypt. 54. n. 81. Lam. Enc. meth. II. p. 181.*

Caulis fruticulosus diffusus glaber teres crassitie fili, spithamaeus. Folia alterna, semiunguem remota obtusa cum macronulo plana patentia $1\frac{1}{2}$ poll. Pedunculi axillares solitarii uniflori, longitudine folii. Cal. viridis ovato-lanceolatus erectus corollae triplo brevior. Cor. monopetala, campanulata, limbo 5-dentato explanata $1\frac{1}{2}$ poll. in diametro. Stamina erecta, corollae fundo inserta. Germen oblongum. Styli 2 filiformes divergentis albi, stigmata capitata. Fructus? *Forsk. In montosis ad Taes.*

5. *C. multiflora Willd.*; corollis barbatis, capsulis tetraspermis, foliis oblongis utrinque incanis, floribus subspicatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Amer. merid. Humb. et Bonpl.

6. *C. sericea Willd.*; foliis lanceolatis acutis incanis, subtus sericeis, pedunculis unifloris axillaribus. *Reliqu. Willd. MS.*

In Americ. merid. Humb. et Bonpl.

7. *C. arenaria Willd.*; caule ramosissimo paniculato, foliis ovato-ellipticis hirsutis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Americ. merid. Humb. et Bonpl.

1121. D I C H O N D R A.

1. *D. repens Forst.*; pubescens, foliis reniformibus retusis emarginatisve. *R. Brown Prodr. I. p. 491. Forst. Prodr. n. 134. (fide specim. e nova Zeelandia.) Willd. Spec. I. p. 1353. Smith Icones inedit. I. p. 8. t. 8.*

D. repens α , fol. reniformibus emarginatis subtus pubescentibus. *Poir. Enc. meth. Suppl. II. p. 470.*

SIPHTORPIA evolvulacea Linn. Suppl. 288. Syst. Veg. ed. Murr. Pers. p. 609. STERIPHA reniformis. Gaertn. t. 94.

α . *D. sericea*, foliis reniformibus retusis subtus sericeis. *Swartz Flor. ind. occid. I. p. 556. Icon. t. 10. Willd. Spec. I. p. 1353. Enum. H. Berol. I. p. 297. D. repens* δ , *sericea Poir. Enc. meth. Suppl. II. p. 470. β .*

D. repens, fol. renif. emarginatis subtus nervosis sericeis. *Fl. peruv. III. p. 23. D. repens* γ , *peruviana. Poir. Enc. meth. Suppl. II. p. 471.*

α . *seeundum specimina Jamaicensia differt solummodo foliis subtus magis sericeis, quae in planta novae Hollandiae saepe subsericea. β . seeundum exemplar a clo. Dombey vix specie diversa, folia tamen majora et pedunculos breviores habet.*

R. Brown. Planta facie FALKIAE s. minoris Convolvuli, sed floribus Sibthorpiæ, licet flores fere visum fugiant. Caules her-

bacei prostrati repentes teretes. Folia alterna petiolata reniformia emarginata integerrima subtus subtomentosa. Petioli folio fere longiores. Flores axillares, figurâ et magnitudine SIBTHORPIAE europaeae. In Nova Zeelandia, α in Jamaica, insula Mauritiï, Peru; β . in Peru.

Obs. Kunth in Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. III. p. 94. n. 1. ad suam DICH. repentem fol. reniformibus supra glabris subtus pubescentibus, calyce corollam parum superante, D. repentem Fl. peruv. 3. p. 22. auctoritate Herbar. Hort. Parisin sine dubio ducit; D. vero repentem Forst. et Linn. nonnisi cum? sub quo etiam SIBTHORPIA evolulacea Linn. Suppl. 288. huc ducitur. DICHONDRA sericea, fol. reniformibus retusis, supra glabris aut pubescentibus, subtus sericeis, calyce corollam parum superante, Humb. et Bonpl. l. c. n. 2., quae eadem cum planta Swartzii Fl. ind. occ. I. p. 556. diversa illi species, nonnisi foliis minoribus, subtus canescenti-sericeis distincta. Interea tamen aliae inter utramque differentiae ex descriptione: In utraque quidem caules procumbentes, repentes filiformes laeves, in repente H. et B. glabri, juniores sericeo-pubescentes; in sericea pubescentes. In utraque folia alterna gemina longissime petiolata interdum apice retusa integerrima reticulato 7-9-nervia nervis subtus prominulis; in illa vero 9-12 lin., in hac 5-10 lin. lata. In utraque petioli filiformes; in illa $3\frac{1}{4}$ - $2\frac{1}{2}$ poll. longi, adpresso-pubescentes, in hac pubescenti-sericei, 1-2 poll. Utrique flores axillares; in illa solitarii pedunculis $1\frac{1}{3}$ - $1\frac{1}{2}$ poll., fructiferis apice recurvatis, in hac pedunculis 6-9 lin., cernuis. Cal. Cor. et pistillum utrique, praeter characteres datos, eadem: Cal. subtrabinatus, externe argenteo sericeus, persistens, laciniis ovato-oblongis obtusis aequalibus patulis. Cor. glabra, laciniis oblongis obtusiusculis aequalibus patulis. Stamina fauci inserta, cum laciniis alternantia, iisque duplo breviora. Antherae polline roseo in repente. Utrique capsulae 2 inferne connatae membranaceae subglobosae monospermae. In sericea semen subglobosum laeve fuscum glabrum. D. repens H. et B. in temperatis humidis prope Quito; sericea prope S. Fe de Bogota. Specimina culta in H. r. Berolin. tenuiora, supra pubescentia, subtus argenteo-sericea. Swartz. l. c. sericeam suam certe diversam esse a repente foliis subtus argenteo-sericeis, culturâ etiam nitidioribus.

2. D. carolinensis Mich.; foliis abque emarginaturâ reniformibus concoloribus, calycibus villosoclausis. Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 136. Parsh Fl. Sept. Amer. I. p. 187. D. caroliniana, foliis reniformibus integerrimis subretusis, subtus pubescentibus. Reliqua Willd. MS. D. repens β . Poirer Enc. meth. Suppl. II. p. 470. ANONYMOS repens Walt. Fl. Carol. I. p. 110. DEMIDOEIA repens Gmel. Syst. Veg. p. 458.

Parva, repens, floribus herbaceis parvis. In arenosis ad vias circa Charlestown in Carolina meridionali. 4.

3. D. argentea Willd.; foliis late reniformibus basi cuneatis apice retusis utrinque argenteo-sericeis, corollâ calycem superante. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. dig.

Kunth III. p. 95. n. 3.

Willd. Hort. Berol. II. t.

81. Enum. I. p. 297.

Caulis subsimplices repentes argentei sericeo-lanati. Folia 2-5, fasciculato-congesta, fasciculis approximatis; ad apicem caulis remota, longe petiolata, reticulato-5-nervia, 5-6 lin. lata. Petioli 4-9 lin. longi. Flores 1-2 ex singulo fasciculo foliorum. Pedunculi 3-4 lin. longi, argenteo-sericei, recurvati, praesertim fructiferi. Cal. turbinatus, argenteo-sericeus, laciniis elliptico-oblongis obtusis subaequalibus patulis. Cor. alba, externe pubescens, calycem duplo superans, laciniis oblongis, obtusis, aequalibus, planis, patentibus. Germina sericea. Styli glabri, stamina subaequantes. Capsula (2 connatae) subglobosa, emarginato-biloba, magnitudine pisi minoris, calyce cincta, bilocularis, loculis 1-2-spermis. Semina subrotundo-elliptica, hinc convexa, inde angulata, fusca, glabra. In Nova Hispania prope Guanaxuato et Zelaya; in regno novo Granatensi prope Honda. 4.

Dubiae:

4. *D. repanda* Willd.; foliis reniformibus repandis villosis. Reliqu. Willd. MS.

In America merid. 4. Hamb. et Bonpl.

5. *D. cymbalariaefolia* Willd.; foliis reniformibus septemlobis subtus pubescentibus. Reliqu. Willd. MS.

Habitat?

1122. FALKIA.

F. repens Linn. Suppl. 211. Thunb. Diss. nov. pl. gen. I. p. 17. Willd. Spec. II. p. 248. CONVULVUS *Falkia* fol. cordatis excisis caule sarmentoso. Thunb. Prodr. I. p. 35. Fl. Cap. II. p. 15. Andrews Repos. I. 257.

Caulis frutescens teres fusco-cinereus glaber decumbens radicans flexuosus. Rami alterni filiformes erecti vix pollicares. Folia sparsa petiolata cordato-spathulata obtusa integra glabra unguicularia. Petioli filiformes longitudine ramorum. Flores pedunculati, pedunculis vix foliis longiores. Stam. 5-6. Thunb. Prope urbem Hap in collibus extra moenibus prope Swarte Valley, juxta Valsrivier et alibi. h.

Obs. CONVULV. *Falkia* Jacq. est longe alia planta, nam in FALKIA repente folia sunt integerrima basi excisa. Willd. l. c.

1123. ROCHEFORTIA.

1. *R. cuneata* Swartz; foliis cuneiformibus obovatis integris. Swartz Fl. ind. occid. I. p. 552. Icon. t. X. Willd. Spec. I. p. 1323.

Syst. Vegetabil. Vol. VI.

Frutex 3-4 ped.; caule ramoso erecto inermi; ramis subdivisis flexuosis teretibus spinosis laeviusculis, cortice cinereo; spinis, prope exitum petiolorum, solitariis porrectis, petiolis 3-plo brevioribus. Folia fasciculata, l. 3, rarius plura alternatim conferta petiolata cuneata subinde apice emarginata utrinque glabra obscure nitentia fusco-viridia subtus pallidiora leviter nervosa rigidiuscula. Petioli breves. Pedunculi plerumque terminales axillares subdichotomi conferti cymosi foliis breviores. Flores parvi virescentes s. albidi. Calyx 1-phyllus 5-partitus, laciniis ovatis obtusis erectis pubescentibus. Corolla tubulata; tubo brevi 5-gono; limbo 5-partito; laciniis ovatis oblongis patentibus. Filamenta ad sinus faucis corollae. Styli 2, filamentis breviores, subulati. Stigmata villosa subplumosa. Semina angulata. *Swartz.* In *Jamaicae saxosis aridis montosis.* h.

2. *R. ovata Swartz;* foliis ovatis emarginatis. *Swartz* l. c. p. 554. *Willd. Spec.* l. p. 1328.

Arbuscula ramis teretibus glabris. Folia integra villosiuscula pollicaria. Pedunculi foliis quinquies breviores, multiflori, floribus geminatis. Cal. laciniis ovatis, 1 1/2 lin. margine villosis, erectis incumbentibus. Corollae tubus campanulatus apertus, longitudine calycis, paulo brevior limbi laciniis oblongis. Filamenta laciniis breviora. Stigmata acuta. *Swartz.* In *Jamaicae fruticetis lapidosis.* h.

3. *R. brasiliensis Hoffmannsegg;* corymbis racemosis, foliis ovatis acuminatis coriaceis remote subsekratis. *Reliqu. Willd. MS.*

In *Brasilia.* h. Comes a *Hoffmannsegge.*

1124. PHYLLOMOMA.

P. ruscifolia Willd.

Folia lanceolata utrinque acuta, pedunculi subtriflori minuti, e costa media folii versus apicem. *Circa Popayan.* h. *Hamb. et Bonpl.*

1125. COPROSMA.

1. * *C. lucida;* pedunculis compositis. *Linn. Suppl.* 178. *Forst. Prodr.* n. 138. *Willd. Spec.* l. p. 1001.

Folia opposita petiolata ovata utrinque acuminata integerrima. Stipula interfoliacea solitaria combinans folia acuta. Pedunculi axillares solitarii oppositi diphylli, divisi in pedunculos terminatos floribus capitatis. Cal. et Cor. viridescentes. Pistilla longissima extra florem. Similis *PHYLLIDI*, glaberrima. *Linn.* In *Nova Zeelandia.* h.

2. * *C. foetidissima;* floribus solitariis. *Linn. Suppl.*

178. *Forst. Prodr. n. 138.* *Willd. Spec. IV. p. 1001.*

Intensissime foetens. *Linn.* *In Nova Zeelandia.*

3. *C. hirtella Labill.*; floribus capitulis omnibus hermaphroditis, staminibus inclusis. *Labill. nov. Holl. t. 95.*

Arbuscula ramosissima, 8-ped., ramis glabris, teretibus. Folia petiolata opposita ovato-lanceolata, utrinque acuta, quaedam subspathulata, basi stipulâ semicirculari, acuminatâ. Capitula axillaria et terminalia, basi bracteis 2, subinde 2 aliis in pedunculo. Cal. 4-7-dentatus; Cor. subcampanulata, limbo plano, laciniis 4-7. Stam. 4-7, basi tubi corollae inserta, filamentis brevissimis; antherae oblongae acuminatae, biloculares, inclusae. Germen obovatum, calyci adhærens. Styli longissimi, hirsutissimi, raro 3. Bacca ovato-oblonga, apice limbo calycis umbilicata, rubella, pulposa, 2-locularis. Semen in loculo singulo hinc planum, embryo perispermio carnosio, radícula subincurva; cotyledones ellipticae; foliaceae. *Labill. In Promontorio van Diemen.*

1126. A G L A I A.

A. odorata Lour.; foliis 5-phyllis; floribus racemosis. *Lour. Fl. Cochinch. I. p. 216.* Camunium sinense, seu *Tsjulang Rumph Amb. VII. p. 28. t. 18. f. 1. Id. Cap. 43.*

Arbor 8-pedalis, ligno flavescente duro, cortice tenui fusco; ramis patentibus, comâ densissimâ. Folia pinnata 3-5-nata, foliolis ovalibus basi attenuatis integerrimis glabris nitidis; petiolis brevibus. Flos luteus minutissimus globosus odoratus; racemis oblongis axillaribus. Bacca parva rubra. *Lour. In Cochinchina et China. b.*

Obv. Suspicor ejusdem generis esse *BUMALDAM trifoliam Thunb. Jap. p. 8. et p. 114.*, cujus pericarpium maturum cl. vir fatetur non vidisse *Lour. l. c.* *BUMALDA* in multis differre ab hac descriptione generica monet *Willdenow. l. c.* Affinis *MURRAYAE*.

1127. P A N A X.

A. Herbaceae:

1. * *P. quinquefolia*; foliis ternis, foliolis quinis petiolatis, pedunculo petiolis brevior, radice fusiformi. *Sims bot. Mag. t. 1333.* *Linn. Spec. 1512.* *Lam. Enc. meth. III. p. 713.* *Michaux Fl. bor. Amer. II. p. 256.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 191.* *P. foliis ternis quinatis, foliolis ovatis acuminatis serratis Willd. Spec. IV. p. 1124.* *Woodw. Med. Bot. 270. t. 99.* *Catesb. Carol. app. t. 16.* *Breyn Prodr. pl. II. p. 35. t. ad p. 52.* *Trew Ehret. t. 6. f. 1.*

Semina producunt folium ternatum absque cotyledonibus, uti mo-

nocotyledones. *Linn.* Rad. crassitie digiti, 2-3 poll., ut plurimum hieruris, extus rufescens, intus flavicans. Caulis pedalis, glaber, foliis terminalibus 5, e quorum centro umbella simplex, floribus parvis herbaceis. Baccae rubrae. *Lam.* In *Tartariae et Chinae borealis sylvaticis montosis ad rivulos, in America boreali a Canada ad Virginiam.* 4.

2. * *P. trifolia*; foliis ternis, foliolis subsessilibus, pedunculo petiolis longiore, radice rotundâ. *P. pusilla* *Sims bot. Mag. t. 1554.* *P. trifolium* caule herbaceo, foliis ternis ternatis quinatisve, foliolis oblongo-lanceolatis serratis. *Willd. Spec. IV. p. 1124.* *Linn. Spec. 1512.* *Mich. Fl. bor. Amer. II. p. 256.* *Parsh Fl. Sept. Amer. I. p. 191.* *Gron. Virg. 35. ed. 2. 163.* a. foliolis quinatis basi angustatis. *Vaill. Serm. 43. Rai. Hist. III. p. 658. Trew Ehret. t. 6. f. 2.* *β. (trifolia) foliolis ternatis basi rotundatis. Vaill. l. c. Plukn. Mant. 135. t. 435. f. 7.*

P. quinquefoliae maxime affinis et forte varietas s. mas ejusdem, sed longe minor *Linn.* Rad. tuber rotundus, similis tuberi parvo *SOLANI taberosi.* Caulis erectus, 3 fere poll., apice divisus in petiolos tres, foliolis 3-5 lanceolatis serratis subsessilibus subtus lucidis; e centro petiolorum pedunculus erectus, longior iisdem, et fere longitudine foliorum. Umbella hemisphaerica coarctata, involuero polyphylo longitudine pedicellorum brevium. Petala alba. Stamina longitudine petalorum, saepe deficientia. Germen tricorne triloculare. Stigmata 3 obtusa. Saepe flores mere feminei. In *β* folia breviora, magis ovata, basi rotundata. In *Pensylvania, Marylandia, Novo-Eboraco, Virginia.* 4.

3. *P. simplex* *Forst.*; foliis alternis lanceolatis serratis, umbellis compositis. *Forst. Prodr. n. 399.* *Willd. Spec. IV. p. 1125.*

In *Nova Zeelandia.*

B. Fruticosae:

4. *P. aculeata* *Ait.*; foliis ternatis, summis juxta flores confertis simplicibus, petiolis ramulisque aculeatis, caule fruticoso. *Ait. Hews. III. p. 448.* *Willd. Spec. IV. p. 1125.* *Jacq. Collect. IV. p. 175. Ic. rar. t. 634.* *ZANTHOXYLUM trifoliatum* *Linn. Spec. pl. 1455.* *Lam. Enc. meth. II. p. 40. n. 5.*

Frutex 6 ped. ramosus, caulibus erectis, digitum crassis, teretibus cinereis punctato-scabriusculis. Aculei ad petiolos 1-3 ni, cinerei, patuli, in trunco parum superstites. Folia glabra, petiolis plus minus 1/2 poll., foliolis inermibus, brevissime petiolatis, lanceolatis vel subovatis, mucronate serrulatis obtusis cum mucrone. Umbellae simplices pedicellatae termina-

les erectae multiflorae, pedicellis propriis gracilibus, $1/2$ poll., purpureis, ut calyx ore. Cor. virens. Filamenta petalis acutis, revolutis longiora et antherae albae. Stigmata simplicia purpurascunt. In Hermaphrodito styli 2-5, subinde 1. *Jacq. In China.* h.

5. * *P. attenuata Swartz*; foliis ternatis quinatisve, foliolis ovatis attenuatis crenatis, caudice arborescente. *Swartz Prodr.* 54. *Fl. ind. occid.* II. p. 562. *Willd. Spec.* IV. p. 1125.

Maxime affinis *arborea*, ramis teretibus glabris. Petioli communes teretes glabri foliis longiores pedales basi vaginis semiamplexicaulibus intra petioli basin superne liberae acuminatae. Foliola breve petiolata lato-ovata apice longissime attenuata, margine crenulata, crenis remotis, plana, utrinque glaberrima subtus pallidiora rigidiuscula. Petiolelli 1-2 poll. laeves. Umbellae terminales 5-partitae compositae, pedunculo communi brevissimo, partialibus longissimis, racemorum adinstar, pedicellis numerosis subverticillatis s. sparsis, umbellulis 8-10 radiatis, pedicelli ultimi $1/2$ poll., uniflori. Involuerum universale vix ullum, sed foliola minuta, acuta, sub divisura pedicellorum, decidua. Partiale minutissimum 5-dentatum. Flores hermaphroditi omnes fertiles. Cal. urceolatus, dentibus 5 minutissimis. Petala ovata caduca. Filamenta 5 margine calycis inserta. Antherae lutae. Stylus crassiusculus longitudine staminum, bi-rarius-trifidus. Bacca? calyce coronata subrotunda compressa glabra. *Swartz. In Guadeloupe et St. Christoph.*

6. *P. arborea Forst.*; foliis quinatis obovatis serratodentatis, umbellis compositis. *Forst. Prodr.* p. 398. *Linn. Suppl.* p. 441. *Willd. Spec.* IV. p. 1126.

Folia petiolata digitata. Foliola 7, variae magnitudinis oblonga serrata glaberrima nitida. Umbella composita magna, radiis elongatis, non simplex ut in *P. quinquefolia*. *Linn. In Nova Zeelandia.* h.

7. *P. chrysophylla Vahl*; foliis septenis (novenisque), foliolis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis integerrimis undulatis subtus (aureo-) tomentosus, umbellis paniculatis. *Vahl Eclog. Amer.* I. p. 33. *Willd. Spec.* IV. p. 1126. *Jacq. P. Morotoni Aubl. Gujan.* II. p. 949, t. 360. *Jacq. randa. Barreri Aequin.*

Arbor excelsa, rami apice crassitie pollicis, uti folia subtus, petioli juniores, rami paniculae, calyces et petala extus, tecti tomento aureo subtilissimo. Folia petiolata alterna; foliola umbellata juniora 5-4-poll., lateralia sensim minora lanceolata, utrinque attenuata, praesertim extrorsum, acuta plana firma obscure venosa, subtus aureo-nitida ut in CHRYSOPHYLLO *Cainito*, supra glabra laevia, subtus versus marginem glaucescentia, margine subinaequali subrepanda, valde attenuata. Petioli

teretes; communes foliorum adultiorum pedales basi dilatati; partiales 5-poll. uti communes glabri, foliorum juniorum breviores. Panicula terminalis magna diffusa; rami duo infimi oppositi, reliqui, uti ramuli et pedunculi umbellarum, alterni, teretes. Bracteae concavae, ramorum infimae $1\frac{1}{2}$ poll. trifidae; lacinae laterales breviores lanceolatae, intermedia subulata elongata; ramorum insequentium ovatae acutae integrae. Umbellae pedunculatae, radii plerumque 8, rarius 9 ad 13, semiunguiculares patentissimi. Involucri squamula ad basin singuli radii minuta ovata. Flores parvi. Calyx margo superus brevissimus obscure 5-dentatus. Corolla 5-petala. Petala ovata acuta margine parum crassiora supra in medio lineam longitudinali elevata, apice patula. Nectarium margo brevissimus e margine nectarii. Antherae ovatae petalis dimidio breviores, dorso convexae intus curvatae, apice ope lentis mucrone brevi terminatae. Germen subrotundum basi compressiusculum. Styli 2, rarissime 3, lineares crassiusculi erecti conniventes longitudine antherarum persistentes. Stigma acutum. Bacca compressa, subrotunda, latior quam longa, basi vix cordata, umbilicata stylis 2 reflexis, plerumque 2-locularis rarissime 5-locularis triangularis. Semen 1 in singulo loculo axi adhaerens, compressum subsemiorbiculatum. Testa cartilaginea. *Vahl. In insulis S. Domingo, Trinidad, Cajenne, et in sylvis Gujanae. h.*

8. *P. speciosa Willd.*; foliis novenis, foliolis oblongis basi rotundatis apice acuminatis integerrimis subtus sericeo-tomentosis, umbellis paniculatis. *Willd. Spec. IV. p. 1126. Poiret Enc. meth. Suppl. III. p. 778. (sphalmate sub P. spinosa).*

Arbor altissima, cortice glabro albido. Folia ad apicem ramorum alterna longissime petiolata semipedalia margine integerrima vel leviter subrepanda venosa supra saturate viridia nitida, subtus aurea more *Chrysophylli*. Panicula conferta terminalis, pedunculis pedicellisque fusco-tomentosis. Calyx superus 5-dentatus persistens. Corolla 5-petala. Germen inferum compressum. Styli breves persistentes. Stigmata acuta. Bacca (magnitudine pisi) compressa rotunda disperma. Semina semi-orbiculata compressa. Accedit ad *P. chrysophyllum* sed diversa: foliolis oblongis basi rotundatis planis nec undulatis. *Willd. In Caracas in collibus sterilibus legit Bredemeyer. h. Prostat quoque in Herb. cli. Desfont.*

9. *P. fruticosa Linn.*; foliis supradecompositis dentato-ciliatis, caule fruticoso. *Linn. Spec. 1513. Willd. Spec. IV. p. 1127. Andrews Repository 595. Scutellaria tertia Rumph Amb. IV. p. 78. t. 33.*

Arbusculae folia bi-tripinnata, foliolis lanceolatis inaequalibus serrato-ciliatis laevibus. Pedunculus inordinate ramosus s. dichotomus brachiatus. Umbellulae subnudae. Baccae digynae, dispermae. Semina nonnihil compressa sulcata. *Linn. In insulis Ternate. h.*

10. *P. ? secunda*; foliis pinnatis, foliolis integerrimis, umbellis subpaniculatis. *Lam. Enc. meth.* III. p. 715.
SCUTELLARIA secunda Rumph Amb. IV. p. 76. t. 32.

Baccae rotundae, subcompressae, junipero parum majores, raro germinantes. *Clo. Lamarck* hujus videtur generis. *In Moluccis.*

HERMAS austral. *Spreng. Prodr.* est, monente *clo. auctore*, nova PANAX.

Quid: PANAX *crenatum* et *simplicifolium* *Dietr. Gart. Lex.* VI. p. 633?

1128. VELEZIA.

* *V. rigida Willd. Spec.* I. p. 1329. *Desfont.*
Atl. I. p. 221. *Decand. Fl. fr. n.* 4372. *Poiret*
Enc. meth. VIII. p. 443. *Boccone Mus.* II. p. 50.
t. 43. *Barrel.* 665. *t.* 1017. 1018. *Buxb. Cent.*
 II. *t.* 47.

Caulis ramosissimus 3-6 poll. foliis subulatis. Calyces sessiles, cylindrici angustissimi. Petalorum limbus minimus, basi notatus lunulâ purpurea ut in *Caryophyllaeis*. Stamina saepe 6, sed naturalis status 5, ut posteriores observationes demonstrant. *Linn. Cor. rosea.* *In Europa australi et boreali Africa.* ☉.

1129. BUMALDA.

B. trifolia Thunb. jap. 114. *Willd. Spec.* I. p. 1354.

Frutex omnibus partibus glaber ramis densis teretibus, obsolete angulatis, geniculatis, purpureis. Ramuli oppositi filiformes ramis similes, patentissimi foliosi. Folia opposita petiolata ternata, foliolis ovato-acuminatis tenuissime serratis subtus pallidis brevissime petiolatis unguicularibus. Petioli capillares patentissimi vel reflexi. Racemi terminales, pedunculis capillaribus. *Thunb. In Japoniae montibus Fakoniae.* h.

1130. HEUCHERA.

1. *H. americana*; viscido-pubescens; scapo foliisque asperiusculis, foliis modice rotundato-lobatis dentatis: dentibus dilatatis obtusis mucronatis, pedunculis paniculae tres (ter?) dichotomis divaricatis, calycibus brevibus obtusis, petalis lanceolatis longitudine calycis, staminibus longe exsertis. *H. Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 187. sub *H. viscida.* *Schkuhr Handb.*
americana. *Willd. Spec.* I. p. 1328. *H. Cortusa Mich.*
t. 58. *Kniphof. C. V. n.* 42.

Fl. bor. Amer. I. p. 171.
β. foliis glabriusculis.

Plukn. Alm. t. 58. f. 3.

„Panicula confertiuscula; petala purpurascens.“ *Mich. In locis umbrosis a Nova Anglia ad Carolinam, regionis illinoënsis. 4.*

2. *H. pubescens Pursh*; pulverulento-pubescens; scapo inferne foliisque subtus glabris, foliis subacuto lobatis dentatis: dentibus rotundatis mucronatis, pedunculis paniculae brevibus confertifloris, calycibus campanulatis majoribus, petalis spathulatis calyce longioribus, staminibus vix exsertis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 187.*

Flôres caeteris majores. Petala pallide rubra, luteo-variegata. *In Blue-mountains Pensylvanicae et Virginiae. 4.*

3. *H. hispida Pursh*; hispida, scabra; scapo, petiolis, foliisque subtus glabris, foliis acute lobatis, supra hispido-pilosis dentatis: dentibus brevissimis subretusis mucronatis, pedunculis paniculae paucifloris, calycibus mediocribus subacutis, petalis spathulatis longitudine calycis, staminibus exsertis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 188.*

Petala purpurea? *In montibus altis Virginiae et Carolinae. 4.*

4. *H. villosa Mich.* villosissima, foliis acute lobatis (dentatis), fasciculis paniculae capillaribus laxifloris, petalis albis calycibus parvis, staminibus exsertis. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 172. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 188.*

Americanâ minor et gracilior, petiolis imoque scapo villosissimis, non viscidis; foliis profundius lobatis, lobis acutangulis, floribus pusillis. In montibus altioribus Carolinae borealis.

5. *H. caulescens Pursh*; basi suffruticosâ; scapo basi petiolisque pilosis, foliis supra glabris subtus ad nervos pilosis acute-lobatis ciliatis dentatis; dentibus acutis mucronatis, calycibus brevibus villosis, petalis linearibus calyce duplo longioribus, staminibus exsertis. *Pursh Fl. Sept. Am. I. p. 188.*

Petala alba. *In altis montibus Carolinae.*

Obs. Extant in Herbario ill. A. B. Lambert HEUCHERAE specimina a Dno. Pallas in Kamtschatha lecta, quae cum hac caulescente eadem videntur species. *Pursh.*

6. *H. glabra Willd.*; foliis cordatis quinquelobis acute inaequaliter dentatis, caule pedunculisque glabris, panicula simplici. *Reliqu. Willd. MS.*

In Americae borealis plagis occidentalibus. Pall. 4.

1131. C U S S O N I A.

1. * *C. thyrsiflora*; foliis digitatis, foliis (potius foliolis) sessilibus cuneiformibus truncatis tridentatis; floribus racemosis. *Linn. Suppl.* 182. *Willd. Spec.* I. p. 1355.

C. *) foliis quinatis; foliolis simplicibus ternatisque cuneatis apice dentatis. *Thunb. Nov. gen. pl.* 1. p. 11. *Act. nov. Upsal.* II. p. 212. t. 12. *Prodr.* p. 49. *Fl. Cap.* II. p. 181.

C. foliis quinatis, foliolis indivisis obovatis, apice dentatis, floribus racemosis. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 297.

Caulis frutescens inferne scaber inaequalis simplex, crassitie digiti, superne simplicissimus. Folia in summitate caulis approximata alterna petiolata quinata. Foliola inaequalia vix emarginata apice 3-, raro 5-dentata, dentibus remotis obtusis parvis, consistentia Menyanthis. Petioli longi. Stipulae interfoliaceae. Racemi terminales umbellati. Radii 4 simplicissimi infra nudi, apice floribus racemosis, racemo cylindrico. Varietas hujus est foliolis articulatis, articulo infimo apice in lobos minores dilatato, unde foliola quasi prolifera. *Linn.* Tota planta omnino glabra. Caulis succulentus erectus orgyalis. Folia erecta. Foliola obovata obtusissima, saepe retusa, apice dentibus aliquot notata, saepius simplicia, rarius ternata; pinnis lateralibus minutis decurrentibus; subcoriacea, pollicem lata, digitalia et ultra. Petioli teretes striato-angulati erecti semispithamaei. Racemi oblongi obtusi digitales. Pedunculi umbellati 3 vel plures, striati, digitales. Pedicelli sparsi, patentés, semiunguiculares. *Thunb.* *In Prom. b. Spei, in littore Hout-bay, in proclivis Taffelberg, prope Zeckorivier alibique.* h.

2. * *C. spicata*; foliis digitatis, foliolis petiolellatis pathulatis, ligula 3 s. 5-palmata argute serrata; floribus spicatis. *Linn. Suppl.* 182. *Willd. Spec.* I. p. 1355. *C.*

foliis septenis, foliolis simplicibus ternatisque, lanceolatis, apice serratis. *Thunb. nov. gen. pl.* 1. p. 11. *Act. nov. Upsal.* III. p. 212. t. 13. *Prodr.* p. 49. *Fl. Cap.* II. p. 182.

C. fol. digitatis septenis, foliolis tripartitis cuneatis acuminatis apice serratis floribus spicatis. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 297.

Tota planta glabra, caule ut in priori. Folia in summitatibus approximata alterna longius petiolata erecta. Foliola inferne attenuata in petiolos proprios, acuminata, a medio ad apicem argute serrata; si ternata, pinnis lateralibus decurrentibus. Petioli teretes erecti spithamaei. Spicae oblongae cylindricae. Pedunculi umbellati, tres vel plures, digitales. *Thunb.* *In Prom. b. Spei, trans Hexrivier, in Swarte Valley juxta Valsrivier alibique.* h.

*) In *Willd. Spec.* I. c. ut in *Pers. Syn.* legitur *C. thyrsoides* ad *Act. Ups.*, quo nomine in *Thunb. l. c.* nusquam occurrit.

1132. L I N C O N I A.

1. * *L. alopecuroides*; foliis linearibus subtriquetris bracteis ciliato-villosis. *Swartz Mag. Ges. Nat. Fr. in Berl. IV. p. 85.* *Linn. Mant. p. 216.* *Willd. Spec. I. p. 1296.* *Thunb. Prodr. I. p. 48. Fl. Cap. II. p. 174.* *Herm. afr. 7.*

Frutex ramis virgatis, inaequalibus, a basi deciduorum foliorum omnino ut in abiete. Rami pauci, determinati. Folia sparsa, subverticillata, 5-6, subpetiolata, linearia, triquetra, rigidula, nitida, pollicaria, angulis scabra, suprema ciliata. Flores ad apices ramorum laterales sessiles longitudine foliorum. Calycis folia non in orbem sed per paria alternatim opposita, digesta, margine villosa. Corollae tenaces, incarnatae aut albae. *Linn.* Frutex erectus, totus glaber, 2 ped. et ultra. Rami verticillati, elongati, virgati, raro ramulosi. Folia sparsa, frequentia, imbricata, apicibus parum patulis, obtusa, integra, inferiora glabra, superiora pilosa, unguicularia. Petioli pallidi s. flavescentes, trigoni, adpressi. Flores comosi s. infra apices ramorum laterales, aggregati. De genere nil dicere valeo, cum nunquam flores explicatos invenire mihi contigerit. *Thunb.* *In aquosis montosis Prom. b. Spei. h.*

2. *L. thymifolia Swartz*; foliis ellipticis carinatis, bracteis nudis. *Swartz Mag. Ges. Naturf. Frd. in Berl. IV. p. 85. t. IV. (et hoc teste, ibid. V. p. 283.)* *Diosma densa* fol. lanceolatis trigonis ustulatis glabris, floribus (terminalibus) subcapitatis. *Thunb. phytogr. Blaett. p. 25.* *Weber et Mohr Arch. I. p. 27. Flor. Capens. II. p. 132.*

Frutex *alopecuroides* minor, ramis minus determinatis, flaccidioribus. Folia approximata subquaterna, nigro apiculata, 3 lin., nec pollicaria. Flores triplo minores quam in *alopecuroides* exalbidi, foliis longiores. Bractee apiculo nitido nigricante. Petala ovata obtusiuscula. *Swartz l. c.* — Caulis scaber pubescens cinereus; ramuli superne subverticillati fastigiati in ramis curvato erectis, folia brevissime petiolata integerrima, imbricato-patula, ustulata apice. *Thunb.* *In Promont. b. Spei. h.*

3. *L. cuspidata*; foliis lineari-lanceolatis carinatis obtusiusculis mucronulatis glabris, floribus ad apices ramulorum lateralibus aggregatis. *Swartz Berl. Mag. Naturf. Freund. V. p. 384. cum icone t. 7. f. 1.* *Diosma cuspidata* fol. lanceolatis carinatis glabris, floribus lateralibus aggregatis sessilibus. *Thunb. phytogr. Bl. p. 24. Id. in Web. et Mohr Arch. I. p. 27.*

Caulis 2 ped. et ultra, strictus, determinate ramosus, cortice rufescente; rami tereti-angulati foliosi, (subverticillati) erecti rufescentes, ramulis subfastigiatis. Folia approximata sparsa, terminalia confertissima, brevissime petiolata, subinde basi subrotundata, lin. 3-5 longa cum mucrone nigro nitente exser-

to, supra plano-convexa, sulco levissimo, oculo armato papulosa et margine diaphano minutissime subcrenulata terminalia subciliata, erecto-patentia, rigidula, decidua. Flores parvi albidii. Bracteae membranaceae ovatae acutiusculae saepe imbricatae ad basin florum, pallide virentes, ciliatae, foliis minores, concavae, calyces mentientes germina obtegentes, saepe nigro-mucronulatae. Perianthium superum urceolatum membranaceum pentagonum, majus quam in reliquis, dentibus 5 vix distinctis. Petala 5 ovato-lanceolata obtusa, intra calycem margini carnosio inserta, concava erecta albida rigida persistentia. Filamenta e margine interiori calycis, petalis breviora, subulata, crassiuscula erecta. Antherae oblongae cordatae erectae luteae. Germen 5-gonum calyce coronatum. Styli distincti subulati angulati sulcati, erecto divergentes, longitudine filamentorum. Stigmata obtusa. Caps. immatura! oblonga biröstris. Swartz. *Ex interioribus Africae meridionalis. Masson.*

4. L? *peruviana Lam.*; foliis verticillatis subdenis linearibus sessilibus hirsutis basi connato-vaginosi. *Lam. Enc. meth.* III. p. 527.

Ramosissima, habitu et facie CLIFFORTIAE subsimilis. An Thymelaea maritima ericae foliis, surculis tumidis et tomentosis. *Sloane Jam. Hist.* 2. t. 202. f. 1. Flores parvi sessiles subterminales congesti villosi. Cal. urceolatus, 5-fid., limbo erecto. Fructificatio. *E Peru. Jos. de Juss.*

1133. ANABASIS.

A. Calycibus exterius post florescentiam in appendiculos scariosos excrescentibus:

1. * A. *aphylla*; caule articulato ramoso aphylo, ramis paniculatis ramosis. *Marsch. a Bieb. Act. mosq.* 1. p. 146. n. 1. *Casp. p.* 152. *App. n.* 25. *Taur. Cauc. p.* 189. *Suppl. p.* 183. *Mem. Mosq. IV. p.* 19. n. 1. *Casp. p.* 79. *Stachlin Mem. Mosq. III. p.* 191. A. c. ram. articul. articulis emarginatis, ramis apice floriferis. *Willd. Spec.* 1. p. 1318. *Pall. it. I. p.* 493. n. 109. β . *Gmel. S. V. p.* 454. *Gaertn. de Fruct. I. p.* 375. t. 77. f. 4. *Habl. Taur. p.* 146. *Gmel. Sib. III. p.* 101. n. 78. *Buxb. Cent. I. p.* 11. t. 18. *SALSOLA articulata, Forsk. Fl. Aegypt. p.* 55. t. 8. A. fide *Delisle Descr. de l'Egypte n.* 303. *Gmel. S. V. p.* 453. *SALS.* caule fruticoso, ramis oppositis, foliis minime connatis, floribus axillaribus solitariis. *Can van. Ic. III. p.* 43. t. 284. *Höler ap. Römer Collect. n.* 18. p. 11. *ANABASIS tatarica, frutescens, surculis annuis articulatis ramosissimis extremo floriferis subspicatis. Pall. Illustr. I. p.* 13. t. 8.

Rad. lignosa, tortuosa, profunda, pollice saepe crassior, grisea, supra terram ramis brevibus lignosis nodosis, vere surculis in

caespites hemisphaericos abeuntes. Rami lignei grisei, calami fere crassitie, nodis subarticulati, fragiles, maximi spithamaei, suboppositi. Surculi annui oppositi herbacei rigiduli teretes, articulis extus carnososucculentis, cylindricis, apice emarginatis, margine subdilato, utrinque circa ramulos tridentato. Ramuli itidem articulati filiformes, articulis bifido emarginatis. Flores e commissuris articularum, paribus alterni, oppositi, sessiles intra marginem articulum coronantem, denticulis 3 brevissimis, singulis squamula calycinâ brevissimâ, et 2 simplicibus inter superiorem squamam et duas inferiores. Stam. 5 nuda flava, impari supero. Germen viride, minutum, stylo brevissimo, stigmate didymo. Antheris deciduis denticuli circa germen connivent, et squamulae 3 (non denticuli) exerescent in squamas calycinas fructus (denticuli respondentes latescunt, reliqui 2 permanent in statu pristino) auctas, semiorbiculatas, striatas, superiore majore obtegente, sensim flavas vel rubras. Germen maturum succulentum. *Pall.* In desertis saluginis versus mare Caspium, a Cyri ostiis ad oppidum Baku per tractum littoralem copiosissima. *M. a. B.* Per omne desertam Tatariae. *Pall.* Alexandriae Bahirae *Forsk.*; circa Tripolim, *Cav.*; in Asia minori. *Sibth.* h.

Obs. *Barrelieri* id. 215. a *Gmelin* huc citata hujus loci non est: europaea enim non est: non circa Maeotim et Euxinum. Venenata habetur. *Pall.* Planta *Forskâli* fors diversa, vix tamen credimus *Salsaphyllam* *Enc. meth.* VII. p. 296. n. 36. huc spectare, ut in *Enc. Suppl.* V. 190.

2. *A. florida* *Marsch. a Bieb.*; caule articulato ramoso, articulis elongatis, ramificationibus omnibus foliisque connato-vaginantibus muticis oppositis. *M. a. Bieberst.* *Act. Mosq.* I. p. 147. n. 3. *Taur. Cauc.* p. 190. *Suppl.* 7. 184. *Cent. Pl. rossic.* I. t. 17.

In collibus aridis Armeniae ibericae versus Cyrum fluvium. ©

3. *A. cretacea* *Pall.*; perennis, surculis annuis simplicissimis, floribus solitariis lateralibus. *Pall. Illustr. pl. imp. cogn.* I. 9. il. I. app. n. 109. t. 1. N. * *A. aphylla*, caulibus numerosis caespitosis simplicissimis articulatis basi floriferis, articulis emarginatis. *Willd. Spec.* I. p. 319. *Salsola sibirica* *Hoel. ap. Röm. Coll.* p. 71. n. 19.

Rad. lignosa, verticalis, subramosa, flagellis longis filiformibus in terram descendens, caudice crasso, supra terram tuber hemisphaericum ramis efformante truncatis acetabulis albis. Surculi annui conferti, erecti vel assurgentes, 1 1/2 - 2 poll., aequaliter articulati, articulis facile labentibus oblongo-cylindricis, infra obtusis, apice excavatis limbo tenui albido, denticulisque 2 acutis, cruciatim alternantibus, duriusculis, succulentis, viridibus, glauco-irroratis, demum rubentibus, glanduloso-punctatis. Flores e commissura duorum articularum. Fructus ut in *ANABASI articulata*. Germen gravidum ad surculum verticale, semiovatum compressum lateum. *A Gmelin*

pro varietate *A. aphyllae* habebatur; sed species distinctissima. *Pall.* *Ad Rhyllum in monte cretaceo Itschka, ad Ir. tin circa Gratschefskoi; in deserto Kirgisico.* 4.

Obs. PALLAS non nisi *A. tataricam* et cretaceam genuinas hujus generis species agnoscit; reliquas *Linnaeanas* ad *SALSOLAS* transferendas esse monet, pluresve fors latere inter *SALICORNIAS*. In *Vitmann Summ.* 1. p. 104. *A. cretacea* sphalmate legitur *cretica*.

4. * *A. spinosissima*; foliis filiformibus muticis, ramis spinescentibus. *Marsch. a Bieb. Act. Mosqu.* 1. p. 149. n. 6. IV. p. 19. n. 6. *Taur. Cauc.* p. 190. *Suppl.* p. 184. *A. foliis subulatis, spinis ramosis (divaricatis) floriferis.* *Willd. Spec.* 1. p. 1319. *Linna. Suppl.* 173. *Vahl Symb.* 1. p. 24. III. p. 45. *Gmel. S. V.* p. 454. n. 4. *A. Echinus Marsch. a Bieberst. casp.* p. 79. p. 152. *app. n.* 26. *SALSOLA Echinus Billard. Syr.* II. p. 10. t. 5. *Pers. Syn.* 1. p. 297. n. 36. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 296. n. 35. *Delisle Descr. de l'Egypte* n. 305. t. 21. f. 2. *Koeler apud Römer Collect.* p. 61. n. 3. *SALSOLA camphorosmoides Desfont. Atl.* 1. p. 218. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 291. n. 20. *Pers. Syn.* 1. p. 297. n. 50. *SALSOLA mucronata Forsk. Descript.* 56. *Gmel. S. V.* p. 453. n. 23. *SALSOLA spinifex, frutescens, ramis herbaceis spinescentibus, calycibus fructiferis subtribracteatis.* *Pall. Illustr.* II. p. 32. t. 24. *Kali orientale fruticosum spinosum Camphoratae folio. Tournef. Cor.* p. 18. *RHAMNUS aphyllus S. G. Gmel. in MS. fide Pallas.*

Caulis laevis ramosissimus. Ramuli omnes spinosi apice nudi, squamis 3-5 minutissimis imbricatis. Flores circum spinas plures sessiles conferti tenaciter adhaerentes. Cal. squamis 3 acutis adpressis inaequalibus persistentibus carinatis. Cor. petalis 5-6 lanceolatis hyalinis, vix calyce longioribus erectis. Filamenta vix ulla. Antherae medio disco petali adhaerentes. Germen globosum. Stylus filiformis. Stigma submarginatum. Semen cochleatum, vesicâ pallidâ cinctum. *Linna. Suppl.* Rad. lignosa, simplex, longissima, perpendicularis epidermide luteâ, intus alba. Caules basi lignescentes subflexuosi, cinerei. Rami herbacei subpedales striato-angulati, adulti glabri, viridi-glauci. Ramuli rigidi spinescentes recto angulo patentés. Folia inferius circa caulem fasciculata, semiteretia mucrone minimo, floralia squamae ternatae acuminatae. Flores alterni, paleae 5 hyalinae obtusae. Antherae fulvae, basi bifidae. Stylus bilidus longitudine staminum. Cal. auctus paleolis supra germen productis, bracteis lateralibus majoribus tantum ternis, rotundatis, rubentibus, 2 minimis. Semen verticale. *Pall. In Africa ab Atlante ad Catacombas Alexandriae, in Libani altis, et in Caucasi orientalis et Iberiae collibus siccis.* h.

Obs. In 8. *Echino Billard.* (qui pedalis) rami flavidis, folia rigidula,

glauca, mutica; flores solitarii et glomerati axillares. Etiam synonyma *Echino S. mucronata Forsk.* abluere videtur a planta Pallasiana.

5. *A. tamariscifolia*; foliis subulatis, pericarpis exsiccis. *Linn. Spec.* 324. *Willd. Spec.* I. p. 1319. *A. caule fruticoso, foliis subulato-triquetris, spicis axillaribus. Cav. Ic.* III. p. 42. t. 283. *SALSOLA tamariscifolia, fol. sparsis subulatis deciduis, floribus solitariis axillaribus in spicas digestis. Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 12. n. 151. *Koel. ap. Röm. Coll.* p. 70. n. 16. Kali fruticosum hispanicum, tamarisci folio. *Tournef. inst.* 247.

Frutex ramulis albis glaberrimis. Folia triquetra, *Tamarisci.* Flores subspicati solitarii axillares. Cal. triphyllus major. Petala 5 ovata calyce minora. Stam. 5 corollâ longiora. Germen conicum desinens in stylum subulatum, stigmatibus 3 obtusis. *Linn.* In Hispania australiore inter saxa calcarea et ad vias. *h.*

6. *A. oppositiflora Schrad.*; herbacea, ramis foliis floribusque oppositis, calycibus fructus tribracteatis. *SALSOLA oppositiflora Pull. Ill. pl. imp. cogn. t.* 27. et *Itin. app.* p. 735. n. 103. t. 0. *CHENOPODIUM oppositifolium fol. oppositis lanceolatis subulatis brevissimis. Linn. Suppl.* 172. *S. fol. subulatis oppositis, glomerulis foliosis axillaribus. Willd. Spec.* I. p. 1307.

Caules teretes sublignosi laeves. Rami oppositi virgati subsimplices purpurascens. Folia semiamplexicaulia vix connata brevissima acuta ovato-lanceolata margine scariosa. Rudimenta ramulorum in alis foliorum brevia. Facies aliena. An POLYCNEMUM? *Linn. Suppl.* l. c. Stirps perelegans, annua, in globoso-pyramidatam formam ramosissime luxurians, vix evidenter scabra, non succulenta. Rad. simplicissima, pallida flexuoso-attenuata. Caulis unicus, erectus, evidenter geniculatus, ab ima radice crebre ramosus, ramis exacte oppositis usque in ultimam divisuram. Folia subulata, basi dilatata, geniculum fere amplexantia, intenerioribus speciminibus fere setacea circa inferiorem caulem, superiora sensim breviora albido-marginata ubique stipata foliolis 2 minutis, scabra. Flores in foliorum ternatorum alis foliis stipantibus inclusi, glumis 5, duabus angustioribus. Stamina 3 glumis breviora, rarius 4, rarissime 5, antheris minutis flavis. Germen compressum, stylo didymo brevi. Cal. fructus basi attenuatus 5-fidus, aristis 2 longissimis alternis et 3 laciniis bracteatis lamellâ rotundatâ pallide rubescente. Semen cum germine ovatum, coreulo verticali. Bractearum una cauli apprimitur, duae deorsum spectant. Variat ramis valde elongatis, foliis floralibus brevissimis, internodiis elongatis striatis. In siccis arenoso-margaceis *Rhymni* rarissime ad *Volgam* circa *Asargar.* ☉.

Obs. *Pallas* cum? huc duxit *SALSOLAM tetrandram Forsk.* et *ANABASIN tamariscifoliam*; utramque speciem distinctam.

7. *A. monandra* Schrad.; spicis filiformibus imbricatis, floribus monandris. *SALSOLA monandra* Pall. *Ill. pl. imp. cogn. t. 31. It. III. app. 724. n. 83. t. M. f. 1. A. B. C. D. a.* S. caule herbaceo ramoso carnosio subaphyllo, foliis teretibus carnosis, floribus monandris. *Willd. Spec. 1. p. 315.*

Habitus SALICORNIAE vel POLYCNEMI *Willd.* — Planta annua erecta virgata succulenta, quasi cartilaginea, rigidiuscula sine fragilitate, digitalis et cubitalis, plerumque spithamea, glaberrima, rore glauco. Rad. brevis, simplex, flexuosa, perpendicularis, pallida. Caulis ab imo ramis diffusis ascendentibus vel erectiusculis. Folia radicalia 2 longa, opposita connata, carnosa, teretiuscula, versus basin supra planiuscula, obtusa, ramea perfecte teretia, obtusa. Rami 2 praecipui ex axillis foliorum radicalium oppositi, reliqui vagi. Ramuli floriferi alterni crassiusculi spicati, foliorum loco squamis alternis triangulis acutis margine membranaceis strictis floriferis, quas inter ad flores stipulae 2 laterales convergentes, triquetro-carinatae, acutissimae. Flos squamas inter et stipulam latens, sessilis, paleis 3 membranaceis, cavis, conniventibus, acutis. Germen ovatum, stylis 2 setaceis; stamen unicum longitudine stipularum. Antherae exsertae minutae flavae, squamarum apici insidere videntur. Post florescentiam squama externa fere immutata; paleae floris cum germine auctae exsertae, ut stipulae. Cal. demum urceolatus, paleae concavae apicibus supra germen conniventibus, extus bracteolis membranaceis rotundatis, paleis nunc pallidis, nunc rubicundis. Germen gravidum verticaliter ovale. Semen verticale ovali-orbiculatum, coreulo spirali. *Pall. Ad deserti caspici lacus et paludes salsos. - Ambigua SALICORNIAE, SALSOLAS inter et ANABASES. ☉.*

8. *A. Sieversi* *Willd.*; foliis subulatis pungentibus, caule coarctato. *Reliqu. Willd. MS.*

In Sibiria. h. M. a Bieberstein. An fors KOCHIA scoparia β?

Quid: *A. glomerata* *M. a Bieb. in H. Gorenk.?*

A. arbuscula *Thunb. Mus. Ups. a P. a Staf. 1816. p. 25?*

B. Calycibus post florescentiam auctis, caeterum immutatis.

Huc, ad mentem cli. *Schrader de Halophytis, POLYCNEMA omnia Linnaei et Pallas (praeter arvense et recurvum) a nobis Syst. Veg. 1. p. 523 adducta. His addatur e Supplemento ad Fl. taar. caucas. Marsch. a Bieberst. et quidem:*

1. *P. salso* *Vahl (S. V. 1. p. 524. n. 5.): POLYCNEMUM Volvox Marsch. a Bieb. Act. Mosq. IV. p. 24. n. 8. Suppl. p. 186. POLYCNEMUM triandrum Marsch. casp. p. 79., et in POLY*

CNEMO salso *M. a Bieberst. Fl. taur. p. 192. n. 484.*, ut et in nostro *S. V.* expungi, monente *M. a Bieberst. Suppl. p. 186.*: *POLYCNEMUM triandrum* *Pall. it. I. p. 483. app. n. 95. t. D. f. 2. t. E. f. 1.* „secundum auctorem“ ad *POLYCNEMUM brachiatum* *Pall.* amandandum.

2. *P. oppositifolio* *S. V. I. p. 525. n. 7.*: *P. brachiatum*, triandrum pentapetalum pubescenti-glaucum, ramificationibus foliisque semiteretibus omnibus oppositis, corollis glabris. *Marsch. Suppl. p. 186.* *P. triandrum* *Pall. ind. taur. it. I. p. 483. app. n. 95. t. D. f. 2. t. E. f. 1.* *ANABASIS conjugata* *Hoffm. Hort. mosq. 1808. n. 184.*; et expunge, monente *Marsch. a Bieb. Suppl. p. 186.*, Synonyma *Vahl, Willdenow*, et *Pallasii*, ad *crassifolium* referenda.
3. *P. crassifolio* *Pall. (S. V. I. p. 526. n. 9.)*: *P. pentandrum* dipetalum subpubescens, foliis semiteretibus obtusis, floralibus summis ovatis calycem glabriusculum subaequantibus. *Marsch. Mem. mosq. IV. p. 20. n. 2. Suppl. p. 184.* *P. oppositifolium* *Marsch. a Bieb. Fl. taur. cauc. cum synonymis utpote: P. oppositifolium pentandrum, foliis oppositis carnosis semicylindricis, caule erecto. Willd. Spec. I. p. 193. (Vahl Enum. II. p. 25.) Lam. Illustr. n. 441. Pall. it. p. 484. n. 96. t. E. f. 2. Buxb. Cent. I. p. 21. t. 51. f. 1. P. alternifolium* *Pall. Pall. ind. taur. ANABASIS oppositifolia* *Marsch. casp. p. 154. app. n. 28. P. oppositifolium* *Marsch. casp. p. 79. Staehlin Mem. mosq. 3. p. 191.*

„*P. crassifolium* (addit *Marsch. a Bieb. Suppl. p. 185.*) sicut *glaucum* in itineribus suis non esse recensita, et de his sibi serioribus observationibus demum constituisse *Pallas* in *Illustr. plant. Ross.* perhibet; cui tamen adversatur descriptio et icon *P. oppositifolii* *It. I. p. 484. n. 96. t. E. f. 2.*, quae, quidquid post modum statuerit auctor, aperte ad *P. crassifolium* *Illustr.*, nec, ut ipse vult, ad *P. brachiatum* referendae sunt. Sic, quaecunque de *P. oppositifolio* habent *Willdenow, Vahl*, et alii, ex itinere *Pallasii* deprompta sunt.“

His verbis dubia quoque nostra in nota *S. V. p. 525* solvuntur praeter *Buxb. t. 51. f. 1.*, qui ab aliis, et ab ipso *Linnaeo* etiam ad *CHENOP. salsum* laudatur: melius tamen, ut nobis videtur, in *crassifolio* receptum jam olim nomen *oppositifolii* retineretur, et *oppositifolium* *Willd* et *Vahl* diceretur novo nomine *brachiatum*.

4. *P. sclerospermo* *Pall. (S. V. I. p. 526. n. 10.)* *P. subtetrandrum*, subtetrapetalum glabrum, foliis semiteretibus mucronatis, perigonio fructus indurato. *Marsch. a B. Mem. mosq. IV. p. 22. n. 4.* *P. nuciferum* *Pall. It. 3. p. 655.*
5. *P. malacophyllo* *Marsch. a Bieb. (S. V. I. p. 526. n. 11.)*: *Marsch. a Bieb. Suppl. p. 185.*, et, hoc teste, *SALSOLA pilosa*, fruticosa, ramosissima, divaricata, foliis elongatis et

lindraceis obtusis sparsim piliferis, antheris petaliferis.
Pall. Illustr. III. p. 28. t. 20.

„Truncus ligneus; surculi patuli flexuosi strigosi teretes pallidi laeves alterne ramosi. Folia subsemiteretia versus caulem obsolete canaliculata et caulem dimidium amplexantia, in ramulis florentibus subopposita, foliolisque 2 lateralibus stipata. Flores majusculi, inter folia ternata sessiles, paleis valde prominentibus. Antherae tantum prominulae squamula flavâ in formam rotae reflexâ. Germen conicum, stylis 2 brevissimis. Calyces seminales? “ *Pall. ad SALS. pilosam. — Pallas Kali Boccon. pl. sicul. p. 59. t. 52. P. minus tenuifol. incan. frut. sicul. Barrel. Ic. n. 79. (ab aliis ad SALS. oppositifoliam Desf. ductam.) SALS. arborescentem Linn. Suppl. p. 175, omnes cum? huc ducit.*

1134. SALSOLA.

A. Calycibus exterius post florentiam in appendiculos 5 scariosos excrecentibus:

1. * *S. Kali*; herbacea patula hirta, foliis subulatis mucronato-spinosis, calycibus solitariis, appendicibus explanatis coloratis. *Marsch. a Bieb. Act. soc. nat. nur. Mosq. I. p. 135. n. 1. IV. p. 6. n. 1. Taur. Cauc. I. p. 183. Casp. p. 141. App. n. 15. p. 79. Suppl. Taur. Cauc. p. 177. S. herbacea decumbens, foliis subulatis spinosis scabris, calycibus marginatis axillaribus. Smith Brit. p. 280. Engl. Bot. t. 634. Willd. Spec. I. p. 1310. (excl. syn. Scop. pol.) ut etiam in *Poir. Enc. meth. VII. p. 285. Schrad. Haloph. T. 1. f. 5. Fl. Dan. t. 818. Gmel. Sibir. III. p. 88. n. 69. t. 17. f. 2. (?) S. Kali a annua, foliis triquetro-subulatis mucronatis lineatis alternis. Pall. Illustr. II. p. 36. t. 28. et 29. f. 1. Köler apud Römer Col. lect. t. 59. n. 1. Pursh Sept. Amer. I. p. 197. Lam. III. t. 181. f. 1. Plenck off. t. 62. Staehlin Mem. Mosqu. III. p. 191. Kali Soda Mönch meth. 331. S. decumbens Lam. Fl. fr. III. p. 241. β. daurica.**

Planta decumbens. Folia subulata crassa spinosa subtus et margine, ut ipse caulis, scabra et hispida. Calyces cincti margine foliaceo. Stylus trifidus. *Linn.* Caules rigidi ramosissimi decumbentes foliosi pubescentes. Folia alterna canaliculata patentissima apice mucronato-spinosa. Flores solitarii sessiles, bracteis ad basin ternis foliaceis spinosis. Calycia foliola marginata dilatata repanda rubicunda scariosa conniventia. Semen turbinatum. *Smith.* Cum hac plantae Linnaeanae descriptione vix convenit illa *Pallasii*, qui „caulem erectum petit, substria-tum, alterne ramosum et foliosum. Folia caulina solitaria elongata, 1 1/2 poll., subsemiteretia, spinâ terminata, lineis albis picta, et, uti tota planta, glabra, ramea, in ramis ra-

mulisque ternata, stipulis brevissimis subulato-mucronatis sub-erectis. Florum, ait, paleae subalbicantes, conniventes 5. Styli 2 longitudine staminum, glanduloso-pubescentes. Tali habitu clo. *Forster* sub nomine *KALI* e maris Atlantici littoribus, et e maris adriatici *Schmidel* nomine *TRAGI* misit. Senescens planta formam pyramideam excrescentibus undique divaricato-rigentibus ramis plerumque in subglobosam mutat, et foliis magis divaricatis incrassatis fit spinosissima. In hoc statu calycem perficit rosaceum, bracteis pallidis vel rubentibus, tenerrime striatis inaequalibus, 2 latissimis, 2 angustissimis, intermediâ. Haec praesertim ad *Rhymnum* saepius occurrit *pumila*, ramis prostratis, etiam tum floret, spinosissima; haec eadem ad *Rhymnum* et *Volgam* semper laevissima, ad *Borysthenem* vero et *Maeotin* pilis rigentibus albis, ut in hortensibus. *Pall.* In littoribus maris et salsis continentis. ☉

Obs. *Forsk.* *Aegypt. arab.* p. 54. tres *SALSOLAE Kali* distinguit varietates: a.) *glabram*, quae „adeo constans et manifesta, ut constituat speciem diversam. Caulis nervis rubris elatis. Foliorum nervus subtus et supra pellucidus.“ In littore *Natoliae* e regione *Tenedi*. b.) *hispidam*, setosam, glabrae simillimam eique intermixtam, diversam tamen semper radice, ut soli indoles causa diversitatis non sit. Margines calycis floribus femineis vel castratis competere, non hermaphroditis putaverim, quum hoc obtineat quoque in reliquis speciebus *Salsolae* ad *Mare di Marmora* *Eraclissam* inter et *Mereaste*; c. *hispidam* polygamam, floribus summis viridibus hermaphroditis non coronatis, reliquis rosaceis rubentibus majoribus coronâ clausis castratis pariter frugiferis. — *Gmelin Sib.* III. p. 89. t. 17. f. 2. licet ab omnibus huc ducatur, nobis vix hujus esse videtur loci; quem quaesumus, conier.

2. * *S. Tragus*; herbacea patula glabra, foliis subulatis carnosis mucronato-spinosis, calycibus subsolitariis, appendicibus explanatis decoloribus. *Marsch. a Bieb. Act. Mosqu.* I. p. 136. n. 2. IV. p. 6. n. 2. *Casp. app.* 142. *Taur. Cauc.* p. 184. *Suppl.* p. 177. *S. herbacea erecta, fol. subulatis spinosis laevibus, calycibus ovatis.* *Willd. Spec.* I. p. 1310. *Gmel. Sib.* III. p. 87. n. 68. (excl. synonym.) *Pall. Ind. Taur. Koeler in Röm. Collect.* p. 60. n. 2. *St. Hilaire* 33. t. 5. *Bertolon. Amoen. acad.* p. 134. *S. Kaliß. var. pontica.* *Pall. Illustr.* II. p. 37. l. 29. f. 2. *SALSOLA spinosa Lam. Fl. fr.* III. p. 240. *KALI Tragus Scop. Carn.* 2. n. 284. *Lob. Ic.* 797. f. 2. (fide *Smith Prodr. Fl. graec.* p. 171.)

Differre a *Soda* solummodo caule foliisque superne tantum pubescentibus, foliisque maximam partem glabris laevibus. *Koeler.* Caulem non semper erectum, saepius decumbentem ascendentem esse; differre potissimum calyce post deflorationem subovoideo, lobo singulo dorso appendiculo brevi, cum in *Kali* calyx brevior, appendices latissimae rotundatae membranaceae transparentes. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 373. In Europa australi, Africa boreali, et ad mare caspium, euxinum et *Maeotin* in arena. ☉

Obs. De *SALSOLA Trago*, caule erecto inferne ramoso, foliis subulatis spinosis glabris, calycibus axillaribus patentibus, margine membranaceis *Brotero Fl. lusit. p. 403* haec monet: „Caulis 1 - 1 1/2 ped., glaber, ut tota planta, erectus, ad radicem ramis longis adscendentibus aut procumbentibus, apice erectiusculo. Folia sessilia, inferne latiora, spinâ terminata. Flores sessiles bractea utrinque foliis simili, at breviori, digyni. Semen unicum calyce corticatum subglobosum, integumento membranaceo tenuissimo, embryone filiformi in cochleam globoso-obconicam convolutus. — Nimis affinis *S. Kali* et quomodo ab ista distinguatur, varia a variis traduntur auctoribus. In *S. Kali* folia crassa, lineari-lanceolata, subtus et margine (ut ipse caulis) scabra s. hispida; caulem decumbentem, calyces ovatos margine membranaceo patenti aut erecto cinctos, stylum unicum bi- aut trifidum esse volunt; in *S. Trago* autem folia filiformia, basi membranacea ciliata, longiora et angustiora quam in *S. Kali*, laevia (uti ipse caulis, qui erectus) calyces ovatos, membranaceos stylosque duos esse contendunt. Ego vero has notas (recte ut nobis saltem videtur) variantes esse existimo; proinde ambas has plantas eandem esse speciem cum clo. *Willich* et *Gmelin*, nec olim etiam *Casp. Bauhino pin. 289*, nonnullisque aliis sui aevi Botanicis reventibus, facile credam. Ejusdem mentis *Poirét Enc. meth. V. p. 285. n. 2.*, qui in Africa utramque vidit; et *Desfont. Fl. atl. I. p. 216. 217.* Cls. quoque *Pallas Kali* et *Tragum* ait pro aetate solo: statione mirum quantum variare, et unicam tantum speciem sistere varietatibus ludentem; et ipsum fors *Linnaeum Kali* confunderetur *rosacea*. *Pallas S. rosaceam Cav. t. 286.* pro *Kali* varietate habet. *Smith* vero in *Prodr. Fl. graecae S. Kali, Tragum* et *rosaceam* diversas statuit species (*Tragus* non colitur in *H. Kew.*, sed *Kali* tantum et *rosacea*) ut etiam *Delisle descript. de l'Egypte n. 301. 302.*

3. *S. tamariscina Marsch. a Bieb.*; herbacea glabra, ramis paniculatis erectis, foliis subulatis mucronatis, calycibus geminis, appendicibus bracteis brevioribus. *Marsch. a Bieb. Act. mosqu. I. p. 137. n. 3. IV. p. 7. n. 5. Taur. cauc. I. p. 184. Suppl. p. 177. Gmel. sib. 3. p. 88. n. 69. var. I. t. 17. f. 1.?* (sine dubio *Pall.*) *S. annua* erecta ramosa, foliis incanis striatis carinatis muticis floribusque alternis, calycibus bracteatis. *Pall. Illustr. II. p. 33. t. 25. Pall. H. III. p. 604. Staehlin Mem. mosqu. 3. p. 191.* An *S. flavescens Cavan. t. 288* quaerit *Pallas l. c.* (nobis vix videtur.)

Ad summum 2 ped., incana, rigida, sed haud fragilis, adeo exsueca, ut vix recentem ab exsiccata distinguas. Rad. subulata, grisea, rigida. Caulis inferiore parte sublignescens; cortice longitudinaliter fisso, striis prominulis scabris. Rami virgati alterni, plerisque simplices. Folia ubique terna, basi membranaceo-dilatata, cana, lineis geminis viridibus ad caulem usque decurrentibus. Flores intra foliorum basin dilatatam, foliis lateralibus velut bracteis inclusi, solitarii, vix conspicui. Paleae calycis lineari-lanceolatae, angustissimae, subhyalinae. Stamina vix exserta, Antherae minimae flavae. Styli 2. Cal. seminalis 5-partitus, cotulâ semen recipiente hemisphaericâ,

laciniâ singulâ strigâ mediâ et 2 obsoletis fuscis; laminis subaequalibus rotundatis, omnibus litorâ baseos et striis subtilissimis fuscis. Squamulae supra germen conniventes lanceolatae. Germen subtus hemisphaerico-gibbum. *Pall.* Circa lacus salsos Tauriae et ad Volgam; ad Rhyllum rarior et calycibus speciosioribus. ☉.

Obs. Pro varietate *S. Kali* hanc habet *Treviranus Mag. Berl. Naturf.* 1813. 2. p. 148. a qua tamen diversissima. Calycis appendices ochroleucae roseo striatae, ejusque apiculi supra semen conniventes rosei seminiferae plantae aspectum peramoenum conciliant. *Marsch. a Bieb. Suppl. p. 178.*

4. *S. crassa Marsch. a Bieb.*; herbacea sublanata, ramis alternis elongatis, foliis semiteretibus obtusis inermibus, calycibus solitariis, appendicibus explanatis coloratis. *Marsch. a Bieb. Act. mosq. I. p. 137. n. 5. W. p. 8. n. 5. taur. cauc. I. p. 184. Suppl. p. 178. Hoffm. Hort. mosqu. 1808. n. 2763. Buxb. Cent. I. p. 9. t. 14. f. 2. S. rosacea Marsch. casp. p. 143. app. n. 16. p. 79. Pall. ind. taur. SALS. an frutescens? Pall. It. I. p. 408. app. n. 104. (fide Marsch. a Bieb. Suppl.)*

Nitrariâ (spissâ) majorem saepe fruticem mentitur, attamen annua. Caulis fragilis, ramosissimus. Folia ternata, exteriori majore. Rami extremi calycibus fructus rosaceis quasi obtekti et spicati. Calyces in omnibus alis sessiles, cotulâ planiusculâ, squamis 5 acuminatis albidis, bracteis e flavo-rubentibus, 5 maximis, 2 interjectis minoribus. Styli 2 distincti, tenuissimi. Semen spirale. *Pall. iter l. c. ubi S. fragilis dicitur in trad. a clo. Lamarck. In planitiebus salsis caucasico-caspicis perfrequens. ☉.*

Obs. „Nec *Pallas* (*illustr. II. p. 26. qui huc ab ill. Marsch. a B. adductum Buxb. t. 14. f. 2. et Pall. app. n. 104 ad rosaceam ducit nec Gmelin (Flor. sibir. 3. p. 96.) hanc rite a SALSOLA rosacea in regionibus, de quibus loquimur, non obviâ, rite distinxerant. Prior attamen SALS. rosaceam potissimum descripsisse et delineasse videtur. M. a. B. Suppl. l. c.*

5. * *S. rosacea*; herbacea, foliis subulatis mucronatis, calycibus explanatis. *Mill. dict. n. 5. Willd. Spec. I. p. 1310. (excl. syn. Gmel. III. p. 96. et Cavanill. 3. t. 286., monente Pallas ad Kali spectantibus, et Buxb. Cent. I. p. 9. t. 14. f. 2. fide Marsch. a Bieb. ad crassam spectante; sed Smith Prodr. Fl. graec. p. 170. laudat ad S. rosaceam Linn. Cavanill. Ic. t. 286.) Koeler in Röm. Collect. I. p. 62. Schkuhr Handb. I. p. 175. t. 57. S. annua ramosissima glauca glabra, foliis carnositeretibus ternatis, antheris petalophoris, calycibus fructus maximis. *Pall. Illustr. p. 26. t. 18. (excl. Syn. Buxb. et Pall. It. app. n. 104.) Kali rosacea Monch. Suppl. 115.**

Rad. debilis, exigua, simplex, fragilis. Caulis spithameus et 1 1/2 uln., patulus, tener, fragilis, succulentus, glaberrimus, ramosissimus, rami pallidi vel rufescentes. Folia recto angulo patentia succulenta glauca, tereti-obtusa, basi subamplexantia, supra plana, ad divisuras ramorum simplicia, ad flores ternata. Flores sessiles, semilatentes, solitarii, paleis 5 lanceolatis, conniventibus, apice membranaceis, medio extus lineam transversam prominulam. Antherae flavae conniventes, singulae apice foliolo extrorsum patente pulcre roseo ovato vel subcordato. Styli 2 reflexi. Cal. fructus abit in laminas rotundatas, flavescentes vel purpureas, demum fusco-purpurascens, 5 maximis rotundatis. Germen depresso-orbiculatum, stylo umbilicatum, corculo spirali in liquore limpido natante. *Pall. Hoeler l. c. p. 62* duplicem distinguit varietatem, 1. foliis inermibus, qualis in Sibiria, Persia, Georgia, Circassia, et 2. foliis mucronatis, qualis in Hispania, Lusitania, Tauria. Utramque nobis distincta species videtur annuente clo. *Link*, cui (apud *Schrad. Journ. 1800 p. 56.*) *S. rosacea* Europae australis specie diversa videtur a *sibirica*. *Rosaceam* tamen *Pallas* descripsisse *M. a Bieb.* affirmat. Ad Asiae septentrionalis salinas, ad pontum Euxinum et mare mediterraneum, ad Rhynum et Volgam. ☉.

6. *S. caroliniana Mich.*; herbacea decumbens glabra, foliis breviusculis dilatato-subulatis spinescentibus laevibus, floribus digynis, gemmis fructificantibus valde turgidis, calycibus fructiferis latius explanato-alatis. *Mich. Fl. bor. amer. l. p. 174.* *Pursh sept. Amer. l. p. 107.* *Walt. Fl. Carol. 111.* *Gmel. Syst. Veg. p. 452.*

Affinis *S. rosaceae*. Clo. *Pursh*, qui vero non vidit, videtur varietas *S. Kali*. Ad littora Carolinae.

7. *S. oppositifolia Desf.*; fruticosa, foliis subulatis inermibus oppositis. *Desfont. Fl. atl. l. p. 219.* *Poiret Enc. meth. VIII. p. 293. n. 25.* *Delisle Descr. de l'Egypte. Bot. n. 384.* *Kali membranaceum* foliis angustis conjugatis. *Shaw Specim. n. 354.* *Bocc. sic. 59. t. 31.* *Moris. S. V. t. 33. f. 2.* *Barrel. Ic. t. 70. S. fruticosa Cavan. Ic. 712. t. 245.* (teste *Desfont.* et *Willd. Spec. l. p. 1317.*) *S. longifolia* fruticosa prostrata, foliis inermibus teretibus glabris farinosis. *Forsk. aegypt. arab. p. 55.* (fide *Delisle.*)

Elegans. Caules pedales, ramosissimi, ramis glabris erectis nodosis oppositis. Folia minima glabra carnosamutica acutiuscula, 3-4 lin. Flores sessiles axillares solitarii vel bini terni, bracteis 3 parvis, subulatis, inferiore majore. Cal. parvus, laciniis acutis, ellipticis, obtusis. Stam. 5 exserta, antheris flavis tetragonis, stylis 2, stigmatibus acutis. Semina cochleata, membranam tenui. Cal. fructifer campanulatus, lobis dilatatis, rotundatis, roseo colore tinctis. *Desf.* In Sicilia et in regno Tanetano. ♀.

Obs. „Folia carnosâ linearia longa tereti-subtrigona opposita acuminata, superne leviter canaliculata, farinâ facile detergibili caeruleo-viridia“ petit *Forsk. l. c.* „flores confertos, limbo albido rubente.“ „Aliam vidi“ addit, „in eodem loco *Buchier* diffusam, 2 ulnar., floribus rosaceis fertilissimam. Ad *S. vermiculatam* proxime venit, cujus folia crescendo elongantur.“ Haec fors planta eli. *Desfont.*

8. *S. brachiata* *Pall.*; herbacea hispida ramis oppositis, foliis oblongis acutiusculis carnosis, calycem appendicibus explanatis coloratis. *Marsch. Act. mosq. l. p. 138. n. 6. IV. p. 9. n. 7. Taur. cauc. p. 185. Suppl. p. 173.* *S. annua* erecta, ramis subfastigiatis ramulisque oppositis, foliis ramosis teretibus glaucis, pilosis muticis. *Pall. Illustr. II. p. 30. t. 22. Hoffm. Cat. mosq. 1808, n. 2765. Koel. Sals. in Röm. Collect. p. 73, n. 23. Staehlin Mem. mosqu. 3, p. 191.*

Digitalis et 1 1/2 ped., admodum gracilis. Rad. rigida. Caulis simplex tenuis exsuccus rigidulus subarticulatus internodiis distantibus; ramis ad genicula oppositis, patulo-erectis, 2 infimis elongatis, caulem saepe medium subaequantibus. In specimenibus minoribus rami saepe tantum bini vel quaterni. Folia ad ramos et internodia opposita, ad caulem obiter canaliculata, mucrone vix veniendo acuminata, pubescenti glauca, pilisque longis patentissimis demum desluentibus. Flores axillares conspicui paleis exsertis fuscis cuspede valde prominente, antheris emersis pallidis. Stylus bifidus. Cal. seminalis laminis rubicundis vel flavescentibus in calycem rosaceum tandem maximum expansis saturate purpureum, vel griseo-rufum, vel flavo aureum, demum fuscum, unâ maximâ orbiculari vel reniformi, 2 angustis ovatis, 2 superis: interdum lacinae 2 majores, 2 minores. Germen subtus conicum s. umbonatum, supra planum. *Pall. Cam crassa, ad Volgam et Rhynum et in omni deserto Caspico, et Tauria. ☉.*

Obs. Folia obtusa mutica, flores solitarii, bracteis brevibus; calycis lacinae obtusae crassae patentes. Styli capillares. *De Vest ad Herb. Pallas.*

9. *S. glauca* *M. a Bieberst.*; suffruticosa erecta glaberrima, foliis semiteretibus filiformibus, staminibus coloratis, calycibus solitariis bracteatis, appendicibus explanatis hyalinis. *Marsch. a Bieberst. Act. mosq. I. p. 133. n. 7. IV. p. 10. n. 9. Taur. cauc. I. p. 185. Suppl. p. 178. casp. p. 144. p. 79. Hoffm. H. mosq. 1808, n. 2766. Koeler in Röm. Collect. p. 68. n. 13.* *S. spicata*, fruticosa ramosissima, foliis semiteretibus carnosis, ramis extremis spicatis, calycibus rosaceis. *Pall. Illustr. II. p. 27. t. 19. Buxb. C. I. p. 8. t. 13. An S. longifolia Forsk. Fl. aeg. arab. n. 86. (quaerit Pallas? sed haec, monente Delisle, oppositifolia Desf.)*

Saepe 5 ped. Rad. crassa. Rami lignosi e trunco plures, cor-

tice strigoso, griseo rubescente. Caules annui fragiles erecti laeves griseo-albidi, alterne ramosi. Folia longa crassa acutiuscula glauca minime amplexicaulia, in ramis floriferis breviora, cum stipulis ternata. Flores majusculi sessiles, paleis longe prominulis. Antherae? petalophorae? Calyces seminales magni flavescentes striati, laciniis 3 majoribus rotundatis, 2 ovatis, interdum subcordatis. Paleae supra germen conniventes minus quam in *rosacea* conniventes. *Pall.* In maritimis sterilissimis *Mediae J. G. Gmelin*; in praecipitibus montium inter *Kuban* et veterem *Schamachiam*. *M. a Bieb. h.*

10. * *S. vermiculata*; suffruticosa pubescens, ramis paniculatis, foliis filiformibus, fasciculo axillari, floralibus brevissimis, calycibus solitariis, appendicibus explanatis. *Marsch. a Bieb. Act. mosq. I. p. 140. n. 9. IV. p. 10. n. 11. Taur. cauc. p. 186.* (excl. syn. *S. orientalis S. G. Gmel. IV. p. 47. t. 5.* ad *S. rigidam* spectante, monente *M. a Bieb.* in) *Suppl. p. 179. Casp. p. 79.* *S. frutescens*, foliis fasciculatis teretibus filiformibus, floralibus ovatis acutis carnosis. *Willd. Spec. I. p. 1315.* (excl. syn. *Buxb. et Cav.*) *Koehler ap. Römer Collect. n. 12. p. 67. Gmel. Sib. III. p. 90. n. 71. t. 18. f. 2.* (fide *M. a B.*; a *Pallas* ducitur ad *prostratam*.) *Buxb. I. p. 7. t. 11. f. 2.* *S. prostrata* *Pall. It. I. p. 490. t. 9. lit. e-m.* *S. laricina*, fruticosa erecta rigida ramosissima, foliis filiformibus subpubescentibus sempervirentibus, calycum bracteis inaequalibus. *Pall. Illustr. plant. t. 13.*

$1\frac{1}{2}$ pedalis, hyeme virens; rad. flexuosa, profunda; trunci lignosi digiti vel pollicis crassitie, rigidi, fragiles, cortice substrigoso lignoque griseo. Surculi annui vere rubicundi, lanuginosi, fasciculis alternis foliorum penicilliformibus, adulti glabri, rigidi, erecti, sublignosi, laeves, grisei, ramis alternis saepe subdivisis. Folia in ramis florentibus sparsa, duobus minutis, carnosae, glabra, viridia, demum apice squamaeformia. Flores inter folia terna amplexantia sessiles, solitarii, alterni, crebri. Cal. minimus, hemisphaericus, 5 fidus, viridis. Antherae exsertae flavae, inferne dehiscentes, portionibus reflexis. Stigma bi-rarius subtrifidum, supra villosoglandulosum. Cal. fructus multo quam in *K. prostrata* minor, 5-partitus, basi concavus, bracteis rosaceis inaequalibus rotundatis, fuscis. *Pall.* qui *Gmel. Sib. III. t. 19. f. 1.* citat, et hujus semina nomine *vermiculatae* ab *Ortega* tulit. In planitiibus limosis, subsalsis *Caucaso* finitimis perfrequens, et circa *Pontam*. *h.*

Obs. I. Utrum *S. vermiculata*, foliis carnosis, ramulorum recentium ovalis, acutiusculis, minimis, aliis (sub ramulis) subulatis, semicylindricis, floribus spicatis alternis omnibus solitariis *Brotero Fl. lusit. p. 404* eadem species cum *vermiculata* *Linnae*? Numne potius *microphylla* *Cavan.*? Caulis teres erectus ramosus glaber, $1 - 1\frac{1}{2}$ ped. et altior.

Ramuli novi (aestate observati) plurimi brevissimi, $1\frac{1}{2}$ - 3 lin. longi, omnes alterni. Folia omnia succulenta, glabra, in ramulis recentibus brevissimis imbricata, alia sub ipsis ramulis longiora, 3-5 lin. longa, patentia. Flores terminales: omnes sessiles. Bracteae saepe 3 ovatae acutae calyce breviores. Cal. fructifer limbo membranaceo patenti, saepe colorato. Embryo cochleatus, integumento membranaceo. In arenosis ad Tagum salsum inter Alfeite et Seikal. h.

Obs. II. *S. vermiculata* foliis ternis oppositis florem includentibus Forsk. aegypt. arab. 57., cui caulis articulatus, articulis semiunguem longis apice crassioribus, filamenta plana alba, antherae rubrae, Djiddae in insul. Abu Saad, ipsi auctori dubia, hujus loci non est.

11. *S. rigida* Pall.; fruticans, fragilis, tomentosa, foliis carnosis cylindraceutis lanuginosis. Pall. Ill. pl. min. cogn. p. 20. t. 12. (expl. pl. synonym.) *S. orientalis* S. G. Gmel. IV. p. 47. t. 5. (fide M. a Bieb. Suppl. p. 179.) Gmel. Syst. Veg. p. 453. *S. vermiculata* Pall. It. I. p. 488. app. n. 103.

Erecta, spithamaea et pedalis, radice tortuosâ subsimplici perpendiculari profundâ, trunco lignoso, fragili griseo, ramis perennante brevibus. Surculi annui stricti, rigidi, a basi ad folia lanugine brevi, apice ramis alternis, foliis crebris. Squamula lignosa ad gemmas omnes. Folia obtusiuscula, ad basin caulis fasciculata; floralia in ramis extremis ternata, 2 brevissimis stipantibus. Flores axillares sessiles inclusi. Calyces fructiferi rosacei majusculi, bracteis membranaceis striatis rufo-lutescentibus, inaequalibus. Pall. In praeruptis gypso-margaceis circa lacum salsam Inderiensem nec alibi uspiam. h.

Obs. Cls. Pallas tanquam synonyma citat Kali geniculatum aphyllanthes Barrel. p. 92. t. 215 et vermiculat. hispan. incan. et viride t. 205. 206. Burb. t. 14. f. 1. *S. vermiculatam* Linn. Syst. I. p. 627. Sp. II. et *S. an vermiculatam* Pall. It. app. p. 488. Cls. etiam Vest Pallasii vermiculatam a microphylla Cavanill. rite distinxit in litt.

12. *S. villosa* Delisle; fruticosa, foliis? floribus solitariis binis ternisve, calycibus florentibus, centrisque fructiferorum albo-tomentosis. Delisle Descript. de l'Egypte n. 309.

Specimen nostrum ex Herbario Sieberiano frustum terminale caulis? rami? ramosissimum, ramis alternis densis, patentibus, tomentoso-pubescentibus, albo-flavicantibus. Folia? nonnisi sub flore bracteae minimae 3 ovatae obtusae pulverulento-tomentosae. Flores ad axillas ramorum et ramulorum 1-3, sessiles. Calycis florentis lacinae parvae, obtusae, conniventes. Stamina inclusa? Styli 2 breves. Lacinae calycis fructiferi 2-3 lin. in diametro, in siccato fusciscentes, transverse ovatae, 3 majores, crenulatae, laciniis olim florentis calycis germen fructumque tegentibus in medio centrum pulverulento-albidum constituentibus. Semen omnino cochleatum, fuscum. Alexandria Sieber.

13. *S. microphylla* Cav.; caule fruticoso, foliis fasciculatis minimis teretibus, floribus solitariis in spicam densam approximatis. Cav. Ic. 3. p. 45. t. 287. *S. fruticosa*, floribus spicatis alternis solitariis Löffl. it. 129.

Fide Willd., Poir. et H. Kew. ed. 2. p. 104 eadem species cum *vermiculata*; sed excludendam esse a *vermiculata* monuit M. a Bieb. Poir. et jungit etiam cum *rigida* Pall., a qua sane distincta. Ipsa descriptio plantae, ut videtur hispanicae, a Poir. (Enc. meth. VII. p. 294. n. 27.) data a sibirica recedit, cum petit: caules duros sublignosos fere 2 ped., ramis teretibus, deflexis, elongatis fragilibus pubescentibus; folia alterna villosa minima filiformia, ERICAE fere vulgaris, foliis adhuc minoribus in axillis fasciculatis, floralibus brevibus ovatis acutis, carnosis; flores sessiles solitarios axillares approximatos in spicas, singulos bracteis 2 brevibus ovatis. Calycem bracteis triplo longiorem, laciniis 5 flavicantibus, acutis. Stam. 5 calyce longiora, antheris basi emarginatis; stylum simplicem stigmatibus 3 rubellis; semen solitarium globulosum (an ergo huius generis?). Cal. fructifer lobis 5 obtusis breviusculis subcrenulatis rubellis. In Hispania. ☉.

14. *S. spissa* Marsch. a Bieb.; herbacea ramosissima pubescens, foliis oblongis obtusis, carnosis, floralibus brevissimis, calycibus solitariis, appendicibus explanatis. Marsch. a Bieb. Act. mosq. I. p. 140. n. 10. IV. p. 12. n. 13. (excl. syn. Pall. it. ad rigidam spectante) Taur. cauc. p. 186. Suppl. 179. Hoffm. H. mosq. 1808. n. 2772. *S. vermiculatae* varietas pumila annua. Marsch. Casp. p. 416. app. n. 18. (sub nota.) *S. nitraria*, annua erecta alterne ramosa glabra, foliis cylindratis carnosis, floribus creberrimis calyculatis. Pall. Illust. II. p. 23. t. 15. (excl. syn. Gmel. ad rigidam spectante).

Rad. simplicissima, flexuosa, exsucca. Caulis unicus, spithamaeus, a basi ramosissimus, squalide glauco-virens, laevis. Folia obtusa. Bractee circa flores ternae, squamiformes, acutae, margine albae. Flores sessiles alterni. Stamina cum antheris flavis exserta. Stylus bifidus. Cal. fructifer rosaceus, bracteis pallidis vel rufescente coloratis, 5 majoribus rotundatis, 2 angustis oblongis. Germen depresso-sphaeroideum. A Botanicis confusa cum *vermiculata* et *ericoide*: sed ☉! In planitiebus salsis caucasico-caspicis rarius, ad Volgam et Jaik, frequentibus. ☉.

15. *S. verrucosa* Marsch. a Bieb.; suffruticosa ramosissima, foliis carnosis brevissimis obtusis caducis; floralibus squamaeformibus, calycibus solitariis sterilibus fructiferisque, horum appendicibus explanatis amplis. Marsch. a Bieb. Act. mosq. I. p. 141. n. 11. IV. p. 12. n. 14. Taur. Cauc. I. p. 186. Suppl. p. 180. Hoffm. H. mosq. 1808. 2. 2777. *S. vermiculata* Marsch. Casp. p. 145. app. n. 18.

S. gemmascens fruticulosa erecta, alterne ramosa, fasciculis foliorum alternis, fructificationibus solitariis sparsis. *Pall. Illustr. II. p. 24. t. 16. Gmel. Sibir. III. p. 99. n. 77. var. 11. t. 21. f. 2.* (fide *M. a Bieb.*; clo. *Pallas Icon. Barrel. n. 713* hanc graphice exprimere videtur).

Spithamaea. Rami lignei crassitie calami, cinerei, in condite ramosi: Ramuli subsimplices, alterni, quasi gemmis adpersi. Foliola brevissima, ovata, carnosae, glauca, imbricata, stipula lignescens acuminata incurva. Squamae in ramis summis calycem efformant. Cal. fructus rosaceus pallidus, bracteis subaequalibus rotundatis, magnitudine fere *prostratae*. *Pall.* qui de corculo silet: sed huc tamen ob synonyma spectare videtur. *Frequentissima in planitiebus Caucasio-caspicis. b.*

16. *S. ericoides* *Marsch. a Bieb.*; fruticosa ramosissima, foliis filiformibus obtusis, floralibus brevissimis carnosogibbis, calycibus solitariis, appendicibus explanatis. *Marsch. a B. Act. mosqu. I. p. 41. n. 12. IV. p. 13. n. 15. Taur. Cauc. p. 187. Suppl. p. 180. S. ericaefolia Adams. Hoffm. H. mosq. 1808. n. 1764. S. dendroides, subarborescens erecta tomentosa ramosissima, foliis brevissimis clavato-carnosis pubescentibus, ramis suboppositis. Pall. Illustr. II. p. 22. t. 14. Gmel. Sibir. III. p. 93. n. 72. t. 19. f. 1. (?) p. 93. n. 76. denique p. 99. n. 77. var. 1. t. 21. f. 1. (fide *M. a Bieb.*)*

Stirps generis maxima, trunco saepe brachii crassitie, ramis ligneis, surculis humanae fere altitudine, habitu *vermiculatae*, quaecum e longinquo facile confunditur. Surculi anni rectissimi 1-1 1/2 ulp., striati, tomentoso-grisei, ramis ramulisque creberrimis. Folia ad omnes ramorum ramulorumque ortus, in sterilibus ex alis, in floriferis squamiformia, ternata. Flores sessiles minuti, *vermiculata* multo minores, antheris exsertis flavissimis basi dehiscentibus. Calyces fructiferi majores quam in *prostrata*, in ramulis conferti, bracteis subaequalibus rotundatis, fusco-purpurascentibus. Germen depresso-lenticulare. *Pall. Cum spissa et verrucosa in salsis deserti Camani et in campis aridis ad Cyrum versus mare Caspium. b.*

Obs. Pallas l. c. huc duxit *Gmel. Sib. III. p. 99. n. 77. t. 21.* (excl. syn. *Buxb.* et *Linnae.*) et semina nomine *S. fruticosae* accepisse ab *Ortega* huic simillima: *Gmelin. t. 19. f. 1.* ad *Laricinam* vero suam *S. vermiculatam* laudavit.

17. *S. Hostii* *Trattinn.*; fruticosa, foliis semiteretibus laxis subconfertis muticis, caule ramosissimo basi aculeato, floribus conglomeratis axillaribus corollaceis calyce adnato. *Trattinn. Archiv. t. 112. Ejusd. Obs. bot. III. p. 94.*

Differt a proxime affini *salsa* caule fruticoso basi in rimis corticis cinerascens seriebus rectis aculeorum perfecte nigrorum, foliis minoribus, laxioribus, habitu erecto ramosissimo. *Spe.*

cimen 2 ped. Tepidarium petit. *Trattinn.* *Ad salinas Pagi* (vulgo *Pago*) insula *Dalmatiae*. h.

Obs. Ob semen maxime cochleatum vix *salsae*, sed potius *ericoidi* affinis videtur.

18. *S. Arbuscula* *Pall.*; fruticosa, foliis fasciculatis teretibus basi attenuatis, incurvis, floribus solitariis sparsis. *Willd. Spec. I. p. 1315.* *Pall. it. I. app. p. 487. n. 102. t. H.* Illustr. pl. min. cogn. t. 17.*

Stirps 1 1/2 ped., subarborea, trunco reclinato pollicem crasso, ramis ligneis perennantibus, cortice albissimo laevigato, ramis griseis. Surculi suberecti alterni ramosi, ramis patentibus rectis apice subspinescentibus. Cotulae lignae spirales a fructibus anni praecedentis. Folia sparsa longa carnosae obtusa lacte viridia glabra caduca. Flores axillares paleis majusculis membranaceis. Stamina filamentis latiusculis persistentibus. Antherae? Styli 2 apice revoiti. Calyces fructiferi speciosi cotulis ligneis insidentes, bracteis 3 fulti: lacinae rosaceae inaequales omnes rotundatae, rubescentes. Germen depresso orbiculatum. *In deserto tatarico ad ripas praeruptas lacus salsi Inderiensis.* h.

Obs. Folia mucrone tenui solitaria vel gemina nec fasciculata esse. Foliola calycina pergamena albida ultra lin. longa. *De Vest ad Herb. Pallas. Joann. Styr.*

19. *S. foliosa* *Schrad.*; herbacea glabra, foliis clavatis carnosis, calycibus glomeratis, appendicibus explanatis. *S. clavifolia* *M. a Bieberst. Act. mosqu. I. p. 142. n. 15. IV. p. 13. n. 16. Taur. Cauc. I. p. 186. Suppl. p. 160. Hoeler in Römer Coll. n. 17. p. 70. Pall. it. II. p. 486. Gmel. Sibir. III. p. 99. n. 77. (excl. var. I. II.) Buxb. Cent. I. p. 12. t. 19. f. 1. ANABASIS foliosa fol. subclavatis. *Linn. Amoen. Acad. II. p. 347. Willd. Spec. I. p. 1319. Staehlin Mem. mosqu. 3. p. 191.**

SALSOLA baccifera, ramis confertis simplicibus, foliis solitariis subclavatis, pericarpis succulentis. *Pall. Illustr. II. p. 31. t. 23.*

Planta seminifera calycum appendicibus expansis lacteis, fructu baccato saturate rubro umbilicata pulvere variegata. *Marsch. a B. Suppl. l. c.* Planta elegans, rectissima, cupressiformis, glauca. Rad. simplex, fusca. Caulis saepe cubitalis, rigidus, teres; ad radicem surculi secundarii, ramulis creberrimis. Folia solitaria, apice subincurvo-clavata, in vertice puncto notata. Flores 3-7 in singulis alis glomerati, in ipso folio sessiles parvi 5-fidi patuli, laciniis carnosis. Antherae parvae flavae fugaces. Stylus bifidus. Cal. depresso-globosus, viridis, mucrone brevissimo; fructifer in rosam pallidam vel albam laciniis suis expansus, germine rubro, globoso, succo argenteo coccineo. *Pall. In deserto Cumano hinc inde; ad Wolgam frequens.* ©.

20. * *S. laniflora*; herbacea, foliis teretibus (obtusis) pubescentibus, floribus axillaribus, antheris coloratis. *Willd. Spec. I. p. 1314.* *Poiret Spec. VII. p. 290.* (uterque excl. syn. *Gmel.*) *Linn. Suppl. 172.* *S. lanata*; annua erecta tomentoso-lanata, foliis teretibus lanatis, antheris petalophoris. *Pall. Illustr. p. 29. t. 21.*

Caulis 2 ped., junior lanuginosus, sed circa fructificationem nudus. Folia carnosa. Flores axillares terni flavi. Cal. excrecens in paleas acutas longissimas, laminibus lateralibus roseis. Antheris roseis ab omnibus differt. *Linn.* Raro 2-ped., patulo-erecta, ramose in orbem expansa. Caulis erectus ab imo alterne ramosus, totus cum ramis tomento cano lanuginosus. Folia carnosa obtusa, paulo parcius lanata, in ramis floriferis ternata. Flores minusculi, calycis paleis acuminatis longiusculis. Antherae conniventes sagittatae, lutescentes, squamulâ petaloideâ erectâ roseâ. Paleae flavescentes longe excrecentes; lacinae calycis fructiferi rotundatae, rubicundae, rosaceum florem multo quam in congeneribus minorem efficientes: 2 oblongae. Embryo? *Pall. Ad Rhynum; passim ad Volgam, circa Saratschik, Tschaptschatschi.*

Obs. „*Linnaeus* in *Suppl. p. 172* mirâ incuriâ confundit *SALSOLA lanifloram* a *Gmel. jun.* primum descriptam cum meis *SALSOLIS lanata* et *SUAEDA sedoide*, toto coelo diversis, et descriptionem *lanatae* corruptam addit. Hinc etiam *Gmelinus* auctor *Syst. pt. II. p. 453* *S. lanatam* meam *lanifloram* appellavit.“ *Pall. Ill. p. 19.*

21. * *S. sativa*; diffusa herbacea, foliis teretibus glabris, floribus conglomeratis. *Löffl. it. 132.* *Willd. Spec. I. p. 1311.* *Cavan. it. III. p. 46. t. 291.* (laudata etiam in *H. Kew.*) *Poiret Enc. meth. VII. p. 287.* *Plenck off. t. 163.* *Juss. Act. Paris. 1714. p. 74.*

Rad. succulenta; caulis herbaceus, pedalis fere, ramis diffusis, teretibus, rubentibus saepe, foliis sparsis numerosis sessilibus, glabris, similibus *SEDI*. Flores sessiles axillares 5-7, basi foliolis 3 ovatis acutis concavis vix nudo oculo conspicuis. Cal. minimus, bracteis tamen major, laciniis concavis, conniventibus, margine scariosis, serius dilatatis, in lobos parvos rotundatos, patentes. Semina parva, compressa, spiralia. *Poiret. In maritimis Hispaniae regn. Valentini. ©.*

Obs. Hujus extare varietatem in Hungaria monuit me div. *Kitaibel* olim, plura non addens monito.

B. Calycibus post florescentiam auctis, caeterum immutatis.

22. *S. Soda*; herbacea glabra, ramis adscendentibus, foliis semiteretibus acutiusculis, calycibus fructiferis medio transversim carinatis submembranaceis. *Marsch. a Bieb. Act. mosq. I. p. 139. n. 8. IV. p. 10. n. 10.* *Taur. Cauc. p.*

185. *Suppl. p. 179. Casp. p. 142. app. S. annua, diffusa, sparsim ramosa, foliis triquetris carnosis muticis, calycibus fructiferis turbinatis ebracteatis. Pall. Ill. plant. imp. cogn. t. 30. (perperam foliis longo mucrone! monente M. a Bieb.) S. herbacea patula, foliis inermibus. Willd. Spec. l. p. 1311. Desfont. Atl. l. p. 216. Hoeler in Röm. Collect. p. 69. n. 14. Staehlin Mem. mosq. 3. p. 191. Jacq. H. vind. t. 68. Buxb. Cent. 1. t. 12. KALI Soda Scop. n. 285. SALSOLA longifolia Lam. Fl. fr. III. p. 241. KALI inermis Mönch. meth. 31. β. foliis floribusque confertioribus. Pall. l. c. f. 3.*

Folia longa carnosae patula cinerascens, supra lineis 3 viridibus angustis (unde lineae 2 latae in pagina superiori) margine baseos membranaceo diaphano. Linn. Saepe e maximis generis, diffuse et sparsim ramosa, pondere suo procumbens, frequentius tamen ramis 2-4 cubitalibus prope radicem oppositis. Rad. vix digitalis, fusca. Caulis succulentus, fragilis, saepe rubens, glaber. Rami laxi. Folia cartilaginea, laete viridia, omnia basi crassa caulem vaginantia, subacuta, (subinde setula minima molli) lineis lividis vel rubris. Singulum folium foliolis 2 interioribus, suberectis, carinato-triquetris. Flos inter foliola stipularia conniventia delitescens foliolis calycinis 5 albidis lanceolatis. Stam. calyce paulo longiora. Antherae exiguae, subsagittato-lineares, flavae. Styli 2. Germen cito excrescens in fructum urceolatum, supra depressum, stylo persistente. Semen spirale in arillo succi pleno. Cal. maturus durissimus, semiovalis, supra planiusculus, marginatus, medio quinesectus, simul cum semine decidens. Bractee nunquam excrescunt in calyce. Pall. Div. Jacquin stylum semibifidum habet, filamenta calyce duplo longiora. In Europa meridionali, boreali Africa, circa Pontum et paludem maoticam, inter rivos Elshanka et Sarpa. ☉.

Obs. SALSOLA Soda Brot. Fl. lusit. p. 404. cui flores axillares sessiles, semina similia Tragi sed latiora adscribit, aliam sistere speciem, grandifloram dicendam, Link. Fors nec hujus sectionis.

23. *S. baccifera Schrad.; annua erecta (procumbensve) alterne ramosa, foliis teretibus, calycibus glomeratis succulentis convexo pentagonis coloratis. SUAEDA baccifera Pall. Ill. pl. imp. cogn. t. 41.*

Rad. longa, simplex, pallida. Caulis gracilis, ramis alternis virgatis longis simplicibus per totam longitudinem floridis. Folia ad ramos et flores alterna solitaria carnosae supra saepe depressa, subrecurva, obtusiuscula. Flores confertissimi, sessiles, caulem fere verticillatim ambientes, verticillis e floribus 5-7. Styli 2. Cal. fructificans carnosissimus turgidus, purpurascens connivens, convexo-pentagonus, subtruncatus, laciniis arcute circa semen conniventibus, gibboso-angulosis, unde calyx circa centrum 5-tuberculatus. Semen lenticulare, primum

rubrum, demum nigrum, corculo spirali. *Pall.* In *salsuginosis ad Samaram Borysthenis, parum salsa.* ☉

24. *S. physophora Schrad.*; frutescens ramosa virgata, foliis succulentis tereti-depressis, calycibus fructiferis baccatis. *SUAEDA physophora Pall. Illustr. pl. imp. cogn. t. 43.* *LERCHEA foliis obtusis Hall. hort. gott. p. 21.?*

Pallas l. c. SALSOLAM fruticosam *Linn.* (excl. syn.) synonymam habet, omnino specie distinctam. 2 ped. - 1 1/2 cubit. Truncus ad radicem saepe digito minimo crassior, ligno albo, pallido, cortice dilute griseo. Rami ab imo, antiqui breves, crassitie pennae cygneae, lignescentes, nudi, grisei, laeviusculi; hornotini 1 1/2 ped. et spithamaei herbacei albidi rigiduli, undique alterne ramosi, recti, foliis crebris. Folia supra planiora, apice incurvulo, obtusa. Flores exigui sparsi, hinc inde folio exiguo stipati, saepe ad folia glomerati 3-5, medio prius florente. Cal. 5-fidus, stellato-patens, carnosus. Stamina vix calyce longiora, antherae minutae flavae. Cal. maturus-globoso-inflatus membranaceus rubens magnitudine pisi. Semen verticale, planum, minus durum, corculo spirali. *Pall.* In *salsuginosis et siccis deserti Caspii reliquis Halbphytis rarior.* Rami annui saepe monstrose fasciati. ♀.

25. *S. baccata*; foliis teretibus nitidis punctatis, fructu baccato. *SUAEDA baccata Forsk. aegypt. arab. p. 69.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 298.* *Descript. de l'Égypte, Bot. n. 293.*

Caulis fruticosus diffusus. Rami virides; raro subrufi. Folia ovata obtusa semiteretia conferta carnosia inferiora interdum subulata. Flores in alis glomerati sessiles. Cal. carnosus 5-partitus. Cor. nulla. Stam. 1. Pistill. 1. sed tripartitum. Stigm. subulata. Caps. calyce vestita, 5-valvis, polysperma. *Forsk.* Descriptione huic, cum speciminibus Alexandriae lectis a *clo. Sieber* comparatae, nil addendum, nisi quod capsula nulla, semenque unicum tantum, *bacciferae* simillimum adsit. Calycis lacinias incrassatas obtusas facile pro valvulis descripsit *Forsk.* unde vero semina plura habuisset, nescimus. In campis *Alexandriae Forsk.* et *Delisle* qui etiam *Kahirae.* Esse *CHENOPOD. uegyptiacum Hasselquist Forsk. l. c.*

Obs. Salsola baccata alexandrina, quam *Linnaeus* ad *salsam* dubitans duxit, fors hujus loci.

26. *S. foetida Pall.*; herbacea ramosissima erecta, foliis angustis carnosis mucronatis sparsis, pedunculis communibus axillaribus spicatis, floribus alternis bracteatis solitariis petiolo insidentibus. *De Vest in litt.*

Habitus *CHENOPODII altissimi*, sed semen omnino cochleatum in pericarpio globoso grani piperis magnitudine, Caulis albus longus rectus, ramis plurimis erectiusculis. Folia numerosa, pollicaria et ultra, anguste linearia. Pedunculi axillares foliis

oblongis flore brevioribus, alternis. *De Vest. In Herb. Joann. Noric.*

Dubiae:

27. *S. nudiflora Willd.*; sublignosa adscendens, foliis filiformibus carnosis, floribus glomeratis, foliis glomerulorum longitudine. *Willd. Spec. I. p. 1313.*

Caules ramosi adscendentes basi sublignosi superne paniculati, ramis simplicibus florum glomerulis tectis, qui nudi apparent, sunt tamen folio breviori suffulti. Folia *S. salsae Willd.* In India orientali prope Tranquebariam ad littora. 4.

28. * *S. indica Willd.*; fruticosa, foliis linearibus carnosis semiteretibus, floralibus oblongis obtusis. *Willd. Spec. I. p. 1317.*

Parva, pedalis, vix ultra. Folia fere ut in *fruticosa*, sed duplo longiora; floralia brevissima. Flores 3 in foliorum axillis sessiles, in ramis praeteriti anni, nec apicem versus. Habitus caeterum *fruticosae*. In India orientali. h.

29. *S. brevifolia Desfont.*; fruticosa ramosissima; foliis ovatis confertis brevissimis pubescentibus. *Desfont. Fl. atlant. I. p. 218.* (excl. syn. *Boccon. monente*). *Poiret Enc. meth. VII. p. 294.* An Kali vermiculatum incanum fruticans *Barrel. t. 205.?*

1-3 ped., radice maximâ, ramis pubescentibus, foliis sessilibus alternis brevibus obtusis pubescentibus, ramorum copiosis, approximatis, magnitudine et formâ *Sedi acris*. Flores axillares sessiles solitarii numerosissimi. Calycis fructiferi limbus membranaceus campanulatus lobatus. *Poir.* qui de seminibus silet. In sabulosis *Cassae Barbariae*. h.

30. *S. genistoides Juss.*; caule fruticoso subaphyllo, ramis numerosissimis (sub) fasciculatis erectis, foliis alternis squamiformibus, calyce campanulato. *Poiret Enc. meth. VII. p. 294.* Kali fruticosum hispanic. *genistae fronde. Tournef. Inst. R. H. 247.*

1-3 ped., positione formâque ramorum similis *genistae*, foliis brevissimis, caducissimis, ut fere aphylla videatur. Caules teretes, sat crassi, ramis striatis, pluribus minoribus lignosis, glabris, rigidissimis. Folia crasa brevia acuta. Flores axillares sessiles, bracteis 3, in spicam terminalem congesti ad apicem rami singuli. Foliola calycis 5 conniventia, membranacea. Stam. 5 antheris oblongis. Cal. fructiferi limbus campanulatus, lobis rotundatis mediocribus. *Poiret*, qui de semine silet. In Hispania. h. *Herb. de Jussieu.*

31. * *S. polyclonos*; sublignosa diffusa, foliis oblongis, calycibus marginatis glomeratis coloratis. *Linn. Mant. 54.*

Willd. Spec. I. p. 1314.
Barrel. Ic. t. 275.

Boccone Mus. II. t. 34.

Caules ramosissimi. Folia carnosamutica. Flores axillares terminalesque glomerati sessiles. Cal. infundibuliformis, 5-partitus, membranaceus, limbo plano parvo colorato. *Linn. In Siciliae, Hispaniae maritimis.* ☉.

32. * *S. arborescens*; frutescens, foliis semicylindricis, inferioribus conjugatis. *Linn. Suppl. 173.* *Willd. Spec. I. p. 1316.* Kali fruticosum incanum foliis exsiccis. *Buxb. C. I. p. 9. t. 15.?*

Caules adscendentes albi. Folia laevia alterna, inferiora ramorum saepius gemina aequalia s. ex singulo puncto bina. Spica terminalis. Calyces scarioso-rosacei, coronulâ scariosâ 5-valvi obtusâ. *Linn. In Sibiria.* ♀.

33. *S. collina* *Pall.*; annua erecto-patula, foliis alternis mucronatis carinatis striatisque, calycibus fructigeris submarginatis. *Pall. Ill. plant. imp. Cogn. t. 26.*

„Summa cum *S. tamaricina* similitudo, sed omnibus partibus major.“ (Desunt tamen bracteae in semine!!) „Saepe 1 1/2 ped. et ultra, late in globum sparsa, parum succulenta, tota glabra. Rad. subsimplex. Caulis simplex lineis alternis viridibus, albis, roseis. Rami ab imo virgati, patuli. Folia ubique ternata stipulis minimis, basi latiuscula. Flores inter sinus foliorum fere absconditi. Calyces fructus inter folia latentes subturbinati, supra truncati et vix marginati, bracteis nullis. *Pall. In collibus cotaceis Rhyllum inter et Samaram.* ☉.

Obs. De Embryone silet *Pallas.* Hinc dubia.

34. *S. Pallasiana* *Vest*; herbacea erecta pilosa, ramis oppositis adscendentibus, foliis lineari-subulatis, mucronatis, internodio brevioribus, calycibus glomeratis terminalibus et axillaribus, fructiferis appendiculis coloratis. *De Vest in litt.*

Habitus plantae *Labiatae*. Appendiculis rotundatis convenit fere cum *rosacea*, sed minores paulo. Folia calycibus non breviora. Omnino ab omnibus diversa. *De Vest in litt.* Asservatur in *Joannei noric. Herb. Pallasiano* nomine *SALSOLAE nov. spec.* — Nec ulla nobis ex *Illustr.* nota icon vel descriptio cum hac a clo. *Vest* benigne communicata convenit.

35. *S. mollis* *Desfont.*; fruticosa, ramis patentibus, foliis teretibus, carnosissimis, glaucis, obtusis. *Desfont. Fl. Atlant. I. p. 218.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 291.*
SUAEDA mollis *Delisle* *Descr. de l'Égypte n. 300.*

1-2 ped. et ultra, erecta, ramosissima. Folia alterna glabra mollissima succulenta, simillima *Sedo albo*, sed breviora, minus consistentia, 4 fere lin. *Poiret*, qui de semine silet. *In sabulosis prope Casam Barbariae. Desf.; circa Alexandriam et Salehyeh Delisle.*

36. *S. verticillata Schousb.*; fruticosa erecta, foliis oppositis linearibus semicylindricis, floribus subverticillatis. *Schousb. Maroc. l. p. 123.* *Poir. Enc. meth. VII. p. 293.*

Glaberrima, 3 ped.; rami teretes articulati albidi, internodiis pollicaribus lineis 2 prominulis e foliis decurrentibus; foliis carnosa canaliculata subtriquetra obtusa, longitudine internodiorum, mucrone exiguo, 2 minora fasciculata ex axillis. Flores sessiles axillares subterni versus apices ramorum; bracteae 2 oppositae ad flores inferiores magnitudine et formâ foliorum inferiorum, ad superiores ovatae lanceolatae. *Schousb. Ad portam urbis Mogador. h.*

37. *S. depressa Pursh*; herbacea, humifusa, ramosissima; ramulis distichis, foliis succulentis linearibus acutis glabris, floribus axillaribus sessilibus, staminibus exsertis. *Pursh Fl. Sept. Am. l. p. 197.* *SUAEDA prostrata. Pall. Illustr. 55. t. 47.*

In planitiis vulcanicis ad Missouri fluvium. *Nuttall. C. Pursh non vidit.*

Obs. Cum cl. *Pursh* non vidisset plantam, dubitamus valde, hanc eandem esse eum planta sibirica, licet diagnosis exactissime conveniat.

38. *S. inermis Forsk.*; fruticosa aphylla, ramis inermibus, bracteis farinoso-villosis. *Forsk. Aegypt. Arab. p. 57. t. 8. B.* *Delisle Descr. de l'Egypte n. 308.*

Polygama. Caulis lignosus procumbens. Rami diffusi conferti alterni villosi. Stipulae et folia nulla. Flores sessiles laterales, raro in ramis antiquis, semper in viridibus, alterni, tribracteati. Bracteae orbiculato-acuminatae, convexae, rigidae succulentae virides, margine membranaceo pallido. Flores hermaphr. plurimi, petalis 5 viridibus ovato-acutis erectis sine corona, staminibus 5 sine antheris. Styl. nullus. Stigmata 2. Flores feminei pauciores, sine ordine intermixti, petalis 5 viridibus, supra germen conniventibus, carinâ membranaceâ, violaceâ, quae simul est limbus petalorum, et apices germen tegentes sunt corollae corona. Bracteae calycis loco triphylli. *Forsk. Alexandriae. h.*

39. *S. imbricata Forsk.*; fruticosa, diffusa, inermis; ramis villosis; ramulis imbricatis; bracteis obtusis nudis. *Forsk. Aegypt. Arab. p. 57. t. 8. C.*

Differt ab *inermi* praeter characteres datos ramis rigidis. Flores omnes videntur esse rosacei, hermaphroditi. Rosaceorum corona convexa, obtusa, limbo albo. Intra corollae coronam filamenta 5, antherae erectae hastatae flavae. Styli 5 fusci, pulverulenti. Vidi et flores non coronatos hermaphroditos, staminibus exsertis. *Forsk. Lohajas in sterilibus, Camellis in deliciis. h.*

40. *S. tetrandra* Forsk.; fruticosa decumbens inermis, floribus brachiatim oppositis, tetrandris. Forsk. *Aegypt. Arab.* p. 58. *Delisle Descr. de l'Egypte Bot.* n. 307. t. 21. f. 3. α. caulibus erectis. β. caulibus prostratis.

Quotquot aperui flores nondum explicatos, monstrabant tantum 4 antheras; stylum 1; stigma bipartitum. Bracteae 3 succulentae amplectuntur singulum florem: media hemisphaerica obtigit laterales. Folia et rami opposita: illa tomentosa. Forsk. *Alexandriae.* h.

41. *S. Coquimbona* Molin.; aphylla, calycibus succulentis diaphanis. Molin. *Hist. Chil.* p. 36. 2, ed. p. 283. *In Chili.*

42. *S. Helenae* Bory de St. Vinc.; foliis linearibus basi attenuatis reflexo-patentibus, glomerulis paucifloris axillaribus, caule fruticoso. *Reliqu. Willd. MS.*

In insula St. Helenae. h. *Ill. Bory de St. Vincent.*

SUAEDAE Forsk.

43. *S. vera*; foliis semiteretibus farinosis non punctatis, stigmatibus peltatis. *SUAEDA vera* Forsk. *Fasc. Aegypt. Arab.* p. 69. *Descript. de l'Egypte Bot.* n. 294. *SALSOLA farinosa* Poir. *Enc. meth.* VII. p. 298.

Stigmata ante floris explicationem valde eminentia, rubra, membranacea, 5-4-fida, sublaciniata. Postea corolla et stamina ad eandem fere altitudinem exerescunt, et stigma evadit capitato-planum: semper tamen sublaciniatum. Cal. 5-fidus. Cor. nulla. Flores plerumque solitarii, interdum coacervati in axillis. Folia carnosissima supra plana subcurva obtusa, farinam subtili, detergibili, inde viridi-caerulea. Rami juvenes violacei. Fructus diffusus. *In Forsk. desideratur statio: Delisle Alexandriae legit.*

44. *S. globulifolia* Poir.; foliis carnosissimis ovatis, subglobosis farinosis punctatis, stigmatibus subulatis. *SUAEDA vermiculata* Forsk. *Aegypt. Arab.* 70. *Delisle Descript. de l'Egypte Bot.* n. 295. *S. globulifolia* Poir. *Enc. meth.* VII. p. 299.

Flos axillaris solitarius sessilis. Stigmata rubra vel viridia subulata eminentia supra florem nondum explicatum, deinde stamina aequantia. Caulis fruticosus diffusus. Folia conferta, inferiora longiora ovata farinam subtili caerulescentia, albo punctata, strictissima. *SUAEDAE verae* persimilis; foliis vero et stigmatibus differt. A *SALSOLA vermiculata* distinguitur flore tribus foliis non cincto. Forsk. *Alexandriae in littore Forsk. et Delisle.*

45. *S. annularis* Poir.; foliis sparsis carnosis lineari-
bus utrinque convexis obtusis. *SUAEDA fruticosa* Forsk.
Aegypt. Arab. p. 70. n. 19. *S. annularis* Poiret *Enc.*
meth. VII. p. 299.

Frutex 3 uln. Folia pollicaria, sine farina, subsessilia. Flores
in ramorum ultimorum medio axillares sessiles capitati. Caly-
eis foliola 5 viridia patentia concava staminibus opposita. An-
nulus viridis elatus stamina inter et pistillum. Germen globo-
sum stylo filiformi triplo brevius, supra dilatato-planum. Styli
5, nondum maturis floribus ultra apicem clausi floris promi-
nentes, patentes. Caps. parva membranacea semen arcte cir-
cumdans. *Forsk.* Hanc *SUAEDAM fruticosam* *Vitman Samm.*
pl. II. p. 100. n. 6. ad *CHENOP. altissimum* tanquam synonymon
ducit auctoritate *Vahl.* *Djiddae.*

46. *S. Suaeda* Poir.; foliis oblongis, interdum linea-
ribus, vix pollicaribus. *SUAEDA* sine nomine apud *Forsk.*
Aegypt. arab. p. 69. n. 17. *SALSOLA Suaeda* Poiret
Enc. meth. VII. p. 299.

Arabibus esse Hömmam *Forsk. l. c.*

47. *S. pinnatifida.* *SUAEDA pinnatifida* *Delisle* *Descr.*
de l'Egypte n. 298.

Divus Olivier reperit circa Alexandriam.

48. *S. alopecuroides* *Delisle* *Descr. l. c. n. 306. t.*
21. f. 1.

Ad pyramides Gyzenses. (Nobis non visa).

49. *S. glomerulata* *Delisle l. c. n. 311.*

Ex Lipp in Herb. Juss.

50.? *S. ? didyma* *Lour;* caule herbaceo decumbente;
foliis oblongis inermibus; capsulis bilobis dispermis. *Lour.*
l. p. 216.

Caulis 2-ped., procumbens diffusus asper. Folia obtusa integer-
rima crassa glabra opposita. Flos apetalus axillaris glomeratus
subsessilis; calyce 5-partito, laciniis emarginatis apice cucul-
latis. Stigmata 2 sessilia oblonga erecta. Capsula bilocularis
monosperma (supra in definitione disperma.); seminibus coch-
leatis asperis nigris. *Lour.* *In Mozambico et in Af-*
rica.

Quid: *SALSOLA buxifolia* *Hort. Paris. in Dum. Cours.*
Bot. Cult. I. p. 622.

S. celtifolia *Hort. Berol. Suppl. p. 14.*

1135. TRAGANUM.

T. nudatum *Delisle* *Descript. de l'Egypte Bot. n. 312.*
l. 22. f. 1.

Specimen nostrum frustum fruticuli tortuosi, cortice flavicante glaberrimo, ramis patentibus rigidissimis, glabris. Flores sessiles inter fasciculos bractearum, folia mentientium, equitantium, lineari-lanceolarum, acuminatarum, mucronatarum, rigidarum, pungentium, glaberrimarum, antequam flos evolvitur, et propaginem quasi Aloes minimam, 3-5 lin., sistentium. Ubi flores incipiunt foecundari, lanâ albidâ papposâ intus basi teguntur. Semine maturo decedunt bractee basi subcoalitae numero plerumque quaternario, quarum extrema major, ovato-rotundata, mucrone recurvo aciculari, 2 majores ovato-lanceolatae, acuminato-mucronatae. Stam. longitudine calycis. Antherae exsertae, oblongae, flavae, ut stigmata, glaberrimae. Pappus sericeus albus longitudine antherarum, demum deciduus. Semen glabrum. *Tentyrae legit Sieber. h.*

1136. K O C H I A.

A. Calycibus exterius post florescentiam in appendiculos 5 scariosos excrescentibus.

1. *K. arenaria Roth*; herbacea, foliis linearibus subcarnosis pubescentibus, floribus axillaribus subternis, calycum appendiculis obtusis. *SALSOLA arenaria Waldst. et Kit. t. 78. Maerklin Schr. d. Regensb. bot. Ges. B. I. p. 332. Roth Fl. Germ. T. II. p. 2. p. 575. Willd. Enum. H. Berol. p. 292. Köler apud Römer Collect. p. 45. et sequ., p. 65. t. 1. f. 1-20. S. dasyantha β. γ. M. a. Bieb. Suppl. p. 181. CAMPHOROSMA monspeliaca Poll. pal. T. I. n. 176. KOCHIA arenaria Roth ap. Schrad. l. c. et Bot. Beytr. p. 175. CHE- NOPODIUM arenarium Fl. Wetterau. I. p. 356. WILLE- META arenaria Maerklin ap. Schrad. Journ. 1800. I. B. 2. St. p. 321. Gmel. Fl. bad. I. p. 576. β. rubra: caule debiliore, graciliore, purpurascete; calycis laciniis angustioribus et acutioribus fere lanceolatis. S. dasyantha γ. M. a. Bieb. Suppl. p. 181. γ. tota glabra.*

a dasyanthae plurimum affinis discrepat caulibus minus ramosis magis depressis, foliis brevioribus pube brevi ut in *prostrata*, nec pilis longissimis albis ciliatis, calycum lanâ minus copiosâ albâ, nec rufâ. *Marsch. a Bieb. Taur. Cauc. p. 189. 1/2-1 ped., ut plurimum procumbens vel ascendens, a basi ramosa. Folia canescentia; flores ante anthesin pube saepe densâ obtecti; appendiculi calycis albi vel rufescentes; antherae carnae. In arenosis Pannoniae, et ad Rhenum. ☉.*

2. *K. dasyantha Schrad.*; herbacea pilosa, foliis subulato-filiformibus elongato ciliatis, calycibus subgeminis hirsutissimis, appendicibus planis oblongis disco multo longioribus. *Marsch. Mem. Mosqu. IV. p. 14. n. 16. (sub SALSOLA) Suppl. Taur. Cauc. p. 181. a. major, erectior, paniculato-ramosa pilosissima. SALSOLA dasyantha annua*

erecta ramosa, foliis alternis filiformibus pubescentibus, floribus lanuginosis. *Pall. Illustr. I. p. 19. t. 10. J. et t. 11.*

SALSOLA tenuifolia Fl. Taur. Cauc. n. 473. S. arenaria

Marsch. Act. Mosq. I. p. 143. n. 15. S. laniflora

Gmel. jun. it. I. p. 160. t. 137. Pall. It. II. p. 736.

l. P. (laudata in H. Kew.; non vero ab ipso Pall.) S.

prostrata Orteg. (fid. Pall. Illustr. l. c. et seminibus Ortegae.)

Rad. longiuscula, flexuoso-attenuata. Caulis unicus erectus saepe ulnaris, a basi alterne ramosus, rubens, teres, pilis albis, raro glaber. Rami simplices patuli subascendentes, inferius fasciculatim foliosi, infimi aliquot elongati. Folia linearia, pilis undique. Flores sessiles, in ramis inferioribus subsolitarii. Cal. subglobosus 5-fidus, lanugine albâ largiter pubescens. Stam. 5, filamentis brevioribus quam in *prostrata*; antherae flavae demum exsertae. Stigmata 2 rubra. Cal. fructifer lacina subacuta, plana, abeuns in laciniam lanceolatam serrulatam fuscescentem. Rarius tota glabra, caule ruberrimo. *Pall. In campis argillosis subsalsis ad Caucasum et ad Wolgam inferiorem, circa Tanain et Borysthenem. ☉.*

Obs. „Varietates β et γ in *Mem. mosq. l. c.* commemoratae *S. arenaria* *Auctt.* constituentibus in Tauria atque Caucaso non occurrunt.“ (hinc etiam aliisque ex rationibus specie separavimus). „De his conferatur *Koeler ap. Römer Coll. t. 1. Discrimina inter eas ab eo fortassis pendent, quod α solo durissimo argillaceo et salsugineo, β et γ autem in sabuletis nascantur. Nostram cum *arenaria* etiam conjunxit *Treviranus Mag. Naturf. Freund. Berl. 1813. II. p. 148.*“ *Marsch. a Bieb. Suppl. l. c.**

3. *K. prostrata Schrad.*; suffruticosa, piloso-cana, foliis linearibus planis, calycibus subternis piloso-tomentosis, appendicibus explanatis obovatis. *SALSOLA prostrata M. a Bieberst. Mem. Mosqu. IV. p. 14. n. 17. I. p. 143. n.*

14. Casp. p. 148. App. n. 21. p. 79. Taur. Cauc. p. 187.

(excl. syn. *Buxb. I. t. 16. ad scopariam spectante*) *Suppl.*

p. 181. S. frutescens, foliis linearibus pilosis inermibus.

Willd. Spec. I. p. 1315. Linn. Amoen. acad. II. p. 318.

Koeler ap. Römer Coll. p. 64. n. 9. Decand. Fl.

franc. n. 2271. Pall. it. p. 490. n. 106. β . t. 9. f. e.

(fid. *Pall. M. a Bieb. o — r laudat, et e — m ad ver-*

miculatam ducit). S. suffrutescens, assurgens, foliis

lineari-lanceolatis villosis, caulibus subspicatis, floribus glo-

meratis. Pall. Illustr. t. 10. Jacq. Austr. III. t. 294.

Hall. Hist. n. 1575. Gmel. Sibir. III. p. 94. n. 73. t.

19. f. 2. Buxb. C. I. p. 9. t. 15. CHENOPODIUM

augustanum Allion. Pedemont. n. 2020. t. 38. f. 4. CHENOP.

camphorataefolium Pourr. act. Tolos. III. p. 311. CHENOP.

villosum Lam. Enc. meth. I. p. 197. Pers. Syn. I. p.

295. *CHENOP. sericeum* Gmel. S. V. p. 450. *CHENOP.*
lineare Hortul.

Rad. lignoso-suberosa, digiti ad carpi usque crassitie, simplex, profunde perpendicularis. Caulos infra lignescens, rigidi, 2 ped., albidi, juniores saepius rubicundi, pubescentes, apice ramis aliquot strictis; subinde caulis simplicissimus. Folia in cauliculis sterilibus reflexis caulibusque junioribus conferta, in adultis fasciculata, lineari-subulata, plana, exsucca, tomento incana, molla, subinde hyeme virentia. Flores sessiles, foliolis 2 lateralibus brevioribus, demum cum medio latescentibus, concavis. Cal. minutus viridis 5-fidus pubescens, exterius ora prominula demum in bracteas excrescente. Antherae exsertae flavae, fugaces. Stylus bifidus stigmatibus reflexis, plumaceis, cum germine adolescentibus. Laciniae calycis deflorati aucti membranaceae, striatulae, coloratae, rotundae, margine subtiliter crenulatae, rosacea. Germen maturum hemisphaericum. *Pall.* Nos antheras rubras vidimus. *Per omnem Europam ab Atlantico ad Sinam usque, in temperatioribus. h.*

Obs. „Varietatem caule et foliis angustioribus omnino nudis e Gallia narbonensi commemorat cl. *Treviranus* in *Mag. Berl. Ges. Naturf. Fr.* 1813. 2. p. 148, quae fortassis specie differt.“ *Marsch. a Bieb. Suppl. l. c. Pallas l. c.* huc etiam ducit *Gmel. Sibir. III. p. 95. n. 74. t. 20. f. 1.* (excl. syn. *Barrel.*) et monet variare calycum fructus colore rubicundo vel griseo-fuscescente, et magnitudine secundum clima locumque; orientem versus minorem fieri, in sterilibus arenoso-limoso saepe digitalem, ulnarem ad Borysthenem, maximam in Chersoneso taurica, ubi fruticulum 2 ped., flores in glomerulis 5-8, spiculas confertas efformantes et calyces fructus ob abundantiam succus (vel cynipis morsu?) baccato-succulentos; gallas proferre glabras, tomento-lanatas, pro fomite servientes.

4. *K. Scoparia*; herbacea pubescens, foliis lineari-lanceolatis ciliatis, calycibus geminis, appendicibus brevissimis acutis. *SALSOLA Scoparia* *Marsch. a Bieb. Mem. Mosq. I. p. 144. n. 16. IV. p. 17. n. 20. Suppl. Taur. Cauc. p. 182.* *CHENOPODIUM Scoparia* fol. planis lineari-lanceolatis margine ciliatis, floribus glomeratis axillaribus. *Willd. Spec. I. p. 1306. Pall. It. III. p. 594. Lam. et Decand. Fl. franc. n. 2276. Scop. Carn. ed. 2. n. 282. Lam. Enc. meth. I. p. 196. Kochia Scoparia Schrad de Haloph. T. 1. f. 1. Buxb. Cent. I. p. 10. t. 16. Linaria Scoparia C. Bauh. pin. p. 212. Osyris. Dod. pempt. 101. Parkins. Parad. 267. f. 4. β. humilior, gracilior angustifolia. *Marsch. a Bieb. l. c. SALSOLA Sieversiana* annua erecta subramosa, foliis lanceolatis margine setosis. *Pall. Illustr. III. p. 45. t. 38. Camphorata tectorum* foliis Polygoni hirsutis. *Buxb. Cent. I. p. 19. t. 29. SALSOLA Songarica* *Sivers.**

Caulis 3-5-ped., ramis erectis, pilis brevibus. Folia sessilia,

laete viridia, acuta, 2-3 poll., 2-3 lin. lata. Flores ad axillas inferiores plures, ad superiores plerumque 2-3, glomerulis ante anthesin hirsutis. β . tenella, facile marcescens, ad summum subpedalis, radice longiusculâ, simplicissimâ. Caulis rectus, tenuiter striatus, glaber, supra ramis alternis filiformibus, apice pubescentibus. Folia lanceolato-lineararia, mollia et subcarnosa, a basi ultra medium setulis 5-6 subreclinatis facile deciduis: ad inferiora folia fasciculi foliorum axillarium. Flores solitarii ternive. Cal. subglobosus depressus 5-fidus, pubescens, milii grano minor. Stamina ad mediam basin laciniarum calycis longe exserta antheris flavis caducis, filamentis persistentibus. Styli 2 filamentis duplo breviores. Fructus? *Pall.* In *Graecia, Carniolia, Pannonia, Ucraina ad Caucasum, in China, Japonia*; β circa *Tiflin in tectis, et in deserto Songaro-Kirgisico.* ☉.

5. *K. brevifolia R. Brown*; foliis teretibus sessilibus glabris, caule fruticoso ramosissimo erecto lanato, perianthii appendicibus dilatato-membranaceis. *R. Brown Prodr.* 1. p. 409.

Ad oram meridion. nov. Holland.

6. *K. aphylla R. Brown*; fruticosa aphylla, ramis divaricato-deflexis, ramulis spinescentibus, spiculis lateralibus, perianthio lanato, fructiferi appendicibus membranaceis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

B. Calycibus exterius post florescentiam in aculeos 5 subulatos vel spinescentes excrescentibus:

7. *K. hyssopifolia Roth*; herbacea pubescens, foliis linearibus planis, calycibus glomeratis lanuginosis, spinulâ dorsali uncinata. *SALSOLA hyssopifolia Marsch. a Bieb. Act. Mosq.* I. p. 144. n. 17. IV. p. 17. n. 21. *Casp.* p. 147. app. n. 19. p. 79. *Taur. Cauc.* I. p. 188. *Suppl.* p. 183. *Willd. Spec.* I. p. 1314. *Pall. it.* I. p. 491. app. n. 107. t. H. f. 1. *Koeler in Röm. Collect.* p. 62. n. 5.

Gmel. Sibir. III. p. 116. n. 92. t. 22. *CHENOPODIUM lanuginosum Mönch meth.* 330. *WILLEMETA lanata Märkl. in Schrad. Journ.* 3. B. 2. St. p. 330. *KOCHIA hyssopifolia Roth N. Beytr.* 176. *CHENOP. villosum Hortor.*

SUAEDA hyssopifolia, annua pubescens, foliis lanceolatis, calycibus aristis 5, apice uncinatis radiatis. *Pall. Illustr.* III. t. 36. 37. *Buxb.* I. p. 10. t. 16. (fid. *Pall.*) β . *cancasica*: tenuis nudiuscula floribus valde sparsis axillaribus solitariis. γ . *S. triandra*, herbacea, foliis carnosiss linearibus planis basi attenuatis pilosis muticis, floribus polygamis, hermaphroditis triandris monogynis. *Hänkel*

a *Donnersmark pl. sel. Hort. Halens. p. 21.* (varietas anomala fide *Marsch. a Bieberst. Suppl. p. 185.*) δ .
diffusa H. Gorenk.

Saepe cubitalis et ultra, plerumque erecta, in salsis et torridis prostrata, caulis etiam digitalis. Rad. ramosa, pallida. Caulis unicus teres striatus rigidus rubens tenerrime lanuginosus, ramis crebris simplicibus patentiusculis, fasciculis foliorum et spiculis floriferis. Folia lineari-lanceolata plana, lanugine canescentia. Flores superne axillares, in spiculis foliatis plus minus lanatis, demum in ramulos excrecentibus, vel ad folia sparsi sessiles. Cal. valde pubescens minutus semiovatus supra 5-dentatus. Stam. calyce longiora, antheris oblongo-didymis flavis cito deciduis. Stylus bifidus, stigmatibus reflexis. Cal. seminariae setulis 5 apice hamoso-circinnatis, saepe rubris. In salsis calidis ad Caspium pumila patula (t. 27) digitalis, prostrata, hirsutissima, foliis crassiusculis succulentis utrinque convexis. Alia e Caucaso admodum tenuis, nudiuscula, floribus valde sparsis axillaribus solitariis. *Pall.* Nos antheras stylumque rubras vidimus. *In salsis et subsalsis Sibiriae, Mar. Caspii, et per totam Tartariam et Hungariam, etiam in Hispania.* ☉.

8. *K. sedoides Schrad.*; herbacea pilosissima, ramis strictis, foliis linearibus subcarnosis, calycibus geminis, spinulâ dorsali rectâ disci longitudine. *SALSOLA sedoides Marsch. a Bieberst. Act. Mosqu. I. p. 145. n. 18. IV. p. 18. n. 22. Taur. Cauc. p. 189. Suppl. p. 185.* *S. suffruticosa*, foliis teretibus filiformibus ciliatis, floribus glomeratis axillaribus. *Willd. Spec. I. p. 1317. Pall. it. I. p. 492. App. n. 108. t. I. f. 1. 2. III. p. 630. t. M. f. 8. Köler ap. Römer Coll. n. 7. (nec. 3, quae non prostat.) Gmel. Sibir. III. p. 118. n. 94. t. 23. f. 2. (fide M. a Bieb.) S. cinerea, herbac. etc., calycibus fructus ovato-oblongis; foliolis corniculatis. *Wald. Hit. pl. rar. t. 106. Buxb. Cent. III. p. 27. t. 49. SALSOLA muricata M. a Bieb. Casp. p. 148. app. n. 20. p. 79. SALSOLA nova species Pall. Nov. Act. Petrop. XIII. p. 42. SUAEDA sedifolia annua villosa, foliis cylindraceutis obtusis, calycibus spinis regulariter stellatis. Pall. Illustr. t. 32. β . ucranica. Pall. l. c. t. 33. SALS. cinerea, herbacea erecta. γ . taurica Pall. l. c. t. 34. An SALSOLA tetrandra Forsk. Fl. Aeg. p. 58. ? quaerit Pallas, sed distincta.**

Differt a *muricata* foliis teretibus ciliatis pilis longis. *Willd.* Junior simplicissima, reetissima, pedalis adultior cubitalis, sere suffruticosa, ramis adscendentibus, alternis. Rad. brevissima, recta. Caulis subtomentosus ramulis alternis confertim foliosis, florentibus magis elongatis. Folia succulenta sessilia villis canis rariusculis longioribus, utrinque a basi pilis subciliata. Flores axillares solitarii vel plures, minuti. Cal. globosus, undique lanuginosus, semi-5-fidus. Antherae exsertae majusculae ova-

tae. Stylus bifidus. Cal. circa germen foecundatum clauditur, depresso-discoideus demum, spinis excrescentibus inaequaliter stellatus. Semen suborbiculare lentiforme viride. In planta deflorata folia macilentia glabra depressa vel plano-concava. Calyces odorem piperis vel aurantiorum spargunt. β . laevior, siccior, 1-3 ped. laetius virens. Rad. subsimplex prolixior. Caulis rectissimus ramis patentiusculis ex omnibus alis floriferis. Folia depressa, subcarnosa, semiteretia, acutiuscula, superius striâ ad basin, sericea, ciliata, spiraliter posita. Flores plerumque gemini, rarius terni. Calyces fructiferi irregulariter pentagoni, subovales, aculeis brevibus. Corculum fuscum. γ tetrandra; saepe 4 ped., in siccis spithamaea. Rad. fusca, supra fibris horizontalibus. Caulis teres, saepe crassitie digiti minimi, rectissimus, canescens. Ramuli laterales plerumque distichi. Folia sursum flexa, tereti-depressa, obsolete bistriata, obtusiuscula, pilosa. Flores plerumque bini, in imâ basi folii. Cal. pubescens, globoso-depressus. Antherae didymae flavae, demum rubentes, vix exsertae, 3-4, nunquam 5. Styli 2. Cal. excrescens in spinas subarrectas, molles, apice flavas. *Pall.* In sterilibus salsis et subsalsis *Tauriae, Caucasi, Pannoniae: a ad Samarum, Rhymnium; β in ditone Voronecensi ad rivum Birjutscha; γ in valle Sudak.* ☉.

Obs. *Pallas* huc sphalmate duxit *Gmel. Sib. III. p. 118. t. 23. f. 1.* ad α ; et n. 74, t. 20. f. 1 ad β , licet eandem tabulam prius ad prostratam laudasset.

9. *R. muricata Schrad.*; annua, tomentosa, calycibus quinquangulis 5-aristatis; foliis lanceolatis planis. *SUAEDA muricata Pall. Ill. plant. imp. Cogn. t. 35.* *SALSOLA muricata, fruticosa patula, ramulis hirsutis, calycibus spinosis. Linn. Mant. n. 512.* *Willd. Spec. I. p. 1317.* (excl. syn. *Buxb.*) *Vahl Symb. I. p. 24.* *SALSOLA*

monobracteata diffusa frutescens, foliis linearibus pilosis inermibus, calycis setâ in spinam transeunte. Forsk. Descr. 55.

BASSIA muricata Allion. Misc. Taur. III. p. 177. t. 4. f. 2. *CORNULACA muricata Delisle olim.*

Caulis erectus pilosus cinereus; folia linearia subcarnosa mollia cinerea. Calyces bini congesti. Semen intra folliculum tridentatum minutum. *Linn. Dodrantalis vel ultra, tota griseo-tomentosa. Rad. attenuata. Caulis unicus, ab imo alterne ramosus, pubescens, striatus. Rami subsimplices, interdum ramis lateralibus. Folia valde tomentosa, lineari-lanceolata, non carnosâ. Flores bini, utroque latere ad folii basin sessiles, milii grano vix majores, calycibus admodum tomentosiss. Calyces fructiferi paulo majores quam in *sedoide*, pubescentes, planiusculi, radiis 5 setaceis horizontalibus perfecte stellati, subinde radio accessorio. *Pall.* In *Europa australi, Barbaria, Aegypto. b.**

Obs. *S. monobracteata Forsk.* esse varietatem foliis minoribus, magis villosis, caulibus tenuioribus *Poir. Enc. meth. Suppl. V. p. 190.*

qui *Enc. meth.* VII. p. 287. monet: *Kali aegyptiacum incanum et villosum, calyce stellato et aculeato Lipp. MS. in Herb. Vaill. et Desfont.* differre foliis angustioribus, caulibus gracilioribus, ramis ultimis fere filiformibus. Talem nos quoque vidimus *CORNULACAM maricatam* lectam ad pyramides a clo. *Sieber.* Planta divi *Forsk.* sane diversa videtur ab illa *Pallasi*, nec fors generis. „Tota hirsuta, ait *Forsk.*, diffusa, 1 1/2 ped., ramosa. Caules teretes angulati lignosi viridi-fuscescentes. Folia inferiora majora, vix pollicaria, linearia, alterna, sessilia inermia hirsuta. Flores ad omnes axillas caulis et ramorum bini, sessiles, saepe bractea ad latus unica, non 3, ut in plerisque aliis. Flores omnes hermaphroditi, calyce connivente, seta infra apicem cujusvis lacinae, floris diametro longiore, flava, flexili, exorescente in spinam rigidam. Stam. libera. Stylus bipartitus. Semen cochleare „(quale etiam petit *Poiret Enc. meth.* VII. p. 286) inclusum calyce stellato quinquespinoso.“ Varietas annua e Tauria apud *Koeler* in *Höm. Coll.* p. 63. ad praecedentem *sedoidem* spectat.

10. *K. eriophora Schrad.*; tota lanata, caule herbaceo, ramisque alternis adscendentibus, foliis linearibus acutis crassiusculis carnosissimis, floribus geminis arachnoideo-lanatis, calyce fructifero stellato aculeis 5 subulatis apice subhamosis. *Schrader de Halophytis Pallasii* p. 17. t. 3. *Trattinn. Arch.* t. 124. *EjUSD. Obs.* IV. p. 110. *SALSOLA eriophora, laniflora, et eriantha Hortor.*

Rad. annua tenuis fibrillis sparsis. Caulis palmaris vel spithameus, angulosus, saepius supra basin divisus in ramos plures caules ex una radice mentientes. Flores parvi, rarius terni, sessiles. Calyx campanulatus tenuis virescens 5-partitus, laciniis ovatis concavis. Stamina calyce longiora. Stylus brevis, stigmatibus 2 staminibus multo longioribus. Cal. post florescentiam clausus sensim increscens, depressus, stellatus aculeis. Semen arcte inclusum, ovatum, compressum. *In Hispania?* ☉.

11. *K.? spinifex*; caule fruticoso pubescente, foliis linearibus obtusis subpubescentibus; floribus axillaribus tomentosis, calycibus breviter spinosulis. *SALSOLA spinifex Poir. Enc. meth. Suppl.* V. p. 191.

Caules sublignescentes, ramis gracilibus teretibus elongatis pubescentibus. Folia numerosa inaequalia plana viridia 3-6 lin., subpubescentia. Flores parvi sessiles, inferiores subsolitarii, superiores agglomerati, tomentosi. Calyces mucronibus 5 brevibus spinosis. *Poir. In Chersoneso taurica. h. Herb. Desf.*

C. Calycibus post florescentiam paulo auctis, ceterum immutatis.

12. *K. sericea Schrad.*; frutescens, ramis diffusis foliis lanceolatis sericeis, calycibus muticis. *SALSOLA sericea Ait. Kew.* I. p. 317. *Willd. Enum. H. Berol.* p.

293. *S. diffusa* herbacea, tomentosa decumbens, foliis lanceolatis. *Thunb. Prodr.* I. p. 48. *Fl. Cap.* II. p. 175. *Pers. Syn.* I. p. 296. n. 18. *Poir. Enc. meth.* VII. p. 287. n. 7. *S. canescens*, caule suffruticoso folioso, foliis lineari-acutis, tomentosis, planis, argenteo-sericeis. *Hort. par.* apud *Pers. Syn.* I. p. 296. n. 17. (fide *Schrad.*; ergo etiam). *Poiret Enc. meth.* VII. p. 287. n. 6. *CHE-NOLEA sinense Willemet Essays* III. p. 233. *CHENOLEA diffusa Thunb. nov. gen.* p. 10. *Lin n. Syst. Veg.* XIV. p. 247. *Willd. Spec.* I. p. 1203. *KUCHIA sericea Schrad. Haloph.* T. II.

Caules plures radicales filiformes herbacei simplices et ramosi purpurei basi glabri apice subtomentosi, inaequales, apicibus erectis, palmares et ultra. Rami alterni pauci brevissimi cauli similes. Folia decussata sessilia ovato-lanceolata obtusa cum acumine, carnosa, integra, supra planá, subtus convexa, frequentia, suprema imbricata, erecto patentia, argenteo-tomentosa, internodiis longiora, semiunguicularia. Flores axillares solitarii vel bini, sessiles in omni axilla foliorum versus apices ramorum. Cal. 1-phyllus concavus subcarnosus intus glaber extus argenteo-tomentosus, profunde 5-partitus. Cor. nulla. Filamenta 5 basi calycis inserta, filiformia, erecta, longitudine calycis. Styl. unicus vix lineam longus. Stigmata 2 subulata patenti-reflexa. Semen subrotundum depressum glabrum nigrum, membranâ tenui tectum. *Thunb. in depressis prope Rap, in maritimis Saldanabay, alibique.* h.

Obs. *Thunberg* in *Obs.* addit: re verâ ad *SALSOLAS* referri debet, aequae ac *CAROXYLON* et forsân *ANABASIS*, licet in multis differre videantur: *SALSOLAE* vero character emendandus erit. Species enim variae variant flore, stylo, ceteris

1137. CORNULACA.

C. monacantha Delisle; caule fruticoso ramoso, ramis junioribus articulatis, articulis folio mucronato squamiformi terminatis, floribus glomeratis axillaribus. *Delisle Descr. de l'Egypte Hist. nat. bot.* t. 22. f. 3. *SALSOLA ferox s. ficoides. Ficus aizoides memphitica fruticosa geniculata ferocior. Lipp MS. Herb. Vaitl.*
In Aegypto ad pyramides. h.

1138. ENCHYLAENA.*)

1. *E. tomentosa R. Brown*; foliis teretibus ramisque tomentosis, floribus trigynis. *R. Brown Prodr.* I. p. 408. Circa portum Jackson, et ad meridion. oram nov. Holland.

*) Suffrutices procumbentes, ramosissimi. Folia alterna, carnosa. Flores axillares, chactati, solitarii, sessiles.

2. *E. paradoxa* R. Brown; foliis oblongo-linearibus carnosissimis ramisque glabris, floribus digynis, utriculis basi lanatis! R. Brown l. c.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

1139. CHENOPODIUM.

A. Calycibus immutatis:

a. Foliis angulosis.

1. * *C. bonus* Henricus; foliis triangulari-hastatis integerrimis, spicis compositis glomeratis aphyllis axillaribus terminalibusque. *Willd. Enum. H. Berol. p. 288. Spec. I. p. 1299.* *Smith Brit. p. 272. Engl. Bot. t. 1033. Schult. Baier. Fl. n. 24. Curt. Lond. III. t. 17. Fl. Dan. t. 579.* *C. sagittatum* Lam. *Fl. fr. p. 244. Hall. Helv. n. 1578.*

β . alpinum. Spiculae alternae sessiles, floribus glomeratis sessilibus. *Linn. Rad. ramosa.* Caules erectiusculi teretes pedales (et ultra) basi saepe ramosi, superne simplices, foliosi, striati, unctoso-pulverulenti. Folia alterna petiolata laxepatentia hastato-deltoidea vel sagittata, subrepanda venosa subtus praecipue pulverulenta. Spicae pedunculatae compositae multiflorae, inferiores axillares, superiores in spicam communem pyramidatam aphyllam digestae. Flores (feminei plurimi inter hermaphroditos) congesti virides pulverulenti. Cal. apice dilatatus erosus. Styli 2-3, subulati, patentes, pubescentes. *Smith. In Europae totius ruderatis, in Graeciae montosis. 4.*

Obs. Gronov. in Virginia nasci hanc speciem affirmat: Pursh nunquam vidit.

2. *C. mucronatum* Thunb.; foliis triangularibus hastatis obtusis mucronatis; racemis foliosis. *Thunb. Prodr. l. p. 48. Fl. Cap. II. p. 180. Willd. Spec. I. p. 1299.*

Caulis herbaceus erectus striato-angulatus tenuissime pubescens, apice parum ramosus sesquipedalis. Rami alterni versus apicem caulis pauci. Folia alterna petiolata, angulis et apice rotundatis obtusissimis integra nervosa glabra unguicularia. Axillae foliolis onustae. Petiolus longitudine folii. Racemi foliorum in summitate laterales, pulverulento-tomentosi. *Thunb. In Prom. b. Spei.*

3. *C. triandrum* Forst.; foliis cordato-sagittatis, spicis terminalibus aphyllis interruptis. *Forst. Prodr. n. 129. Willd. Spec. I. p. 1299.*

In Nova Zeelandia.

4. *C. urbicum*; foliis triangularibus subdentatis, racemis confertis strictissimis cauli approximatis longissimis subaphyl-

lis. *Smith Brit. p. 273. Engl. Bot. t. 717. Willd. Spec. I. p. 1399. Fl. Dan. 1148. C. deltoideum Lam. Fl. fr. III. p. 249. Buxb. Fl. Halens. 69. t. 1. opt. Petiv. Herb. Brit. t. 8. f. 8.*

A reliquis distinctissimum foliis triangularibus non pulverulentis, et ramis aphyllis longis inferne ramosis strictis, cauli arcte appressis. *Willd.* Caulis strictus, simplex et ramosus, angulatus, rubro-lineatus. Folia deltoideo-oblonga, subastata, basi vix producta, medio praecipue denticulata, nec profunde dentata, apicem versus integerrima. Racemi axillares ramosi, superiores in paniculam communem aphyllam digesti. *Smith.* Semina magnitudine fere *BRASSICAE Napi*, (punctulata), quinque quam in rubro majora. *Curtis.* Confer *Ch. chrysomelanospermum.* In *Europae borealis et Tauriae, Graeciae viis publicis, fimetis.* ☉.

Obs. In urbeo culto, et in regionibus meridionalibus folia interdum sinuato-dentata, (nec tantum subdentata) superiora oblonga subdentata, summa lanceolata, integerrima.

5. * *C. Atriplicis*; foliis rhombeo-ovatis lanceolatisque, inferioribus sinuato-dentatis, paniculis axillaribus ramosis, caule erecto. *Ait. Kew. I. p. 312. Willd. Spec. I. p. 1300. Ch. c. e. fol. deltoideibus subtus coloratis. Linn. Suppl. 172. C. purpurascens Jacq. Hort. III. p. 43. t. 80. Lam. Enc. meth. I. p. 196. C. Atriplicis purpurascens Pers. Syn. I. p. 294.*

Facies, statura erecta, altitudo, color, folia *ATRIPLICIS hortensis rubrae.* Caulis simplex vix pubescenti-farinosus, non laevis, superne striatus. Folia alterna petiolata deltoidea subdentata subtus rubra (summa farinâ tecta). Racemus terminalis superne magis magisque confertus. Racemuli simplices interstincti foliis parcis linearibus. Flores 3-5 in racemulo sessiles sanguinei omnes hermaphroditi. Cal. pentagonus 5-fidus. Stam. 5. *Linn. In China.* ☉.

6. *C. punctulatum Scop.*; foliis albo-punctatis, imis rhombeo-ovatis, sinuatis, supremis ellipticis, racemis spicatis lateralibus (inferioribus) foliosis. *Scop. del. insubr. I. p. 26. t. 11.*

Rad. descendens. Caulis erectus 2-ped. et ultra teres striatus rigidus, basi flavescens, alibi ruber, calami scriptorii crassitie, ubique adpersus punctis albis. Folia alterna remotiora, petiolis brevibus rubris, supra albo-punctulata. Spicae raro pollicares, subjecto folio saepius breviores. Cal. rubens, poline albo, foliolis ovatis. Stam. calyce longiora, alba, lucida, antheris luteis. Semen lucidum membranâ tenui. *Cn. Atriplici affine, sed foliis diversum. Scop. Habitat? Semina misit D. Marsilius.* Aquam colore rubro tingit.

7. *C. rubrum*; foliis cordato-triangularibus (ovato-rhomboidalibus *Horn*). obtusiusculis dentatis, racemis erec-

tis compositis subfoliosis, caule brevioribus. *Willd. Spec. I. p. 1300.* *Hornem. H. r. Havn. p. 253.* C. fol. rhomboideo-triangularibus sinuato-dentatis, racemis erectis compositis foliolosis. *Smith Brit. p. 274. Engl. Bot. t. 1721. Curt. Lond. VI. t. 21. Fl. Dan. 1149. Hall. Helv. 1583.* β . *opulifolium H. Paris. Schweigg. Enum. H. regiom. p. 24.* γ . *Blito pes anserinus simillimus. Ray. Syn. 154.*

Spicae glomerulis sessilibus interstinctae foliolis linearibus. Adulta rubet diffusa. Folia nitida crassa, (sinuata fissa. Racemi rubicundi). Folia triangularia profunde dentata. Racemi axillares. Folia floralia obtusa, autumnno cum floribus rubra. *Willd.* Differt ab *urbico* foliis profunde dentatis, fere sinuatis, basi productis, racemis subpatentibus, foliolosis. In apris magis rubescit. Semina minutissima, sabuli tenuioris ad instar. *Smith.* β nonnisi foliis floralibus triangularibus plerumque trinerviis differt a *rubro*, cui eadem oblonga, in petiolum attenuata, plerumque uninervia. *In Europae totius cultis ruderatis in Aegypto, Forsk. ☉.*

8. *C. chrysomelanospermum Balb.*; foliis deltoideis basi et apice integerrimis, racemis axillaribus terminalibusque brevissimis erectis rigidis, seminibus furfuraceo aureis. *Hornem. H. reg. Havn. I. p. 253.* C. foliis sagittatis, basi unidentatis, racemis axillaribus simplicibus geminis, terminali composito. *Zuccagn. Cent. ap. Romer Collect. p. 134. Balb. Obs. bot. C. I. n. 52. Besser Fl. Gal. p. 196. 303. Martius Enum. H. Erlang. p. 73.*

Caulis vix pedalis (2-4 *Mart.*) simplex erectus canaliculatus e viridi-albus nudus. Folia 2 poll., petiolata, erecta, (mutantia *Martius*) inaequaliter dentata, supra glabra nitida, inferne pubescenti-farinosa. Racemi axillares elongati nudi et adpressi. Flores plurimi sessiles, calycibus virentibus non farinosis. Semen lentiforme atrum, ad cuius corculum ante maturitatem atomi quidam aurei. *Zuccagn. In Galicia cum urbico Besser.* Hoc esse *Ch. urbicum* germanicum, a *Linnaeano* diversum, div. *Schreber* in litteris ad div. *Schott. Besser l. c.*

9. *C. carthagenense Zuccagn.*; caule ramosissimo, foliis rhomboideo-ovatis sinuatis argute dentatis, basi integerrimis, paniculis nudis axillaribus terminalibusque. *Hornem. Hort. r. Havn. p. 253.* C. foliis deltoideis incurvatis margine dentatis rufis, racemis axillaribus bracteatis terminalibusque nudis. *Zuccagn. Centur. ap. Rom. Collect. p. 133.*

Caulis vix 6 poll., simplex, erectus, striatus, inferne rufescens, nudus, superne atomis raris farinosis. Folia alterna petiolata obtusa, inaequaliter dentata, denticulis nonnihil mucronatis, basi integerrima supra glabra lineata, subtus nervosa, atomis

farinosis, carnosa, viridia, post anthesin incurvata. Racemi axillares erecti simplices bracteis 2-3, breves. Flores plures sessiles, primum virides, polline crystallino, dein sanguinei. Cal. pentagonus 5-fidus. Semen atrum. *Zuccagn.* In *Carthagena*, cum humo in qua *PHOENIX humilis Cav.* inde delata ao. 1802. Ergo non ex Africa boreali. ☉.

10. *C. guineense Jacq.*; foliis ovatis inaequaliter dentatis acutis, racemis (axillaribus et terminalibus) subramosis nudis cauleque simplici erectis. *Willd. Spec. I. p. 1301. Jacq. ic. rar. t. 345. Coll. II. p. 346.*

„Caute distinguendum a *murali* simillimo „(et quocum idem esse credit *els. Schousboue*)“ differt tantum foliis non nitidis, caule simplici, racemis subcompositis patulis nec corymbosis.“ *Willd.* Caulis teres, calamo gracilior, striatulus purpurascens, toto decursu ramis axillaribus brevissimis. Folia alternata petiolata tenuia sinuato-argute dentata venosula nec rugosa virentia, petiolo pollicari, 2 1/2 poll. longa. Racemi ramosi terminales et axillares, floribus viridibus conglomeratis. Calycis foliola ovata acutula crassa. Styli 2. Semen orbiculare, sordide nigrescens, depressum. *Jacq. In Guinea.* ☉.

Obs. Idem esse cum *caudato* affirmat *Gmelin* in *Hort. Carlsruh.*

11. * *C. murale*; foliis ovatis inaequaliter dentatis acutis nitidis; racemis (ramosissimis) corymbosis nudis (folio brevioribus. *Hunth*): caule ramoso patulo. *Willd. Spec. I. p. 1301. Linn. Spec. p. 318. Smith Brit. p. 271. Engl. Bot. t. 1722. Thunb. Prodr. I. p. 48. Fl. Cap. II. p. 180. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 198. Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Hunth II. p. 53. Curtis Fl. Lond. VI. t. 20. Petiv. H. Brit. t. 8. f. 5.*

Caules erecti. Fructus subpaniculati. Color viridis. *Linn.* A *Ch. albo* et *viridi* distinctissimum: foliis nitidis (subcordato-ovatis) nunquam pulverulentis et racemis corymbosis, quibus notis, licet saepius promiscue crescant, primo intuitu facillime distinguendum. *Willd.* Caulis ramosissimus. Folia triangulari-ovata basi producta sinuato-dentata, dentibus acuminatis, subincurvis. Racemi axillares, subinde etiam terminales, cymosi, subdivaricati, omnino aphylli. Plerumque saturate vires, lucidum, ingrati odoris. Semina minutissime punctulata. *Smith.* In *Europae muris aggeribusque, in Tauria, et in Prom. b. Spei, in America prope Loxam.* ☉.

Obs. A *elo. Delisle Descr. de l'Egypte n. 287* idem dicitur cum *CHENOP. flavo Forsk.*, nobis plane ignoto.

12. * *C. Quinoa*; foliis triangulari-ovatis obsolete dentatis, junioribus pulverulentis, racemis confertis petiolo brevioribus. *Willd. Spec. I. p. 1301.* *C. fol. ovatis angulato-dentatis, junioribus pulverulentis, paniculis ramosissimis confertis folio brevioribus. Humb. et Bonpl. nov.*

gen. et spec. red. Kunth II. p. 153. α. caule viridi
 β. caule rubro. Feuill. Peruv. ed. Germ. II. p. 19. t. 10.
 C. *Quinoa chilensis* Pers. Syn. 1. p. 294. Feuill. Pe-
 ruv. t. 10.

Caulis erectus 5 ped. ramosus. Folia alterna ovata ad basin utrinque dente unico majore ut inde triangularia vel simpliciter lanceolata, caeterum rarissime dente uno alterove minore. Folia summa vel triangulari. vel simpliciter lanceolata. Venarum folii par infimum longe protractum, ut inde facies folii triplinervi. Racemi ad apices ramorum in foliorum axillis conferti. Semina sub diu non semper perficit. Willd. In Chili; a culta in regno Novo-Granatensi, et Quitensi, β juxta Riobamba. ☉.

13. C. *rhombofolium* Mühlenb.; foliis triangularibus acutis repando-dentatis, racemis axillaribus erectis subaphyllis, bracteis minutis inflexis. Schweigg. Enum. H. regionum. p. 23. C. fol. triangulari-rhombeis inaequaliter acute dentatis basi integerrimis, racemis axillaribus simplicibus aphyllis petiolo brevioribus. Willd. Enum. H. Berol. p. 239.

Simile murali, sed foliorum et inflorescentiae formā diversum. Folia summa lanceolata dentata basi cuneata. Willd. In America boreali. ☉.

14. * C. *serotinum*; foliis deltoideis sinuato-dentatis rugosis glabris uniformibus, racemis terminalibus. Willd. Spec. I. p. 1302. (exclus. syn. Ray. et Petiv. ut etiam in) Lam. Enc. meth. I. p. 194. et in Gmel. Syst. V. I. p. 469. Linn. Amoen. Acad. IV. p. 309. Pall. it. I. p. 36. Hall. Helv. n. 1582. (?) C. *hispanicum* procerius, folio deltoide. Tournef. inst. 666.

A *Quinoa* foliis longioribus lanceolatis viridibus, nec junioribus pulverulentis distinctum. Willd. Maxime affine glauco. Pedale vel parum ultra. Caulis erectus glaber striatus foliosus, ramis pluribus brevibus axillaribus. Folia viridia laevia petiolata dentata subtriloba, inaequaliter angulata sinuata, superiora rhombea lanceolata utrinque, saepe altero tantum latere, dentata. Glomeruli parvi in spicis axillaribus et terminalibus. Lam. ad specimen cultum. Sunt etiam in hoc flores masculi, ut in rubro. In Hispania, Gallia, Sibiria (non in Anglia.) ☉.

Obs. CH. *serotinum* Forsk., foliis oblongis, erosis postice integris, racemis compositis terminalibus Forsk. Aeg. Arab. Suppl. p. 205, ipsi auctori dubium alia videtur species. Folia subtus valde farinosa alba, supra fere nuda. Racemi infimi suffulti bractea lanceolata. Petiolus brevissimus. In cultis Taaes.

15. C. *ficifolium* Smith; foliis hastato-sinuatis erosis postice integris, superioribus oblongis integerrimis, semini-

bus punctatis. *Smith Brit. p. 276. Engl. Bot. t. 1724.*
Spreng. Fl. Hal. p. 87. Wallroth Ann. Bot. p. 145.
 et hoc teste: *C. populifolium Hortor. C. viride Curt.*
Fl. Lond. II. t. 16. Besser Galic. n. 314. Wahlenb. Carp. p. 70.
C. album Bouch. p. 18. C. serotinum Huds. 106. Petiv. H. Brit. t. 8. f. 3. β.
 CHEN. erectum Chrysanthemum segetum folio. *Dill. in Ray. Syn. 155.*

Ab albo differt colore magis viridi, ramorum axillis purpurascens, foliis inferioribus hastatis, at praecipue seminibus excavato-punctatis. *Ch. serotinum Linn.* discrepat caule quintuplo altiore, foliis majoribus deltoideis, vix hastatis, tempore florendi seriore. *In fimetis et ruderatis Angliae et Continentis totius. ☉.*

16. * *C. album*; foliis rhomboideo-ovatis, erosis, postice integris, superioribus oblongis integerrimis, seminibus laevibus. *Smith Brit. I. p. 275. Engl. Bot. 1723. C. fol. rhomboideo-triangularibus erosis postice integris summis oblongis, racemis erectis. Willd. Spec. I. p. 1302. Curt. Lond. II. t. 15. Schult. Baier. Fl. n. 23. C. leiopermum Decand. Fl. fr. n. 2259. C. viride Bouch. Abbev. 18. (fide Decand.) Hall. Helv. n. 1579. Fuchs Hist. t. 119. Petiv. Herb. Brit. t. 8. f. 2. β. Blitum folio subrotundo. Dill. in Baj. Syn. 155. Petiv. Herb. Brit. t. 8. f. 4. γ. CHENOPODIUM viride*) foliis rhomboideis dentato-sinuatis, racemis ramosis subfoliatis. Willd. Spec. I. p. 1303. (excl. synonym. Vaillant.) Gmel. S. V. p. 449. (excl. syn.) CHENOP. album β. Huds. 106. Atriplex sylvestris altera *Gerrad em. 326. δ. Chenopodium foliis integris racemosum. Dill. in Ray Syn. 155. ε. Chenop. crasso et obtuso folio Oleae. Dill. in Ray Syn. 156.**

Linnaeus de α i. e. *Ch. albo* suo monet: „planta matura albicat. Racemi recti conglobati spicis alternis sessilibus confertis;“ de γ vero seu *Ch. viridi* suo. „Caulis erectus viridis angulis purpurascens; folia ramea lanceolata integerrima vix uno alterove dente. Racemi filiformes divisi longi nudi. Calyces fructus argute pentagoni. Affine nimium praecedenti: an varietas?“ *Smith* distinguit γ colore viridi minus albo, foliis angustioribus, racemis laxioribus, δ. foliis omnibus integerrimis. Omnibus caeterum: Caulis ramosus, subinde rubicundus; folia oleraceo-pulverulenta, inferiora subovata, dentato-erosa, postice integerrima, superiora angustiora, omnia edentula. Racemi erecti ramosi fere aphylli. Semina laevissima nec

*) Quid sub CHENOPODIO viridi fol. nudis, floribus sessilibus verticillatis *Forsk. Suppl. 204* lateat, cui: „Folia obtuso-serrata, cordata, venosa, subvillosa; bractee lineari-lanceolatae, ciliatae, calycis labium inferius coloratum, longum tridentatum. Planta herbacea“ — quae frequens in Yemen, Arabibus *Rokeb el djemmel* — *Chloxis* fors sciet.

punctata, *Smith.* Ubique in cultis a Lapponia ad Lusitaniam, Tauriam, Aegyptum, etiam in boreali America.

Obs. Quomodo in *Linn. S. V. ed. XV. p. 275. n. 7.* dici potuisset: „Diameter transversalis foliorum longitudinali major“ *Borkh. Rhein. Mag. I. p. 479* non intelligimus. In *n. 8* exclude ibidem *Syn. Curtis Lond.* — Confer quoque *Afzel. et Wadseb. in Röm. Arch. III. I. p. 101.*

17. *C. opulifolium Schrad.*; foliis rhomboideis dentato-sinuatis, racemosis ramosis subfoliatis, calycibus fructus pentagonis, seminibus laevibus. *Loisel. Fl. Gall. p. 145. sub C. viridi.* CHENOPOD. *opulifolium Decand. Fl. fr. Suppl. p. 372. n. 2258 a.* CHENOP. *erosum Bast. Journ. Bot. 1814 t. 3. p. 20.* *C. viride Schult. Fl. Austr. 2. ed. n. 1040. (excl. syn. Linn.)* *C. opuli folio. Vaill. Bot. par. t. 7. f. 1.* β . Foliis plerisque lanceolatis et integris. *C. viride β . Loisel. l. c.* *C. concatenatum Thuil. Fl. Par. p. 125. (fide Decand. Suppl.; prius albi γ . dixit. Persoon ad glaucum) (i. e. albo β .)*

Saepe cum *CH. leiospermo* confusum; sed folia breviora, angustiora omnia, inaequaliter (et profundius) dentata, nunquam integerrima, subtus magis glauca, (attamen viridia, nuda) saepe obtusa; racemi breviores magis congesti. *Decand.* Flores subvirides pulvere albido aspersi. *Loisel.* Ad Rhenum prope Spiram, Lutetias Parisior., per Austriam Ungariam, etiam circa Astracan. ☉.

Obs. *CH. opulifolium Wulf.*, fol. ovatis sinuato-dentatis basi attenuatis, spicis glomerulorum terminalibus et axillaribus subaphyllis indivisis, seminibus foveolatis, de *Vest in litt.* alia species, fors *ficifolium* videtur, licet citetur icon *Vaillant. t. 7. f. 1.* tum ait: confusum cum *viride*, quod differt; foliis magis oblongis minus sinuatis viridibus nec incanis, spicis racemosis foliosis, seminibus laevibus, qualia etiam habet *CH. album*.

18. *C. petiolare Humb. et Bonpl.*; foliis rhombeis, superioribus subhastatis, integerrimis, apice (breviter) mucronatis, trinerviis, glaucescentibus; paniculis in apice ramorum congestis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. II. p. 153.* Quinoa de la tierra incolarum.

Caulis erectus, pedalis, ramosus ramique teretiusculi, sulcati, glaucescentes. Folia angulis obtusis, integerrima, glabra, 7-8 lin., superiora minora, ovata. Petioli canaliculati, glabri, longitudine foliorum. Paniculae simplices, aphyllae, axillares et terminales, subpollicares. Flores glomerati, sessiles; glomerulis subglobosis. Calyx pentagonus, glaber, glaucescens, 5-partitus; laciniis ovatis, margine subdiaphanis. Stamina 5, calyce paulo longiora. Antherae subglobosae, biloculares. Pollen album. Ovarium depressum. Stylus bifidus? Akenium lenticulare, laeve?, glabrum, nigrum, calyce tectum. *Cres.*

cit prope *Riobamba*, *Penipe* et in toto *Regno Quitensi*. ☉
 CHENOPODIO albo affine.

19. * *C. hybridum*; foliis ovatis acuminatis subcordatis angulato-dentatis, racemis paniculatis nudis terminalibus axillaribusque. *Willd. Enum. H. Berol. p. 289. Spec. I. p. 1303.* *Schult. Baier. Fl. n. 25.* *C. foliis cordatis angulato-dentatis acuminatis, racemis ramosissimis subcymosis divaricatis aphyllis. Smith Brit. p. 275. Engl. Bot. t. 1919.* *Curt. Lond. Fasc. IV. t. 23.* *C. angulosum Lam. Fl. Jr. 843-20.* *Enc. meth. I. p. 194.* *Hall. Helv. n. 1581.* *C. hybridum angulatum Pers. Syn. I. p. 294.* *C. Stramonii folio Vaill. Paris 36. t. 7. f. 2.* *Petiv. H. Brit. t. 3. f. 7.*

Folia *Daturæ Stramonii*, racemi paniculati nudi terminales. *Willd.* Caulis gracilis ramosus. Folia patula magna laete viridia omnino cordata (nec basi producta) angulis utrinque tribus. Semina punctis majoribus. *Smith.* Laevis, foetens, odore fere *Stramonii*. Variare foliis superioribus hastatis integerrimis, *Div. Kitaibel.* In ruderatis umbrosis per omnem *Europam in Tauria, Sibiria, in America septentrionali.* ☉.

Obs. *C. hybridum Lour.*, licet diagnosi *Linnaeana* utatur, longe alia planta: Caulis herbaceus simplex erectus 3-ped. rubescens. Folia subhastata sinuato-dentata, cinerea, suprema lanceolata alterna petiolata. Flos apetalus; racemis longis; hermaphroditus et foemineus in eodem racemo; calycibus 5-phyllis. Semen 1, lenticulare. *Lour.* In *Agris Cochinchinae.*

20. *C. blitoides Lejeune*; caule striato foliisque basi cuneatis, acuminatis, irregulariter sinuatis, laciniis angulosis acutis glabris laevibus; racemis axillaribus gracilibus erectisculis. *Lejeune Fl. de Spa 126.* *Merat Fl. de Paris 96.* *Decand. Suppl. Fl. Gall. 2263 a.*

Caulis subcylindricus substriatus, 3-4 ped., striis viridibus et albis. Rami simplices, axillares. Flores minimi. *Lejeune.* Ad muros, fossas *Paris, Spa* etc. ☉.

21. * *C. Botrys*; foliis oblongis sinuatis, racemis nudis multifidis, bracteis summis integerrimis lanceolatis. *Schrad. Mag. Ges. Naturf. Freund. Berl. 1808. p. 80.* *C. fol. obl. sinuat. racem. nud. multifid. Willd. Spec. I. p. 1304.* *Lam. Enc. meth. I. p. 195.* *Hall. Helv. 1585.* *Plenck off. t. 165.* *Zorn ic. 225.* *Kniph. C. IX. n. 20.* *Ludw. ectyp. t. 32.* *Sibthorp Fl. graec. t. 253.*

Folia profunde sinuata obtusa, subvillosa, (viscidula). Racemi parvi axillares. *Brot.* Foetens, viscosum, caule erecto ramoso duriusculo, pube brevi, 6-8 poll. Fol. petiolata, laciniis obtusis angulosis, demum flavicantibus. Racemi axillares breves. *Lam.* Stylos interdum 5-4 notavit *Schkuhr.* In *Euro-*

pae australis et Sibiriae, Pensylvanicae, Novi-Eboraci arenosis. ☉.

22. *C. Schraderianum*; foliis oblongis sinuatis, racemis nudis multifidis, bracteis summis apice trilobis. *C. foetidum* Schrad. Mag. Ges. Naturf. Fr. Berl. 1808. p. 79. Willd. Enum. H. Berol. p. 289. *C. foliis pinnatifidis, pinnis inferioribus dente uno alterove, pinnâ extremâ oblique truncatâ, floribus axillaribus paniculato-ramosis cymosisve longe petiolatis.* Schult. obs. bot. p. 51.

Nomen mutandum erat, cum sit jam antiquissimum *foetidum* Lam. *Botryoide* altius et saepe 4-ped., basi ramosum, superne simplex, spicâ terminali longâ attenuatâ, cum *Botrys* etiam supra ramosa, spicâ tenui brevi. Lobus bractee intermedius acuminatus. Schrad. Odor gravis glutinis ex *Visco albo* paratis. Caudae seu Anthuri *Amaranthum* mentiuntur. Interdum orgyalis culta! Ch. *trilobum* et *trilobatum* vix diversum videtur. *Habitat?* ☉ *sub Dio.*

23. * *C. multifidum*; foliis pinnatifidis, laciniis linearibus, inferioribus subdentatis, glomerulis florum axillaribus sessilibus. Willd. Enum. H. Berol. p. 289. *C. fol. multifidis, segmentis linearibus etc.* Willd. Spec. I. p. 1304. Lam. Enc. meth. I. p. 195. *C. sempervirens, fol. tenuiter laciniatis.* Dill. Elth. 78. t. 66. f. 77.

Folia pinnatifida, laciniis linearibus inaequalibus. Flores axillares glomerati sessiles. Willd. 2-ped., ramosissimum. Caulis striati, pilis brevissimis. Folia approximata, parva, laciniis inaequalibus, laete viridia, glabra, trita odora. Glomeruli fere verticillati. *In Bonaria. h.*

24. *C. payco* Molin.; ramis procumbentibus, foliis multifidis denticulatis, floribus axillaribus sessilibus. Molin. Chili ed. 2. p. 233.

Affine *multifido*. 4.

25. * *C. ambrosioides*; foliis lanceolatis (remote) dentatis, racemis foliatis simplicibus (axillaribus, caule herbaeo) Hort. Cliff. 84. Willd. Spec. I. p. 1304. Enum. H. Berol. p. 289. *C. foliis lanceolatis subdentatis summis integris; racemis foliosis.* Thunb. Prodr. I. p. 48. Fl. Cap. II. p. 180. *C. fol. oblongis dentato-sinuatis, glomerulis axillaribus.* Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth II. p. 153. Regn. bot. t. 75. Plench off. t. 168. *Moris. Hist. II. S. V. t. 35. f. 8. Chenopodium ambrosioides mexicanum* Tourn. 506. *Botrys ambrosioides mexicana* Bauh. Pin. p. 138. 516. (ex herb. Juss.)

Rad. fibrosa. Caulis 1-2 ped., virens, sulcatus, erectus, ramis axillaribus subpubescentibus. Folia utrinque acuta, dentibus

aliquot distantibus apicem versus, vix petiolatis, longioribus quam internodia, suprema angusta integerrima. Flores virentes, racemi parvi. — *Paica* aut *Pasote Americanor.* In Mexico, „*Quito, juxta Riobamba, in nova Andalusia prope Camana et Cocolar in cultis*“ Humb. et Bonpl.; in Georgia Pursh, Lusitania, Pannonia, et in Prom. b. Spei. ☉, et 4. Humb. et Bonpl.

26. *C. suffruticosum* Willd.; foliis lanceolatis remote dentatis, racemis axillaribus simplicibus foliatis terminalibusque, caule suffruticoso. Willd. Enum. H. Berol. p. 290.

Valde simile *ambrosioidi*, sed folia magis vel potius profundius dentata, venis subtus ramosioribus; racemi basi quandoque subcompositi; caulis suffruticosus. Accepi sub nomine *Ch. anthelminthici*, sed huic racemi aphylli, rami hirsuti, quod in nostro non observatur. Odor fortis *ambrosioidis*. Willd. In Pennsylvania, Mexico. h.

27. * *C. anthelminthicum*; erectum perenne; foliis ovato-lanceolatis rariter dentatis, spicis simplicibus gracilibus longis aphyllis (interruptis), floribus trigynis. Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 173.

C. foliis lanceolato-ellipticis dentatis, dentibus infimis profundioribus, dentatis, racemis aphyllis. Hornem. H. reg. Havn. p. 253. Lam, Enc. meth. I. p. 195. Willd. Spec. I. p. 1304. Plenck off. 166. Dill. Elth. 77. t. 66. f. 76.

Caulis 5-ped., rectus, durus, crassitie digiti ruberque basi, striatus, subramosus; folia utrinque viridia. Spicae breves axillares. In ruderatis campestribus Kentucky in Pennsylvania, Bonaria. h. 4 Pursh.

28. *C. graveolens* Willd.; foliis oblongis sinuato-dentatis basi cuneatis, glomerulis florum axillaribus. Willd. Enum. H. Berol. p. 290. *C. caule erecto ramoso superne subalato, angulato, foliis subovatis sinuato-dentatis laciniisque dentatis, floribus axillaribus geminis solitariisque sessilibus pedunculatisque.* Schult. obs. bot. p. 51.

Caulis 4-ped. erectus ramosus. Folia petiolata 1 1/2 poll., utrinque viridia, plerumque inaequalia. Petioli 1/2 poll. Glomeruli parvi, solitarii. Tota foetida, graveolens. Willd. l. c. In Mexico. ☉?

29. *C. incisum* Poir.; foliis ovatis inciso-angulatis acutis, racemis axillaribus minimis paucifloris. Poir. Enc. meth. Suppl. I. p. 392.

Graveolens. Caules glabri albidi sub-angulosi ramosissimi patentés. Folia viridia, utrinque glabra, profunde incisa. Flores minimi in racemis subfiliformibus. Poir. Habitat? In H. Paris. ☉?

30. * *C. glaucum*; foliis (omnibus) oblongis repandis

subtus glaucis, -spicis glomeratis nudis simplicibus axillari-
 bus terminalibusque. *Willd. Enum. H. Berol. p. 290.*
Willd. Spec. I. p. 1305. *Smith Brit. p. 277. Engl.*
Bot. t. 1454. *Fl. Dan. t. 1151.* *Hall. Helv. n.*
1584. *C. concatenatum Thuill. Paris. p. 125. (fide*
Pers. Syn. I. p. 294.) *Atriplex sylvestris secunda.*
Tabern. Ic. 427. *Pet. H. Brit. t. 8. f. 1.*

Caulis diffusi crassi (1 - 1 1/2 ped.) Folia subinde ovato-oblonga
 obtusiuscula, supra viridia. Racemi breves glomerati, lobati,
 aphylli. Semina excavato-punctata. *Smith. Variare foliis*
integerrimis et quandoque subulatis. Vitm. Summ. pl. II. p.
96. *In ruderatis, fimetis totius Europae ad Tauriam*
usque. ☉.

31. *C. crassifolium H. Paris.;* foliis crassis rhomboideo-
 angulatis subsinuatis postice integris, racemis erectis compo-
 sitis subfoliosis. *Hornem, H. reg. Havn. p. 254.*

Hab. ? ☉ Sub hoc nomine missum ex *Hort. Paris.* Folia sub-
 tus, caulis et inflorescentia sanguinea. *Hornem. Sub D.*

32. *C. humifusum Zuccagn.;* foliis triangularibus tri-
 nervibus subdentatis, superioribus hastatis, summis lanceo-
 latis integerrimis, caule decumbente. *Zuccagn. in Röm.*
Collect. p. 134. n. 54.

Caulis humifusus glaber sulcatus striis rubris. Folia inferiora
 petiolata fere aurita, supra viridia, subtus pallidiora margine
 purpurascente, summa revoluta. Racemi axillares et termina-
 les subfoliosi interrupti. Cal. purpurascens. *Zuccagn. E*
seminibus a Clo. Thouin missis nomine CHENOP. novi Herm.

33. *C. sepium Mayer;* foliis ovatis sinuatis, racemis
 foliosis simplicibus. *Mayer Abh. d. K. Acad. d. Wiss.*
1787. p. 320. *Gmel. Syst. Veg. I. p. 449. n. 17.*
Pohl, Prodr. Fl. boëm. p. 244. *Schult. Fl. Austr. 2.*
ed. n. 1046.

Affine *acuminato.* Caulis 6-8 poll., erectus, subangulatus, vi-
 rens, saepe a basi ramosus. Petioli sulcati glabri 4-5 lin.
 Folia 7-8 lin., raro ultra, 5-6 lin. lata, laete viridia, profun-
 de inaequaliter sinuata. Flores rubentes sessiles minimi
 numerosi fere verticillati; calycis foliola lanceolata obtusa.
 Filamenta praelonga. Stigmata plumosa. Semen rugosum sul-
 eatum. *Ad muros, sepes, in siccis Bohemiae. ☉.*

b. *Foliis integerrimis:*

34. * *C. foetidum Lam.;* foliis integerrimis rhombico-
 ovatis, floribus (racemis) conglomeratis axillaribus. *C. Vul-*
varia Willd. Spec. I. p. 1305. *Schult. Baier. Fl. n.*
26. *Woodw. mat. med. t. 145.* *Plenck off. t.*
167. *Bulliard, t. 323.* *Fl. Dan. t. 1152.* *C.*

foetidum Lam. Fl. fr. 843. Enc. meth. I. p. 196. C.
olidum Smith Brit. p. 277. Engl. Bot. t. 1034. Curt.
 Lond. V. t. 20.

Caules diffusi ramosi divaricati. Folia pulverulento-canescencia.
 Racemi axillares et terminales condensati lobati. Smith Ha-
 leces olet. In ruderatis, cultisque totius Europae et
 Tauriae. ☉.

35. * *C. polyspermum*; foliis integerrimis ovatis (obtu-
 sis), caule (sub) decumbente, cymis dichotomis aphyllis axil-
 laribus, (terminalibusque calycibus fructus patulis.) Willd.
 Spec. I. p. 290. Hornem. H. reg. Havn. p. 255. Smith
 Brit. p. 278. Engl. Bot. t. 1480. Curt. Lond. Fasc.
 II. t. 17. Hall. 1576. Fl. Dan. 1153. Pet.
 H. Brit. t. 7. f. 10.

Caules undique diffusi. Folia obtusa, saturate viridia. Semina
 minutissime punctata, (subnuda). Smith. In cultis Eu-
 ropae et in Caucaso. ☉.

36. *C. marginatum* Spreng.; foliis ovatis margine car-
 tilagineis, racemis axillaribus simplicibus, ramis patulis. Hor-
 nem. H. reg. Havn. p. 256.

Clo. Besser videtur varietas *polyspermi*. Habitat? ☉.

37. *C. acutifolium* Kitaib.; foliis ovatis integerrimis
 acutis, caule erecto, racemis spicatis. Kitaib. ap. Schult.
 Pl. Austr. 2. ed. n. 1049.

Canalis 1 1/2 - 2 ped., calami saepe scriptorii crassitie; folia ma-
 jora quam in *polyspermo* cui affine. Videor hoc confundisse in
 Obs. bot. p. 51 cum *polyspermo*. Semina badia. In cultis
 Ungariae, Slavoniae. ☉.

38. *C. patulum* Roth; foliis obovato-cuneiformibus,
 subintegerrimis, obtusis, subtus farinoso-glauciscentibus,
 cymis axillaribus terminalibus paniculatis; ramis patulis, nu-
 dis, subcorymbosis, floribus pedunculatis, ramis patulis.
 Roth nov. pl. Spec. MSS.

Simile quodammodo *CHEN. polyspermo*, at distinctissimum. H.
 in India orientali. B. Heyne.

39. *C. caudatum* Jacq.; foliis (rhombeo-) ovatis obtusis
 integerrimis, paniculâ (racemo spicato) terminali nudâ elon-
 gatâ caule simplici erecto. Willd. Spec. I. p. 306. Hor-
 nem. H. reg. Havn. p. 256. Jacq. Collect. II. p. 325.
 Icon. II. t. 341.

Erecta glabra 1-2 ped., caule tereti vel obsolete angulato gra-
 cili. Folia petiolata subinde emarginata venulosa plana palli-
 dius virentia. Racemus 3-5 poll., alternatim simpliciter ra-
 mosus, dense obsessus floribus sessilibus conglomeratus, habitu

Amaranthi. Calyx acutus virens, ut germen. Antherae flavae. Stylus bifidus. Semen atrum nitens. *In Guinea detexit Issert.* ☉.

40. *C. acuminatum Willd.*; foliis ovatis acuminatis integerrimis, paniculâ nudâ terminali. *Willd. nov. act. am. nat. Cur. II. p. 124. t. 5. f. 2.*

Ch. sepium maxime affine. Caulis angulato-sulcatus glaber. Folia alterna petiolatâ venosa margine membranacea, utrinque glabra, subtus praesertim juniora pulverulenta albicantia. Panicula e spicis glomeratis alternis. In inferiorum ramorum apice spicae e glomerulis ovatis bracteatis. *Willd. In Sibiria.*

41. *C. laterale Ait.*; foliis caulinis lanceolatis obtusis, ramorum oblongis, pedunculis lateralibus solitariis, unifloris. *Ait. Kew, I. p. 313. Willd. Spec. I. p. 1307.*

Habitat? Missa 1781 a D. Broussonet. ☉.

42. *C. lanceolatum Mühlenb.*; foliis ovato lanceolatis acutis integerrimis, racemis axillaribus compositis nudis, caule divaricato. *Willd. Enum. H. Berol. p. 291. C. concatenatum Hortul.*

Caulis 2 ped., ramosissimus, divaricato-diffusus, quandoque fere decumbens. Folia 1-2 poll., cum mucrone. *Willd. In Pennsylvania.* ☉.

43. *C. strictum Roth*; foliis ovato-lanceolatis, obtusis, integerrimis, subtus farinoso-glaucis, racemis terminalibus, paniculatis, nudis, calycibus farinosis, margine membranaceis, caule stricto. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Quoad foliorum figuram proxime accedit ad *Ch. lanceolatum Mühlenb.*; quoad inflorescentiam vero ad *Ch. album.* *H. in India orientali. B. Heyne.*

44. * *C. aristatum*; foliis lanceolatis subcarnosis integerrimis, corymbis dichotomis aristatis (rarius muticis) axillaribus, *Willd. Spec. I. p. 1307. Kniph. III. n. 27.*

C. fol. ex linearilanceolatis, racemis conjugatis dichotomis nudis, apice setaceis, *Gmel. Sibir. III. p. 83. t. 15. f. 1. Comment. Goetting. 1752. II. p. 347. t. 15. β. C. virginicum*; fol. linearibus obtusis subcanaliculatis pedunculis axillaribus dichotomis muticis. *Linn. Spec. I. p. 222.*

Panicula magna divaricatissima, dichotoma, interjecto flore: cessante dichotomia flores alterni, sessiles, subjectâ his aristâ. *Linn. Planta virginica mihi ignota. Willd. Nec Michaux, nec Parsh ejusdem meminit. Videtur omnino a sibirica distincta species, cui caules subtetragoni, subpubescentes, raro pubescentes, ramosissimi, folia subinde rubra. Semen fusconigricans. In Sibiria circa Irkutiam, ad Baical. Virginia.* ☉.

Obs. CH. *aristatum* et *sinense* Jacq., nobis ignotum, eandem esse speciem, *Biroli* monet in *Cat. H. taur.* 1815. Nos olim in *H. Cracov.* tulimus CH. *aristatum* β . *virginicum*, glomerulis axillaribus brevissimis pedicellatis 3-5-floris nudis, foliis linearibus subcarnosis integerrimis obtusis mucronatis, caule brachiato, *Obs. bot.* p. 51. ab *aristato* omnino diversum.

45. *C. triangulare* Forsk.; foliis triangularibus aequilateris, postice integris, racemis decompositis subnudis axillaribus terminalibus. *Forsk. Aeg. Arab. Suppl.* p. 205.

Folia $1\frac{1}{2}$ poll., parum subtus farinosa, farinâ viridi, latiora quam longa, erosa, saepe integra. Petiolus $1\frac{1}{2}$ poll. Racemi raro suffulti bractea lanceolata, ramis denuo ramulosis, ideoque decompositis. *Forsk.* Circa *Taaes* frequens.

B. Calycibus fructescentibus paulo intumescantibus, caeterum immutatis.

46. *C. fruticosum* Marsch. a *Bieb.*; erectum fruticosum, foliis semicylindricis obtusiusculis muticis. SALSOLA fruticosa *Smith Brit.* p. 280. *Engl. Bot.* t. 635. *Linn. Spec.* p. 324. S. fol. carnosis teretibus obtusis imbricatis *Willd. Spec.* I. p. 1316. *Thunb. Prodr.* p. 48. *Fl. Cap.* II. p. 176. *Desfont. Fl. Atl.* I. p. 217. *Köler Röm. Coll.* p. 67. *Duhamel Arbr.* I. t. 62. *St. Hilaire Fasc.* 29. t. 6. *Sibthorp Fl. graec.* t. 255. CHEN. fruticosum *Schrad. Haloph. T.* 1. f. 4.

Caules fruticosi erecti. Folia linearia carnosae teretia supra planiuscula glabra acutiuscula. Flores axillares 5 sessiles. Cal. subrufescens concavus. Stam. 5 erecta. Antherae flavae extrorsum decumbentes. Germen cylindricum. Styli 3 purpurei. *Linn. Mant.* Caulis teres ramosissimus; rami erecti foliosi, Folia alterna erectiuscula semiteretia laevia glaucescentia. Flores solitarii virides. Bractae ternae, concavae, scariosae, parvae. Frutex elegans, sempervirens. *Smith.* In maritimis *Galliae* (rarius *Britanniae*), *Hispaniae*, *Graeciae*, *Africae borealis*, *Persiae?*, *Promont. b. Spei*, ubi *oryzalis*. h.

Obs. I. Utrum CHENOPODIUM fruticosum foliis carnosis glabris subteretibus obtusiusculis submucronatis, caule ramoso erecto, floribus sessilibus axillaribus solitariis glomeratisve *Brotero Fl. lusit.* p. 408. huius sit loci, non liquet; addit: „caulis erectus 2-3 ped., ramosissimus; folia dense sparsa, $1\frac{1}{2}$ -6 lin. longa, supra saepius planiuscula, inferiora subovata brevissima, superiora subteretia, fere ancipitia, omnia obtusiuscula cum mucrone incurvo. Flores subinde bini ternive. Cal. concavus absque ullo limbo membranaceo. Semina globoso-lentiformia, nigricantia, nitida, similia illis CH. *maritimi*, sed minora. Habitus SALSOLAE, semina CHENOPODII. In maritimis praesertim ad Tagum inter *Alfeite* et *Seikal*. h.

Obs. II. SUAEDA monoica *Forsk.*; caule fruticoso diffuso, floribus mas-

culorum germine supra orbiculato, femineis trigynis *Forsk. Aeg. Arab. p. 70. n. 20 a Delisle Descr. de l'Egypte n. 199* nomine *SUAEDAE fruticosae* ad *CH. fruticosum* ducitur tanquam synonymon; nos vero interea dubitamus de utriusque identitate, et ulteriori examini commendamus eò magis, cum *monoica* illa sit planta, e qua Arabes *Höram* vel *Döluk*, i. e. Natron extrahunt. „Frutex diffusus arborescens humilis toto fere anno florens. Folia alterna linearia obtusa vix pollicaria carnosissima depressa patentia *punctata*, marginis lineam mediã viridi, sine farina. Flores axillares conferti sessiles, masculi et feminei mixti: illi majores, stylis ante explicationem nullis prominentibus, petalis calycinis demum expansis, staminibus 5 patentibus. Germen filiforme, filamentis brevibus, apice terminatum orbiculo membranaceo albo, e cujus centro styli 2 breves rufescentes. Feminei flores multo minores, stylis 3 divergentibus ultra florem clausum prominentibus: clausos semper vidi et calycis lacinias velut connatas, nec opus est, ut aperiantur, cum fructificationis partes exserantur ultra florem. In aegyptiaca *monoica* masculorum stylus superne dilatatur in orbiculum, cui insident stigmata 2 nigra, brevia, abortientia. Semen unum, magnum, calyce tectum.“ *Forsk.* qui Alexandriae et Lohajae; Alexandriae et Rosettae *Delisle* et *Sieber*, cujus specimina, quae coram habemus, exactissime conveniunt cum descriptione *Forskaliana*. Adsunt semina atra laevissima, quibus satis, si inde nascitur *SUAEDA monoica Forsk.*, comparatio in speciminibus vivis instituta ulteriora docebit.

47. *C. parvifolium*; frutescens ramosissimum patulum, foliis teretibus oblongis obtusis, floribus ternis petiolaribus. *C. microphyllum M. a B. Suppl. p. 175.* CHENOP. *fruticosum M. a Bieb. Taur. Cauc. I. p. 181.* (exclus. monente ipso auctore, omnibus synonymis, praeter suum.) *S. fruticosa* ramosissima glabra, fol. obl. obt. carnosissima, calycibus ternis ebracteatis petiolaribus, fructiferorum foliolis convexis dorso aequalibus. *Marsch. Casp. p. 149. app. n. 22. Pall. it. III. p. 524.* *SUAEDA microphylla*, frutescens, stirpe prostratã, incondite ramosissimã, fol. succulentis clavatis, floribus folio insidentibus glomeratis. *Pall. Illustr. IH t. 44. An Chenopod. orient. frut. Coris folio. Tournef. Cor. p. 83.?*

Jam els. *Schrader de Haloph. p. 18* monuit affinitatem propriorem aut remotiorem inter *SUAED. microphyllam Pall.* augurari quidem, sed certe determinare non audere. „Frutex circiter 2 ped.; folia glabra glaucescentia, inferiora 1/2 poll., floralia breviora. Flores formã maritimi, haud axillares, sed petiolo supra ipsam basin imposita. *Marsch. a Bieb.* Truncus digidi crassitie, inconditus, tortuoso-nodosus, rami ramulique crebri strigosi, cortice fusco, ligno griseo-fusco. Rami partim lignosi, partim herbacei, nonnulli 1 1/2 ped., rubicundi vel grisei, juniores subpubescentes, ramulis patentibus, saepe divaricatis. Folia in ramulis sterilibus teretiuscula recurva obtusa succulenta sessilia, in floriferis brevissime pedunculata, ovato-cylindrica. Flos plerumque solitarius, magnitudine et formã altissimi. *Pallas*, qui de calyce fructifero et semine

silet. *Frequens in planitiebus Caucasi orientalis mare Caspium versus, ubi equis non, ut ad Gorkajae rivum salsum creditur, deleteria. h.*

Obs. Nomen mutandum ob antiquius *Thunb.*, *Pallas l. e.* cum? licet, pro synonymo habet *Hali speciem vermicularem arborescentem J. Bauh. Hist. III. p. 204*, CHENOP. *sedi folio minimo Duh. arb. I*, quae vix hujus loci.

48. *C. Biebersteinianum*; villosum subincanum, ramis paniculatis erecto-patulis, foliis oblongis obtusiusculis, floribus ternis petiolaribus. *C. crassifolium Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 176.* *C. orientale* annuum altissimum. *Kali folio brevior et cano. Tournef. Cor. p. 38.*

Cum *Ch. altissimo* inflorescentiâ floribusque plane convenit eidem omni modo affine: differt staturâ adhuc majore, villis minutulis crispatis, quibus totum pubescit subcanescit, ramis magis patentibus, foliis crassioribus brevioribusque. *M. a Bieb. In salsuginosis circa Kisljar; in Tauria non visum.*

Obs. Nomen mutandum erat, cum sit antiquius *crassifolium H. Paris.*

49. *C. altissimum Marsch. a Bieb.*; glaberrimum, ramis paniculatis erectis, foliis filiformibus acutiusculis, floribus ternis petiolaribus. *M. a B. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 175. Taur. Cauc. p. 182.* CHENOP. *altissim. Linn. Spec. I. p. 221.* *Schrad. de Haloph. T. I. f. 3.* *S. altissima*, herbacea erecta ramosissima foliis filiform. acutiusc. basi pedunculiferis. *Linn. Spec. p. 625.* *Willd. Spec. I. p. 1312.* *Marsch. casp. p. 150. app. n. 23. p. 79. Sabb. Hort. 5. t. 1. Forsk. Ic. t. 9. (laudata in H. Kew.)*

SUAEDA altissima, biennis, caulibus pluribus suberectis ramosissimis, floribus folio insidentibus. *Pall. Illustr. t. 42. Buxb. Cent. I. 21. t. 31. f. 2. β. Salsola foliis filiformibus inermibus mucronatis caule ramosissimo. Hort. Ups. 56. LERCHEA fol. filiform. acutis. Hall. Gött. 2. p. 22.*

Pedunculi triflori, lateralibus ad basin intermedii enatis, ex basi folii ipse enatus, ut in *Thesio et Turnera*. Styli 3. *Linn. Rad. subsimplex, attenuata, minus elongata, cinerea. Caules 1 1/2. 6 ped., e radice plures, infra subnudi, teretes, glabri, sulcati, plerumque rubentes, ramis ramulisque creberrimis, tenuiores quam in *S. baccifera* habitu crescendi affini. Folia in ramis ramulisque crebra, filiformia, tenuiora quam in *Ch. maritimo β (Su. salsa Pall.)*, vix filii grossioris crassitie, depressa, succulenta, patentissima, acutiuscula, obscure viridia, florifera basi attenuata. Flores exigui solitarii 3-5 ni conglomerati, medius sessilis, primum florens, laterales pedunculati in ipsa folii basi, (subinde luxuriantes dichotomi). Cal. hemisphaericus, tuberculis 5, antheras crassas includens; serius stellulae ad instar expansus foliolis subcarnosis acutis concavis margine albis, ut pateant stamina erecta, calyce non longiora.*

Antherae primum flavae, dein rufescentes. Styli 2 minimi. Cal. fructifer clausus, incrassatus. Semen primo rubrum, dein nigrum, durum, subglobosum. Odore urinoso foetens. *Pall. Copiosam in salsuginis fere omnibus Australis Rossiae, Hungariae.* ☉. *Bieberst. ♂. Pallas. Confer Staehlin Mem. Mosq. III. p. 190.*

50. *C. trigynum*; herbaceum erectum, foliis filiformibus obtusis carnosis, floribus axillaribus sessilibus ternis, stylo trifido. *SALSOLA trigyna Willd. Spec. I. p. 1312. S. trigyna triflora Pers. Syn. I. p. 296. n. 9. S. altissima erecta herbacea ramosissima, floribus ternis, medio axillari, lateralibus hinc inde ad basin folii. Cavan. Ic. III. p. 46. t. 289. (excl. syn.)*

Pallas hanc plantam eandem esse cum sua *SUAEDA altissima* s. *CHENOPODIO altissimo* cum auctore *Cavanilles* sentit; *Willdenow* vero, licet plantam *Cavanillis* non vidisset, addit: „Habitu simillima *SALSOLAE altissimae*, abunde tamen distincta: floribus axillaribus, nec folio insertis, cum tamen ipse auctor in diagnosi dicat: „floribus lateralibus hinc inde ad basin folii.“ Assentit divo *Willdenow* etiam *Poiret Enc. meth. VII. p. 289*, licet plantam non vidisset. Caules altissimi, striati, teretes. Rami diffusi alterni, foliis numerosis sessilibus filiformibus carnosis obtusiusculis; flores minimi. Styli 3 aut stylus trifidus. Semina minima subcompressa. *In Hispania.* ☉.

51. *C. hortense*; foliis linearibus farinosis, calycibus fructus carnosus, divergentibus, stigmatibus triplicibus. *SUAEDA hortensis Forsk. Aegypt. arab. p. 71. Delisle Descr. de l'Egypte n. 297. SALSOLA divergens Poiret Enc. meth. VII. p. 299.*

Frutex ultra cubitalis diffusissimus. Flores in alis congesti sessiles incompleti. Hermaphroditorum germina vere frugifera. An flores mere feminei, nescio: in omnibus, quos vidi, antherae quoque aderant. Stigmata 3, basi unita, ante apertos flores prominentia. A *SUAEDA vera*, cui stigma peltatum, differt. *Baccatae* magis affinis, nam calyx fructui non connascitur, sed divergit. Semen capsula tegitur viridi e continuato stylo. Folia carnosae, plana supra, farinam caerulescente detergibili, albo punctata. *Forsk. In hortis Bahirae frequens; etiam circa Taes.*

Obs. Nos, ne quid temere mutemus, hanc speciem interea intactam relinquimus; attamen, exceptam farinam punctisque albis praecipue in caule ramisque adeo similis est *SALSOLAE trigynae Cav.*, ut, quoad illius descriptionem, specimen nostrum a clo. *Sieber* Bahirae lectum et nomine *SUAEDAE hortensis* siccatum, a planta *Cavanillis* distinguere nequeat. *CHENOPODIUM* hujus sectionis certo est specimen nostrum ex *Herb. Sieber.*

52. *C. hirsutum M. a Bieb.*; ramosum erecto-patulum

hirsutam, foliis oblongis semiteretibus obtusiusculis, floribus geminis axillaribus. *Marsch. a Bieb. Taur. Canc. I. p. 183. Suppl. p. 177.*

SUAEDA albida annua, suberecta pubescenti-albida, foliis teretibus subrecurvis, calycibus fructiferis pentagono-stellatis. *Pall. Ill. pl. imp. cogn. t. 45.*

S. hirsuta herbacea diffusa, foliis teretibus obtusis tomentosis. *Linn. Spec. I. p. 625.*

Willd. Spec. I. p. 1313. *Decand. Fl. fr. n. 2270.*

Poiret Enc. meth. VII. p. 290. *Fl. Dan. t. 187.* (quam tamen non laudat *Smith Prodr. Fl. graec. p. 170.* licet citetur in *H. Kew.*)

Rad. majuscula, tortuosa, nigra, ramis horizontalibus. Caulis rigidiusculus, in siccis erectus, in luxuriantibus assurgens, teres, subpubescens, tandem glaber striis rubris. Rami molles succulenti, uti folia holosericeo-cana. Folia succulenta obtusa sessilia, fasciculis minorum ex axillis. Flores axillares bini laterales. Cal. depressus, pubescens, segmento singulo cono acuto, unde pentagono-stellatus. Antherae flavae. Semina? *Pall. Semina parva nigra. Poir. Circa Pontum Euxinum: non ad Caspium; ad M. mediterraneum et balticum. ☉.*

Obs. Linnaeus jam olim, ut nunc els. Schrader, CHENOPODIUM hocce hirsutum et fruticosum CHENOPODIA dixit Spec. pl. I. p. 221.

53. *C. flavescens*; caule suffruticoso, ramis erectis, foliis alternis teretiusculis incanis, floribus axillaribus solitariis. *SALSOLA flavescens Cavan. Ic. III. p. 45. t. 288.* *S. sub-*

lignosa erecta, foliis teretibus pubescentibus, floribus subglomeratis. *Willd. Spec. I. p. 1313.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 289.*

Ab *hirsuto* distincta caule suffruticoso, foliis angustioribus et foliis floribus brevioribus. *Willd. Color flavescens.* Caules erecti, $1\frac{1}{2}$ fere pedis, ramosissimi, ramis $1\frac{1}{2}$ ped., foliis parum carnosus, tomento levi albido. Flores sessiles in ramis parvis axillaribus approximati fere in spicam, flore singulo bracteis 2 minimis foliolisque interstincto. Calycis lacinae oblongae, conniventes. Stamina calyce duplo longiora, antheris flavis basi emarginatis. Germen globulosum. Stylus simplex, stigmatibus revolutis. *Poiret. In Hispaniae montibus Orceitanis. 4.*

54. *C. baryosmon*; caule fruticoso, ramis patentibus subpubescentibus, foliis? alternis planiusculis incanis, floribus in ramis in spiculas teretes aphyllas congestis. *SALSOLA foetida Delisle Descript. de l'Egypte n. 310.*

Flavescit siccatum, ut et colore etiam *flavescente* affine. Specimen nostrum ex *Herb. Sieberiano* sine radice frustum terminale caulis? rami? Cortex fissus, ex albo flavicans. Rami filiformes albicantes; inferiores 3-4 poll. Folia nulla, nisi in ramulis, an a cynipe? fasciculi supra descriptorum 3. Flores in ramis rarissime solitarii, bini, plerumque in spiculas teretes

2-4 lineas longas, copiosas, patentes et erectas congesti, flore singulo foliolis 2-3 minimis, obtusis, pubescentibus. Calycis lacinae conniventes membranaceae. Filamenta calyce duplo triplove longiora, antheris magnis, flavis, basi bifidis. Germen depresso-globosum. Stylus simplex, stigmatate parvo, bifido. Semen nullum reperi, sed flores plures tantum masculos, ut polygama sit. Siccatum non olet. Maxima ex descriptione *flavescentis*, quod non vidimus, cum eodem affinitas. *In Aegypto superiore; Tentyrae Sieber.*

55. * *C. salsum*; herbaceum erectiusculum, foliis linearibus subcarnosis muticis, calycibus succulentis diaphanis. *SALSOLA salsa* Linn. *Mant.* 347. *Willd. Spec.* I. p. 1312. *Pall. it. I.* p. 420. *Lepech. it. I.* p. 254. *Jacq. Hort.* III. p. 44. t. 83. (icon laudata a *Smith Prodr. Fl. graec.* p. 170.) *S. patula* herbacea foliis semiteretibus obtusis, ramis reflexis. *Spec. pl.* 2. p. 324. *CHENOPODIUM* foliis linearibus obtusis subtus convexis, caule ramoso, ramis deflexis. *Hort. Ups.* 55. *Spec. I.* p. 221. *Chenopodium maritimum* foliis sedi teretibus. *Buxb. I.* p. 21. t. 31. f. 1. *β. americana S. salsa*, herbacea erectiuscula ramosissima; foliis linearibus muticis, carnulosis; glomerulis florum quasi in spicas interfoliaceas approximatis, calycibus fructiferis depresso-subrotundis. *Mich. bor. Amer.* I. p. 174. *Pursh Sept. Amer.* I. p. 197.

Caules herbacei pedales paniculati laeves purpurascens substriati. Folia supra plana. Flores axillares sessiles terni. Calycis foliola maxime fornicata, convexa, clausa, in fructu hyalina. Styli 3, apice bifidi. *Linn. SALS. baccata alexandrina* forsitan eadem? cui: Caulis erectus pedalis duriusculus, ramis erectiusculis. Flores 3 in singulis alis. Calyces maturo fructu succulenti, glabri, subdiaphani, sessiles, virides tamen. Styli 3. *Linn. β* humilior planta, ramosissima, fere prostrata; flores numerosiores, magis approximati, subspicati. *Poir. SALSOLA baccata alexandrina*, de qua *Linnaeus* supra, procul dubio *SUAEDA baccata Forsk.* videtur. *Habitat ad Astrachan. β ad ripas flav. Laurentii distincta fors species, licet clo. Pursh nequidem varietas. ☉.*

Obs. I. „Characteres certi, quibus *S. salsam* et *sativam* auctor. rite distinguas a *CHENOPODIO maritimo* me quidem iudice adhuc desiderantur. *S. salsa Jacq. Vind.* III. t. 82. *CHENOP. nostri* varietatem majorem exprimit et *kali maritimum sedi foliis teretibus Buxb. I. t. 31. f. 1.* nostro etiam convenit ut icon *SALS. sativae Cavan. Ic. t. 291.* et ejusdem plantae descriptio *Loefl. it. 132* ad nostrum trahi omnino possunt.“ *Marsch. a Bieb. — De Buxbaum confer Obs. ad POLYCN. oppositifolium.*

Obs. II. *Cls. Schrader de Halophytis p. 16* ad *CHENOPODIORUM* sectionem secundam monet: „Forte etiam *SALSOLA sativa* et *salsa* ad hanc subdivisionem referri possent, nisi ex *Cavanillesii* et *Pallasii* sententia embryo cochleatus perhiberetur.“ *Sed Pallas in SUAEDA*

sua salsa, quam *Cavanillis* esse *SALSOLAM salsam* affirmat, semen omnino esse *CHENOPODII* dicit. *Jacquin* quoque semen unicum atrum nitidum exiguum lentiforme cum apice parum cochleato describit: sed queritur utrum planta *Jacquini* re verâ eadem cum *Linnaeana*, cum dixisset *Botanicus vindobonensis*: „Stylos, quos *Linnaeus* 3 bifidosque huic plantae tribuit, solos duos vidi, eosque crassos simplices et ad apicem attenuatos in stigmata simplicissima.“ Etiam calyx in planta *Jacquini* alius describitur: „foliola 5 patentissima valde concava, purpurascens, obtusa, in fructu incrassata, virentia. Caps. membranacea fuscescens tenuis subrotundo-depressa, calyce, nunc succulento incrassato semipellucidoque comprehensa.“

56. *C. spicatum*; caule herbaceo erecto, foliis (oblongis) semiteretibus obtusis, floribus ternis axillaribus subspicatis. *SALSOLA salsa Cavan. Ic. III. p. 46. t. 290.* *SALSOLA spicata Willd. Spec. I. p. 1311.* *S. salsa γ. Poir. Enc. meth. VII. p. 288. n. 10.* *SALSOLA strobilifera Hortul.*

Hanc esse *SALS. salsam Linn. Syst. I. p. 626. n. 7.* (excl. *Buxb.*) suadet *Pall. Ill. 46.* et cum *SALSOLA spicata* ducit ad *SUAEDAM suam salsam*, s. *CHENOP. maritimum β M. a B.*, synonymis addens *Buxb. Cent. I. p. 21. t. 31. f. 2.* et suum *Iter I. p. 420.*; *Buxbaumi* vero iconem ad *CH. altissimam* laudat *M. a Bieberstein.* Folia longiora quam in *salsa*; spica foliis interstincta. Nos quoque *SUAEDAM salsam Delisle*, fide speciminis in *Herb. Sieberiano*, ob folia longiora, ramos erectos fere appressos, floresque omnino spicatos, spicâ foliosâ, *CHENOPODIUM* potius *spicatum* credimus. *In Hispania. ☉.*

57. *C.? linifolium*; annum erectum alterne ramosum, ramis subreflexis, foliis (lineari-) lanceolatis planis racemiferis, calycibus urceolatis pentagonis. *SUAEDA linifolia Pall. Ill. pl. imp. cogn. t. 40.*

Saepe 1-1 1/2 cubit., succulentum, laete viride, glaberrimum. Caulis infra nudiusculus, foliis marcescentibus, alterne ramosus, creberrime foliatus. Rami tenues, virgati, simplices, subreflexi. Folia crebra, subinflexa, secunda, acuta, succulenta. Flores in summis ramis racemosi, racemis 5-6-floris, petiolo insidentes. Calyces urceolati carnosissimi basi angustati, supra obtuse 5-dentati. *Pall. Ad rivum salsum Charasacha in lacum Alton ruentem in humidis. ☉.*

Obs. De calyce fructifero semineque silet ill. auctor. Ob habitum interea huc retulimus.

58. *C. Pallasianum*; annum erectum glabrum, caulibus subsimplicibus, (in floridis) foliis oblongo-ovatis, calycibus quinque angulatis. *SUAEDA crassifolia Pall. Ill. pl. imp. cogn. t. 46.* *AN CHENOPOD. maritimum Sedi-folio Buxb. C. I. t. 31. f. 1.*

Rad. alba, ramoso-fibrosa, attenuata. Caulis unus alterve, raro plures, striati, grisei, inferius subnudi, ramulis brevibus al-

ternis. Folia crassissima cylindracea carnososa glabra. Flores ad folia singula 2 sessiles. Cal. rubens, depressus, angulis minutis prominulis. Semen? *Pall.* In littore Turcomannico et Persico maris casp. legit *S. G. Gmelin*: in rossico non occurrit. ☉.

Obs. *Buxbaum* t. 31. f. 1. a *M. a Bieb.* laudatur ad salsum. Nomen mutandum, ob *crassifolium Hornem.*

59. *C. setigerum Decand.*; foliis teretibus crassis glabris, setâ rectâ longiusculâ terminatis. *Decand. Cat. H. Monsp.* 1813. *Hort. monsp. ined. t. 87. Suppl. I, p. 372.* SALSOLA *setifera*, floribus glomeratis digynis, foliis teretibus laevibus apice setiferis, axillis laniferis, caule laevi subangulato. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn. p. 12. n. 150.* *Barilla fina* vulgo.

Accedit ad CHENOPOD. *maritimum Linn.*, setâ vero et glaucescencia majori cum rubore distinguitur facile. In maritimis pinguibus subsalsis circa *Monspelum prope Ledi ostium, Magalonam D. Prof. Pouzin.* Hujus semina ex Alicantium agro nomine *Barilla d'Alicante* tulit *cls. Decandolle.* ☉. In aridis calcareis *Murciae et Valentiae. Lagasca.*

60. *C. macrocarpum Desv.*; herbaceum; caule erecto, ramis subsimplicibus; foliis lineari subulatis subteretibus; floribus solitariis axillaribus; bracteis elongatis. *Desv. Journ. de Bot. Ann. II, p. 48.*

Bractee foliaque longiora quam in *C. maritimo*; fructus splens, fuscus, sextuplo major. In paludosis maritimis?

61. *C. ? prostratum*; annum, humifusum ramosissimum, ramulis distichis, foliis succulentis acutis. SUAEDA *prostrata Pall. Ill. plant. imp. cogn. t. 47.*

Elegantissima planta tenera, adeo salis plena, ut in siccatae foliis grana salis efflorescant. Rad. brevis, tortuosa, fusca. Caules statim a radice 2-3, prostrati, in plano ramosi, glabri, teretes. Rami alterni et passim suboppositi, ramulis suboppositis distichis pinnati, utriusque foliis crebris. Folia exigua, lineari-acuta, glabra. Flores in alis (non omnium foliorum) sessiles, minutissimi, grano papaveris minores, suburceolati. Stamina exserta, antheris minutissimis flavescentibus. *Pall.* qui de calyce seminali semineque tacet. Salsissima in saluginosis circa rivum *Solenka*; inter castra *Zarizyn* et *Tchernojarsk.* ☉.

62. * *C. maritimum*; caulibus diffusis, foliis oblongis semiteretibus, floribus axillaribus glomeratis. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 182. Suppl. p. 176.* CH. fol. subulatis carnosis etc. *Willd. Spec. I. p. 1307. Smith Brit. p. 278. Engl. Bot. t. 633. Fl. Dan. t. 489.* SALSOLA *maritima Marsch. a Bieb. Casp. p. 150. Poir. Enc. meth. VII. p. 291.* SUAEDA *chenopodioides, annua*

ramosa; foliis succulentis subcanaliculatis, calycibus axillari-
 bus quinquangulis *Pall. Illustr. p. 56.* β . majus magis-
 que succulentum, ramis paniculatis erecto-patulis, calycibus
 fructus maxime carnosogibbis. *Marsch. a Bieb. Taur.*
Cauc. p. 182. et hoc teste: *SUAEDA salsa*, biennis, multicau-
 lis ascendens ramosa, foliis semicylindricis acutis, florum glo-
 merulis distantibus. *Pall. Illustr. t. 39.* *SALSOLA sativa*
Pall. ind. Taur. *Aubry (ed. Decand.)* *SALSOLA*
salsa Linn.?; sine dubio *S. salsa Steven Hoffm. H.*
mosq. 1809. n. 2769. et *Vill. Delph. II. p. 560.* (fide *De-*
cand. Suppl. II. p. 373.) α . germanicum. β . caspicum.

Caulis erectus ramosissimus. Folia semicylindrica acutiuscula
 laevia succosa salsa. Flores sessiles glomerati. Bractee bi-
 nae. Semina minute striata, nitida. *Smith l. c.* In β rad.
 biennis, calamo crassior, robusta, cinerea. Caulis a radice
 plures, arcuatim ascendentes, dein erecti, saepe $1\frac{1}{2}$ - 2 cubit.,
 inferius sublignescens et folioso-ramulosi, superius ramis
 alternis virgatis, simplicissimis. Folia succulenta subacuta vi-
 ridissima glabra, caulina $\frac{1}{2}$ poll., crassiora, ramea floralia
 breviora. Florum calyces in ipsis alis glomeratim sessiles, 3-5,
 fere verticillum dimidium referentes, autumno subbaccati, cras-
 si, quinquanguli, e foliolis 3 carnosissimis viridibus, supra
 semen arcte conniventibus, apice gibbis, extrorsum angulo in-
 signi, unde substellati. Semen orbiculatum, horizontale, ni-
 grum, nitidum, durum, ut in CHENOPODIIS. Antherae flavae.
 Styli 2. *Pall.* In Europae maritimis, et orientalis
 Sibiriae, etiam borealior. \odot .

Obs. I. *Cls. Schrader de HALOPH. p. 15.* excludit CHENOPODIUM mari-
 timum e genere CHENOPODIORUM, sed nulli inseruit. Interea tamen de
 embryone spirali vel conduplicato silet *Pallas*, qui semen in
 β manifeste esse CHENOPODII affirmat, et *cls. M. a Bieb. l. c.* simul
 in eodem semina corticata CHENOPODII et membranacea corculo spi-
 rali observasse *clm. Steven* monet, qui specimina talia legit circa
Kislar. Poiret l. c. semina nigra convexa, matura e calyce decidua
 vix in spirae dimidium conduplicata recte describit: vix ergo KOCHIA.
 Etiam *Brotero Fl. lusit.* cui in maritimo. „Caulis erectus 7-14
 poll., interdum obliquus ramosus; folia 4-13 lin. longa, semicylindrica,
 interdum etiam superne convexiuscula glabra succulenta, dilute aut inter-
 dum ex albo-viridia; flores sessiles, saepe 2-4, pauci solitarii; Semen
 est calyce arcte tectum, et in fundo membranula immersum, lenti-
 forme, integumento externo nigro nitido crustaceo fragili, embryone
 filiformi, non cochleato, sed in anulum hinc leviter compla-
 natum spiraliter convolutus. Habitus SALSOLAE, sed se-
 mina CHENOPODII. Talis frequens ad Tagum, praecipue prope Seixal
 et ad Mundam prope Figueira et alibi. \odot . et σ .

Obs. II. *Poiret* specimina in Africa legit circa Bonnam ad littora
 caulibus duplo altioribus, crassioribus, ramis strictioribus, foliis lon-
 gioribus fere subulatis, salsae habitu aemulam, floribus seminibusque
 prorsus ut in europaea. SALSOL. sativam et trigynam Hortul. hujus
 esse loci, *Schrader in Catal. H. Gotting.*

C. *Calycibus exterius post florescentiam appendiculos scariosos producentibus.*

63. *C. radiatum* Schrad.; foliis lato-lanceolatis dentatis, calyce coronulâ denticulatâ (demum) cincto, semine orbiculato, hinc emarginato. *SALSOLA radiata* Desfont. *Annal. Mus.* II. p. 28. t. 34. (occurrit etiam in Hortis nomine *SALS. stellatae* Desfont.) *S. platyphylla*; caule herbaceo diffuse ramosissimo, foliis ovali-oblongis inaequaliter acuteque angulato-dentatis, ramulis floridis paniculatis, floribus trigynis, calycibus fructiferis alâ horizontali denticulatâ. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. p. 175. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 295. *SALSOLA atriplicifolia* Spreng. I. *Nachtr. H. Hal.* II. p. 35. n. 46. *Koel. Rôm. Collect.* p. 72. n. 22. *SALS. Atriplicis* Schult. *Obs. bot.* p. 52. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 297. *SALSOLA chenopodioides et latifolia* Hortor. *KOCHIA atriplicifolia* Roth in Schrad. *Journ.* 1800. p. 305. *KOCHIA dentata* Willd. *H. Berolin.* t. 28. *KOCHIA platyphylla* Hort. *CHENOP. radiatum* Schrad. *de Haloph.* T. I. f. 2.

Caulis angulatus glaber firmus, crassitie digiti minimi, & ped. paniculato-ramosus; folia glabra 3-6 centim., 1-2 lata; dentes foliorum pilo rigido. Flores polygami, sessiles minimi, solitarii aut bini ternive. Calycis phylla obtusa. Styli 3. Semen fuscum, planum, orbiculare; non cochleatum. *Ex America boreali attulit div. Michaux. e regione Illinoensium, aquis Mississippi allatam, non in Persia.* ☉

Obs. Jam olim div. Michaux habitum fere *Chenopadii* dixit, et „an generis proprii?“ interrogavit. Fructificans fere aphylla, et quasi alia species. — In *H. parisino* monente *Poiret* l. c. colitur *S. latifolia* hinc similis foliis oblongis denticulatis teneris viridibus, similibus foliis *Cichorei*, quae, aiunt, ex Asia venit. An fors hujus loci *CHENOPODIUM atriplicifolium* Thunb. *Mus. Ups.* & *P. A. Staf.* 1816. p. 25.

Dubia:

64. *C. microphyllum* Thunb.; foliis ovatis integris glaucis; caule fruticoso. *Thunb. Prodr.* I. p. 48. *Fl. Cap.* II. p. 179. *ATRIPLEX microphylla.* *Willd. Spec.* IV. p. 958.

Caulis mox a basi ramosus cinereo-glaucus erectus vix pedalis. Rami teretes aphylli ramulosi. Ramuli similes sparsi flexuosi virgati. Folia sparsa in ramulis obtusa, lineam longa. Flores in axillis foliorum. *Thunb.* *In Prom. b. Spei.* b.

Obs. *Willdenow*, qui plantam non vidit, *ATRIPLEX* inseruit. III. auctor vero retinuit inter *CHENOPODIA* in *Fl. Cap.*

65. *C. virgatum* Thunb.; foliis linearibus integris pul.

verulentis, caule fruticoso sulcato. *Thunb. Act. Ups. VII. p. 143.*

Caulis lignosus teres glaber vel inconspicue pulverulentus flexuosus erectus ramosus pedalis et ultra. Rami alterni teretes striati pulverulenti erecto-patentes virgati. Folia breviter petiolata lineari-lanceolata acuta subtus inprimis pulverulenta patentia unguicularia; in axillis foliola minora 2-3. Florum glomeruli in axillis foliorum. *Thunb. In oris maritimis insularum japonicarum. h.*

1. *Flores ebracteati.*

66. *C. trigonon*; foliis hastatis integris, lobis posticis obtusis; superioribus oblongo-lanceolatis, spicis aphyllis axillaribus terminalibusque folio brevioribus, floribus quinquefidis monandris. *CHENOP. triangulare R. Brown Prodr. I. p. 407.*

Circa Portum Jackson. — Nomen mutandum erat, cum sit antiquissimum *triangulare Forsk.*

67. *C. erosum R. Brown*; foliis triangulari-ovatis subcordatis acuminatis pulvere conspersis eroso-sinuatis; dentibus obtusiusculis, spicis compositis foliatis, glomerulis multifloris. *R. Brown l. c.*

In insula van Diemen. Ad oram meridion. nov. Holland.

68. *C. Browneanum*; foliis lanceolatis integerrimis mucronatis subtus pulverulentis, spicis compositis, glomerulis alternis multifloris, perianthiis carinatis, caule erecto. *Ch. lanceolatum R. Brown l. c.*

Circa Portum Jackson.

Obs. Nomen mutandum erat, ob *C. lanceolatum* antiquius *Mühlenb. apud Willd.*

69. *C. ambiguum R. Brown*; foliis rhombico-lanceolatis dentatis acutis subtus glauco-pulverulentis, spicis foliatis, perianthiis glabris ecarinatis 3-4-partitis monandris. *R. Brown l. c.*

In insula van Diemen.

2. *Flores bibracteati. Folia carnosa, semiteretia.*

70. *C. anstrale*; *R. Brown*; foliis semicylindraceutis basi subattenuatis, spicis foliatis paniculatis, glomerulis 3-5-floris, caule subherbaceo. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

Obs. Nimis affine *C. maritimo*, quocum et *SALSOLA fruticosa, salsa, nudiflora*, etc. sectionem valde distinctam *CHENOPODII* efformet.

3. Semen verticaliter compressum. Stamen 1. Perianthium quinquepartitum. ORTHOSPORUM.

71. *C. carinatum* R. Brown; foliis ovatis sinuatis supra glanduloso-pulverulentis subtus nudiusculis, perianthiis alato-carinatis hispidis, caule diffuso. R. Brown l. c.

Circa Portum Jackson.

72. *C. pumilio* R. Brown; foliis obovatis integerrimis petiolos subaequantibus, glomerulis axillaribus paucifloris, perianthiis carinatis hispidulis. R. Brown l. c.

Ad oram meridion. nov. Holland.

CHENOPODII speciem incertam frequentissimam in terra Coranarum e seminibus ibi lectis natam in horto Helmstaedensi in litteris ad div. Römer laudat cl. Liechtenstein

Quid: *Ch. angustifolium* Thunb. Mus. Ups. a P. A. Staf 1816. p. 25.

— *astracanicum* in Cat. Dorpat 1819.

— *divaricatum* — Gorenk 1812.

— *tumidum* Kit. — Krzem. Suppl. III. 1814.

— *variegatum* Gouan. — Taurin. 1810.

1140. A T R I P L E X.

a. Fruticosae:

1. * *A. Halimus*; caule fruticoso, foliis alternis oppositive oblongo-subrhombeis integerrimis. Willd. Spec. IV. p. 957. Duham. arb. I. p. 85. t. 32. Clus.

Hist. I. p. 53. Parkinson theatr. 724. f. 2. *A. Ha-*

limus; fruticosa erecta squamuloso-incana, ramulis angulatis, foliis lanceolato oblongis integerrimis obtusiusculis basi attenuatis, perianthii fructiferi valvulis rhombeis integerrimis dorso subtuberculatis. R. Brown Prodr. nov. Holl. I. p.

406. ? β. CHENOPODIUM *Halimus* Thunb. Prodr. I. p.

48. Fl. Cap. II. p. 179.

6 ped., ramis plurimis teretibus albidis striatis; folia persisten-
tia, brevi petiolata, acutissima, utrinque cana, laevia. Flores
parvi in panicula 5 circiter poll., glomerulos parvos sistentes.
In maritimis Hispaniae, Lusitaniae, Virginiae (auctori-
tate Gronovii, Pursh non vidit) Promont. b. Spei., nov.
Hollandiae; non vero Angliae, et in Sibiria (?) h.

Obs. Planta capensis. nisi distincta species, varietas saltem insignis vide-
tar. Caulis illi, ex descriptione cl. Thunberg, pedalis erectiusculus;

rami tetragoni divaricati incurvato-erecti simplices. Folia triangulari-rhomboidea acuta unguicularia, longitudine petioli. Florum racemi versus apices glomerati.

2. *A. albicans* Ait.; caule fruticoso erecto, foliis hastatis integerrimis acutis, spicis terminalibus. Ait. Kew. III p. 430. Willd. Spec. IV. p. 958. *A. odorata* cinereo-glauca, caule fruticoso, ramis angulatis, foliis petiolatis, hastatis, spicâ simplici, fructigenâ, crassâ, subpingui. Pers. Syn. I. p. 293.?

In Promont. b. Spei. h.

Obs. An fors *A. Halimus* Thunb.? Cls. *Persoon odoratae* suae, ad quam *albicans* cum? ducit, subscripsit: Flosculi ex pallescente subpurpurei. Cal. fructus inflato-subcarnosus, complicatus. Odor gratus uti fructus CUCUM. Melonis. Colitur in hortis.

3. *A. verruciferum* *) *M. a Bieb.*; caule fruticoso ascendente, foliis oblongis obtusis petiolatis argentatis, paniculâ ramosâ aphyllâ, calyce fructus globoso verrucoso. Marsch. a Bieb. Taur. Cauc. II. p. 441. An *A. glauca* Pall. it. I. p. 494. n. 111? *A. Halimus* Pall. it. II. p. 477. Gmel. Sib. III. p. 78. n. 53. β . *angustifolia*, *A. portulacoides* Pall. ind. Taur.

Stipes supra radicem tantum distortus lignescens, e quo quotannis caules adscendentes 1-2 ped., teretes pulvisculo vel laminulis argentati, sicut tota planta. Folia spathulato-ovata lanceolatae vel rhomboideo-ovata. Flores in paniculae ramis erectis alternatim glomerulis subrotundis primum confertis, demum remotis. Verrucae in fructu obtusae, valvulis hemisphaerico-concavis exacte conniventibus. *M. a Bieb.* In *Tauriae et Caucasi* salsuginosis. h.

4. * *A. portulacoides*; caule fruticoso procumbente, foliis integerrimis oppositis oblongis obtusis basi attenuatis (floribus submonoicis). Willd. Spec. IV. p. 957. Smith Fl. Brit. p. 1090. Engl. Bot. t. 261. Gmelin Sib. III. p. 70. n. 53. Forsk. Aegypt. C. VI. p. 175. CHENOPODIUM *portulacoides* Thunb. Fl. Cap. II. p. 178. β . *A. maritima mauritanica* frutescens polygoni foliis argenteis racemosa. Pluk. Alm. t. 15. f. 4.

Rad. subrepens. Caules adscendentes, 1 1/2 ped., tetragoni, pulverulento-incani, ut tota planta. Folia petiolata, fere obovata. Flores glomerati, spicati, (panicula 2 1/2 poll.) terminales, flavescens, rarissime hermaphroditi. Calyx feminae demum auctus deltoideus, basi rotundatus, margine trilobus, clausus. Sempervirens. β majus, ramis strictioribus. In maritimis Oceani septentrionalis, *Adriae, Mediterranei, inque Sibiria, et in Promont. b. Spei.* h.

*) *Atriplex* generis neutrius est, nec feminini.

Obs. Forskål *Aegypt. Arab.* in *portulacoides* suo „folia raro obovata, fructus femineos obcordatos“ dicit: an eadem species?

5. *A. molle* Desfont; caule fruticoso erecto, foliis (superioribus ellipticis, inferioribus) lanceolatis carnosissimis mollioribus, calycibus rotundatis integerrimis. Desfont. *Atl.* II. p. 391. Willd. *Spec.* I. p. 958. Poiret *Enc. meth. Suppl.* I. p. 470.

Frutex 2 ped. et ultra; rami numerosi teretes canescentes substriati. Folia perennantia glauca glabra obtusa integerrima pellucida pollicaria, 1/2 poll. lata. Flores numerosi parvuli sessiles glomerati conferti ex alis foliorum superiorum. Cal. fructus magnitudine *A. hortensis* planus circinnatus. Facies *portulacoidis*, sed differt: caulibus rectis, foliis alternis mollissimis succulentis, calyce plano maximo membranaceo. Desfont. *In arenis deserti Barbariae.* h.

6. * *A. glaucum*; caule suffruticoso procumbente; foliis ovatis sessilibus integerrimis, inferioribus subdentatis. Linn. *amoen. acad.* IV. p. 295. Willd. *Spec.* IV. p. 958. *CHENOPODIUM vesitum* (sic!) foliis ovatis obtusis glaucis; caule fruticoso decumbente. Thunb. *Prodr. Fl.* I. p. 48. *Fl. Cap.* II. p. 179. Dillen. *Eltham.* 46. t. 40. f. 46. Barrel. *rar.* 1145. t. 733.

Tota planta cinereo-glauca, apice erecta. Folia ovata et deltoidea mixta interdum mucronata. Racemi terminales divisi glomerati aphylli. Thunb. *In Galliae australis?* (momente Decand. in *Suppl.*) *Hispaniae maritimis et in Prom. b. Spei.* h.

Obs. *ATR. glauca* Brot. est species propria, a clo. Link candicans dicta.

7. *A. graecum*; caule fruticoso (decumbenti-) ascendente, foliis inferioribus lanceolatis hastatis, superioribus lineari-lanceolatis. Willd. *Spec.* IV. p. 958. *A. graeca* fruticosa humifusa Halimi folio. Tournef. *Cor.* 8.

Folia glauca 1/2 poll. brevissime petiolata, inferiora integerrima, quandoque medio dente notata, superiora integerrima. Willd. *In Insula Paro.* h.

8. *A. linifolium* Humb. et Bonpl.; caule suffruticoso erecto, foliis linearibus acutis integerrimis. Willd. *Spec.* IV. p. 959. Humb. et Bonpl. *nov. Gen. et Spec.* II. p. 154.

Caulis 1 1/2 - 2 poll., teres; folia 1/2 - 1 1/2 poll., brevissime petiolata subtus glauca. Spicae terminales. Calyces fructus parvi subrotundi. Willd. *In America meridionali.* h.

9. *A. polygamum* Sessé; foliis linearibus, acutis repando-subdentatis, subtus canescentibus, floribus femineis

glomeratis axillaribus. *Lagascia* Gen. et Spec. nov. diagn. p. 12. n. 152.

H. in N. Hispania. h. Nomen sane graphicum, cum omnes fere atriplices polygamae!

10. *A. cristatum* Humb. et Bonpl.; caule fruticoso decumbente, foliis (oblongo-) lanceolatis (inaequaliter) dentatis subtus tomentosus, calycibus fructus dentatis cristatis. Willd. Spec. IV. p. 959. *A. albido-farinoso* caulibus fruticosis diffusis, fol. oblongis basi cuneatis dentatis, laciniis calycis fructiferi subrotundis dentatis externe muricatis. Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. II. p. 154.

Caulis 1-1 1/2 ped. Folia breve petiolata vix pollicaria, (in sterili loco proveniente duplo triplove breviora) obtusa. Flores glomerati axillares et in spica brevi terminali. Calyces fructus compresso-subrotundi in utroque disco cristâ duplici dentatâ. Willd. Caulis ramique numerosissimi subangulati. Folia alterna, obtusa, mucronata, inaequaliter dentata. Flores hermaphrod. non vidit cl. Kunth. Flores feminei sessiles. Cal. fructifer bipartitus. Lacinae concavae indurato-incrassatae, 1 1/2-2 lin. latae. Semen compresso-lenticulare fuscens laeve glabrum nitidum magnitudine AMARANTHI *Bliti*. In arenosis *Cumanae* Willd.; in maritimis ad promont. *Arayae* nov. *Andalusiae*. Humb. et Bonpl. h.

11. *A. muricatum* Humb. et Bonpl.; caule suffruticoso procumbente, foliis obovatis denticulatis subtus tomentosus, calycibus fructus orbiculatis dentatis. Willd. Spec. IV. p. 959. Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. II. p. 154.

Caulis basi lignosus ramosus, ramis digitalibus vel pedalibus. Folia 1/2 poll., utrinque denticulis 3-4. Calycis fructus albi compressi, dentibus parvis acutis, disco parum convexo nudo vel tuberculo solitario instructo. Valde simile *cristato*, sed foliis obovatis et calycibus fructus diversa. Willd. In *America meridionali*. h.

12. *A. cinereum* La Billard.; caule fruticoso, foliis lineari-lanceolatis subsessilibus, floribus subsolitariis axillaribus, calycibus fructus convexis integerrimis (nudis), apice triangulari. *Poiret Enc. meth. Suppl. I. p. 470.*

Totum cinereum. Caulis teretes subinaequales. Rami alterni. Folia approximata 1-2 poll., glabra, crassa, integerrima, obtusa, basi parum attenuata in petiolum. Flores vix pedicellati; calyces fructus acutiuseculi. *Poiret. In nova Hollandia*. h. *Herb. Desfont.* An eadem cum *paludoso*?

13. *A. reniforme* R. Br.; fruticosum erectum squamuloso-incanum, foliis lanceolatis integerrimis mucronulatis,

floribus dioicis, perianthiis fructiferis reniformibus laevibus.
R. Brown l. p. 460.

In ora meridionali novae Hollandiae. h.

14. *A. paludosum R. Br.*; suffruticosum procumbens squamuloso-incanum, foliis integerrimis oblongis obtusis basi acutâ supra nudiusculis, floribus dioicis, masculis spicatis, femineis glomerulatis, perianthiis fructiferis deltoideis laevibus. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridionalem nov. Holland. h.

15. *A. coriaceum Forsk.*; caule fruticoso decumbente, foliis ovatis concavis farinosis coriaceis. *Forsk. Aegypt. arab. p. 175.* *A. c. f. d. ramoso, fol. subsessilibus ovato-subrotundis concavis farinoso-squamosis coriaceis, valvis calycinis ovatis obtusis. Sprengel nov. Provent. p. 7.*

Caules pedales ramosi. Folia alterna conferta viridi-albentia. Pedunculi spicae caulis vel ramorum terminales longae flavae saepe conjugatae. Calyces magni. *Forsk.* Convenire cum *glauco*, sed hujus folia multo majora, inferiora dentata, *coriacei* vero folia minutissima esse *Spreng. l. c.* *Alexandriae ad Catacombas. h.*

b. Caule herbaceo:

16. * *A. roseum*; caule herbaceo divaricato, foliis incanis triangularibus inaequaliter dentatis, calycibus fructus quadrangularibus dentatis. *Willd. Spec. IV. p. 960.* *Lam. Enc. meth. I. p. 275. Illustr. t. 853. f. 2.* *A. incanum, fol. cuneato-ovatis, eroso-dentatis, floribus axillaribus glomeratis, calycibus fructus compressis triangularibus argute serrulatis, lateribus subtuberculosis. Bertolon. Amoen. p. 212. Schkuhr Handb. II. p. 538. t. 350. A. alba Pl. gen. ed. I. p. 138. n. 298. (fide Bertol.)*

Caulis herbaceus ramosissimus plus minus rectus foliosus 3 ped. et ultra in hortis, in spontaneo vix 1 1/2 ped. Folia petiolata ovato-deltoidea. Fructus compressi, extus dentati margine, tuberculati, bini ternive in rosulam digesti stellulamve ad apices ramorum. *Lam.* *In Europa australi; etiam in Suecia. ☉.*

Obs. A. rosea, caule herbaceo, foliis ovalibus profunde sinuatis dentatis albis, Anthuris terminalibus nudiusculis, calycis fructibus lobatis dentatis, laciniis lateralibus truncatis quadrangularibus disco muricatis Link ap. Schrad Journ. 1800. I. St. p. 55. ap Tagum lecta omnino hujus loci esse videtur.

17. *A. foliolosum Link*; caule herbaceo, foliis rhombeo-oblongis, sinuato-dentatis, superioribus integerrimis albis, anthuris foliosis, calycis fructibus triangularibus, angu-

lis acutis in disco muriculatis. *Link in Schrad. Journ.*
1800. p. 55. *A. rosea* β *foliosa Pers. Syn. I. p. 293.*

Ad ripas Tagi. ☉.

18. * *A. sibiricum*; caule herbaceo divaricato, foliis
rhombeis subdentatis, calycibus fructus muricatis (grosse)
dentatis. *Willd. Spec. IV. p. 960.* *Retz obs. I. p. 32.*
Schkuhr t. 350. *A. rosea* β . *Lam. Enc. meth. I. p.*

274. *OBIONE sibirica Gaertn.*

Magnitudo *A. hortensis*. Fructus basi tomentosus, extus murica-
tus. *Linn.* Caulis ramosus diffusus 3 ped. Folia utrinque
viridia, subinde integerrima. Cal. fructus basin versus albi-
dus, ac si tomentosus esset. *Willd.* *In Sibiria.* ☉.

19. * *A. tataricum*; caule herbaceo erecto, foliis oblon-
gis sinuatis basi cuneatis subtus canis, calycibus fructus den-
tatis. *Willd. Spec. IV. p. 961.* (excl., monente *M. a Bieb. syn.*
Gmel. Sib. III. t. 14. f. 1. ad laciniatum spect.) *A. fol. del-*
toideibus sinuatis undulatis alternis. *Linn. Hort. Ups. 303.*
A. tatarica maxima, folio laciniato viridi, semine splendente.
Gerb. Samar. 290. (auct. *Linn. in Hort. Ups.*) *Schkuhr*
Handb. t. 349. *A. rosea* γ . *Lam. Enc. meth. I. p. 274.*

Altitudo humana. Folia subtus cinerea. *Linn.* Rad. annua.
Caulis erecti longi ramosi teretiusculi glabri 3-ped. Folia
alterna deltoidea sinuata acuta undulata coarctata parum viri-
dia. Racemi s. spicae terminales. Seminum involucra ovata
acuta, ad oris margines utrinque minimo denticulo, extus lae-
via. Sero admodum floret. Flosculi hermaphroditi saepius
abortiunt. *Linn. Hort. Ups.* *In Tataria.* ☉.

20. *A. Thunbergianum*; foliis oblongis subhastatis, si-
nuato-dentatis; caule erecto herbaceo; capitulis spicatis aphyllis.
CHENOPODIUM sinuatum Thunb. Fl. Cap. II. p. 178.
Ch. laciniatum. Thunb. Prodr. p. 48.

Caulis simplex vel superne parum ramosus obsolete angulatus
parum pulverulentus subglaber pedalis vel paulo ultra. Ra-
mi supra medium pauci alterni patenti-erecti. Folia alterna
petiolata obtusa supra glabra, subtus argenteo-punctata, pa-
tentia et reflexa pollicaria. Petiolus unguicularis. Florum
glomeruli in racemis elongatis alterni aphylli. Simile ATRI-
PLICI tatarico; distinctum racemis aphyllis. *Thunb.* *In*
Prom. b. Spei.

21. *A. bengalense H. Paris.*; caule herbaceo erecto,
foliis oblongo-deltoideis subhastatis obtusis. *Lam. Enc.*
meth. I. p. 276.

Affine *hortensi*. Caulis striati glabri ramis brevibus, 4-5 ped.
Folia dentibus aliquot ad basin, cum rubore virentia, superio-
ribus integerrimis, subtus ad basin subfarinosis. Flores her-

baccii in spicis densis terminalibus in ramis cauleque. *Lam. In Bengalia. ☉. Edulis. Renaud de St. Germain.*

Obs. Illud, quod nos hoc nomine olim Cracoviae coluimus, verum videtur est CHENOPODIUM, floribus femineis longe pedicellatis, calyce 5-nec diphylo.

22. * *A. hortense*; caule erecto herbaceo, foliis triangularibus dentatis concoloribus, calycibus fructus ovatis, reticulatis, integerrimis. *Willd. Spec. IV. p. 961. Lam. Enc. meth. I. p. 276. Ill. t. 853. f. 1. Schkuhr t. 349. Blackw. t. 99 et 552. Dodon. pempt. 615. β. hortensis rubra. γ. intermedia.*

Caules 4-5 ped., striati, glabri, obtuse angulati, ramosi. Folia ut plurimum alterna, sat magna, acuta, mollia, fere *Betae*, juniora farinosa. Flores parvi in spicis terminalibus interruptis ramosis. β. nonnisi colore rubro differt. γ. caule rubro, foliis virentibus vel rubore suffusis. *Lam. In Tataria; nunc frequens in hortis Continentis Europae et borealis Americae; e magna Britannia exul. ☉.*

23. *A. nitens Rebentisch*; caule erecto herbaceo, foliis triangulari-hastatis sinuato-dentatis (superne nitentibus) subtus argenteis, calycibus fructus triangulari-ovatis integerrimis. *Willd. Spec. IV. p. 961. Rebentisch Prodr. n. 441. Schkuhr Handb. t. 348. A. viridis Ehrh. A. sagittata Borkh. (uterque fid. Schkuhr).*

3-8 ped.; folia inferiora sagittata, superiora hastata, majora 6 poll., 5 poll. lata, suprema lanceolata. Semina margine membranacea ante maturitatem. *In Germania, Hungaria, Tataria. ☉.*

24. *A. acuminatum Waldst. Hit.*; caule erecto herbaceo, foliis triangulari-hastatis utrinque attenuatis, subtus argenteis, superioribus calycibusque fructus ovatis laevibus integerrimis. *Willd. Spec. IV. p. 961. Waldst. et Hit. pl. rar. Hung. t. 103. A. nitens β. Poiret Enc. meth. Suppl. I. p. 471.*

Nitenti valde affine, sed diversum: foliis superioribus integerrimis, et inferioribus remote, nec profunde, dentatis. *Willd.* Caulis 4-8 ped., subtus cuticulā nitentē, facile decedente. Rami inferiores oppositi, superiores saepe gemini alterni, minor sub majore. Folia trinervia dentibus subrecurvis. Flores conglomerati in spicis erectis vel nutantibus, axillaribus, simplicibus, terminalibus compositis. Antherae flavicantes. Stigma profunde bipartitum. Pedunculi et calyces granulis albis diaphanis. *In Pannonia ad fossas, vineas. ☉.*

Obs. *A. acuminata* caule erecto virgato, foliis incanis, inferioribus triangulari-hastatis subsinuatis, superioribus hastato-lanceolatis subintegerrimis, calyce femineo fructus orbiculato integerrimo laevi. *Marsch. & Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. p. 447., licet Willd. et Waldst. Hit.*

ab illustri auctore laudentur ut synonyma, distincta nobis species, nisi fors varietas insignis videtur. „Caulis“ enim „1-5-ped., ramis elongatis paniculatis; folia ima lata integra aut sinuato-dentata, pleraque oblonga subhastata utrinque acuta. Flores antheris purpurascens. Calyces feminei lati plani nervosi, aetate eleganter rosci; caeterum tota cana.“ *Marsch. a Bieb.* Quod nunquam in planta *Hitaibelia* vidimus. Addit ipse ill. *M. a Bieb.*: „dubius haereo an hoc et hungarica planta ab Atriplice vulgo in hortis culta vere differat; nec mirandum, quod spontanea hortensi minor sit, magisque cana et foliis gaudeat aliquanto angustioribus.“ In abruptis sterilissimis subsalsis ad Bosphorum Tauriae. ☉.

25. *A. venetum Willd.*; caule erecto herbaceo, foliis inferioribus triangulari-hastatis dentatis, superioribus lanceolatis subhastatis integerrimis, calycibus fructus rhombeis acutis apice obsolete dentatis. *Willd. Spec. IV. p. 962.*

Spontanum, a culto toto coelo diversum: caulis 1 1/2 ped. ramosus. Folia subtus glauca, inferiora fere pollicaria, dentibus aliquot remotis, superiora 1 1/2 poll., saepius simpliciter lanceolata, omnia integerrima. Calyces fructus margine superiore dentati, trinervii. *Culti* Caulis 2 ped., folia subtus fere viridia, inferiora 1 1/2 poll., profunde dentata, superiora, 1/2 poll. quandoque hastato-lanceolata, omnia integerrima. Calyces fructus 5-7 nervii, reticulati, margine superiore utrinque dentibus minutissimis binis. *Willd. Venetiis ad littora.* ☉.

26. *A. incanum Dietr.*; caule herbaceo procumbente, foliis (utrinque) incanis rhombeis, subdentatis, calycibus fructus tridentato-rhombis. *A. albicans Willd. Spec. IV. p. 912.* *A. incana Dietr. Garten-Lexik. Suppl. p. 418.*

Caulis ramosus. Folia 1/2 poll., apicem versus dente unico vel binis utrinque, quandoque integerrima. Calyces fructus angulis acutis, interdum unus angulorum bidentatus. *Willd. In Hispaniae maritimis.*

Obs. Nomen mutandum erat, cum *his* ipsissimus eodem utebatur div. *Willdenow.*

27. *A. album Scop.*; caule ramosissimo, foliis omnibus ovatis, floribus alaribus glomeratis, valvulis seminiferis subrotundis dentatis laevibus. *Scopol. delic. insubr. II. p. 16. t. 8.*

Rad. rigida, tota descendens. Caulis semper erectus, fere 2-ped., rigidus, leniter tortuosus, pluries et dense ramosus, sulco e basi rami singuli decurrente. Folia ima brevi petiolata, superiora sessilia erecta omnia dentata. Flores in alis foliorum in capitulis rotundis sessilibus. Valvulae seminiferae latiores quam longae, subcordatae. Tota pallide glauca, foliis etiam aridis adhuc persistentibus. Glomeruli florales nunquam spicati. *Habitat?* ☉.

28. * *A. laciniatum*; caule herbaceo (sub) erecto, foliis triangularibus profunde dentatis subtus albidis, calycibus fruc-

tus rhombeis trinerviis denticulatis. *Willd. Spec. IV. p. 65.* A. c. h. patente, fol. deltoïdibus sinuato-dentatis (utrinque, praecipue) subtus argenteis. *Smith Brit. p. 1090. Engl. Bot. t. 165. Fl. Dan. t. 1284.* A. hastata *Geners. Elench. n. 930.* (fide *Wahlenb.*) β . A. maritima nostra procerior, fol. angulosis incanis, admodum sinuatis. *Pluk. Alm. 60. Dill. in Ray. Syn. 152.*

Planta tota tecta quasi epidermide secedente. Caulis erectus teres nudus virgatus. Folia exceptis infimis alterna, argentata laminulis. Spicae terminales hermaphroditae antheris laete rubris. Flores feminei axillares gemini. Cal. fructus compressus 5-dentatus, dente intermedio majore. *Linn.* Folia in planta spontanea subtus fere nivea, in culta tantum albida. *Willd.* Caules patuli ramosissimi saepius procumbentes foliosi. Folia petiolata, basi angustata integerrima. Spicae densae hermaphroditae terminales, germinibus saepe abortientibus; flores feminei pedicellati conferti. Cal. magnus demum acute denticulatus, pulverulentus, basi venosus, semine compresso, cochleato. *Smith.* In Europa ad littora et ripas, etiam in America boreali a Novo Eboraco ad Virginiam. \odot .

29. A. *Besserianum*; caule herbaceo patentissimo, foliis rhombico-triangularibus dentatis, calycibus fructus rhombeis denticulatis dorso transverse cristatis. Δ . *albicans* *Bess. El. Galic. I. p. 194.* (excl. *A. rosea* *Willd.*) *A. laciniata* β . fol. utrinque albicantibus *Wahlenb. Carp. p. 324.* (excl. syn. *roseae* *Pers.*) *Pers. Syn. I. p. 295.* *A. sinuata* caule herbaceo, foliis deltoïdibus hastatis sinuatis subtus argenteis, calycibus seminum spicatis muricatis. *Hoffm. Germ. II. p. 277?* *A. laciniata* *Schkuhr t. 349?*

Tota cano-virescens. Caulis erectus pedalis, raro 2 ped., subteres, ramosissimus. Folia acuta, inaequaliter dentata, dentibus obtusiusculis, basi integerrima, subtus squamuloso-argentea, summa saepe ovata, integra. Flores in spicis parvis foliosis et in axillis. Antherae luteae. Calyces convexi trinerviis, marginibus baseos integris, antice denticulatis, viridi-reticulatis, medio transversim cristati, cristâ saepe interruptâ, rarius dimidiatâ aut plane nullâ. *Bess.* In Ungaria, Galicia. \odot .

Obs. *A. laciniata* caule herbaceo patulo, foliis deltoïdibus sinuatis subtus argenteis, calyce femineo fructus rhombico-ovato incano dentato, valvulis trinerviis medio disco dentibus confluentibus cristatis *Marsch. & Bieb. II. p. 442.* hujus nobis videtur loci excl. syn. praeter fors *Gmel. Sibir. III. p. t. 14. f. 1.* et SPINACIAM feram *Pall. it. app. n. 114.* Petit enim: „caulem 1-1 1/2 ped., ramis longis patentissimis a basi paniculatum; foliorum lobos obtusos, infimo pari quandoque productiore, unde folia subhastata, calycis fructus latos dentibus brevibus, disci cristâ arcuatâ, quandoque obsoletâ; plantam totam laminulis argentatam, et copiosissimam in Tauriae Caucasiq. ruderatis.

30. * *A. hastatum*, caule erecto herbaceo, foliis triangulari-hastatis profunde dentatis concoloribus, calycibus fructus sinuato-dentatis, dente intermedio elongato. *Willd. Spec. IV. p. 963.* *Ring in Hoppe's Taschenb. 1810.*

A. c. h. calycinis valvulis femineis magnis, deltoideis sinuatis. Linn. Fl. suec. 827. 921. It. oel. 88. Fl. Dan. t. 1286.

β. A. hastata β. Decand. Fl. fr. n. 2250.

A. laciniata β. Lam. Enc. I. p. 275. (fide Decand.) γ.

A. calotheca Rafn Dansk og Holst. Fl.

„Folia utrinque viridia, etiam summa profunde dentata. Calyces fructus palmato-dentati. Synonyma nulla fere adduxi“ (praeter *Fl. suec. et it. oel.*) quum descriptio auctorum haud conveniat.“ *Willd. In Europa frigidiori et in hortis campisque boreal. Americae. & Britannia exul. ☉.*

Obs. In Lusitania variare valvulis calycinis femineis disco dentatis. Brotero. A. hastata, fol. hastato-oblongis breviter petiolatis apice emarginatis subtomentosis albidis, basi rotundatis Forsk. ageypt. arab. p. 175, quae Djiddae, alia certe species.

31. *A. prostratum Bouch.*; caule herbaceo ramoso prostrato, foliis petiolatis hastatis glaberrimis, floribus racemosis, calycibus seminum deltoideis integerrimis. *Bouch. Fl. Abbev. 76. Decand. Fl. gall. n. 2251. Poiret Enc. meth. Suppl. I. p. 472.*

Affinis *hastato*; sed folia minora, auriculis majoribus; valvulae laeves. *Decand. In Gallia ad Canal St. Valery, Havre. ☉.*

32. *A. triangulare Willd.*; caule herbaceo erectiusculo, foliis triangulari-hastatis integerrimis, calycibus fructus triangularibus subdenticulatis, disco bimucronatis. *Willd. Spec. IV. p. 963.*

Caulis ramosus pedalis, quandoque procumbens. Folia alterna subtus albida subcarnosa $\frac{1}{2}$ poll. Calycis fructus compressi integerrimi, quandoque denticulo notati. Semina immatura, *Willd. Venetiis ad littora. ☉.*

33. *A. obtusum Willd.*; caule herbaceo erecto, foliis oppositis triangularibus obtusissimis integerrimis. *Willd. Spec. IV. p. 964.*

Caulis digitalis, basi ramosus. Folia longe petiolata angulis et apice obtusissima $\frac{1}{2}$ poll., subtus glaucescentia. Spicae terminales paniculatae. Calyx fructus? Specimen unicum! *In Sibiria. ☉.*

34. *A. microspermum Waldst. Hit.*; caule erecto herbaceo, foliis triangulari-hastatis acutiusculis subdentatis, calycibus fructus ovatis acutis integerrimis. *Waldst. Hit. pl. rar. Hung. t. 250. Willd. Spec. IV. p. 964.*

Folia inferiora tantum dentata. Calyces fructus minutissimi. *Willd.* Caulis 1-2 ped., tetragonus, subsulcatus, angulis obtusis, subdiaphanis, ad ramorum ortum subcompressus, incrassatus. Folia basi integerrima, caeterum remote dentata. Antherae flavae. Valvulae calycis fructiferi nigrescentes: majores dentatae, minores integerrimae. Semina atra. *In Hungariae salsis.* ☉.

35. *A. oblongifolium* *Waldst. Kit.*; caule herbaceo rami-que erectis; foliis ovato-lanceolatis, inferioribus subhastatis integerrimis; calycis valvulis fructiferis cordato-ovatis integerrimis. *Waldst. Kit. pl. rar. Hung. t. 221.*

Intermedium *patulum* inter et *microspermum*: ab illo differt: caule erectiusculo basi indiviso, ramis simplicibus erectis, racemis terminalibus paniculatis, valvulis laevibus; ab hoc, praeter characteres datos, seminibusque fuscescentibus, nunquam nigricantibus. *In vineis circa Budam.* ☉.

36. * *A. patulum*; caule herbaceo patulo, foliis deltoideo-lanceolatis subhastatis, calycibus seminum disco submuricatis. *Smith Fl. Brit. p. 1091. Engl. Bot. t. 936. Willd. Spec. IV. p. 964. M. a Bieb. Taur. Cauc. II. p. 443.* *A. c.* herb. ramoso, foliis triangulari-hastatis sinuato-dentatis acuminatis, valvulis seminiferis rhombeis denticulatis dorso lepidotis (submuricatis). *Wallroth Ann. bot. p. 57. Hall. Helv. n. 1617. A. hastata Curt. Lond. II. t. 66. Fl. Dan. 1285? (angustifolia?) Schkuhr t. 347. A. hastata Lays. (sive Spreng.) Petiv. H. Brit. t. 7. f. 1. β. A. maritima perennis, folio deltoide seu triangulari, minus incano. *Raii Syn. 152. γ. A. maritima, ad foliorum basin auriculata, procumbens et ne vix sinuata. Dill. in Raii Syn. l. c. Petiv. H. Brit. t. 7. f. 2.**

Rad. fibrosa, nec perennis. Caulis divaricato-patulus ramosissimus erectiusculus, in β et γ procumbens, saepe rubicundus. Folia alterna, longius petiolata, subtus plerumque pulverulenta, inferiora sinuato-dentata, superiora lanceolata angustiora et fere integerrima, in γ omnia rubicunda carnosissima et dentata. Racemi terminales et axillares foliosi. Valvulae calycum femineorum deltoideo-rhombeae acutae, margine angulum versus denticulatae, disco hinc vel utrinque tuberculato-muricato. Semen magnum subcochleatum punctulatum. *Hastata Linn.* Abunde diversa valvulis maximis reticulato-venosis submembranaceis margine sinuato-dentatis, dentibus apice setaceis. *Smith.* *In ruderatis et cultis totius fere Europae, a Lapponia ad Mediterraneum.*

Obs. In *patulo* saepe antheras 4 vidimus, calycemque quadrifidum. *Clas. Besser Fl. Gal. p. 195.* sub diagnosi *Smithi*, quem tamen cum? adducit, plantam sequentibus describit: „Caulis erectus, basi teres, superiorae subquingularis, ramis elongatis, inferioribus oppositis, reli-

quis alternis patulis. Folia infima et media oblongo-lanceolata, hastata, subtriplinervia, quandoque angulato-dentata, summa lanceolato-lineararia, obtusa. Calyces fructiferi rhombeo-triangulares, acuti, dorso juniores farinoso-tuberculati, maturi nervosi, versus angulos laterales antice denticulo uno alterove. Semen magnum subcochleatum. Tale occurrit circa Leopolin. An cum patulo Smith idem?

37. * *A. pedunculatum*; caule herbaceo flexuoso ramoso, foliis obovatis obtusis in petiolum attenuatis, integerrimis, utrinque argenteis, valvulis seminiferis cuneato-pedunculatis bicornibus. *Wallroth Ann. bot. p. 37. 145.* *A. caule herbaceo flexuoso divaricato, fol. obovat. integerr., floribus femineis pedunculatis cuneiformibus. Smith Brit. III. p. 1095. Engl. bot. t. 232. Willd. Spec. IV. p. 966. Lian. Amoen. IV. p. 296. Schkuhr t. 349. Fl. Dan. 504. Pluk. Phyt. t. 36. f. 1. Pet. H. Brit. t. 7. f. 8. β. Atriplex maritima nostras, ocymi minoris folio. Raii Syn. 153.*

Caulis spithamaeus, subinde pedalis erectiusculus angulatus. Folia subsessilia patentia, utrinque, ut et tota planta, pulverulento-incana. Flores terminales racemosi congesti; feminei dellexi compressi trilobi, lobis lateralibus recurvatis, disco plani, aequales, demum maturescente semine acuti, ut in reliquis. β. nonnisi caule humiliore magisque diffuso differt. *Smith l. c. Folia 3 poll, poll. lata. Wallr. In Britanniae, Daniae, Galliae maritimis, Germaniae locis salsis. ☉.*

38. *A. oppositifolium Decand.*; foliis suboppositis conformibus hastatis integerrimis subdentatisve acutis, racemis terminalibus axillaribusque. *Decand. Fl. fr. Suppl. p. 371. Rapp. I. p. 2.*

Affinis patulo. Folia petiolata, auriculis satis conspicuis sub angulo acuto cum petiolo. Flores in axillis foliorum superiorum. Specimina omnia mascula. An dioica? An *A. microsperma Waldst. Kit.?* *In Galliae arenosis prope Saint Nazaire, Montoire, Sables d'Olonne et ad mare prope Monspelim. ☉.*

39. *A. verticillatum Lag.*; caule flexuoso herbaceo, ramis patentissimis, foliis deltoideo-oblongis eroso-dentatis subplicatis postice integerrimis, calycibus femineis dorso marginisque dentatis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn. p. 12. n. 153. Elench. H. R. M. 1803. Cavan. H. R. M. tab. 21.*

Passim in Matriti suburbiis et alibi. ☉.

40. * *A. angustifolium*; caule herbaceo divaricato, foliis lanceolatis integerrimis, infimis subhastatis, calycibus seminum laeviusculis. *Smith Fl. Brit. p. 1092. Engl. bot. t. 1774. Willd. Spec. IV. p. 965. A. c. h. d. fol.*

inferioribus hastatis integris, superioribus lanceolatis, valvulisque seminiferis hastato-lanceolatis integerrimis. *Wall. roth Ann. bot. p. 37. Hall. Helv. n. 1616. A. patula Decand. Fl. fr. n. 2252. (fide Auct. in Suppl.) Pall. ind. Taur. (fid. M. a Bieb.) A. virgata*, ramis elongatis rarioribus, foliis petiolatis, superioribus lanceolatis, floribus summis spicatis, valvis fructiferis e medio utrinque angulatis integris, disco tuberculosus. *Scop. del. ins. II. p. 14. t. 7. Lob. Ic. 257. Petiv. H. Brit. t. 7. f. 5.*

Habitus *patuli*, sed magis divaricatum. Folia brevia petiolata, omnia fere integerrima, horizontalia, infima hastata non dentata. Valvulae seminiferae hastatae deltoideae apice elongato-lanceolatae acutae, integerrimae, disco vix unquam muricatae. Semen vix punctulatum, duplo minus quam in *patulo*. *Smith. In ruderatis et cultis totius Europae. ☉.*

Obs. Anne huc *A. virgata* caule herbaceo *patulo*, fol. lanceolatis, ramis decussatis. *Hoffm. Germ. II. p. 277. Schkuhr 3. t. 347; Pers. Syn. I. p. 293.*; quo nomine *M. a Bieberst. Taur. Cauc. IV. p. 444.* etiam *angustifoliam Linn.* salutat, addens varietatem insignem β , humiliorem, ramis longissimis procumbentibus. *Hall. Hist. n. 1616. β .* Attamen ill. *M. a Bieberst.* monet valvulas femineas fructus majusculas in sua *virgata (angustifolia Linn.)* angulo infra medium utrinque producto obtuso, dentibus paucis brevibus tam marginis quam disci, interdum nullis.

41. *A. erectum Huds.*; caule herbaceo erecto, foliis ovato-lanceolatis, inferioribus sinuato (-dentatis), calycibus seminum undique muricatis. *Smith Brit. I. p. 1093. Engl. bot. t. 2223. Willd. Spec. IV. p. 965. Huds. ed. I. p. 376. A. patula β Huds. II. ed. p. 444. A. angustifolia lanceolata. Dill. in Raii Syn. 152.*

Distinctissima species fructu parvo, maxime muricato, copiosissimo. Caulis firmus. Folia petiolata subpulverulenta acuta, superiora fere integerrima. Racemi terminales compositi multiflori, subaphylli. Valvulae seminiferae *angustifolia* triplo minores, deltoideae, acutae, gibbosae, dentibus numerosis porrectis validis. Semen fere *angustifoliae*, sed minus. *Smith. In ruderatis: ad introitum Battersea-field a Nine Elms. ☉.*

42. *A. parvifolium Humb. et Bonpl.*; caulibus herbaceis, diffusis; foliis obovato-cuneatis, apice dentatis, supra glaucescentibus, subtus glaucis; laciniis calycinis fructiferis subrotundis, dentatis, externe muricatis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. II. p. 154.*

Caules ramosi, angulati, pedales, subpulverulenti. Folia breviter petiolata, obtusa, mucronata, apice dentata aut integerrima, crassiuscula, obsolete venosa, 5-6 lin. longa. Flores hermaphroditos non vidi. Flores feminei axillares, glomerati, sessiles. Calyx fructifer bipartitus; laciniis concavis, externe muricatis, glaucescentibus, indurato-iucrassatis, lineam latis.

Akenium compresso-lenticulare, fuscescens, laeve, glabrum, nitidum magnitudine seminis papaveris, calyce clauso tectum. Crescit in planitie montana prope San Juan del Rio, alt. 1014. hex. ☉. Species valde elegans.

43. * *A. littorale*; caule herbaceo erecto, foliis omnibus linearibus integris dentatisve, calycibus seminum mucronatis sinuatis. *Smith Brit. p. 1094. Engl. bot. t. 708. Willd. Spec. IV. p. 965. Fl. Dan. t. 1287. M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. H. p. 445. Gmel. Sibir. III. p. 72. t. 14. f. 2. A. salina Pall. it. app. n. 113. (fid. M. a Bieb.) A. salicina Gmel. S. V. p. 451. Petiv. H. brit. t. 7. f. 6. β. ATRIPL. (marina) caule herbaceo erecto, foliis linearibus serratis. *Linn. Mant. 300. γ. Atriplex serrata Huds. 444. A. littoralis β Smith. A. marina Pers. Syn. I. p. 293. A. angustifolia maritima dentata. Razi Syn. 152. A. angustifolia laciniata minor. Bauh. Hist. II. p. 972. Petiv. H. brit. t. 7. f. 4.**

Caulis ramosus angulatus foliosus ramis erectis. Folia petiolata, subinde sinuato-dentata, longitudine et latitudine varia, subtus praecipue pulverulenta. Spicae ovato-cylindricae obtusae densae subaphyllae. Valvulae seminiferae ovatae acutae margine inaequaliter sinuatae. *Smith. l. c. In Angliae, Germaniae, Sueciae littoribus marinis, et in Pannoniae salsis. ☉.*

Obs. Cls. *Smith l. c. nec Linn. Mant. 300, nec A. maritimam angustifoliam Bauh pin. nec Huds. 377. citat ad β suum, quod nostrum γ. Hinc nos non aussumus synonymias ab illo ad β suum citatas γ nostro subungere, eò minus, quod Lamarck Enc. meth. I. p. 275 tanquam speciem propriam β nostrum exhibuisset, utpote plantam 3-4 poll.*

44. *A. salinum Desv.*; herbaceum, caule ramoso, ramis divaricatis, foliis integerrimis linearibus; racemis floriferis terminalibus; calycibus rhombeis acutis; laciniis infra-dentatis, extrinsecus biappendiculatis. *Desv. Journ. de Bot. Ann. II. p. 48. In paludosis maritimis. In A. littorali calyces rotundati apice? et tuberculati. (?)*

45. *A. decumbens R. Br.*; herbaceum procumbens squamuloso-incanum, foliis ovato-lanceolatis subintegerrimis, floribus monoicis glomeratis axillaribus, perianthiis fructiferis ovatis laevibus. *A. prostrata R. Brown l. c. Ad oram meridion. nov. Holland.*

Obs. Nomen mutandum ob prostratum *Bouch.*

46. *A. pumilio R. Brown*; herbaceum diffusum squamuloso-incanum, foliis sessilibus ovatis paucidentatis, floribus monoicis: masculis spicatis terminalibus; femineis axillaribus

subgeminis, perianthiis fructiferis ovatis semibifidis membranaceis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

Obs. Integumentum seminis simplex et membranaceum esse videtur.

47. *A. semibaccatum R. Brown*; herbaceum procumbens, ramis adscendentibus, ramulis pulverulentis, foliis oblongis obtusis basi attenuatis supra dentatis, floribus monoicis glomeratis, perianthiis fructiferis rhombeis bifidis, basi baccatâ. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

48. *A. siculum Ucria*; foliis triangularibus glabris basi sinuatis apice obtusis, caule subramoso herbaceo. *Plantae addendae a Patre ab Ucria, Franciscano, in Röm. Arch. I. p. 67.*

In Sicilia.

- Quid: *A. lacerum Tableau de l'Ecole 1815. p. 51.*
 — *multifidum ibid.*
 — *campestre Koch Catalog Schwetzing. 1818.*
 — *macrothecum Hort. Erford. ibid.*
 — *oblongum H. Erford. ibid.*
 — *sulcatum H. Gotting ibid. (Michauxio adscribitur.)*
 — *argenteum H. Dorp. 1814. *)*
 — *sinense H. Dorp. 1819.*
 — *astracanicum C. H. Taurin. 1810.*
 — *lucidum C. H. Erford. 1801.*
 — *diffusum ibid. 1803.*

1141. B E T A.

1. * *B. vulgaris*; floribus congestis, foliis inferioribus ovatis, (radice crassâ). *Ait. Kew. I. p. 315.* *Willd. Spec. I. p. 1308.* *Lam. Enc. meth. I. p. 412. (excl. syn. ad Ciclam spect.)* *B. caule erecto Linn. Spec. I. p. 322. (excl. syn. ε. 2, η.)* *α. B. rubra vulgaris. Bauh. pin. 118.* *B. vulgaris flor. congestis. Linn. Syst. N. XII. p. 95. Mat. med. ed. Holm. p. 38. n. 113. cur. Schreb. p. 74. n. 115.* *Kniph. C. XII. t. 14.* *Plenck off. t. 169.* *Schkuhr Handb. I. p. 174. t. 56.* *Her- ner Abbild. t. 251.* *β. rubra major. Bauh. l. c.* *γ. B. rubra radice rapae. Bauh. l. c.* *δ. B. lutea major.*

*) *A. argenteum Pall.* idem esse cum *A. lucido* monuit div. Römer in *Cat. turic. 1802.* *A. sulcatum* a clo. *Balbis* idem cum *littorale* dicitur, et *astranicum* idem cum *laciniato* vel *sulcato*.

Bauh. l. c. *Kniph. C. X. t. 14.* *Kerner Abbild. t. 235.* *B. radice rapae flavâ Spielm. Oler. Argent. fasc. I. p. 27.* *ε. B. altissima. Burgunder - Runkel - Rüben.*

Linnaeus olim in *Hort. cliff.* hanc speciem junxit cum *maritimâ* et *Ciclâ*, utramque varietatem *maritimae* sistens cum omnibus varietatibus suis, quarum, praeter adductas ex *Bauh. pin.*, sub *vulgari*, *Cicla* et *crispa*, adhuc instar δ . addidit: *Betam sicularum costâ latâ albâ lateâ rubrâ ruberrimâ et aurantiacâ Morison.*; instar ι . *B. rubram radice rapae rotundâ Boerh. lugd. 2. p. 94.*; et κ loco *B. laticanlem monstrosam Bauh. hist. II. p. 963.* *Brotero* quoque *Fl. lusit. p. 409.* fors *maritimae* varietatem esse, et variare radice albâ luteâ rubrâ cylindrâ aut subnapiformi, foliis saturate aut pallide viridibus aut rubris, monet. ϵ , cujus caules saepe δ ped., prolem hybridam esse *vulgaris a* et *Ciclae Lueder* credit (*Brief. II. p. 248*). attamen culturâ persistit, ut rectius fors species propria, quae novis iterum varietatibus *) gaudet. *Ad maritima Europae australioris; a et γ in Aegypto. ♂.*

Obs. *B. vulgaris Lour.*, cui caulis herbaceus erectus albus 3 ped., folia subcordata magna integerrima obtusa glabra pallida, flos albus congestus apetalus, semine reniformi; rad. crassa albicans nec edulis, quae Cantone Sinarum in foro venditur, vix hujus esse loci videtur.

2. * *B. Cicla*; floribus ternis, (radice tenui). *Linn. S. Veg. ed. XII.* *Willd. Spec. I. p. 1309.* *Linn. Mat. med. ed. Schreb. n. 46.* *Plenck off. t. 170.* *Kerner Abbild. t. 242.* *B. vulgaris Linn. Spec. I. p. 322.* (var. 2. η .) *B. hortensis*, fol. radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus, spicis lateralibus longissimis *Mill. Dict. n. 2.* *B. sativa Bernh. Fl. Erford.* *B. vulgaris 2. Linn. Spec. I. p. 322.* *B. alba vel pallescens*, quae *Cicla officinarum. Bauh. pin. 118.* *B. vulgaris η . Linn. Spec. I. p. 322.* *B. communis viridis. Bauh. pin. 119.*

Rad. in hac specie vix pollice crassior, semper annua. *Cultam esse in Lusitania, nec spontaneam, ut vulgo fertur, monet Brotero Fl. lusit. p. 409. ☉.*

*) *Rössig* in *botanisch. Bestimm. d. Runkeln B. altissimae*, quam male *Ciclae* varietatem credit, distinguit varietates quatuor: 1. *albam*, radicis cortice carneque albo, hac striis annulisque pallide rubris, foliis laete viridibus, costâ albo-viridi. 2. *purpuream*, cortice rubro, carne purpureâ centro striisque pallidis; harum altera foliis purpurascens, altera foliis viridibus costis saturate rubris. 3. *roseam*, cortice laete rubro, carne albidâ, centro roseo, striis pallidioribus, foliis laete viridibus, costis laete rubris. 4. *incarnatam*, cortice laete rubro carne albâ fasciâ rubrâ cinctâ, foliis laete viridibus costis dilutioribus. Confer quoque: *Deutschlands Gemüse gestoch. v. Winterschmidt, beschrieb. von J. Wolf. Nürnberg, 1806. T. I. XIV.*

3. *B. crispa* Trattinn.; floribus ternatis, calycinis, trigynis, caule foliisque undulato-crispis laevibus nudis flavescens. *Tratt. Archiv. t. 117. Ejusd. Obs. bot. III. p. 101.* BETA vulgaris *ε. Linn. Spec. I. p. 322.* B. pallide virens major. *Bauh. pin. 118.?*

Habitus *Ciclae*, sed ramosior: constanter laete flavescit. Folia potius aliquantulum pulverulenta quam nitida. Vindobonensibus folia commeduntur nomine *Rippenkohl, Krausblatteriger Mangold.* 4.

Obs. Anne huc racine de disette Enc. meth. Suppl. I. p. 627.

4. *B. trigyna* Waldst. et Kit.; racemis erectis paniculatis subaphyllis, floribus trigynis geminis solitariisque, foliis cordatis acutis basi inaequalibus, (calycibus albidis.) *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 193. Willd. Enum. H. Berol. p. 292. Waldst. Kitaib. pl. rar. Hung. I. p. 34. t. 35. Trattinn. Arch. t. 116. B. oriental. flor. spicat. cal. albo. Tournef. Cor. 38. B. an Cicla Pall. ind. Taur.*

Rad. longissima, tenax. Caules anno secundo subsolitarii, sequentibus annis plures, 2-3 poll., villosi, pallentes, uti folia subtus, quae palmaria vel dodrantalia, longitudine petiolorum subhirsutorum; racemi s. spicae potius longae, bracteis linearilanceolatis apice hirsutis, flore longioribus; calycis phylla fere petaloidea oblonga obtusa. Styli minimi, subinde 4, raro 2. Semen nigrum. Flores saepius terni. *In Hungaria Syrmienti, Tauria, Iberia.* 4.

5. * *B. maritima*; floribus geminis (caule ascendente). *Linn. Syst. Veg. p. 417. Willd. Spec. I. p. 1309.* B. caulibus decumbentibus, floribus geminis, laciniis calycinis integerrimis. *Smith Brit. p. 279. Engl. bot. t. 285.* B. racemis virgatis foliatis, floribus axillaribus glomeratis, foliis rhomboideo-ovatis obtusis, radice filiformi. *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 192. Sibth. Fl. graec. t. 254. Petiv. H. Brit. t. 8. f. 9. a. glabra Delisle. β. pilosa Delisle.*

Differt a *B. vulgari*, quod primo anno floreat, quod folia obliqua s. verticalia; quod calycis foliola sua carinâ aequalia, nec undentata. *Linn.* Rad. fusiformis, carnosa, crassa extus, nigra, intus alba. Caules plures sulcati; folia ovata repanda laevia, radicalia maxima petiolata; caulina alterna subsessilia, sursum secunda. Flores in racemis (spicis) terminalibus foliolosis sessiles, saepius gemini, virides. Stigmata saepe terna. *Smith.* Vulgari duplo minor; spica tenuis. *Brotero Fl. lusit. p. 409.* Rad. exilis. Folia subcarnosa. Flores 1-4. *M. a Bieb. In Angliae, Belgii, Lusitaniae littoribus. β Kahirae et Alexandriae, α Alexandriae. ♂. Plantam tauricam ad Cyrum © esse M. a Bieb. — An eadem cum britannica?*

6. *B. macrorhiza* *Stev.*; spicis simplicibus superne aphyllis, floribus ternis, foliis ovatis obtusissimis, summis subrotundis, caulibus prostratis, radice perenni. *Steven Mem. Soc. nat. Cur. Mosq. III. p. 257, Catal. H. Gorenk. 1812. p. 15. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Caur. Suppl. p. 186.*

Rad. valida, fusiformis, multiceps, intus rubra. Flores 2-3-gyni. *Steven loc. cit. In Caucaso orientali in subalpinis circa Chinalug. 4.*

7. *B. patula* *Ait.*; floribus congestis, foliis omnibus lineari-lanceolatis, ramis divaricatis. *Ait. Kew. I. p. 315. Willd. Spec. I. p. 1308.*

Caulis vix pedalis ramosissimus; ramilongi divaricati. Calycis foliola basi dilatata, non vero dentata. *Willd. In Madera. ♂.*

1142. PHYLLEPIDUM.

P. scariosum *Rafinesque - Schmaltz* in *Desvaux Journ. de bot. I. p. 218.*

Caulis ramosi, foliis alternis semiamplexicaulibus acuminatis squamosis, spica terminali caule ramoso. *In sylvia prope Baltimore.*

1143. BOSEA.

1. * *B. Yervamora* *Linn. Hort. Cliff. 84. Willd. Spec. I. p. 1323. Jacq. Eclog. t. 25. Frutex peregrin. horto bosiano Yervamora. Walth. Hort. Bosian. 24. t. 10.*

Arbuscula, foliis alternis petiolatis ovatis acutis integerrimis glabris venis nervisque purpurascens. Flores rufescentes in racemis laxis axillaribus. *In insulis Canariis. b.*

2. *B. cannabina* *Lour.*; foliis lanceolatis serratis glabris; racemis binatis. *Lour. Fl. Cochinch. I. p. 220.*

Arbor mediocris; ramis adscendentibus. Folia basi obtusa, parva, integerrima (?) alterna. Flos albus, racemis compositis brevibus axillaribus. Calyx foliolis lanceolatis curvis conniventibus. Filamenta subulata calyci aequalia. Antherae subrotundae, curvaturis calycis defensae. Germen superum longiusculum. Stigma obtusum integrum. Bacca minima subrotunda subcompressa, semine rotundo. *Lour. In sylvis Cochinchinae. b.*

1144. MICROTEA.

M. debilis *Swartz Prodr. p. 53. Fl. ind. occid. I. p. 543. Lam. Enc. meth. IV. p. 143. Willd. Spec.*

I. p. 1309.
p. 149.
p. 210.

Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. II.
SCHOLLERA Rohr Act. Hist. nat. Havn. 2. 1.

Caulis debilis (ped.) ramosus, diffusus filiformis, glaber. Folia alterna ovato-lanceolata integerrima petiolata, subsucculenta, saturate viridia. Racemi subsecundi filiformes axillares in ramorum parte supremâ. Flores viridi-albi, minutissimi, pedunculis unifloris. Bracteae lanceolatae hyalinae ad basin pedicellorum. Drupa magnitudine Sinapios, superficie alveolis minutissimis marginibus echinatis. Nux nigra, subrotunda, nitens. Swartz. In Caribaeis, Grenada, St. Eustachii, Guadeloupe, et in regione calidissima prope Mompoz ad fluv. Magdalenae. ☉.

1145. HERNIARIA.

1. * *H. glabra*; glabra, glomerulis multifloris. Willd. Spec. I. p. 1296. Smith Brit. p. 271. Engl. bot. t. 206. Hall. Helv. n. 1552. Fl. Dan. t. 529. Schkuhr Handb. t. 56. Plenck off. t. 171. *H. alpestris* Aubr. Morbih. XI. p. 20. *H. fruticosa* Gouan H. monsp. 393. (uterque fide Decand. Fl. fr.)

Stamina 10, quorum 5 sterilia. Hall. Cal. saepe 4-partitus, stam. 4. Filamenta sterilia reliquis tenuiora. Leers n. 159. Rad. fusiformis, sublignosa, perennis (*Stackhouse*) nec annua. Caules prostrati divaricati, alternatim ramosi, teretes, foliosi, glabri. Folia ovata integerrima, glabra, margine subciliata, inferiora opposita. Stipulae membranaceae. Racemi (spicae) solitarii alterni oppositifolii foliosi multiflori. Flores sessiles, congesti, luteo-virides. Smith. In Europa et Sibiriae apricis glareosis siccis. ☉ Linn., 4 Smith et nos quoque vidimus.

2. * *H. hirsuta*; hirsuta, glomerulis paucifloris. Willd. Spec. I. p. 1297. Smith Brit. p. 273. Engl. bot. t. 1379. Roth Germ. I. 118. II. 300. Zannichelli Ic. 284. Petiv. H. Brit. t. 10. f. 10.

Affinis nimium *glabrae*, fere varietas. Stamina *glabrae* Hall. *Glabrae* varietas ex sententia *Stackhouse*, nec differt nisi caule pilis patentibus hirsuto, foliorumque paginis inferioribus, calycibusque etiam dense setosis. Smith. Specimina cretica vidimus plane, ut ovum ovo, similia nostris; sata per 20 annos vidimus ex eodem semine persistere: minime ergo varietas videtur. In glareosis totias Europae. Willd. 4.

Obs. „*H. hirsuta*, foliis obovato-oblongis hirtis, glomerulis axillaribus multifloris, calycibus hirtis: foliolis pile longiore mucronatis, ita vicina *glabrae*, ut demtâ pube pro ejus varietate haberi queat: quare auctores tantum non omnes, sub *H. hirsuta* varietatis suspicionem urgentes, nequidquam de florum in singulo glomerulo paucitate et de evidenti quoad florum magnitudinem inter *hirsutam* et *glabram* differentiâ commemorantes,

tuto ad *hirsutam* allegari posse censeo. De duratione *H. hirsutae* et *glabrae* nondum composita lis est." *M. a Bieb.*

3. *H. cinerea Decand.*; ramis apice ascendentibus, foliis floribusque approximatis cinereo-pilosis. *Decand. Fl. fr. Suppl. p. 375. n. 2293 a.*

Rami duriores, quam in *hirsuta*, quâcum confusa; pili magis patentés, cinereo-albi, longiores; stipulae magis acuminatae. *Decand. Circa Monspelim Crès inter et Castelnau. ☉?*

4. *H. annua Lagasc.*; herbacea, annua, hirsuta, foliis ovatis ovalibusque subpetiolatis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn. p. 12. n. 154.*

H. copiose in Hispania. ☉. Diversa ab H. hirsuta L. et Smith Fl. brit. — Vulgo Quebrantapiedras. An satis distincta a praecedente cinerea?

5. *H. alpina Vill.*; glomerulis paucifloris hirsutis, radice crassâ sublignosâ. *Vill. Delph. II. p. 556. (excl. syn. fruticosae).* *H. fol. obovatis acutis glabris, margine ciliatis, floribus glomeratis 5-fidis hirsutis. Willd. Spec. I. p. 1297. Decand. Fl. fr. Suppl. p. 375. H. alpina β Decand. Fl. gall. p. 406. n. 2294. H. alpestris Lam. Dict. III. p. 125. Loisel. Fl. gall. I. p. 144.*

Similis *hirsutae*, diversa: fol. obovatis, nec lanceolatis; a *fruticosa* differt: foliis margine tantum ciliatis, floribus 5-fidis hirsutis nec hispidis. *Willd. Caulis lignosus nudus teres prostratus ramosissimus; rami graciles foliosi; folia multo minora quam in hirsuta, magis approximata, non oblonga, crassiuscula, viridia, non albida, subvillosa, ciliata. Flores pauciores, 2-5, ad apices semper ramorum. Decand. Suppl. l. c. In alpibus Delphinatus et Galliae provincialis. 4.*

6. * *H. fruticosa*; foliis obovatis acutiusculis hirsutis, floribus glomeratis quadrifidis hispido-hirsutis, caule fruticoso. *Willd. Spec. I. p. 1297. Linn. Amoen. acad. IV. p. 269. Lam. Enc. meth. III. p. 125. Loefl. it. 128. Lob. Ic. 83? H. fruticosa, viticulis lignosis. Tournef. Inst. 507. (fid. Linn.)*

Cal. 4-phyllus. Stam. 4 fertilia et 4 sterilia loco petalorum. *Löffling apud Linn. Amoen. Minus quam reliquae prostrata; folia congesta, quasi fasciculata. Rad. crassitie digiti minimi; caules tortuosi, nodosi articulati crassi ramosissimi, cespitosi, 5-6 poll. Folia parva sessilia, carnosula, fere glabra, cinerascens. Flores laterales sessiles subsolitarii, herbacei. Lam. In Hispania et Gall. merid. et in Aegypto. b.*

7. *H. incana Lam.*; fruticulosa, foliis ovato-oblongis pilosis, calycibus piloso-incanis. *Lam. Enc. meth. III. p. 124. Decand. Fl. fr. Suppl. n. 2293, b. H. foliis*

oblongis basi attenuatis hirtis, glomerulis axillaribus paucifloris, calycibus hispido-pilosis, caulibus basi perennantibus. *Marsch. a Bieb. Taur. Cauc. Suppl. p. 173.* et, hoc teste: *H. hirsuta Flor. Taur. Cauc. n. 447.* (excl. fors. synonym. *Linn.*); *H. hirsuta?* taurico-volhynica *Bess. Catal. H. cremen. 1811. Suppl. III. p. 12;* *H. Millegrana Pallas. Bess. ibid. 1816. p. 68.* (sed. in *Herbar. Pallas. pro H. hirsuta* prostat). *H. alpina Loisel. Fl. gall. I. p. 144.* (excl. syn. *Villars* monente *Decand. l. c.*) *H. aloina a Decand. Fl. gall. p. 406.* *H. lenticulata Linn. Spec. I. p. 317.* (excl. syn. monente *Decand.*, omnibus praeter adducta!) *All. pedem. p. 2058.* *H. maritima Link ap. Schrad. Journ. 1800. I. B. p. 57.* *Neu. Journ. 1806. I. p. 136.* *Pluk. Alm. p. 302. t. 53. f. 3.* *Hern. maritima lusitanica Grisl. Polygon. Herniariae foliis et facie perampla. Lob. adv. p. 404. lc. 2. fid. Link.*

Differt ab *hirsuta* colore albidiore, radice lignosâ, caulibus gracilibus duris ramosis, floribus subpedicellatis rarioribus magis distantibus. Cal. 5-fidus parvum patens albo-villosus. *Decand.* Differre ab *hirsutâ* caule lignoso; a *fruticosâ*, cui valde similis, foliis majoribus fere ut in *H. hirsuta*. *Link.* Caulis basi supra radicem perennans saepe gemmascit. Habitus prostratus ramosus *glabrae*. Pubes copiosa rigidula, eadem modice incanescens. Folia formae *glabrae*. Stipulae triangulae minutae scariosae hirtae. Flores *glabrâ* evidenter majores, et in singulis glomerulis pauciores, pedicellis, brevissimis licet, tamen longioribus. Cal. pilis albis patulis valde hispidus, ascendendo usque ad foliolorum calycinorum apiculum decrescentibus. Filamenta castrata longitudine fertilium. Antherae luteae. *M. a Bieb. l. c.* In sterilibus *Galliae meridionalis, Lusitaniae, Tauro-Caucasi.* h. 4.

Obs. *Cl. Link l. c.* Synonyma *Bauhini, Buxbaumi* O. I. t. 28. f. 2. (quam *CRESSAM creticam* exhibere *Vahl l. c.* auctor est) et *Burmanni* (quod *Polygonum* esse dicitur *Vahl l. c.*) excludit. *Lobeli* *lc. Advers. p. 404*, quod attinet, a *clo. Rhode* etiam ad *fruticosam* laudatur. *Polygonum maritimum repens lusitanicum rotundifolium Tournef. I. R. H. p. 510.* non hujus esse loci, sed ad *POLYGONUM aviculare* spectare monuit *Link l. c.* Quorsum spectent *immortalis Linnæi* verba tantae farragini synonymorum subscripta sub sua *H. lenticulata*, nemo nisi thesauri sui possessor dicere valebit: „Flores non vidi; at *Parietariae herniariaefolio Plum.* characterem misit *D. Aymen*: cui Perianthium 5-partitum, acutum, vix patens, persistens. Cor. minima, 5-partita. Stam. 5 capillaria. Antherae simplices. Germen subrotundum. Stylus vix ullus. Stigma obtusum. Capsula parva, unilocularis, calyce obvoluta. Semen 1, subovatum, compressum. Habitus proximus *Herniariae*, sed mollissimus.“

3. *H. lenticulata Thunb.*; suffruticosa, hirsuta, foliis ovatis. *Thunb. Prodr. p. 48. Fl. Cap. p. 173.* (excl. syn.) *H. incana capensis* β ? *Pers. Syn. I. p. 292.*

Tota decumbens et hirsuta, villo brevissimo cinereo ramulosa. Rami et ramuli filiformes, diffusi. Folia opposita, subpetiolata, carnosa, integra, tenuissime villosa. *Thunb. In Koude Bockefeld. h.*

Obs. III. *Thunberg l. c.* citat *Linn. Spec. p. 517. Syst. Veg. XIV. p. 261. Willd. Spec. I. p. 1297. Vahl vero apud Schrad. Journ. 1799. I. B. p. 286. Linnæi plantam CRESSAM creticam esse monet et delendam.*

9. *H. macrocarpa Sibth.*; foliis obovato-lanceolatis utrinque calycibusque hirsutis, caulibus retrorsum pubescentibus. *Smith Prodr. Fl. Gr. I. p. 167. n. 579. Sibthorp Fl. Graec. t. 252.*

Ad viam inter Smyrnam et Bursam, et in Laconia. 4.

10. *H. polygonoides Cav.*; glabra, caule erecto dichotomo, foliis ovatis cuspidatis, floribus terminalibus, (axillariibusque). *Willd. Spec. I. p. 1298. H. caule suffruticoso, foliis ovatis acutis, apice setosis, glaberrimis. Cav. Icon. 2. t. 137. Decand. Fl. fr. n. 2295. HERNIARIA erecta Desf. Atl. I. p. 214. PARONYCHIA suffruticosa Enc. meth. V. p. 24. PARONYCHIA fruticosa Lam. Fl. fr. III. p. 230. ILLECEBRUM suffruticosum flor. lateralibus solitariis, caulibus suffruticosis. Linn. Spec. I. p. 298.*

Caulis basi satis crassus, divisus in ramulos plures adscendentes, 4-5 poll. Folia bracteis 2. Flores subcapitati, rari, minimi, saepe nudi glabri. *In Gallia meridionali, Hispania. h.*

11. *H. Payco Molin.*; foliis serratis. *Molin. Chil. p. 126.*

In secunda editione non occurrit amplius. In Chili.

12. *H. Joanneana*; bracteis minutis, floribus terminalibus subaggregatis in pedunculo communi, foliis ellipticis subpetiolatis, stipulis petiolos parum excedentibus, caule suffruticoso. *ILL. suffruticosum. De Vest in litt.*

Inter folia summa exit pedunculus brevis flores 3-5 ferens subspicatos. Folia superiora longitudine internodiorum. *Habitat?*

1146. GUMILLA EA.

G. auriculata Ruiz et Pav.; foliis impari-pinnatis, *G. fol. alternis Fl. Peruv. III. p. 23. t. 245. f. a.* impari-pinnatis, racemis terminalibus pendulis, caule arborescente. *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 863.*

Caules recti teretes 10-12 ped. et ultra; rami patentés, juniores pilosi; foliola petiolata ovato-oblonga glabra subacuminata integerrima subtus nervo pubescentia, margine parum revoluta; petioli pedales, hirti; stipulae oppositae sessiles subreniformes

reflexae. Racemi subspicati longi hirti. Cal. flavescens. In
Peruviae nemoribus ad Munnam.

1147. U L M U S.

1. * *U. campestris*; foliis duplicato serratis basi inaequalibus, floribus subsessilibus conglomeratis pentandris, fructibus glabris. *Willd. Arb. 391. Spec. I. p. 1324.* (excl. plur. synonym.) *Hall. Helv. 1586.* *Hayne oekonom. t. 1.* *Schöllenbach Wolf t. 67. 68.* *Fl. Dan. t. 632.* *Svensk bot. t. 15.* *U. nuda*: ramis nunquam suberosis, foliis inaequilateribus duplicato-serratis, pedunculis aequalibus brevissimis, samaris nudis. *Ehrh. Beytr. VI. p. 86.* *U. sativa Reitt. n. Abel t. 3.* *U. montana Engl. Bot. t. 1887.* (fide *Hort. Kew. 2. ed. II. p. 107.*) *β. latifolia*: foliis subtus pubescentibus.

Rami annosiores atro-fusci, teretes, subrimosi, juniores laeves, teretes, obscure fusci. Folia alterna petiolata ovata, 2 1/2 poll., 1 1/4 poll. lata, longe acuminata, supra saturate, subtus pallide viridia, fasciculis pilorum in venarum axillis. Petiolus 2 lin. Flores in capitulis densis. Cal. rubro-fuscus, 5 fidus. Antherae atro-violaceae. Samara 3/4 - 1 poll., 1/2 - 3/4 poll. lata, elliptica, apice incisa, laciniis ut plurimum incumbentibus. In Europa ad pagos, a Gadibus in Gesticiam Cretamque usque et Caucasum. h.

Obs. *Smith* ad suam *U. campestem*, fol. duplicato-serratis scabris basi inaequalibus, floribus subsessilibus congestis *Fl. Brit. p. 281.* citat *ULM. campestem Linn. Spec. I. p. 327.* et *Woodw. Med. Bot. t. 197.* additque „β. *Ulm. minor*, fol. angusto scabro. *Ger. em. 1480.* *Haji Syn. 469.* Haec est omnium cultarum varietatum mater ex auctoritate *D. Crowe*; at e sententia *Milleri* vix indigena.“ Descriptio ab illo l. c. data *suberosae* propior tum ait: „Cortex rimosus, in ramulis suberosus. Folia utrinque scabra, subtus ad venulas villosa. Flores e propriis gemmis congesti, vix pedunculati numerosi fusco-incarnati. Capsulae oblongae.“ An ergo *U. campestris Linn.* potius *suberosa*? Occurrere in Lusitania quoque varietatem duplicem, foliis latioribus et angustioribus *Brotero Fl. lusit. p. 411.* An haec ultima illa, quam sub *campestris β* habet *Poiret Enc. IV. p. 609*, vel potius sequentis *γ*? An huc *ULMUS scabra Du Roi herbk.*? Confer sequentem *suberosam*.

2. * *U. suberosa Mönch*; foliis duplicato serratis, basi subaequalibus, floribus subsessilibus conglomeratis tetrandris, fructibus glabris, cortice ramulorum suberoso alato. *Willd. Arb. 391. Spec. I. p. 1324.* *Wallroth Ann. bot. p. 58.* *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 194. Suppl. 187.* *Mönch Weissenst. 136.* *Ehrh. Beytr. VI. p. 87.* *Hayne Oek. t. 2-* *Schöllenb. Wolf. t. 70.* *U. tetrandra Schkuhr Handb. I. p. 178. t. 57 b.* *U. campestris Engl. Bot. t. 1886* (fide *Hort. Kew. 2. ed. II. p. 107.*, ubi haec

suberosa α .) *Plenck t.* 172. *U. campestris*, β .
 suberosa. *Wahlenb. Carp. p.* 71. *U. campestris* γ *Poi-*
ret Enc. meth. IV. p. 609. *U. sativa du Roi Harb.*
Baumz. I. A. 2. p. 502. *U. hollandica Pall. ross. I. p.*
 17. α . *arborea*, ramis laevibus, inferioribus e trunco
 vel radice ortis alato-suberosis *Willd. wild. Baumz. p.* 516.
 β . *fruticosa*, orgyatis vel hiorgyalis, ramis alato suberosis,
 (foliis pubescentibus). *Willd. wild. l. c.* γ . *pumila*,
 vix bipedalis decumbens, ramis laevibus, foliis minimis basi
 aequalibus. *Willd. l. c.* *U. pumila Pall. ross. I. p.* 76.
t. 48. f. D. E. *Steven Act. Mosqu. III. p.* 244. (fide
M. a Bieb. l. c.)

Altitudine *campestris*, ramis dilute fuscis, cortice crasso-dehiscen-
 te, junioribus tantum laevibus, teretibus, nitido fuscis. Fo-
 lia magnitudine praecedentis. Petiolus 5 lin. Cal. rubro-fus-
 cus. Samara $1\frac{1}{2}$ poll., lin. 5 lata, elliptica, apice incisa, la-
 ciniis ut plurimum distantibus. Rami multi, breves, a radice
 fere ad cacumen usque. — β arbor junior, et ad sepes dam-
 nata nunquam florens, — γ . e seminibus in solum minus aptum
 delapsis. — *Cls. Hayne l. c.* duas *suberosae* distinguit varie-
 tates; alteram *parvifoliam* cortice fissio rugoso nigro griseo,
 foliis basi subaequalibus, stipulis lanceolatis obtusis; alteram
grandifoliam cortice fissio, laevi, albescente, foliis basi subin-
 aequalibus. In *Hort. Kew. ed 2. II. p.* 107. *ULMI suberosae*
 β est *U. suberosa Engl. bot. t.* 2161. *U. hollandica Mill. dict.*
Per omnem fere Europam et in Caucaso, γ . circa Derwent. b.

Obs. „*ULMUM suberosam* nonnisi *campestris* varietas, in utraque folia
 figurâ baseos eadem, scil. inferiora ramulorum ad utrumque latus cordata,
 lobis subaequalibus, sed suprema, praecipue terminale, basi tantum se-
 micordata, adeo, ut lobus unius lateris deficiat et margo folii rectâ li-
 neâ producat. *U. suberosa* in *H. Vind.* culta omnem suberem exuit.
 Datur et varietas *Aceris campestris* ramis omnibus suberoso-angulatis.
Wahlenb. l. c. De γ *Pallas l. c.* dicit: Statura hujus speciei
 saepe certat cum quercu. Rami divaricati. Stipulae ferugineae mem-
 branaceo-setaceae. Samarae s. nuculae glabrae, apice incisae. *Du-*
mont Cours. Bot. Cultiv. 2. ed 3. p. 700. hanc et *effusam* non
 distinguit, et *campestris* varietatem sistit: 1. *vulgarem*, foliis latis
 scabris; 2. *strictam*, fol. angustis scabris; 3. *glabram*, fol. glabris;
 4. *glabram* fol. variegatis; 5. *latifoliam*; 6. *fungosam* s. *hollandicam*,
 foliis ovatis acuminatis rugosis inaequaliter dentatis, cortice suberoso;
 7. *mediclinam*, fol. parvis, ramis congestis: vulg. *U. pyramidalis* v.
Mas.

3. *U. alata Mich.*; ramis passim ex utroque latere in
 alam suberosam corticalem dilatatis; foliis oblongo-ovatis
 sensim acutis (nec acuminatis) basi subaequalibus, fructu
 pubescente confertim ciliato. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p.* 173.
Mich. f. Arbr. d'Americ. III. p. 275. *t. 5.* *Poir. Enc.*
Suppl. IV. p. 188. *Pursh Fl. bor. Americ. I. p.* 200.
U. pumila Walt. III. (sine dubio Pursh.)

Arbor mediocris; folia carpineae; fructificatio fere *U. americanae*. *Willd.* Folia saturate viridia, subtus pallidiora, breve petiolata, duplicato-dentata, dentibus inaequalibus obtusis. *Poir et* ad specimen *Boscianum*. *In Virginiae et Carolinae inferioris arenosis.* h.

4. *U. effusa Willd.*; foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus, floribus (sex-) octandris pedunculatis effusis, fructibus margine ciliatis. *Willd. Arb. 393. Spec. I. p. 1325. Schöllenb. Wolf. t. 69.* *U. pedunculata Poir. Enc. meth. IV. 2. p. 610. n. 2. Suppl. IV. p. 187.* *U. hollandica du Roi Harbk. 1. ed. II. p. 505. (?)* *U. hollan- Reit. et Abel t. 4.* *U. glabra Mill. Dict. et Huds. ed. I. p. 95.* *U. ciliata Ehrh. Beytr. VI. p. 88. Wah- lenb. Helv. p. 50.* *U. octandra Schkuhr Handb. p. 178. t. 67.* *U. montana With. 279. Smith Brit. p. 282.* (Et hoc teste: *U. campestris Fl. Dan. t. 632. Rech. 107 β.* *Huds. 129 γ.* *U. latifolia Cullum. 96. β. U. glabra Cullum. 97.* *U. folio glabro Ger. em. 1481*) *U. laevis Pall. ross. I. p. 75.*

Cortex ramulorum aequalis. Folia latiora quam in *campestri*, minusque aspera, acuminata. Flores longius pedunculati, laxepatentes. Fructus subrotundus. *Smith.* Magnitudine *campestris* et *effusae*; rami annosiores atro-fusci, teretes, subfissi, juniores laeves. Folia 3 poll., 1½ poll. lata, maxime inaequalia, subtus in axillis venarum pilosa. Petiolus ¼ poll. Pedunculus filiformis, 6-8 lin. Cal. rubro-fuscus, campanulatus, dimidio, quam in *campestri*, minor, 6-8-denticulatus. Filamenta longitudine calycis, antheris albidis, plerumque 8. Samara ½ poll. ¼ poll. lata, elliptico-ovata, apice profunde incisa, laciniis distantibus. *Hayne oekonom l. c.* distinguit, tanquam varietates: α. *U. oblongatam*: floribus suboctandris, laciniis calycis purpurascens, staminibus vix longioribus, samaris subrotundis, basi attenuatis, apice rectiusculus, et ad hanc ducit cum? *U. ciliatam Ehrh.* — β. *U. rotundatam*: floribus subhexandris, filamentis calyce purpurascens fere triplo longioribus, samaris subrotundis basi rotundatis apice inflexis, ad quam cum? ducit *U. hollandicam Mill.* — γ. *U. acuminatam*, floribus hexandris, calycibus purpurascens, filamentis calyce fere duplo longioribus, samaris rotundatis longe acuminatis: *U. glabram Mill.* — δ. *U. inflexam*, similem γ, sed apice samarâ inflexâ. *In Europae nemoribus, in Caucasi nemoribus rarius.* h.

5. *U. alba Kitaib.*; foliis duplicato-serratis basi inaequalibus acuminatis, subtus pubescentibus. *Willd. wild. Baumz. p. 518.* *Schult. oestr. Fl. 2. ed. I. p. 466.*

Cortex griseo-fuscus, laevis nec rimosus; folia subtus pallida, inde e longinquo albida, 2½ poll., argutissime serrata, supra saturate viridia. Petioli pubescentes. *In Ungaria.* h.

6. * *U. americana*; foliis subduplicato-serratis basi inaequalibus, axillis venarum subtus membranâ junctis, flori-

bus (pentandris et) octandris pedunculatis effusis, fructibus margine villosis-ciliatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 295. Spec. I. p. 1325. excl. γ.) Poir. Enc. meth. IV. p. 611. Mich. Fl. bor. Amer. II. p. 172. Marsch. Amer. p. 249. α. rubra: foliis ovatis rugosis scabris, ramis rubris Ait. H. Berol. I. p. 319. β. alba: foliis oblongis scabris, ramis albicantibus. Ait. l. c. U. mollifolia Marsch. p. 250?*

Dentes, quos *Linnaeus* petiit simplices, in junioribus tantum subinde occurrunt. Arbor 30 ped. Rami juniores fusci pilis brevibus tenuissimis. Folia alterna, 4-5 poll., 2-2 1/2 poll. lata, longe acuminata, supra saturate viridia, fere nitentia, et scabra, subtus pallida, pubescentia. Petiolus 1-1 1/2 lin., pilis brevibus. Flores similes illis *Ulmus effusae*, pedunculis glabris, brevibus. Samara vix 2 lin., ovata, acuta. Stigmata alba. *In sylvis demissis a Nova Anglia ad Carolinam.*

Obs. Pursh, qui hanc speciem in *Fl. sept. Amer. I. p. 199.* distinguit: ramis laevibus, foliis basi inaequalibus, serraturis uncinato-acuminatis, floribus pedicellatis, fructibus villo densissimo fimbriatis; hujus potius esse varietatem *ULMUM pendulam Hort. Kew.* quam sequentis *fulvae*. Contrarium suadere videtur numerus staminum pubisque color.

7. *U. fulva Mich.*; foliis plerumque ovali-oblongis, rarius cordato-ovalibus longissime acuminatis (basi subaequalibus) utrinque pubescentibus (scaberrimis) et juxta nervos subtomentosis, gemmis sub explicatione densâ fulvâque lanâ tomentosis, floribus sessilibus. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 172. Poir. Enc. Suppl. IV. p. 188. U. rubra*

Mich. f. Arbr. d'Americ. III. p. 270. t. 6. (qui flores pedicellatos pinxit.) *U. pendula*, foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus, axillis venarum subtus barbatis, floribus subsessilibus conglomeratis subpentandris, (calycibus margine fulvo-pilosis), fructibus pubescentibus. *Willd. wild. Baumz. I. p. 519. Willd. Enum. H. Berol. Suppl. p. 14. ULMUS americana γ. pendula Ait. H. Berol. I. p. 319. 2. ed. II. p. 107. Willd. Spec. I. p. 1326.*

Rami penduli; folia 3 poll. et ultra, latere longiore semicordato, breviori cuneiformi. Stam. 5-7. Samara minor quam in *campestri* (et utrinque pubescens.) *Willd.* Succus sub cortice viscosissimus, unde *slippery elm*. Folia figurâ et serraturâ multum variant, caeteris magis pubent. Stigmata purpurascencia. *Mich. p. Arbor 50-60-ped. A Canada ad Virginiam in montosis. h.*

8. *U. crispa Willd.*; foliis irregulariter duplicato-serratis, basi aequalibus, longissime acuminatis, supra scabris, subtus pubescenti-mollibus. *Willd. Enum. H. Berol. p. 295. (excl. syn. Michaux).*

Folia fere subsessilia, 3 poll., poll. vix ac ne vix lata, plicato-

crispa, supra rugosa, scaberrima. Axillae venarum nudaе.
In America meridionali. h.

9. * *U. pumila*; foliis aequaliter serratis, basi aequalibus.
Gmel. Sib. III. p. 105. n. 82. Willd. Spec. I. p. 1326.
(excl. syn. *Pall.*) *Poir. Enc. meth. IV. p. 612.*
U. humilis Amman. ruth. n. 260.

Parum alta, caules ipsi subinde decumbentes, cortice griseo.
Rami patentes graciles flexiles, foliis alternis siccis crassiuscu-
lis rugosis scabris utrinque glabris subtus pallidioribus ovatis
basi attenuatis pollicaribus, vix 5-6 lin. latis, petiolo brevi.
Flores minimi in corymbis parvis, pedunculis brevibus ramo-
sis. Fructus magnitudine *campestris* ovati. Membranâ cingente
altero latere angustiore. *Poir.* Ad fluvios semper erecta,
in aridis procumbens. *Gmel. l. c. In Sibiria transbai-*
calensi. h.

10. *U. integrifolia Roxb.*; foliis integerrimis. *Roxb.*
Corom. I. p. 56. t. 78. Willd. Spec. I. p. 1326.

Arbor magna, trunco stricto, excelso, cortice scabriusculo, sor-
dide griseo. Rami numerosi, in formam coronae amplae, um-
brosae divaricati. Folia alterna, disticha, breviter petiolata,
ovata, interdum cordata, glabra, nitida, 3-5 poll., 2 poll. lata.
Stipulae lanceolatae, deciduae. Flores hermaphroditi et mas-
culi mixti, in glomerulis parvis ad ramulos nudos. Calyx s. Co-
rolla 4-5-6-phylla, foliola patentia parva, ovalia, caduca. Fila-
menta 7, 8 v. 9. brevissima. Antherae lineares, erectae, bilo-
bae, rubellae. Germen superum, obovatum, compressum, trun-
catum. Styli breves, incurvi, persistentes. Stigmata acuta,
lanata. Capsula pedicellata, orbicularis, foliacea, compressa,
retusa, 1-locularis, univalvis, non dehiscens. Semen 1. Flores
masculi absque rudimento pistilli: calyx et stamina ut in her-
maphroditis. *Roxb. In Coromandel, in montibus*
Circassiensibus. Nautie Telingarum. h.

11. *U. erosa Roth*; foliis eroso-dentatis, supra niti-
dis, subtus pubescentibus, basi aequalibus floribus subcymo-
sis, conglomeratis, serotinis, pentandris. *Roth nov. Pl.*
Spec. MSS.

In omnibus mihi notis *ULMI* speciebus flores ante foliorum plena-
riam explicationem prodeunt, *praecoces* sunt; in hac vero, et
forsan quoque in *U. integrifolia Roxb.*, perfectis et plane
exoletis foliis propullulant hinc serotini dicendi sunt. *In*
India orientali. B. Heyne.

12. *U. parvifolia Jacq.*; foliis (lanceolatis) aequaliter
serratis basi aequalibus nitidis, floribus pedunculatis tetran-
dris, fructibus glabris. *Willd. Enum. H. Berol. I. p. 295.*
wild. Baumz. p. 521. (utrinque excl. synonym. praeter *Jacq.*)
Poir. Enc. Suppl. IV. p. 189. Jacq. H. Schönbr.
t. 262.

10-12 ped.; rami numerosi diffusi patentes subinde penduli, steriles praecipue. Folia alterna, vix pollicaria, breviter petiolata, ovato-lanceolata, sat firma, acuta, utrinque glabra, subtus pallidiora. Flores laterales, brevi pedunculati, terni-seni, bractea ad pedunculum singulum ovata concava rubella caduca. Calycis foliola 4 concava obtusiuscula. Antherae rubrae; styli villosissimi. Samara parva, ovata, acutiuscula. *Habitat?*

Obs. „ULMUM parvifoliam Jacq., genuinam Ulmi speciem, male a nonnullis cum PLANERA nostrâ confundi, monet amiciss. Fischer in litt.“
M. a Bieb. *Fl. Taur. Cauc. Suppl.* p. 187. An huc U. microphylla, fol. parvulis inciso-serratis basi attenuatis subaequalibus, ramis virgatis Pers. *Syn* I. p. 291., quae in *Hort. Cels.* colitur, et ad quam U. pumilam β transbaicalensem Pall. *ross.* I. p. 76. t. 48-f. A. B. C. ducit, cui folia conferta, lanceolata EUPHRASIAE officinalis var. sylvestris fere similia, sed paullo majora, sub lente tenuiter pubescentia?

13. U. pubescens Walt.; foliis basi aequalibus oblongo-cordatis setaceo-serratis pubescentibus. *Walt. Fl. Carol.* p. 112. *Gmel. S. V.* p. 456.

Hanc speciem nec Michaux nec Parsh uspiam pro synonyma laudaverunt. *In Carolina.* b.

14. U? chinensis Pers.; sempervirens? foliis (subparvis) coriaceis nitidis brevi-serratis ovatis basi obliquis. Pers. *Syn.* I. p. 291. n. 9. U. pumila quorundam. *Thé de l'Abbé Gallois* (ironice. *Cels.*)

Folia laete viridia rigida ex ovato-sublanceolata. Pers. *In China.* Colitur in *H. Cels.* hyeme in tepidario. Nulla apud *clm.* *Poiret* hujus speciei mentio. An generis? b.

1148. CHAILLETIA. *)

1. C. pedunculata Dec.; floribus pedunculatis subcorymbosis; foliis ovato-acuminatis, basi inaequaliter subcordatis. *Decand. Ann. Mus.* XVII. p. 159. t. 1.

Pedunculi axillares, liberi aut basi cum petiolo coaliti, dichotomi, demum trichotomi, ut rami, tenuissime pubescentes. Flores erecti, fructus penduli. *In Cayenne.* b.

2. C. sessiliflora Dec.; floribus in petiolis sessilibus glomeratis, foliis elliptico-acuminatis, basi attenuatis. *Decand. l. c.* et f. 2.

Flores 8-10 glomerati in parte superiore petioli minimi villosi. *In Cayenne.* b.

*) Arbusculae cayennenses, foliis alternis integris, basi bistipulatis, pennatim nervosis.

1149.- P L A N E R A.

1. *P. Richardi Mich.*; foliis subsessilibus oblongo-cordatis subcrenatis grande dentatis basi emarginatis, capsulâ laevi. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. p. 248. *Persoon Enchir.* I. p. 291. *M. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc. Suppl.* I. p. 187. *ULMUS polygama Richard Act. Paris a. 1781.* *U. foliis crenatis basi aequalibus fructu ovoideo non compresso. Poir et Enc. meth.* IV. p. 611. *U. memorialis Ait.*; foliis oblongis glabriusculis aequaliter serratis basi subaequalibus, floribus sessilibus. *Ait. Kew.* I. p. 320. *Willd. Spec.* I. p. 1326 (fide *Smith* sub. *PL. Abelicea.*) *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 200. *U. campestris Walt. Fl. Carol.* p. III. *RHAMNUS carpinifolius*, inermis, foliis ovatis crenatis venoso-reticulatis glabris, fructu sessili. *Pall. ross.* II. p. 241. t. 10. (fid. *M. a Bieb. l. c.* et *Desfont. Arb. et Arbr.* II. p. 446.) *Willd. Spec.* I. p. 1001. *RHAMNUS ulmoides Gûldenst. it.* I. p. 313. et 427. (fide *M. a Bieb.*)

Statura Ulmi. Rami copiosi, validi. Cortex brunneus, epidermide griseo-albidâ. Folia alterna rigidiuscula, brevissime petiolata nudiuscula ovata grosse acute crenata, supra obscure, subtus pallide virentia, venosa, in elatis glaberrima, in depressis vero scabra. Fructus axillares sessiles globoso-acuti, hinc gibbosiores, (ex icone vix piso majores) sicci, biloculares (?) nudi. *Pall. ex Gûld. MS. l. c. M. a Bieb. l. c.* Radices diffusae, horizontales; truncus ramosissimus, ligno albo fragili; flores feminei rari, solitarii, masculi numerosiores, hermaphroditici fere solitarii. *Ad radices promontorii caucasici australis per Imeretiam circa Katais, incolis Selkwa et Skno; rarissima in Iberia, ubi fere fruticosa; a nova Anglia ad Carolinam ad rivos. h*

2. *P. Abelicea*; foliis ellipticis aequaliter serratis basi inaequalibus subtus tomentosus discoloribus, fructu inflato gibbo. *ULMUS Abelicea Smith Prodr. Fl. Gr.* I. p. 172. n. 600. *Abelicea di Candia Pon. Bald.* p. 112. *Pseudosantalum Creticum. Bauh. pin.* p. 393. *Ergo etiam ABELICEA Smith Trans. Linn. Soc.* IX. *Poir et Enc. meth.* I. p. 756.

Arbor a botanicis systematicis prorsus neglecta, cujus procul dubio congener est *ULMUS nemoralis*, *Ait. Hort. Kew.* I. p. 520. quae *RHAMNUS carpinifolius*, *Pall. Fl. Ross.* I. t. 60; at character genericus, ab *Ulmo* forsitan alienus, adhuc in obscuris latet. *Smith.* Arbor magna, truncus recto, ramis numerosis, foliis *Alaterni*, sed rotundioribus, profundius serratis. Fructus magnitudine piperis, subglobosus, atrovirens. Lignum durum odorum. *Bell. l. c.* *In Cretâ ut ex herbario videtur, legit Sibthorp. h. Confer CELTIM Tourneforti.*

3. *P. Gmelini Mich.*; foliis manifeste petiolatis oblongo-ovalibus sensim angustatis acutis basi obtusis aequaliter serratis, capsulâ scabrâ. *Mich. Fl. bor. Am. II. p. 248.*
Desfont. Arb. et Arbriss. II. p. 446. *Pursh Amer. Sept. I. p. 115.* *Pl. aquatica Gmel. Syst. nat. II. p. 150.*
Willd. Spec. IV. p. 957. *ANONYMUS aquatica Walt. Fl. Carol. p. 230.*

Facies totius arboris ULMI, cui, praeter fructum, simillima. Folia unguicularia Ulmi, sed aequaliter serrata, basi aequalia. Flores ante folia ad apices ramorum racemis approximatis parvi fusco-virentes. *Ad ripas fluviorum Carolin.*

Obs. Cls. *Willdenow wild. Baumz. p. 281.* describit arborem juniorem ramis rotundis rubro-fuscis sub lente pilis sparsis; folia alterna ovata obtusa basi rotundata, subcordata, acute inaequaliter serrata, glabra, nitida.

1150. CELTIS.

1. * *C. australis*; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis argute serratis supra scabris subtus pubescenti-mollibus basi inaequalibus. *Willd. Spec. IV. p. 993.* *Scop. Carn. n. 1252. del. insubr. p. 97. t. 18.* *Dahamel ed. II. t. 8.*
Hall. Helv. n. 1619. *St. Hilaire Livr. 27. t. 7.*

Arbor 40 ped., ramis deflexis ascendentibus, pubescentibus; folia alterna 5-7 poll., petiolo $\frac{1}{2}$ fere poll.; flores axillares breviter pedunculati. Fructus ater, magnitudine pisi, edulis. *In Europa australi et Africa boreali. h.* Varietatem foliis variegatis spontaneam notavit *Brotero Fl. Lusit.*

Obs. Adeo formâ ludit foliorum, ut cls. *Poiret (Enc. Suppl. III. p. 689)* *C. australem* cultam in *H. paris.* vix recognovisset, postquam spontaneam vidisset in *Africa boreali*, ubi folia multo crassiora, magis rugosa, nervis valde prominentibus, dentibus fortioribus latioribus. *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. p. 448.* hanc speciem in Iberiae calidioris nemoribus fruticem, rarius arborem sistere.

2. *C. caucasica Willd.*; foliis oblongis acuminatis (grosse) serratis basi subaequalibus cuneatisque utrinque glabris. *Willd. Spec. IV. p. 994.* *Poiret Enc. Suppl. III. p. 688.*

Folia alterna petiolata, supra saturate viridia, subtus flavo-pallida, venis sub lente pilosiusculis. Accedit valde ad *australem*, sed folia magis ovata, acumine breviora, glabra. *Willd.* Dentes foliorum sat magni inaequales. Drupa solitaria axillaris globosa rubella, pedunculo longitudine petioli. *Poiret l. c.* Mirum sane, ill. *Florae tauro-caucasicae* auctorem *M. a Bieberst.* hanc speciem *causasicam* non agnovisse: silet enim circa eandem. *In Caucaso. Adams. h.*

3. *C. Tourneforti* Lam.; foliis ovatis (crenato-) serratis, basi inaequalibus, supra scabris, junioribus subcordatis, (fructu luteo.) *Willd. Spec. IV. p. 994.* Lam. *Enc. meth. IV. p. 138.* M. a Bieb. *Fl. Taur. Cauc. II. p. 449.* *C. orientalis* Mill. *Dict. n. 3.* *C. orientalis* *Tournef. it. II. p. 425. t. 41.*

Arbor 25-30-ped. ramis glabris teretibus fuscis. Folia alterna, pollicaria et ultra, acuta et obtusa, duriuscula, glabriuscula, subtus pallida, basi subtruncata vel subcordata. Dentes foliorum obtusi, mucronati. Petioli vix 3 lin. Fructus ovati, e luteo-fuscescentes, magnitudine pisi in pedunculis simplicibus axillaribus solitariis petiolo duplo longioribus, basi pilis brevibus albidis ex apice pedunculi, ut in *occidentali*. In *Armenia* h. *Tournefort*.

Obs. *Poiret* in *Enc. Suppl. III. p. 588.* hanc fors esse *Abeliceam* *Clusii* suspicatur, quam QUERCUM *cretensem* dixit *els.* *Lamarck* in *Enc. meth. I. p. 725.* Confer ULMUM *abeliceam*.

4. *C. laevigata* Willd.; foliis ovatis acuminatis basi inaequaliter subcordatis subintegerrimis utrinque glabris. *Willd. wild. Baumz. p. 81.*

Arbor fertur magna; folia alterna $1\frac{1}{3}$ poll., apice dente uno alterove. In *Louisiana*. h.

Obs. Huc videtur spectare CELTIS illa, nomine *americanae* (*Micoeoulis* de *Louisiana*) in *H. Paris.* culta, de qua *Poiret* *Enc. Suppl. III. p. 688.* in *Obs. ad n. 10.*, quae foliis gaudet membranaceis, utrinque asperis, minime tamen pubescentibus, basi altero latere brevioribus angustioribusque, quibusdam subfalcatis.

5. *C. sinensis* Pers.; foliis lato-ovatis crenatis glaberrimis, venis prominentibus. *Pers. Syn. I. p. 292. n. 6.*

Folia majuscula obtusa. *Pers.* Colitur in *H. Cels.* In *Sina.* h.

6. *C. Willdenowiana*; foliis ovato-oblongis acuminatis basi angustatis a medio ad apicem serratis, supra glabris, subtus scabriusculis. *C. sinensis* Willd. *wild. Baumz. p. 81.*

Arbor junior in *H. r. berolin.* colitur, cui folia alterna, $1\frac{1}{2}$ poll., sub lente supra punctata. In *China*. h.

Obs. Nomen mutandum ob antiquiorem *sinensem* *Pers.*, e diagnosi sana distinctam.

7. * *C. occidentalis*; foliis ovatis acuminatis (aequaliter) serratis basi inaequalibus, supra scabris, subtus hirtis (floribus inferioribus ternis, superioribus solitariis, fructu obscure purpurascente). *Willd. Spec. IV. p. 994.* Lam. *Enc. IV. p. 137.* Scop. *del. ins. II. p. 101.* Mich. *Fl. bor. Amer. II. p. 249.* Pursh *Sept. Amer. I. p. 200.*

Mill. Ic. t. 88. Duhamel Arb. I. t. 53. 2. ed. t. 9.
 β. cordata, foliis subcordatis, valde acuminatis, supra minus
 scabris. Willd. wild. Baumz. p. 82. γ. scabriuscula,
 foliis breve acuminatis supra scabriusculis tenuioribus. Willd.
 wild. Baumz. p. 82. C. occidentalis β. Willd. Spec. I.
 p. 995 Lam. Enc. III. p. 137. C. occidentalis β?
 tenuifolia Pers. Syn. I. p. 292. C. australis Willd.
 Arb. 56. C. orientalis Hortul.

Folia tenera ovato-lanceolata parum pubescentia, adulta lato-
 ovata acuminata acumine et basi integerrima, caeterum serrata,
 nuda, nervoso-venosa, latere postico duplo minore. Maxime
 affinis australi. Linn. Arbor 40-50 ped.; folia in α 3-4 poll.,
 ut in β., in quo subtus magis venosa; in γ vero 1 1/2 - 2 poll.
 minus acuminata, quandoque glabra. — Rami juniores et petioli
 in omnibus pilosi. Flores axillares, pedunculi fructiferi lon-
 gitudine petiolorum. Fructus ovato-globosi, carnosi, dulces,
 magnitudine Padi. Omnium tardissime folia deponit. γ fri-
 goris esse impatientem monuit Lam. In sylvis ad rivos et
 flavios a Nova Anglia ad Carolinam; γ e Louisiana
 venisse Lam. h.

8. C. crassifolia Lam.; foliis ovatis acuminatis (inae-
 qualiter) serratis, basi inaequaliter cordatis, subcoriaceis
 utrinque scabris, pedunculis subbifloris. Lam. Enc. meth.
 IV. p. 138. Willd. Spec. IV. p. 995. Pursh Fl.
 Sept. Amer. I. p. 200. C. cordifolia Duham. II. t. 9.
 C. cordata Desfont. T. II. p. 448.

Affinis occidentali. Rami teneri pubescentes, cortice rufo-fusco.
 Folia 5 poll. et ultra; petioli subhirsuti 3-6 lin. Flores axil-
 lares in pedunculis gracilibus fere australis; pedunculi fructus
 magnitudine Padi petiolo longiores. Lam. In sylvis ad
 flavios in Virginia, Kentucky et Tennessee. h.

9. C. pumila Pursh; foliis ovatis acuminatis aequaliter
 serratis basi inaequalibus utrinque glabriusculis; junioribus
 tantum pubescentibus, pedunculis subtrifloris, fructu solitario.
 Pursh Fl. bor. Amer. I. p. 201.

Frutex parvus distortus. Baccae ovatae atrae. Ad ripas flu-
 viorum in Maryland et Virginia. h.

10. * C. orientalis; foliis ovato-oblongis, acuminatis
 serrulatis basi inaequalibus supra scabris, subtus cano-tomen-
 tosis. Willd. Spec. IV. p. 995. Linn. Spec. p. 1478.
 Scopol. delic. insubr. II. p. 101. Lam. Enc. meth.
 III. p. 138. SPONIA Andaresa Hb. Commers. Pluk.
 Alm. 329. t. 221. f. 4. Burm. Mallam toddali Rheed.
 Malab. IV. p. 83. t. 40.

Foliorum nervi subtus laeves. Linn. Arbor mediae altitudinis,
 trunco crasso, cortice laevi. Rami subhirsuti. Folia alterna

plerumque subcordata, subtus pallidiora, 4 poll. Petioli 4 lin. Flores parvi virentes subpedicellati in racemis axillaribus parvis dichotomis plerumque geminis vel ternis divergentibus petiolo longioribus in speciem corymbi congestis, bracteis brevibus ovatis. Cal. profunde 5-partitus, laciniis apice pilosis. Styli albidi villosi. Drupa virens, amara germine ad basin persistente. *Lam.*, qui etiam varietatem foliis glabris possidet lectam a *D. Martin.* In India orientali a Japonia ad Insulam Mauritiis usque, in humidis montosis. *h.*

Obs. Papyrus spuriam *Kaempfer Amoen.* 474. male ab omnibus huic referri, cum sit *Broussonetia papyrifera*, recte *Scopoli l. c.* monuit.

11. *C. micrantha Swartz*; foliis ovato-oblongis acuminatis serrulatis basi inaequaliter subcordatis supra scabris subtus hirtis. *Willd. Spec.* IV. p. 996. *Swartz Prodr.* 53. *Fl. ind. occid.* I. p. 547. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 139. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth II.* p. 23. *Rhamnus micranthus Linn. Spec.* IV. p. 996. *Amoen. Acad.* V. p. 395. *Brown jam.* 173. t. 12. f. 2. *Muntingia Plum. Gen.* 41. *l.c.* 206. f. 1.

Arbor et arbuscula, trunco erecto laevi ramoso, ramis longis reclinatis virgatis scabriusculis. Folia petiolata alterna disticha deflexa, ovato-lanceolata nervosa $\frac{1}{2}$ ped., petiolis brevibus teretibus striatis scabris, stipulis parvis lanceolatis ad basin petiolorum caducis. Racemi axillares vix petiolis longiores compositi multiflori. Flores minuti pedicellati monoici, bracteolis minutissimis acutis. Cal. 5-partitus, laciniis lanceolatis concavis pubescentibus. Filamenta latiuscula laciniis calycis vix longiora. Antherae trigonae trivalves. In femina calycis lacinae lineares; styli 2 breves villosi. Drupa oblonga minuta succosa. Affinis orientali. *Swartz.* Pili in centro floris circa germen. Drupa turbinata rubra carnosae, magnitudine *Orobi.* *Lam.* In fruticetis montium Jamaicae et Terrae firmae. *h.*

12. *C. rugosa Willd.*; foliis ovato-oblongis acuminate serrulatis basi inaequalibus utrinque scaberrimis, ramulis hirtis. *Willd. Spec.* IV. p. 996.

Valde affinis *micranthae*, sed diversa: foliis basi non subcordatis utrinque scaberrimis rigidioribus supra rugoso-venosis, ramulis hirtis scabris nec pubescentibus. Ramuli scabri. Folia alterna petiolata 3 poll., supra scaberrima, subtus etiam valde scabra. Cymae tripartitae multiflorae parvae petiolo longiores axillares et sessiles, ut in orientali et *micrantha* et in omnibus sequentibus (*Willdenowianis*) praeter *trinerviam.* *Willd.* In Portorico. *Bredemeyer.* *h.*

13. *C. canescens Humb. et Bonpl.*; ramulis canescentibus villosis hirtis; foliis ovato-oblongis crenato-serratis su-

pra scabris subtus molliter hirtis - pubescentibus canescentibus, racemis axillaribus solitariis? bifidis conglomeratis petiolo brevioribus. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth II. p. 23.*

Arbor ramis junioribus teretibus; folia acuminata inaequaliter cordata reticulata membranacea, venis nervisque subtus prominentibus, rigida, supra viridia, 5 poll., 2 poll. lata. Petiolus 4 lin., canaliculatus, villosus - pubescens, canescens. Flores sessiles, in specimine lecto omnes masculi. Cal. profunde 5-partitus, externe pubescenti hispidulus, fundo villosus, laciniis aequalibus patulis oblongis acutis concavis. Stam. 5 fundo calycis inserta laciniis opposita iisdemque vix breviora. Filamenta subulata glabra. Antherae oblongae, biloculares. Germen oblongum compressum stamina subaequans, glabrum. *In radicibus montis ignivomi Jorullo, prope Cerro de las Cuevas, et in via Inguaranensi. h.*

14. *C. riparia Humb. et Bonpl.*; ramulis canescentibus villosis - hirtis, foliis ovato-oblongis crenato-serratis supra scabris subtus molliter hirtis - pubescentibus canescentibus, racemis axillaribus geminis dichotomis divaricatis petiolo longioribus. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth II. p. 23.*

Proxima *canescenti*: an femina? Ramuli, petioli, folia ut in *canescente*, attamen folia paulo breviora subregulariter cordata. Racemi ramis pubescenti-hispidis. Flores sessiles, in specimine omnes feminei. Cal. profunde 5-partitus pubescenti-hispidulus, laciniis subaequalibus ovato-oblongis acutiusculis planiusculis. Germen subglobosum glabrum viride, ovulo pendulo. Styli 2 subulati patenti reflexi. Stigmata simplicia. Fructus... *In inundatis fluminis Magdalенаe, Garapatas inter et Macuango. h.*

15. *C. mollis Humb. et Bonpl.*; foliis ovato-oblongis acuminatis serrulatis basi inaequaliter cordatis supra scabris, subtus pubescenti-mollibus. *Willd. Spec. IV. p. 996.*
C. ramulis albidis molliter pubescenti-villosis, foliis ovato-oblong. serratis supr. scabr., subtus molliter hirtis - pubescentibus, racemis axillaribus geminis dichotomis divaricatis, petiolo longioribus. Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth II. p. 24.

Arbor 70-ped., ramulis albido-pubescentibus. Folia alterna petiolata 5-4-poll., subtus viridia. Affinis *micranthae*, sed foliis subtus mollissimis, ramulis albo-pubescentibus abunde diversa. *Willd.* Arbor 70-ped., ramulis teretibus. Folia alterna reticulato trinervia, nervis venisque subtus prominentibus, rigida, supra viridia, subtus pallidiora, 4 poll., 17-18 lin. lata. Petioli vix 4 lin. longi, canaliculati hispido-pubescentes. Ra-

cemi ramis pilosis. Flores sessiles, mares et feminae in eodem racemo, prorsus ut in *micrantha*. Fructus immaturus ut in *angustifolia*. *Hunth.* *Angustifolia* nobis ignota. In *Americae meridionalis calidissimis prope Bordones Cumanensium.* h.

16. *C. macrophylla* *Humb. et Bonpl.*; ramulis viloso-pubescentibus, foliis ovato-oblongis crenato-serratis supra scabris, subtus molliter hirto-pubescentibus, paniculis axillaribus geminis pendulis petiolo duplo longioribus, floribus conglomeratis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Hunth II. p. 23.*

Arbor ramulis teretibus. Folia acuminata oblique cordata reticulato-trinervia membranacea supra viridia subtus pallidiora, $1\frac{1}{2}$ ped., vix 5 poll. lata. Petiolus $1\frac{1}{2}$ poll. et ultra, canaliculatus, villosus-pubescentibus. Paniculae ramis oppositis pilosis. Flores masculi paulo longiores quam in praecedentibus. Cal. profunde 5-partitus, viridis, externe hispido-pilosus, laciniis aequalibus oblongis obtusis concavis. Stam. mollis, demum elastice, ut in *Parietaria*, prosilientia. Ovarium sterile oblongum compressum glabrum, basi pilis numerosis albidis rigidis. Stylus nullus. Femina? Drupa ovata monosperma. In nova Andalusia inter villam Quetepe et San Fernandez. h.

17. *C. trinervia* *Lam.*; foliis ovatis serratis subglabris, cymis axillaribus petiolo brevioribus (flore fertili longius pedicellato.) *Lam. Enc. meth. IV. p. 134.* *Willd. Spec. IV. p. 997.*

In omnibus speciebus sunt folia trinervia venosa. *Willd.* Rami teretes grisei subhirsuti. Folia ovata vel oblonga subacuminata acuta laeviuscula laete viridia, nervis 3 minus obliquis longiusque productis, 2 - 2 $1\frac{1}{2}$ poll., 15 lin. lata. Petioli pubescentes 2 lin. Flores parvi virentes terni senive in pedunculo communi axillari solitario petiolis multo brevioribus. Flores masculi brevius pedicellati: hermaphroditi femineive rari, unicus plerumque in singulo fasciculo. Lacinae calycis ovatae, ut antherae biloculares calyce vix longiores. Styli 2 albidi subvillosi. *Lam. In Domingo. h. Herb. de Juss.*

18. *C. Lima* *Swartz*; foliis ovatis acuminatis serratis basi inaequaliter cordatis utrinque scabris. *Willd. Spec. IV. p. 997.* *Swartz Prodr. 33. Fl. ind. occid. I. p. 549.* *Sloan. Hist. II. p. 80.* *Plum. Gen. 47?*

Differt a *micrantha* foliis ovatis nec ovato-oblongis, utrinque scabris, serraturis parum majoribus, et basi magis cordatis. *Willd.* Truncus 15-16 ped., laevis, ramis ramulisque patentibus rigidis teretibus ferrugineo-villosiusculis. Folia ovato-lanceolata, superne retrorsum exasperata scaberrima atro-vi-

ridia subtus pallidiora seu ferrugineo-pubescentia 4-6 poll., nervosa. Petioli vix 1/2 poll. Racemi longitudine petiolorum axillares subdivisi pauciflori. Flores monoici, subinde dioici. Cal. 5-phyllus, pallidus minutus, longitudine fere staminum in mare; in femina 5-partitus. Styli 2 breves reflexi villosi albi. Drupa minuta ovato-subrotunda coccinea. Nux parva atra. Swartz. In collibus aridis Indiae occidentalis. b.

19. *C. Lamarckiana*; fol. ovato-lanceolatis serrulatis scaberrimis, racemulis axillaribus. *C. Lima* Lam. Enc. meth. IV. p. 140. *Plum. Gen. p. 41?* *Burm. Amer. 206. J. 2.* *Sloane Hist. II. p. 80?*

Folia omnium maxime scabra et angusta. Rami glabri cinerei divisi in ramulos plurimos pilis rectis brevibus subulatis scabros. Petioli breves. Folia acuta firma coriacea opaca, 1 1/2 - 2 poll., 6-8 lin. lata, cinerascens, subtus subinde ferruginea, margine subrevoluta, tuberculis albidis plurimis exasperata, 2 quorum centro pilus albus, brevissimus, interstitiis planis nitidis. Petioli 1-2 lin. Flores minimi subpedicellati in racemis axillaribus subsimplicibus subsolitariis ternisve, petiolo parum longioribus, hirtis, bracteis brevibus. Calycis persistentis laciniae ovatae obtusae. Lam. In Martinique Martin. b.

Obs. Hanc non paucis differre a *Lima Swartz*, quam etiam nonnisi eam? inter synonyma adduxit *els. Lamarck*, ex collatis descriptionibus liquet. An haec fors *angustifolia*, de qua *els. Kunth* sub *mollis*?

20. *C. amboinensis Vent.*; foliis ovato-oblongis acuminatis serrulatis basi aequalibus utrinque scabriusculis. *Willd. Spec. IV. p. 997.* *Poiret Enc. meth. Suppl. III. p. 689.*

Ramuli scabri. Folia alterna petiolata. Ab affinibus praecedentibus abunde diversa foliis basi aequalibus. *Willd. Ad specimen Ventenatianum.* Rami teretes atro-fusci. Folia membranacea, supra atro-viridia, subtus pallidiora flavicantia 3 poll., triplinervia. Flores parvi in racemis axillaribus longitudine petioli. *Poiret ad speciem Hb. Desfont. In Amboina. b.*

21. *C. Chichilea Herb. de Juss.*
Spec. nova inedita.

1151. MERTENSIA.

a. *Aculeatae.*

1. *M. laevigata Humb. et Bonpl.*; foliis elliptico-oblongis, basi rotundatis membranaceis glabriusculis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth II. p. 31. t. 103.*

Arbor ramulis alternis teretibus laevibus glabris, sterilibus acu-

leatis subflexuosis, junioribus pubescentibus, aculeis axillari-
bus solitariis subulatis apice recurvatis petiolo duplo breviori-
bus. Folia alterna cuspidato-acuminata, acumine obtuso mu-
cronato, basi subaequalia integerrima, reticulato-trinervia,
utrinque glabra, supra nitida, pilis rarissimis adpressis, subtus
pallidiora, 4 poll., 16-17 lin. Petiolus $\frac{1}{2}$ poll., canaliculatus,
tenuissime pubescens. Racemi solitarii tripartiti petiolo vix
longiores, ramis subdichotomis glabris. Flores sessiles, mas-
culi caduci. Hermaphroditi calyx glaber, laciniis subrotundo-
oblongis obtusis, tenuiter membranaceis, margine sublaeniatis,
fundo piloso. Filamenta subulata glabra. Antherae oblongae
loculis 2 longitudinaliter dehiscentibus. Germen glabrum.
Styli lacinae divaricato-recurvatae. Drupa ovata compressius-
cula glabra, magnitudine *australis*. *In littore Mexicano
campechiensi.* h.

2. *M. pubescens* Humb. et Bonpl.; foliis ovato-el-
lipticis basi rotundatis subcordatis membranaceis supra gla-
bris, subtus molliter pubescentibus. Humb. et Bonpl.
nov. Gen. et Spec. red. Kunth II. p. 31.

Arbor 12-ped. et ultra, ramis pubescentibus, ramulis subflexuo-
sis ferrugineis sericeo-pubescentibus, aculeis geminis apice
parum recurvatis pubescentibus. Folia acumine obtuso sub-
mucronato, apicem versus interdum serrata, reticulato-triner-
via, 5 fere poll., 21-22 lin. lata. Petioli 3-4 lin., pubescentes.
Racemi axillares dichotomi petiolo multo longiores, ramis di-
varicatis pubescentibus. Flores sessiles, bracteis ovatis acutis
tenuissime membranaceis puberulis. Hermaphroditi cal. pubes-
cens virens, laciniis ovatis. Stamina longitudine fere calycis.
Filamenta et antherae ut in *laevigata*, polline albido. Germen
hirsutum. *Ad littus Oceani pacifici prope Guayaquil.* h.

3. *M. zizyphoides* Humb. et Bonpl.; foliis ellipticis
cordatis rigidis supra scabriusculis, subtus tenuissime pubes-
centibus. Humb. et Bonpl. *nov. Gen. et Spec. red. Kunth
II. p. 31.*

Arbor ramis teretibus laevibus glabris albidis, ramulis juniori-
bus flexuosis viridibus tenuissime pubescentibus. Aculei soli-
tarii subulati pubescentes parum recurvati, petiolo triplo bre-
viores. Folia petiolata subacuminata, acumine obtuso, aequaliter
cordata integerrima reticulato-trinervia, ramis venisque subtus
prominentibus, membranacea 32-33 lin., 25 lin. lata. Petiolus
 $\frac{1}{2}$ fere poll., canaliculatus molliter pubescens. Racemi petiolo
breviores, ramis pubescentibus. Florum et fructus structura
ut in *pubescente*, germine tamen pubescente. *Celti aculeatae
(M. ignanae) proxima.* *In humidis circa Mompox, Min-
chique.* h.

4. *M. ignanea*. Huc ponatur *ZIZYPHUS ignanea* Lam.
in Syst. Veg. ed. nostr. T. V. p. 335. n. 4.

5. *M. rhamnoides*. Huc ponatur *ZIZYPHUS commulata*
Syst. Veg. ed. nostr. T. V. p. 336. n. 5.

b. *Muticae*.

6. *M. integrifolia*; inermis, foliis ovato-subrotundis
(sub)acuminatis integerrimis, stylis bifidis. *CELGIS integrifolia* Lam. Enc. IV. p. 140.

Styli bifidi sunt etiam in *C. aculeata* et *rhamnoide* (*ZIZYPHUS*)
Willd. Rami lignosi alterni teretes tortuosi subvillosi. Fo-
lia inaequalia 2-2 1/2 poll., 14-18 lin. lata, firma, crassiuscula,
supra scabriuscula, utrinque viridia, subtus pallidiora, nervis
4-5, utrinque pilis adpressis, tandem evanidis. Petioli 2-3 lin.,
hirsuti. Flores parvi virentes in pedunculis axillaribus solita-
riis ternisve subdichotomo-ramosis, folio dimidio brevioribus.
Flores masculi breviter pedicellati. Antherae ovatae bilocu-
lares. Fructus juniores ovati villosi. Styli longi bifidi albidii
flexuosi stigmatibus simplicibus. *Lam.* In *Senegal*.
Adanson. h. *Herb. de Juss.*

1152. V A H L I A.

V. campensis. *Thunb. nov. Gen. Plant.* II. p. 36.
Prodr. p. 48. *Fl. Cap.* II. p. 181. *Willd. Spec.* I.
p. 1354. *Gmel. S. V.* p. 463. *Linn. S. V. ed.*
XV. p. 283. *Dryand. Trans. Linn. Soc.* II. p. 228.
RUSSELIA capensis *Linn. Suppl.* p. 24. 175. *Gmel. S. V.*
p. 463. *Linn. S. V. ed.* XV. p. 285.

Planta staturâ *Silenis* semipedalis s. vix pedalis. Caulis herbaceus
teres enodis inferne brachiatus subpubescens. Folia opposita
sessilia subpubescentia angusto-lanceolata. Stipulae nullae.
Flores ex summis ramis pedunculati bini saepius terni *lutei*.
Petala et antherae *niveae*! *Linn.* Tota planta villosa. Cau-
les subradicales plures erecti simplices vel ramosi spithamaei.
Rami oppositi fastigiati cauli similes. Folia lanceolata acuta
concava erecta, longitudine internodiorum, pollicaria. Axillae
onustae foliis minoribus. Flores axillares. Pedunculus teres
erectus biflorus, in medio bracteatus, bractea lanceolata. Fa-
cies *Aizoi*. *Thunb.* In *Prom. b. Spei.*, prope *Verkeer-*
de Valley. 4.

1153. P H Y L L I S.

P. Nobla *Willd. Spec.* I. p. 1354. *Linn. Hort.*
Cliff. 87. *Kniph. C. V. t.* 66. *Dill. Elth.* 405.
t. 299. f. 386.

Trunci nodosi virentes flexiles 2-3 ped. Folia versus apicem ra-
morum verticillatim conferta, lanceolata, integerrima, 4 poll.,

utrinque attenuata, laete viridia, glaberrima, subtus pallidiora, stipulâ dentatâ caducâ. Flores parvi herbacei demum fuscescentes, corymbis axillaribus paniculam sistentibus. Flores polygamos vidi. Fructus turbinatus obtusus angulosus. *In Canariis. h.*

1154. XANTHOSIA.

X. pilosa Rudge *Trans. Linn. Soc. X. p. 301. t. 22. f. 1.*

Frutex ramosus, caule erecto gracili piloso; folia alterna petiolata sublanceolata sinuata subtus pilosa; flores plures axillares bracteis 2 subulatis pilis longis densissime vestitis; petala acuta calyce breviora, longitudine staminum, antheris reniformibus. Germen ovatum, striatum, bipartibile. Styli pilosi stigmate simplice. *Prope P. Jackson. h.*

UMBELLIFERAE *)

1155. ARCTOPUS.

* *A. echinatus*. Auricula ursi aut potius Cortusae Matthioli facie planta aethiopica. *Pluk. Almag. p. 62. t. 271.*
J. 5. sine flore. Valerianoides, Cortusae Matthioli facie Ej. Mant. p. 185.
A. echinatus Linn. Hort. Cliff. 495.
Willd. Spec. IV. p. 117. Pers. Syn. I. p. 301.
Thunb. Prodr. p. 49. Resa I. p. 262. Ait. Kew. ed. 2. V. p. 481.
 Aretop. fol. superne spinis stelliformibus echinatis laciniatis et in cilia diductis. *Burm, Afr. I. 1. 1.*
 Oursine d'Afrique *Savigny in Lam. Enc. IV. p. 674. Ill. t. 885.*

Habitat in locis apricis arenosis Africae australis. 2.
 Planta humilis caudice crasso, foliis oblongis, laciniato-undulatis ciliato-spinulosis, supra spinis flavidis stellatis obtecta. Involucrum post anthesin incrassatum, ut maris, spinosum.

(Obs. III. *Thunberg Fl. Cap. II. p. 197* sequentem plantae hujus peculiaris descriptionem dedit. „Radix filiformis profunde descendens longa fusca resinosa. Caulis nullus. Folia radicalia plurima, terrae adpressa, in stellae formam expansa, imbricata, interiora sensim minora, subnoveiformi-ovata, inciso-trifida; lacinae lacinulaeque iterum inciso-trifidae-dentatae, omni margine ciliis longis brunneis; supra viridia glabra rugosa venosa spinosa, subtus crasso-nervosa lacunosa pallida inermia, 1-2 poll. Spinae ad basin incisurarum omnium stelliformes, basi latae, tri-vel multipartitae, lateralibus minoribus, ovatae, purpurascens, apice pungentes, flavescentes. Petioli lati lineares albi glabri, supra plani, margine tenui, subtus convexi margine utrinque sulco duplici, radici verticillatim inserti, basi erecti, inde patentes semidigitales. Flores radicales, perfecte dioici. MAS. Umbell. univers. longa inaequalis. Pedunc. unus vel 2, trigoni, glabri, albi, patentissimi, inaequales, extimi digitales, interiores unguiculares. Umbell. partial. brevis hemisphaerica multiflora. Pedicelli erecti albi uniflori, lineam longi. Involucr. univers., subpentaphyllum, foliola lanceolata acuminata erecta tenuissima alba pedunculis multo breviora, unguicularia. Partial. 1-phyllum, ad basin fere 5-partitum erectum longitudine umbellulae; lacinae integrae vel bifidae vel saepe trifidae lanceolatae acuminatae spinosae glabrae virides margine rubro, lacinulae laterales minores. Calyx proprius 5-partitus minimus erectus rufescens. Coroll. univers. uniformis; propria 5-petala. Petala margine receptaculi inserta, cum calyce alternantia, lanceolata, incurva, acuta; apicibus inflexis, extus canaliculatis, marginibus exstantibus, calyce duplo longiora, subundulata,

*) Familiae hujus expositionem in se suscepit doctissimus *Umbelliferarum Monographus*, D. C. et P. C. *Sprengel*. Sua hic ubique verba extant, et quae nos forte adiecimus, (), si quae longiora, addito *Sch.* notavimus.

alba. Filament. 5, receptaculi margini intra calycem inserta, subulata, erecta, apice incurva, alba, corollâ duplo longiora, lineam longa, fertilia polline. Antherae ovatae dorso affixae purpurascens. Germe planum dilatatum subdidymum superum glabrum purpurascens. Styli 2 subulati sulco germinis inserti erecti brevissimi purpurei decidui longitudine vix calycis. Stigmata simplicia acuta. Pericarp. sterile abortiens. FEMINA. Umbell. univers. ut in mare, pedunculis crassioribus. Partial. saepissime 4-flora, raro 5-flora, floribus sessilibus. Involucr. univers. ut in mare, sed latius et longitudine pedunculorum. Partiale monophyllum erectum glabrum viride marginibus purpureum umbellâ longius, 4-5-partitum pro numero flosculorum; lacinae ovatae extus carinatae, intus concavae, acuminatae, apice pungenti-spinoso et flavescente, 5-fidae, laciniis utrinque binis subulatis minoribus. Calyx proprius 5-phyllus corollae similis. Coroll. 5-petala cum calyce alternatim margini germinis inserta aequalis. Petala ovata minutissima erecta acuta incarnata. Filamenta nulla antheraeque nullae. Germe sertiforme glabrum. Styli 2 basi crassi intus sulcati extus convexi apice divaricati subulati albi lineam longi corollâ multo longiores. Stigmata simplicia obtusa fuscescentia. In *Prom. b. Spei*, in collibus extra urbem *Cap* vulgaris infra latus orientale *Taffelberg* et *Dayselberg* alibi. *Thunb.*) Sch.

1156. ERYNGIUM.

a. Nervis foliorum parallelis 1-11.

1. * *E. aquaticum*; foliis lineari-lanceolatis remote ciliato-spinosis, inferioribus ensiformibus, floralibus lanceolatis dentatis, involucri foliolis capitulo globoso brevioribus paleisque integris, caule subdichotomo. *E. virginianum* *Yuccae folio*. *Pluk. t. 175. f. 4.* *Moris. Sect. VII. t. 37. f. 21.* *E. aquaticum* *Jacq. Ic. rar. II. t. 347. Coll. I. p. 151.* *Willd. Spec. I. p. 1357.* *Lam. Enc. IV. p. 758.* *Pursh Sept. Amer. p. 189.* (*Laroché Hist. eryng. n. 41.* *Trattinn. tabular. 215.*) *E. yuccae-folium* *Michx. Fl. bor. Amer. I. p. 164.*

In paludosis Virginiae et Carolinae. 2. Planta nonnunquam orgyalis, plerumque 2 ped. Capitula pallide viridia exalbida.

(Obs. *Scorpii Spina* *Hern. mex. 222.* quae ad *aquaticum* vulgo ducitur. *Moris. Hist. p. 167. S. VII. t. 37. f. 22.* *E. aquaticum* β . *Lam. Enc. IV. p. 758.* clo. *Laroché* affine *E. aquatico*, sed distincta species videtur. *Linnaeus* *E. aquatico* subscripsit: „Facies et folia *Bromeliae* minoris, sed haec ciliata spinis capillaribus flexilibus mitibus. Petalae (?) florum majores (?) sunt. Involucra et paleae integerrimae.“) Sch.

2. *E. longifolium* *Cav.*; foliis lineari-lanceolatis dentato-spinosis ciliatis, floralibus brevissimis tri- aut quinquedidis, involucri foliolis capitula superantibus pinnatifidis deflexis, paleis tricuspидatis. *Cavan. Annal. de cienc. nat. II. p. 125.*

l. rar. 6, t. 555. *Laroché Hist. Eryng. p. 58. (n. 42. Trattinn. tabular. t. 766.)*

in regni Mexicani montibus (circa Pachuca et Real del Monte.) 4. *Planta 3 ped. Capitula pisi magnitudine.*

(*Obs.* Caulis pluries dichotomus, 3 poll.; folia radicalia 2 ped., remote ciliato-spinosa, rigida, glabra. Capitula magnitudine pisi. Involucri foliola 10, floribus breviora; paleae integrae, lanceolatae, *Cavan.*) *Sch.*

3. *E. paniculatum Laroch.*; foliis linearibus dentato-spinosis, floralibus brevissimis ovalibus, involucri foliolis paleas aequantibus, caule simpliciusculo. *Laroché Hist. Eryng. n. 45. t. 26. (n. 45. Trattinn. tabul. t. 771.)*

In regno Chilensi. 4. *Foliorum dentes crassi, spinis axillaribus. Rami pauci, haud dichotomi.*

(*Obs.* Affine *aquatico* et *longifolio*; ab illo capitulis florum minoribus, foliis floralibus brevioribus, subinde reniformibus, ab hoc caule minus dichotomo, foliis radicalibus multo minoribus, laciniis calycis ovatis submucronatis diversum, ab utroque distinctum dentibus foliorum crassioribus, spinâ axillari, radice crassâ nigra, characteribus denique datis. *Laroché.*) *Sch.*

4. *E. gramineum Laroch.*; foliis linearibus angustissimis ciliato-spinosis, caule bifloro, involucri foliolis subintegris lanceolato-subulatis, paleas subulatas duplo superantibus, capitula aequantibus. *Laroché Hist. Eryng. t. 27. (n. 44. Trattinn. tabular. t. 761.)*

In nova Hispania Humb. et Bonpl. *Capitula (sub) amethystina, elongata.*

(*Obs.* Caules erecti graciles circiter 2 ped. simplicissimi. Folia radicalia 2 ped., 4-5 lin. lata, basi canaliculata, caulina brevissima, floralia opposita. Involucrum 8-10-phyllum, floribus brevius, utrinque viride. Cal. squamis albidis imbricatis. Cor. caerulea, longitudine calycis. *Laroché.*) *Sch.*

5. *E. bromelifolium Laroch.*; foliis lato-lanceolatis dentato-spinosis, floralibus oppositis carinatis, arcuatis, involucri foliolis subintegerrimis lanceolatis capitula superantibus, paleis subulatis calycem excedentibus. *Laroché Hist. Eryng. t. 28. (n. 45. Trattinn. tabular. t. 357.)*

In sylvis humidis novae Hispaniae. Humb. et Bonpl. *Insignis staturâ species. Rami uniflori: involucra flava.*

(*Obs.* Praecaltum, ramis simplicibus striatis. Foliorum dentes subulati magni basi spinulâ; folia radicalia late linearia, 3 ped., pollicem et ultra lata, floralia lanceolata; foliola involucri 10, superne laevia; capitula oblonga. *Laroché.*) *Sch.*

6. *E. Humboldti Laroch.*; foliis lanceolato-linearibus, confertim ciliato-spinosis, spinis conjugatis; caule superne

angulato; capitulis oblongis conglomeratis; involucris in paleas abeuntibus. *Laroché Hist. Eryng. t. 29. (n. 46. Trattinn. tabular. t. 762.)*

In monte Quindia Novae Grenadae. Humb. et Bonpl. (Caulis crassi, apice ramis 2-5, bifidis; folia radicalia pedalia, pollicem lata, caulina sessilia minora lanceolata; floralia opposita; pedunculi brevissimi; involucri foliola 7-8 conniventia lanceolata, profunde dentata, floribus plerumque breviora, superiora integerrima subulata, calyce duplo longiora. Cal. squamis imbricatis, cor. calyce parum brevior. Filamenta et styli vix corollâ longiores. *Laroché.) Sch.*

7. *E. proteaeflorum Laroché;* foliis imbricatis lanceolatis acuminatis dentato-spinosis, capitulo solitario maximo, involucri polyphyllo, paleis integris subulatis. *Laroché Hist. Eryng. t. 30. (n. 47. Trattinn. tabular. t. 773.)*

In vulcano Jorullo novae Hispaniae. Humb. et Bonpl. (Caulis superne crassus sulcatus simplicissimus. Folia dense congesta subimbricata, 8-10 poll., 2 lata, dorso plerumque spinosa. Capitulum oblongum. Involucri foliola 20 circiter, supra lutea, laevia, floribus duplo longiora; paleae calyce parum longiores, superiores elongatae, prominulae; cal. oblongus, angulis membranaceis, interruptis. *Laroché.) Sch.*

8. *E. monocephalum Cav.;* foliis inferioribus linearibus canaliculatis, dentes ternos inaequales subulatos gerentibus, floralibus pinnatifidis, capitulo solitario involucri polyphyllo spinoso. *Cav. Annal. de cienc. nat. II. p. 116. Ic. rar. VI. t. 553. (Laroché Hist. Eryng. p. 62. n. 48. Trattinn. tabular. t. 767.)*

In regno Mexicano. (prope Huanajuco et Chilpancingo)
Capitulum purpureo-violaceum.

(*Obs.* Caulis 4-ped. profunde sulcati; folia sessilia, pinnata; caulina pedalia et ultra acutissima, pinnulis inferioribus approximatis formâ spinarum, superiora brevissima; floralia opposita, 3 poll.; capitulum pollicare, involucri foliolis ad minimum 30 lanceolato-subulatis, aequantibus; paleae lanceolatae; corolla saturate violacea. *Laroché.) Sch.*

9. *E. cymosum Laroché;* foliis inferioribus linearibus canaliculatis; dentibus conjugatis subulatis longissimis; superioribus pinnatifidis; involucri foliolis linearibus integerrimis capitula superantibus. *Laroché t. 31. (n. 49. Trattinn. tabular. t. 361.)*

In Nova Hispania Humb. et Bonpl. (Caulis apice ramis subdichotomis, subumbellatis; folia inferiora sessilia, pedalia, 1/2 poll., dentibus spinosis, pollicaribus, basi spinâ breviora; folia floralia opposita vel verticillata, laciniis linearibus integerrimis; capitula viridia globosa; involucri e foliolis 10-12, demum

reflexis; cal. squamis albidis. Cor. calyce parum brevior.
(Laroche.) Sch.

10. *E. ternatum* Poir.; foliis radicalibus simplicibus linearibus, caulinis ternatis, involucri foliolis integerrimis capitula superantibus. *E. trifolium* P. Alpin. exot. p. 152. Parkins. theatr. p. 987. *Moris. Sect. VII. t. 36. f. 24.?* *E. orientale* foliis trifidis Tournef. Cor. p. 23. (Poiret Enc. meth. Suppl. IV. p. 293.)

In insula Creta. Capitulum purpureum. Praeter *P. Alpinum* nemo etiamnum vidit.

(Obs. Radices breves crassae aromaticae; caules recti simplices; folia radicalia angustissima, acuta, 3 poll.; caulina petiolata e foliolis 3 linearibus lanceolatis angustissimis pollicaribus, integerrimis; floralia simplicia opposita. Pedunculi 2 filiformes e centro foliorum, longitudine eorundem. Involucrum e foliolis 6 subulatis, subfiliformibus. Poiret. Laroche hanc speciem inter minus notas et dubias habet; praeter Alp. Parkins. Morison, II. cc. laudat etiam Ray hist. T. I. p. 386. n. 10.; sed synonymon Tournef. l. c. ducit ad speciem suam sibi dubiam, et affinem *E. amethystino* dicit.) Sch.

11. *E. ebracteatum* Lam.; foliis ensiformibus subintegerrimis, ramis nudiusculis, capitulis cylindricis (laxe) paniculatis, involucri subnullis. Lam. Enc. IV. p. 759. Laroche, Hist. Eryng. t. 32. (n. 50. Trattinn. tabular. t. 758.)

Ad Monte Video et Buenos Ayres. Commers. (Inermis, habitu *Sanguisorbae*. Caulis erectus, superne trichotomus, 2-ped.; rami filiformes; capitula parva, 6-7 lin., Poiret in Lam. Enc. l. c.) Sch.

b. *Nervis foliorum ramosis.*

α. *Foliis radicalibus integris. 12-38.*

12. * *E. planum*; foliis inferioribus cordato-ovalibus crenatis planis, superioribus quinquefidis ciliato-spinulosis, involucri patentibus pinnatifidis, paleis integris cuspidatis, caule simpliciusculo superne colorato. *E. planum* Matth. ed. C. Bauh. p. 505. *E. spurium primum* Dodon. 732. *E. pannonicum latifolium* Clus. Hist. II. p. 158. *E. planum* Matthiol. Dalech. 1460. *Barrel. Icon.* 1174. *Moris. Sect. VII. t. 35. f. 9.* *E. latifolium planum* Bauh. pin. 386. *Jacq. Lam. Austr. t. 391.* *Willd. Spec. I. p. 1357.* (De-
Enc. IV. p. 753. *Desfont. Atl. I. p. 226.* *Trattinn. tabular. t. 214.)* *Laroche Hist. Eryng. n. 21.* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 200.* *Besser Galic. I. p. 199.* *Decand. Fl. fr. IV. p. 357.*

Baumgart. transsylv. I. p. 210. (*Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 200.*)

In alpibus cottiis, austriacis, (in insulis Danubii,) in Galicia, Transsylvania, (Caucasi campis), Mauritania. 2. Caulis superne amethystinus. Paleae externae tricuspidae, internae integerrimae. (Capitula ovata amethystina. 3-4 pedale.) Sch.

13. * *E. tricuspdatum*; foliis radicalibus cordatis spinoso-serratis, caulinis palmatis auriculatis reflexis, paniculâ ramosissimâ dichotomâ, capitulis axillaribus demum coloratis, paleis omnibus tricuspideis, radice bienni. *E. capitulis Psyllii e Sicilia. Bocc. sic. p. 88. t. 47. Zanon. Hist. p. 105. p. 74. E. tricuspdatum Linn. Amoen. Ac. III. p. 405. Desfont. Atl. I. p. 224. Willd. Spec. I. p. 1557. (excl. syn. Moris. et Gronov.) Laroche. Hist. Eryng. t. 9. (n. 13. Trattinn. tabular. t. 211.) Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 174. E. Bocconi (foliis radicalibus cordato-subrotundis crenatis apice subincisis, caulinis inferioribus trifidis, superioribus digitatis, paleis tricuspideis. Poir. in Lam. Enc. IV. p. 754. E. Zanoni (foliis radicalibus cordatis, caulinis minimis laciniatis serratis reflexis, caule paniculato, involucri subtetraphyllis. Poir.) Ibid. ad triquetrum hoc referri nequit ob folia simplicia integra.*

In Sicilia, Peloponneso et Mauritania. ♂. Sub ejus nomine in hortis plerumque E. planum occurrit. Nostrum praecipuis dignoscendum habitu diffuso ramosissimo, cum E. planum caulem habeat strictum simpliciusculum; dein foliis caulinis retroflexis, cum illius folia erecta sint; capitulorum mole etiam, quae pisum aut nucem avellanam aequet, cum illius capitula et juglandem mole aequent. Ceterum capitula primum albida, demum caerulescunt. Nec caulis superne, ut in E. plano, amethystinus est. Radix denique biennis, cum E. plani perennis sit.

(*Obs.* Cls. *DeLaroche* tres hujus speciei enumerat varietates: a. fol. caulinis palmatis, laciniis lanceolatis. Huc refert *E. tricuspdatum Linn.* cum? *Desfont. et Cavan.* vero sine dubio, cum *E. Bocconi Lam.* β. fol. caulinis subdigitatis, laciniis lineari-subulatis caule humili. Huc *Bocc. sic. t. 47.* γ. fol. caulinis subdigitatis, laciniis lineari-subulatis, caule praealto. α et γ in *Mauritania, β in Sicilia. E. Bocconi Poir. in Lam. Enc. n. 8.* hujus omnino esse loci *Poir.* etiam in *Enc. Suppl. IV. p. 288* affirmat: sed *E. Zanoni* certo certius esse *triquetrum Vahl* et *Desfont.* idem *Poir.* ibidem asserit. *Poir.* *E. Bocconi* suum contulit cum ipsis specimenibus a *Hoccone* lectis, cujus iconem t. 47 ipse etiam *Smith* laudat ad *E. tricuspdatum*, et *E. Zanoni* contulit cum specimenibus *Herb. Desfont.* An ergo *E. triquetrum Desfont.* alia species quam illud *Vahl*? *E. Bocconi Poir.* est caule recto pedali vel parum ultra, tereti, ut plurimum simplici apice parum ramoso. Folia

radicalia petiolata, inferiora caulina subpetiolata, dentibus crassis subspinosi, laciniis angusto-lanceolatis. Involucra 7-9 anguste lanceolata, spinosa, capitulo hemisphaerico duplo longiora. Paleae tricuspidae. *Poiret* ad specim. *Bocconi* in Sicilia lecta. Eadem ex *Barbaria Desfont.* *E. Zanoni Poiret* vero est caulis vix pedalis, ramosus, paniculatus, ramis patentibus, parum foliosis. Folia radicalia petiolata, dentibus subspinosi, caulina sessilia. Involucrum e foliolis 3-4 subulatis brevibus rigidis patentibus. Capitula numerosa, minima. Paleae simplices. *Poiret* ad specimina o *Barbaria* in *Herb. Desfont.*) Sch.

14. *E. carthamoides Smith*; foliis omnibus cordato-oblongis amplexicaulibus dentatis glabris, caule simplici paucifloro, involucri foliolis ovatis dentatis coloratis, paleis integris. *Smith* in *Rees Cyclop.*

In *Mauritania. Broussonet.* Caulis simplicissimus pedalis purpurascens, capitula quina aut sena caerulea gestans.

15. *E. asperifolium Laroche*; foliis radicalibus cordato-ovalibus crenato-dentatis asperis subtus pubescentibus, caulinis incisissimis, caule dichotomo, involucri foliolis ovato-lanceolatis glaucis, capitulis demum cylindricis, paleis tricuspidae. *Laroche. Hist. Eryng. t. 11. (n. 17. Trattinn. tabular. t. 355. Poiret Enc. meth. Suppl. III. p. 289.)*

Patria ignoratur: in horto parisino colitur.

(Obs. Caules laeves, glauci, erecti, 2-3 ped., apice ramosi. Folia omnia integra. Capitula glauca, primum parva, involucri foliolis 8-9, ovato-lanceolatis, dentibus utrinque 2-3, sat magnis. Cal. vesiculis ovatis acutis transparentibus. Cor. alba. Stamina corollâ triplo longiora. Stigmata capita. Discus germinis cyaneus. 4. *Poiret.*) Sch.

16. *E. dichotomum Desfont.*; foliis radicalibus cordato-oblongis obtusis crenatis sublobatis, caulinis palmato-incisissimis, ramis dichotomis coloratis, involucri foliolis longissimis rigidis pungentibus integerrimis, paleis subulatis subtricuspidae. *E. syriacum ramosius. Moris. Sect. VII. t. 37. f. 13.*

E. orientale tenuiter incisum
E. syriacum Lam. Enc. IV. p. 759. Laroche.
Tourn. Cor. 23. Att. I. p. 226. t. 55. Trattinn. tabular. t. 362.

E. dichotomum Desf. Hist. Eryng. p. 41. (n. 22. Poiret
n. 363. Pers. Syn. I. p. 299. n. 12.)
Enc. Suppl. IV. p. 290. E. caeruleum Marsch. a Bieb.
Pl. Taur. Cauc. I. p. 200. (Pers. Syn. I. p. 299 n. 9)

β. E. falcatum (fol. radical. cordatis, caulinis subdigitatis, laciniis falcatis deflexis, capitulis rotundis, caule virgato) *Trattinn. tabular. n. 363.)* non differt nisi colore viridi partium et laciniis foliorum magis falcatis.

In Asia minore, Libano, Creta, Caucaso, Mauritania (et circa Monspelium.) 4. Statim dignoscitur habitu diffuso ramosissimo, involucri longissimis rigidis pungentibus, capitulorum colore caeruleo.

(*Obs.* E. orientale tenuiter incisum capite stellato pallide virens et amethystinum *Tournef. Cor. p. 23.* clo *Laroché* species erat dubia, qui E. *dichotomum* fol. rad. oblong. cord., caulinis palmatis patulis, capit. rotundis, caule flexuoso inferne ramoso, in 3 distinguit varietates: α . caule ramosissimo. Huc *Desfont. t. 55.* β . subcaule. Huc *de la Roche t. 14. (Tratt. tabular. t. 363.)* γ . elatius, foliis radicalibus tripartitis. In α . folia 2 poll. et ultra, crenata, umbellae dichotomae, capitulum involucellis 5, duplo triplove brevius. Affine *plano*, sed omnibus partibus minus. Caulis longe tenuior, pedalis circiter, albus, capitula parva. Cor. alba calyce duplo brevior. In γ . involucrum maximum, capitula saepe azurea. α . in *Mauritaniae* et *Aegypti* maritimis, β . in *Oriente* *Labill.* γ . cum varietatibus plurimis in *H. parisin.* ex *Aegypto*. In E. *falcato* caulis erectus circiter 3 ped., fol. radicalia longe petiolata, floralia terna. Involucri foliola 5-7, capitulis duplo longiora, dentibus spinosis praeter spinas alternas crassas ad apicem pedunculi. Paleae tricuspidatae. In *Libano* de *Labillardiere. Ill. Marsch. a Bieb.* E. suum *caeruleum* a *plano* distinxit involucris indivisis capitulo quadruplo longioribus, paleis subulatis, cum in *plano* involucra capitulo vix duplo longiora subpinnatifida spinosa, paleis exterioribus tricuspidatis.) Sch.

17. E. *giganteum* MB.; foliis radicalibus profunde cordatis crenato-dentatis, caulinis amplexicaulibus inciso-lobatis serratis, caule dichotomo superne colorato, involucri amplis inciso-serratis capitulo majoribus, paleis latiusculis tricuspidatis. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 201.*

In Armeniae ibericae alpestribus. 4. Planta orgyalis, superne amethystina. Involucra latissima foliis superioribus similia.

18. * E. *maritimum*; foliis radicalibus subrotundis plicatis spinosis, superioribus lobatis palmatis amplexicaulibus rigidis, involucri amplis capitula ovata superantibus, caule decumbente ramoso, paleis tricuspidatis. E. *marinum* *Dod. 730.* *Matth. ed. C. Bauh. 505.* *Lobel. ic. II. p. 21.* *Clus. Hist. II. p. 159.* *Gerard. emac. p. 1162.* *Dalech. p. 1459.* *Camerar. epit. p. 488.* *Parkins. theat. p. 986.* *Moris. Sect. VII. t. 36. f. 6.* E. *maritimum* *Linn. Hort. Cliff. p. 87.* *Willd. Spec. I. p. 1358.* (*Smith Brit. p. 288.* *Pers. Syn. I. p. 299. n. 10.*) *Engl. Bot. p. 718.* *Fl. Dan. p. 875.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 355.* *Desfont. All. I. p. 224.* *Rafn Fl. Dan. II. p. 287.* (*Pers. Syn. I. p. 299. n. 11.* *De Laroche Hist. Eryng. n. 16.* *Jaume St. Hilaire 44. t. 3.* *Trattinn. tabular. t. 209.*)
 β . E. *ilicifolium* (fol. indivisis, inferioribus lato-ovatis den-

tato-spinosis, capitulis oblongis sessilibus, paleis lingulatis tricuspidatis. *Poiret* in) *Lam. Enc. IV. p. 757.* *Desfont. Atl. I. p. 225. t. 53.* *Cav. Annal. de cienc. nat. III. p. 31.* (*De Laroche Hist. Eryng. n. 14. Trattinn. tabular. t. 765.*) differt staturâ nanâ et gracilitate partium.

In arenosis maritimis totius Europae ipsiusque Africae. 4.
Rigiditas et albedo totius plantae insignes.

(Obs. *E. maritimo* *Linnaeus*, auctore *Smith l. c.*, radix repens, flagelliformis. Herba glauca. Caulis erectus ramosus teres striatus. Folia reniformi-subrotunda lobata nervosa rigida glabra, radicalia petiolata. Capitula conica. Involucra foliis conformia, patentia. Paleae tricuspidatae floribus longiores, spinosae. Dentes calyceini erecti spinosi. Flores caerulei. *E. ilicifolium*, fol radical, obovatis, petiolis semiteretibus gracilibus, involucri foliolis subspathulatis, capitulis oblongis *De Laroche l. c.* in duas ab hoc generis Monographo dispescitur varietates: α . capitulis ovato-oblongis, involucri foliolis spathulatis. *E. ilicifolium* *Lam. Desfont. Atl. t. 53. Cavan. Annal.* β . capitulis cylindricis, involucri foliolis pinnatifidis. *Brotero Fl. lusit.* Caulis dichotomus utrinque, folia dentato-spinosa margine cartilaginea, paleae tricuspidatae. *Brotero Fl. lusit. p. 415* in *maritimo* suo folia glaucescentia, involucrum univ. plerumque hexaphyllum, caerulescens, calycem proprium spinis 5 petit. An re verâ hujus loci? *E. ilicifolium* *Brotero Fl. lus. p. 419* sequentibus describit: „Rad. breviter ramosa. Caulis $1\frac{1}{2}$ - 1 ped., teres, glaber ut tota planta, erectus, simplex, apice vix ramulo uno alterove. Folia dentibus spinosis fere *aquifolii*, suprema sessilia, semiamplexicaulia, dentato-spinosa. Capitula terminalia, 2-3. Involucrum pinnatifido-spinosum, diametro capituli paulo latius, illiusque altitudine multoties brevius. Capitulum crassitudine digiti minimi, 1 - 2 poll. Calycis foliola apice spinâ unicâ. Paleae flosculis valde longiores, tricuspidatae. Semina squamis imbricatis.“ In *asperis subalpinis* *Gerz. D. P. Link, clo. Poiret. (O.) Sch.*

19. * *E. alpinum*; foliis inferioribus cordatis petiolatis inciso-serratis, superioribus ternatis amplexicaulibus, caule simpliciusculo superne colorato, involucri pinnatifidis ciliatis setosis capitula oblonga superantibus, paleis integris. *E. planum* *Matthioli. Dod. p. 752.* *Alpinum caeruleum* *genevense. Lobel. adv. p. 375. Ic. II. p. 25.* *E. aliud montanum. Dalech. p. 1460.* *Αλπικολειόκαλον Richer* *E. alpinum latis foliis J. de Bellev. Ic. t. 203. 204.* *Moris. Sect. VII. t. 35. f. 10.* *Bauh. Hist. 3. I. p. 88.* *Scop. Carn. n. E. alpinum Willd. Spec. I. p. 1359.* *Vahl Symb. II. p. 46.* *Jacq. Ic. rar. I. t. 55.* *Hall. Helv. n. 736.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 356.* (*E. fol. radical. cordatis, capitulis subcylindricis, involucri foliolis circiter 20 pinnatifidis molliusculis. De Laroche Hist. Eryng. n. 19. β. Bot. Mag. t. 922.* *Trattinn. tabular. t. 205.* *Pers.*

Syn. I. p. 299. n. 8.) β . *E. rigidum* (foliis palmato-laciniatis, bracteis rigidis pinnatifidis pungentibus, caule crasso. *Poiret* in) *Lam. Enc. IV. p. 753.* *Pers. Syn. I. p.*

299. n. 7. *Spina alba Dalech. p. 1462.* *Rich. de*

Bellev. Ic. t. 205. *E. Spina alba Vill. Delph. p. 660.*

t. 17. *Decand. Fl. fr. IV. p. 356.* (E. fol. radical.

3-5-partitis, lobis profunde dentatis aut dichotome incisus,

capitulis subcylindricis, involucri foliolis pinnatifidis rigidis-

simis.) *Laroch. Hist. Eryng. t. 3. (n. 4.* *Trattinn.*

tabular. t. 210.) γ . *E. Olivierianum* (fol. radical. corda-

tis, caulinis profunde trilobis, capitulis subcylindricis, invo-

lucri foliolis 12 rigidis linearibus, dentato-spinosis.) *La-*

roche Hist. Eryng. t. 12. (n. 18. *Trattinn. tabular.*

t. 770.) Non differt nisi colore partium viridi.

In alpibus helveticis cottiis rhaeticis (dalmaticis), et in

montibus Persiae. 4. Varietas β rigiditate partium et

crassitie differt. Folia quidem primordialia integra caduca,

reliqua fere tripartita.

(*Obs. De Laroch. E. alpini* duas distinguit varietates: α . paleis sim-

plicibus aut tricuspidatis. *E. alpinum L.* β . paleis pinnatifidis

longissimis, quae in Angliae hortis colitur. Ad *E. Spinam albam* lau-

dat *E. alpinum Linn. Mant. alt. 349.* *E. rigidum* minime esse *al-*

pini varietatem *Poiret l. c.* contendit, cum caulis 8-10 poll., cras-

sus, ramis simplicibus, unifloris, qui in *alpino* 1 $\frac{1}{2}$ ped., fore simplex,

1-3-florus. In *rigido* folia palmato-laciniata, in *alpino* cordata in-

tegra, qualia in *rigido* nonnisi primordialia. In hoc involucria 9-10

lanceolata, pinnatifida, albida, rigida, fortiter spinosa, in *alpino* plura,

oblonga, mollia, ciliata, vix multum pungentia, azurea. Novam *alpini*

varietatem sub β *Decand.* habet in *Suppl. Fl. gall. p. 515.* et

Lois. Not. 45: involucriis floribusque albis et foliis superioribus minus

profunde incisus; et olim in *Spina alba* quoque distinxit β caule ab-

breviato, capitulis elongatis. *E. Olivierianum* praeter colorem ri-

ridem ab *alpino* differre *Laroch. monet:* foliis inferioribus profundius

lobatis, involucri foliolis paucioribus, rigidioribus simpliciter dentatis,

foliorum spinis rigidioribus brevioribus. *Ex Oriente* retulit hoc div.

Olivier.) Sch.

20. * *E. pusillum*; foliis radicalibus lanceolatis integris aut pinnatifidis, floralibus palmatis, capitulis sessilibus, involucriis capitula superantibus integris pungentibus, basi appendice scariosâ. *E. pusillum planum Montoni Clus. Hist. II. p. 158.*

Lobel. Ic. II. p. 22. *Gerard emac.*

p. 1165. *Dalech. p. 1461.* *Parkins. theatr. p.*

986. *Moris. Sect. VII. t. 36. f. 11.* *E. pumilum*

Barrel. Ic. p. 1247. *E. pusillum Linn. Hort. p. 87.*

Willd. Spec. I. p. 1357. *Lam. Enc. IV. p. 757.*

Desfont. Atl. I. p. 223. (*De Laroch. Hist. Eryng.*

n. 25. *Trattinn. tabular. t. 212.)* β . *E. odora-*

tum (fol. inferioribus oblongis dentato-spinosis, superiori-

bus subdigitatis, caule dichotomo, capitulis sessilibus, involucriis brevissimis. *Poiret in) Lam. Enc. IV. p. 756* distinguit involucriis capitula aequantibus, fol. radicalibus subpinnatifidis.

γ. E. galioides (E. foliis sessilibus digitatis spinosis minimis, caule gracili debilique dichotomo, capitulis sessilibus. *Poiret in) Lam. Enc. IV. p. 757* differt foliis angustissimis, capitulis minoribus.

In Hispania, Lusitania, Mauritania. Quid sit *E. pusillum Jundz. Fl. Lithuan. p. 82.* plane nescio.

(*Obs. De Laroche l. c.* distinguit: *α.* foliis radicalibus lineari-lanceolatis subintegris, capitulis multifloris. *β.* caule minimo decumbente, capitulis paucifloris. *E. odoratum β. Lam.* (quod *E. palustre lusitanicum humifusum Tournef. Inst. 327.*) *γ.* caule suberecto, foliis inferioribus subpinnatifidis parvis, capitulis paucifloris. *E. galioides Lam.* *δ.* caule suberecto, foliis inferioribus pinnatifidis magnis, capitulis paucifloris. *De Laroche t. 16. E. odoratum α. Lam.* *E. pusillum Poiret l. c. (Pers. Syn. I. p. 300. n. 24.)* caule est 5-8 poll., a basi dichotomo ramoso, ramis patentibus; foliis radicalibus oblongis spathulatis planis dentatis, vix incisiss, denticulis spinosis; caulinis basi incisiss, spinosioribus; capitulis numerosis, involucrio foliolis 9-12 subulatis apice et basi spinosis. *In Hispania et in Oriente. 4.* *E. galioides Poiret l. c. (Pers. Syn. I. p. 300. n. 21.)* caule est debili gracili a basi dichotomo ramoso, 7-8 poll.; folia illi sub singula dichotomia opposita digitata, hinc verticillata, laciniis angustis; capitula minima abscondita in involucriis foliis caulinis similibus. *In humidis Lusitaniae.* *E. odoratum Poiret (Pers. Syn. I. p. 300. n. 23.)* est caule gracili 6-8 poll., superne dichotomo, ramis patentibus. Folia huic radicalia anguste lanceolata dentata subpinnatifida, 2 poll.; caulina similia breviora, superiora 3-5-fida, laciniis angustis dentato-pinnatifidis. Involucria foliis vix longiora e foliolis 5-6 lanceolato-subulatis spinulosis. Paleae floribus multo-longiores, ovato-lanceolatae, tricuspidae, apiculis lateralibus minimis. *In Lusitaniae humidis. Confer corniculatum.) Sch.*

21. *E. tenue Lam.;* foliis radicalibus spathulatis inciso-dentatis, caulinis palmatis angustissimis, involucriis linearibus patentissimis capitula colorata superantibus, paleis tricuspidae elongatis spinulosis. *E. pumilum hispanicum Clus. Lo-*
Dodon. p. 732. Dalech. J. Bauh. Moris. E. te-
Hisp. p. 456. Hist. II. p. 159. Gerard emac. p. 1164. Tabernaem. ed. Bauh. p. 1074. Parkins. theat. p. 986. Tournef. Inst. p. 327. Desfont. Fl. Atl. I. p.
bel. Ic. II. p. 23. Hist. 3. I. p. 87. Sect. VII. t. 35. f. 15. Lam. Enc. IV. p. 755. (Laroche Hist. Eryng. n. 12.)

In Hispania, Lusitania et Mauritania. ☉. Caulis debilis dichotomus, folia angustissima, capitula amethystina.

(*Obs.* Subinde 3-4-, in fertilioribus 6-10 poll.; rami inferiores alterni,

superiores oppositi. Foliorum caulinorum foliola angusto-lanceolata, involucella subulata serrato-spinosa, capitulo longiora, paleae dorso spiniferae. *Larøche.* „Non est varietas *E. pusilli*, quia radix non perennis, caulis crassior, involucrum spinosius, capitula non sessilia, nec folia caulina integra, qualia a *Joh. Bauhin Hist.* 3, p. 87. petuntur. Rad. brevis, crassitie pennae gallinae; caulis $1\frac{1}{2}$ - 1 ped., aut paulo altior, teres, glaber ut tota planta, erectus, e medio ad apicem ramosus, ramis inferioribus alternis, supremis oppositis, caule pedunculiformi capitulum unicum ferente valde longiores, omnes trichotomi. Folia radicalia oblonga; infima caulina similia, parum distantia, alterna, superna opposita, omnia semiamplexicaulia, subcuneata, lacinae 5-7 fere opposito-serratae, dentibus in spinulas molles terminatis, mediae longiores, $1\frac{1}{2}$ poll. Involucrum saepius e foliolis 8 similibus laciniis foliorum, sed spinulis rigidioribus, nonnullis apice reflexis, capitulo fere triplo longioribus, caerulescentibus. Capitula parva, ovato-subrotunda, terminalia, omnia pedunculata. Flores caerulescentes, paleae flosculis longiores, trifurcae, inferne spinulam unam alterave. *Ad Mantegias prope Herminium, et circa Amarante.* ☉. *Brotero Fl. lusit.)* Sch.

22. *E. aquifolium Cav.*; foliis obovatis dentato-ciliatis in petiolum vaginantem ciliatum attenuatis, superioribus auriculatis, involucris lanceolatis spinosis, paleis tricuspidadatis. *Cavan. Annal. de Cienc. nat.* III. p. 32. *Laroch. Hist. Eryng.* t. 10. (n. 15. *Trattinn. tabular.* t. 753. *Poir. Enc. Suppl.* III. p. 289. *E. maritimum* β . *Pers. Syn.* I. p. 299. (excl. syn. *Fl. dan.*.)

In Hispaniae ora meridionali, maxime ad Columnas Herculis. 4. Capitula caerulea.

(*Obs.* Folia radicalia 3 poll., poll. lata. Caulis erectus, pedalis. Folia floralia verticillata, terna. Involuceri foliola 7-8, capitula rotunda, sat magna. Paleae calyce parum longiores. Receptaculum subcylindricum. Cor. alba longitudine calycis. *Poiret.)* Sch.

23. *E. corniculatum Lam.*; foliis radicalibus oblongo-lanceolatis dentato-spinosis, petiolis fistulosis, caulinis subtrifidis amplexicaulibus, caule trichotomo, involuceri foliolis integerrimis capitula superantibus pungentibus, capitulis spinam coronatis. *E. lusitanicum palustre Moris. Sect. VII.* p. 166. n. 18. *Tournef. Inst.* p. 327. *E. corniculatum Lam. Enc.* IV. p. 758. *Laroch. Hist. Eryng.* t. 15. (n. 23. *Trattinn. tabular.* t. 756. *Sims bot. Mag.* t. 1427. *E. cornutum Don. Cantabr. ed.* 4. p. 56. *E. suaveolens H. Paris. fide Poir. Enc. Suppl.* IV. p. 288.)

In Lusitania. 4.

(*Obs.* *Brotero* sub suo *ERYNGIO corniculato* foliis radicalibus lanceolatis dentatis partitise longe petiolatis, petiolis fistulosis intus articulatis, caulinis supremis tricuspidadatis, capitulo conico spinam longam saepius terminato *Fl. lusit.* p. 416. junxit, (annuente clo. *Link*) *ERYNG.*

corniculatum, *odoratum* et *galioides* Lam. s. *Eryng. palustre lusitanicum corniculatum*, *Eryng. pal. lus. erectum Psyllii capitulo*, et *Eryng. pal. lus. humifusum Tournef. Inst. r. h. p. 327*, monens „plantam nimis variare pro soli siccis aut plus minusve humidi diversitate, ut in *Hort. Conimbricensi* et alibi observavi. In siccioribus involucria interdum brevissima, capitula sessilia aut subsessilia, minora, odorata citri odore; receptaculi paleae subtrifidae, calyce valde longiores; caulis ramosior humilior, gracilior, debilior; coma spinosa capituli vel adest vel deest; folia interdum sessilia, minima. In humidioribus habitus saepius undique major, ut in descriptione data, et flores inodori, praesertim si locus simul subumbrosus.“ Speciem ipsam hanc polymorpham describit sequentibus. „Rad. fibrosa, perennis. Caulis saepe solitarius, interdum 2-3, erectus aut obliquus, aut prostratus, 1/2-1-ped. et altior, fistulosus, teres, laete viridis, glaber, dicho-trichotomusve pedunculo in bifurcatione semper ramis brevior, interdum etiam inferne ramosus, ramis alternis bi-trichotomis. Folia radicalia saepius erecta, petiolis longis subteretibus fistulosis articulatis, septis transversis; lamina folii primum lanceolata s. ovato-lanceolata, denticulata, demum tri-quinquepartita, vage dentata, spinosa; folia infima caulis partita, dentato-spinosa, etiam longis petiolis canaliculatis, ut media, minora, brevissima, subpalmata, laciniis 5 inaequalibus concavis subulatis, apice et interdum ad latera spinosis, basi angustata, sursum convoluta, ramos semi-vaginantia, superiora et suprema opposita sive terno-verticillata, tripartita, basi brevi semivaginantia, laciniis subulatis concavis saepe integerrimis. Involucrum „patentissimum, rarius e foliolis 6, subulatis, concavis, carinatis, integerrimis, apice spinosis, saepius capitulo valde longioribus, subaequalibus, sexto, si adest, duplo brevior. Capitulum obtusum 3-7 lin, apice foliolo longo spinoso, ad cuius latus saepe foliolum aliud brevissimum, ambo instar bractee, caeruleum. Calycis lacinae mucronatae; paleae indivisae longitudine calycis subpungentes. Semina obovata, setis mollibus brevissimis.“ In humidis inundatis ad Tagum. 4.) Sch.

24. *E. virginianum* Lam.; foliis lineari-lanceolatis ensiformibus longissimis; involucri foliolis reflexis paleisque trifidis; capitulis paniculatis. *E. lacustre virgin. Plukn. t. 596. f. 3.* *Moris. Sect. VII. t. 37. f. 22.* *E. virginianum Lam. Enc. IV. p. 759.* *Laroch. Hist. Eryng. t. 19. (n. 29.)* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 189.* *Bar- ton Comp. Fl. Philad. I. p. 136.* (*Trattinn. tabular. t. 782.*) *E. aquaticum Mich. Flor. bor. Amer. I. p. 163.*

Ad ripas fluviorum in Virginia, (in Americae septentr. paludosis a mari aestuante inundatis a Pennsylvania ad Virginiam.) 4.

(Obs. Huc, quoad synonymon *Pluk.*, *E. aquaticum* β . *Linn.* et *Willd. Spec. I. p. 1357* suadente etiam *Pursh*. Caulis cavus, praecaltus; folia serrata, ramea lineari-multipartita; involucri foliola (6-7) capitulo ovoideo longiora paleaeque 3-5-fidae, capitulis paniculatis. Flores virentes aut pallide caerulescentes. *Pursh* qui varietatem proliferam floribus pallide purpureis legit.) Sch.

25. *E. virgatum* Lam.; foliis omnibus ovato-cordatis

brevissime petiolatis dentatis, caule simpliciusculo virgato superne colorato, involucri foliolis linearibus pungentibus capitula globosa excedentibus, paleis tricuspидatis. *Lam. Enc. IV. p. 757.* *Laroché Hist. Eryng. t. 20. (n. 30. Trattinn. tabular. t. 781. Pers. Syn. I. p. 300. n. 20.) Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 189. E. integrifolium Walt. Carol. p. 112. E. ovalifolium Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 163. (Pers. Syn. I. p. 300. n. 28.)*

In pratis udis et sylvis Carolinae et Georgiae. 4. Herba pedalis, capitula parva corymbosa caerulea.

(*Obs.* Caulis superne tantum ramosus. Involucri (6-7-phylli) foliola trifida. *Laroché.* Capitula omnia pedunculata *Pursh.*) *Sch.*

26. * *E. foetidum*; foliis radicalibus lanceolatis basi attenuatis serrato-spinulosis, floralibus multifidis, involucri subsessilibus lanceolatis serrato-spinosis capitula multoties excedentibus. *E. american. foetid. Herm. Lugd. bat. p. 236. 237. Sloan. jam. t. 156. f. 3. 4. E. foetidum Linn. S. V. p. 223. Willd. Spec. I. p. 1356. Swartz Obs. bot. p. 110. Pursh Fl. Sept. Amer. p. 189. (De Laroché Hist. Eryng. n. 31.)*

In Georgia, Florida, in insulis Indiae occidentalis. ♂. Odore tetro insigne. Planta pedalis, dichotoma, distinguitur capitulis parvulis pallidis, involucri axillaribus subsessilibus.

(*Obs.* „Rad. ☉. seu ♂. Folia radicalia obtusiuscula, serraturis spinosis innocuis. Caulis pedalis viridis subangulatus dichotomus patens, ramis ultimis flexuosis. Folia ramea opposita amplexicaulia cuneata subconnata margine dentata semitrida, laciniis lanceolatis, angulis omnibus terminatis spinâ purpurascente. Pedunculus e dichotomiis rectus articulis brevior, triangulus, lateribus striatis. Involucra subhexaphylla horizontalia flore longiora, foliolis lanceolatis nervosis spinosis apice et unâ alterâve serraturâ. Receptaculum commune cylindricum, unde flos cylindricus. Flosculorum calyx 5-dentatus longitudine corollae. Petala 5 exalbida involuta. Filamenta capillaria petalis duplo longiora alba. Antherae testaceae. Stylus bipartitus persistens. Semina tecta undique punctis hemisphaericis. Paleae lineares acutae longitudine flosculorum. Odor totius eximie teter. Decoctum antifebrile.“ *Linn. In Virginia non occurrere Poiret in Lam. Enc. IV. p. 758.) Sch.*

27. *E. nasturtiifolium Juss.*; foliis omnibus lanceolatis apice dilatatis subpinnatifidis; capitulis ovatis sessilibus, involucri paleisque lanceolatis subulatis elongatis. *Laroché Hist. Eryng. t. 17. (n. 26. Trattinn. tabular. t. 768.)*

In America meridionali. Houston. ☉. (Caulis vix 2-3 poll., a basi ramosus, ramis reversis saepe bis dichotomis; foliorum mollium lobi ovati, dentati, acuti, terminali maximo rotundato. Folia floralia opposita, profundius divisa. Involucri foliola 6-8, rigida, integerrima. Paleae calyce quadruplo longiores. Calyces minimi squamis albis, limbi lobis ovatis mucronatis. Herb. de Jussieu.) Sch.

28. *E. vesiculosum* *Labill.*; foliis radicalibus lanceolatis dentato-pinnatifidis, surculis decumbentibus, involucris lateralibus lineari-subulatis, calycibus pappulosis. *Labill. nov. Holl. I. t. 98.* *Laroch. Hist. Eryng. p. 87. (n. 27.)*

Trattinn. tabular. t. 780. *Poiret Enc. meth. Suppl. p. 291.)*

In terra van Diemen. 24. Planta pusilla, caule repente. Fructus contusus terebinthinam olet.

(Obs. Subcaule, radice nigra. Folia pinnatifido-spinosa, subtus glauca, floralia linearia trifida, pedunculi laterales, capitulo parvo 5-10-floro, involuero 5-phyllo; paleae subulatae; vesiculae acuminatae semina obtinentes; stamina corollâ longiora. *Poiret.*) Sch.

29. *E. Cervantesii* *Laroché*; surculis decumbentibus; foliis floralibus linearibus trifidis, involucri subsessilis foliolis subulatis patentibus capitula superantibus, fructibus squamosis. *Laroché Hist. Eryng. t. 18. f. 1. (n. 28.)* *Trattinn. tabular. t. 359.* *E. viviparum* *Cervantes Fl. mexic. ined.)*

In Mexico. 24? (Capitula parva globosa pallide viridia, involuero 3-phyllo; paleae integerrimae subulatae calyce parum longiores; squamae in calyce parvae albae mucronatae; corollae longitudine calycis. Stylus corollâ duplo longior.) Sch.

30. *E. nudicanle* *Lam.*; foliis radicalibus obovatis, serrato-spinosis, serraturis ciliatis, caule simpliciusculo subaphyllo, involucris lanceolatis spinosis, capitula (rotunda subsessilia) aequantibus, paleis subulatis. *Lam. Enc. IV. p. 159. Illustr. t. 187. f. 2.* (*Laroché Hist. Eryng. n. 32.*) *Trattinn. tabular. t. 769.)*

Ad montem Video. *Commerson.* (Folia radicalia in petiolum attenuata, 2 poll. et 2 1/2 poll., 8-9 lin. lata. Caulis 4 poll., apice ramis 3-4, sub quibus folia sessilia pinnatifida. Capitula parva. Involucra e foliis 6-8.) Sch.

31. *E. Phyteumae* *Laroché*; foliis lineari-lanceolatis crenulatis, caule simplicissimo subbifloro, involucris linearibus reflexis capitulo brevioribus. *Laroché Hist. Eryng. t. 21. (n. 33.)* *E. Phyteumatis* *Trattinn. tabular. t. 772.)*

In regno mexicano. *Humb. et Bonpl.* Planta 1 1/2 ped.; capitula caerulea.

(Obs. Caules 1 1/2 ped., ramo plerumque unico laterali. Folia remota elongata molliuscula crenulis mucronatis. Capitulum unicum oblongum coronatum foliolis 4-5 linearibus acutis, involuero 9-10-phyllo, vix dentato. Squamae albae ovatae imbricatae in calyce corollâ duplo longiore. Stamina et styli corollâ triplo longiora. *Laroché.*) Sch.

32. *E. Bonplandi* *Laroché*; foliis radicalibus ovato-oblongis (obtuse) crenatis, caule nudiusculo subunifloro, in-

volucris foliolis lanceolatis paleisque acuminatis, calyce tuberculato. *Laroché Hist. Eryng. t. 22.* (*Trattinn. tabular. t. 754.*)

In nova Hispania. Humb. et Bonpl. 4.

(*Obs.* Caules graciles 1 1/2 ped., vix apice ramosi. Folia radicalia longe petiolata crassa molliuscula, 2-poll., caulina lanceolata sessilia. Involucris foliola 8, conniventia, integerrima, paleis parum longiora, ab iisdem vix distincta. Tubercula calycis ovata rugosa transparentia imbricata. Cor. longitudine calycis. *Laroché.*) Sch.

33. *E. serratum Cav.*; pauciflorum; foliis radicalibus lanceolatis, profunde serratis; caule nudiusculo simplici; involucris foliolis paleisque subulatis. *Cav. Annal. de Cienc. nat. II. p. 132. Ic. VI. t. 654.* *Laroché Hist. Eryng. p. 53. (n. 35.)* *Trattinn. tabular. t. 776.*)

In nova Hispania. 4. (Caules pedales, graciles, erecti, vix ramosi. Folia radicalia subinde pinnatifida; floralia opposita in medio ramorum. Capitula parva globosa. Involucris foliola 8-10 a paleis vix distincta, iisdem longiora, conniventia. Cal. squamis albis. Cor. calyce duplo brevior. *Laroché.*) Sch.

34. *E. Carlinae Laroch.*; foliis radicalibus lanceolatis profunde serratis acutis, caulinis multifidis incisis, involucris foliolis incisis discoloribus capitulo ter longioribus, paleis subulatis simplicibus. β . caule decumbente involucris capitula (oblonga) aequantibus. *Laroché Hist. Eryng. p. 83. t. 23. (n. 36.)* *Trattinn. tabular. t. 358.*)

In nova Hispania. 4. Involucra supra flava, capitula caerulea.

(*Obs.* In α . caulis erectus, involucris foliola capitulo ovato duplo et ultra longiora. Rad. fusca, fusiformis. Caulis circiter pedalis fuscus sulcatus, ramis simplicibus vel dichotomis. Folia radicalia numerosa sessilia, 3 poll.; capitula parva ovata vel oblonga; involucrum foliolis 8-10 supra laevibus, lanceolatis, in β ovatis; cal. tuberculis brevibus albidis concis; cor. calyce duplo brevior.) Sch.

35. *E. gracile Laroch.*; foliis radicalibus ellipticis subcordatis crenatis, caule nudiusculo paucifloro, involucris foliolis lineari-lanceolatis pungentibus subtus discoloribus capitulo duplo longioribus, paleis simplicibus subulatis. *Laroché Hist. Eryng. p. 54. t. 24. (n. 37.)* *Trattinn. tabular. t. 364.*)

In nova Hispania. 4. Involucra subtus lutea lucida, capitula exigua.

(*Obs.* Rad. fusiformis gracilis nodosa. Caulis subsimplex; fol. radicalia molliuscula, 1 1/2 lin., vix pollicem lata, obtusa, floralia 2 opposita. Capitula globosa. Involucra 8-phylla. Paleae calyce nudo duplo longiores. Cor. longitudine fere calycis. Filamenta corollae duplo longiora. *Laroché.* An *E. gracile Nuttall* re vera eadem species?) Sch.

36. *E. stellatum* Mutis; foliis omnibus lineari-lanceolatis crenatis, pedunculis elongatis, involucri foliolis oblongis incisiss spinosis supra lucidis discoloribus capitula superantibus, paleis subulatis. *Laroché Hist. Eryng. p. 55. t. 25. (n. 38. Mutis Fl. bogot. ined. Trattinn. tabular. t. 777.)*

In *S. Fe de Bogota Americ. merid.* 4. Involucra supra lutea lucida: capitula azurea.

(Obs. Caulis gracilis, basi inflexus, 1-2-ped., ramis simplicibus. Folia radicalia 1 1/2 poll., longe petiolata, caulina sessilia; floralia 2-3; capitula parva; involucrium 7-8-phyllum; paleae calyce longiores, molliusculae; calyx tuberculis seriatim dispositis, corollâ parum longior. Filamenta corollâ duplo longiora. *Laroché.*) Sch.

37. *E. humile* Cav.; subacaule, foliis radicalibus obovatis dentato-spinulosis, involucri foliolis lanceolatis subtricuspidatis. *Cavan. Ic. VI. t. 556. f. 1. Laroché. Hist. Eryng. p. 55. t. 18. f. 2. (n. 39. Trattinn. tabular. t. 763.)*

In *summis Andium jugis Peruviae.* 4. Variat acauli formâ et caulescente, ut et digitalis occurrat. Involucra et capitula lutescentia.

(Obs. Cls. de *Laroché* in *E. himili Cav.*, fol. ovatis serrato-spinosis, capitulo conico, involucri foliolis ovato-lanceolatis integris aut apice tricuspidatis, superne laevibus, luteis, distinxit: α . caulescens, involucri foliolis tricuspidatis. Huc *Cavan. t. 556. f. 1.* β . caulescens, involucri foliolis integris, γ . acaule, involucri foliolis tricuspidatis. *Trattinn. tabular. t. 764.* α vix 5 poll., foliis radicalibus numerosis, 1-2 poll.; folia floralia terna; involucri foliola 10; capitula conica; paleae subulatae integrae vix longitudine calycis; cal. tuberculis oblongis obtusis ad latera tectus, stylis brevior. α in *Chimborazo et St. Antonio*; β et γ haud procul *Quito. Humb. et Bonpl.)* Sch.

38. *E. subacaule*; foliis radicalibus lanceolatis acutis subcrenatis, pedunculis radicalibus, involucri lanceolatis acutis supra discoloribus, capitula conica superantibus, paleis simplicibus subulatis. *Cav. Ic. VI. t. 556. f. 2. Laroché. Hist. Eryng. p. 56. (n. 40. Trattinn. tabular. t. 778.)*

In *nova Hispania (in ditione Chalmæ).* 4. Planta subacaule, involucra lutea.

(Obs. Cespitosum; radices fibrosae; folia 2 fere poll., petiolo brevi; flores solitari in capitulis brevibus conicis; pedunculus foliis parum longior; involucri foliola 8, apice utrinque dente acuto; paleae calyce parum breviores. Cal. vesiculis ovatis acutis numerosis. *Laroché.*) Sch.

β . Foliis radicalibus multifidis 39—50.

39. *E. triquetrum* Vahl; foliis radicalibus trilobis incisiss dentatis spinosis, floribus corymbosis coloratis, pedun-

culis triquetris, involucris subtetraphyllis (lanceolatis) pungentibus carinatis capitula superantibus. *Vahl Symb.* II. p. 46. *Desfont. Fl. Atl.* I. p. 225. t. 54. (*Willd. Spec.* I. p. 1359. *Trattinn. tabular.* t. 779.)

In regno tunetano.

(*Obs.* *De Laroche Hist. Eryng. n.* 24. *E. triquetrum*, foliis radicalibus cordatis lobatis etc. sub praecedente subdivisione adduxit et involucella subulato-caniculata eidem tribuit. Videtur ergo potius plantam cli. *Desfontaines* (confer *E. tricuspdatum*) quam illam *Vahli* ante oculos habuisse, quae sequentibus describitur in *Symb.* I. c. "Caulis erectus rigidus spithamaeus vel pedalis, ramosissimus teres glaber amethystinus, ut rami et flores. Rami alterni, divaricati, subdichotome ramulosi, triquetri. Folia radicalia copiosa, pollicaria, petiolata, trifida, flexilia glabra, lacinae laterales oblongae, apice incisae, dentatae, dentibus spinulosis, intermediâ laciniâ obovatâ, trifidâ, lobis tridentatis spinulosis. Caulina tripartita, semiamplexicaulia, laciniis lanceolatis rigidis spinosis, basi utrinque dente spinoso. Petiolus radicalium 1/2 poll., planus. Pedunculi laterales et terminales ramorum unguiculares rigidi triquetri, foliolum tripartitum ad basin singuli. Capitulum parvum pauciflorum interdum subsessile. Involucrum triphyllum, foliolis capitulo dimidio longioribus, lanceolatis concavis carinatis rigidis integris, apice spinâ pungente; setae nullae ad basin involucri in *Eryngio amethystino*. Paleae subulatae rigidae pungentes longitudine flosculorum.) Sch.

40. * *E. campestre*; foliis radicalibus subternatis, lobis pinnatifidis, laciniis ovatis, caulinis auriculatis, caule paniculato, involucris integriusculis lineari-lanceolatis pungentibus capitula (rotundata) superantibus, paleis subulatis. *Munsterw Trag. Hist. ed. Basil. f.* 329 a. *Eryngium Fuchs Hist. Stirp.* p. 296. *Matth. ed. Valgr. p.* 364. *Tavernaem ed. Bauh. p.* 1072. *E. campestre Dodon. p.* 730. *Lobel. II. II. p.* 22. *Clus. Hist. II. p.* 157. *E. vulgare J. Bauh. Hist. 3. I. p.* 85. *Moris. Sect. VII. t.* 36. f. 1. *E. mediterraneum Gerard emac. p.* 1162. *Parkins. theatr. p.* 986. *E. montanum Matthioli Dalech. p.* 1459. *E. campestre Linn. H. Cliff. p.* 87. (*Willd. Spec. I. p.* 1358. *Smith Brit. p.* 289. *De Laroche Hist. Eryng. n.* 1. *Brotero Fl. Insit. p.* 415.) *Fl. Dan. p.* 554. *Jacq. Austr. t.* 155. *Eagl. bot. p.* 57. (*Hayne getr. Darst. II. t.* 1. *Trattinn. t.* 208. *Plenck t.* 173. *E. vulgare Lam. Fl. fr. III. p.* 401.)

In campis aridis per totam Europam (mediam et australem). 2.

(*Obs.* *Laroche* l. c. distinguit cum *Poiret Enc. IV. p.* 751. et *Perz. Syn. I. p.* 299. β . *E. lusitanicum latifolium vulgari simile Tournef. 327. foliis radicalibus subintegris, quod Tournefort in Lusitania legit.) Sch.*

41. *E. Bourgati Gouan.*; foliis radicalibus tripartitis,

laciniis trifidis spinosis, caulinis palmatis, caule simplici, involucri lanceolatis pungentibus erectis capitula conica colorata multo superantibus. *Gouan. Illustr. p. 7. t. 3. Vahl Symb. II. p. 47. (excl. syn. Dalechamp.) Lam. Enc. IV. p. 752. Willd. Spec. I. p. 1359. (excl. synonym.) Poir. Enc. IV. p. 752.) Decand. Fl. fr. IV. p. 355. (De Laroche Hist. Eryng. n. 2. Trattinn. thesaur. I. 74. tabular. t. 207. E. amethystinum Lam. Fl. fr. III. p. 401. β. caule subsimplici paucifloro. Decand. l. c.)*

In *Gallia meridionali*. 4. Caule simplici, foliorum forma et involucri longissimis erectis, haud patentibus, distinguitur. *Spina alba Dalech.*, quam *Vahl* et *Willdenow* huc trahunt, melius ad *E. alpinum* pertinet.

(Obs. *E. Bourgati* *Gouan.* foliis radicalibus orbiculatis tripartitis, lobis pinnatifidis aut dichotome incis, inter divisionem integerrimis, laciniis lanceolatis, capitulis subconicis. *De Laroche l. c.*, etiam in *Hispania* et circa *Byzantium* venit. *E.* synonymis a *Willdenow l. c.* adductis *E. alpinum* *Linnaeus Mant. 349.* a *De Laroche* ad *E. spinam albam Vill.* ducitur, quae *alpini β Sprengel.* *E. foetidum Forsk. Catal. pl. const. p. 23. 135.* auctoritate eli. *Vahl* huc spectat. *E. alpinum spinis horridum, dipsaci capitulo longiore Tournef. Inst. 327* vero iterum excludendum. Aestate et in locis siccis seminibus maturescentibus caeruleo. Caulis $1\frac{1}{2}$ ped.; folia inferiora longe petiolata, albo-viridique variegata. Rotundata fere ut in *Geranio columbino*. Involucrium e foliolis 9-12 lineari-lanceolatis azureis. β occurrit etiam in *Pyrenaeis*.) *Sch.*

42. * *E. amethystinum*; foliis bipinnatifidis, subcrispis, laciniis lanceolatis spinosis, caule erecto corymboso superne colorato, involucri lanceolatis pinnatifidis capitula ovata superantibus, paleis exterioribus tricuspидatis, interioribus subulatis. *E. totum caeruleum Besler Syst. O. II. t. 8. f. 4. Moris. Sect. VII. t. 35. f. 2. E. amethystinum Willd. Spec. I. p. 1358. (excl. β. ad dilatatum spectante.) Lam. Enc. IV. p. 752. (De Laroche Hist. Eryng. n. 6. Trattinn. tabular. t. 206.) Kit. Hung. III. t. 215.*

In *Croatia* (et *Styria*.) 4. *Amethystinus* color plurimis speciebus communis nullam facit differentiam. Sed ad folia spectandum, quae bipinnata sunt, cum in *campestri* subternata sint; ad caulem corymbosum, qui paniculatus in *campestri*; ad involucria, quae hic lanceolata pinnatifida, in *campestri* linearia subintegerrima.

(1. Obs. Folia in petiolum basi integerrimum attenuantur laciniis confertis omnibus linearibus, capitula laxo paniculata, caulis laeviusculus movente *De Laroche.* *Linnaeus amethystino* subscripsit: „Folia linearia semitrifida, inferne subpinnata. Involucri lanceolata, capitulo longiora, basi obvallata setis subulatis interjectis. Varietas β minor „(dilatatum *Lam.*)“ involucri foliolis trifidis distincta.“ Nos in speciminibus Hi-

taibelianis 1 - 1 1/2 ped. folia caulina superiora tripartito-trifida, basi subpinnata, laciniis angustioribus quam in *campestri* involucria 8-10 caerulea capitulis hemisphaericis duplo-triplo longiora lineari-lanceolata plerumque integerrima, rarius dente uno alterove spinoso invenimus, paleasque flosculis longiores, spinâ fusca terminatas. Talem etiam describit *Poiret* in *Lam. Enc. l. c.* An *E. amethystinum Schousb. Maroc.* hujus loci, vel dilatatum?) Sch.

(II. *Obs.* *Cls. de Vest E. australis* sequentem communicavit diagnosis et descriptionem, quâ tamen vix ab *amethystino* ex diagnosi *Spreng.* distingui potest, licet omnino distinctissimum credimus, cum *cls. de Vest amethystinum* in finitimis sibi oris spontaneum quam exactissime notum habeat. *E. australe Wulf.*; foliis bipinnatifidis, involucris pinnatifidis, paleis exterioribus trifidis, interioribus simplicibus. *De Vest in litt.* Simile *amethystino*. Folia longa dentata ciliata spinosa, laciniis late linearibus. Tota planta superne caerulea. Involucria longa oblonga profunde dentata, basi utrinque spinâ stipulari. *In Italia superiore. De Vest.* An ergo *E. australe Wulf.* potius *E. amethystinum Spreng.*, et *E. amethystinum Kitaib.* genuinum *amethystinum Linn.*?) Sch.

43. *E. dilatatum Lam.*; foliis pinnatifidis amplexicaulibus apice dilatatis trifidis spinosis, basi pectinatis ciliatis, caule (sub) simplici paucifloro, involucris integris spinosis. *E. minimum trifidum hispanicum. Barr. l. Ic. p. 36. Boccon Mus. t. 71. E. dilatatum Lam. Enc. meth. IV. p. 755. Laroche Hist. Eryng. t. 4. (n. 6. Trattinn. tabular. t. 757.) E. purpuratum Smith in Rees Cyclopaed?*

In Lusitania et Mauritania. 4. Capitula violacea.

(*Obs.* Huc ergo *E. amethystinum β Linn.* et *Willd. Spec. l. p. 1559. E. dilatatum Lam.*; foliis radicalibus subcuneato-pinnatifidis, apice dilatatis, trifido-laciniatis spinosis, involucris lanceolatis, saepius hexaphyllis margine spinosis. *Brot. Fl. lusit. p. 415.* sequentibus describit: Rad. ramosiuscula; caulis solitarius, interdum 2-3, erectus, glaber ut tota planta, teres, 1/2 - 1 - ped., superne, interdum e medio subramosus, ramis erectis, superioribus longioribus, subtrichotomis. Folia radicalia laciniis trifidis integris aut trifido-lacinulatis spinosis; caulina triplo quadruplo breviora linearia, lateribus spinosa, tripartita, laciniis acuminatis dentato-spinosis, ad trichotomias opposita. Flores pedunculati, pedunculo medio indiviso, lateralibus paulo longiore. Involucrum 6-8 foliolis 6-8 patentibus, margine et apice spinosis, basi setis spinosis interstinctis, lanceolatis, inaequalibus, capitulo duplo longioribus, saepius caeruleis, uti peduncululi ei folia suprema. Capitulum hemisphaericum; petala bifida, inflexa; paleae indivisae pungentes calyce paulo longiores. Fructus obovatus squamulosus, calyce coronatus. In collibus calcareis circa *Conimbricam, Olisiponem, et alibi.* 4.) Sch.

44. *E. creticum Lam.*; foliis palmatis pinnatifidis brevissimis auriculatis reflexis, laciniis spinosis, caule ramosis-simo divaricato superne colorato, involucris subulatis integerrimis patentibus. *Lam. Enc. IV. p. 754. Laroche.*

Hist. Eryng. t. 8. (n. 11.) *E. cyaneum* *Smith Prodr.*
Fl. graec. l. p. 175. (*Sibth. Fl. graec. t. 258.* *Trattinn. tabular. t. 360.*) *Rees Cyclop.*

In Creta et in insulis Archipelagi. 2. Involucra subpentaphylla *Smith. Confer multifidum.*

Obs. De Laroche l. c. in E. cretico fol. caulinis semipinnatis numerosissimis basi auriculatis, paleis tricuspидatis, distinguit β ramis brevibus floribus confertis, quod in *Herb. Desfont. E. creticum Herb. Sieber.* hujus omnino loci; sed involucra nunc integerrima, nunc denticulato-spinosa, capitulo duplo triploque longiora. *Cls. Trattinnick in Archiv d. Gewächsh. ic. piet. n. 188. tabular. 213.* describit depingitque *E. dubium* cum seminibus olérum in hort. vler. *Uni Bollet enatum*, quod affine *cretico* dicit, sed distinctum: caule vix 1/2 ped., ramis rarioribus, foliis latioribus minus incisus rarius dentatis, costis porrectis, involuero duplo brevioris integerrimo, paleis vix denticulatis. Patria ignota. An culturae proles?) Sch.

45. *E. multifidum* *Smith*; foliis bipinnatifidis sublyratis apice radiatis, caule corymboso superne colorato, involucriis pinnatifidis. *E. creticum erectum folio multifido, caule et ramis amethystinis. Tourn. Cor. p. 23?* *E. multifidum* *Smith Prodr. Fl. graec. l. p. 175.* (*Sibth. Fl. graec. l. 259.*) *Rees Cyclop.*

In Peloponneso Sibthorp. 2.

Obs. Clo. Poir et E. creticum suum: foliis caulinis digitatis spinosis brevissimis subreflexis, caule superne corymboso, involucriis subhexaphyllis, *Enc meth. IV. p. 754.* Huc fors spectare videtur in *Enc. Suppl. V. p. 761.* Comparavit specimina sua cum *Herb. Tourdef.*, et idem invenit cum synonymo supra cum? adducto a *Clo. Smith.* Caulis pedalis et parum ultra, basi simplex, superne corymbosus. Folia caulina, parum distantia, sessilia, laciniis lateralibus brevioribus. Rami semipatentes, subdichotomi. Capitula florum parva ovata numerosa, involucra foliolis 5-6 subulatis, rigidiusculis, integerrimis, basi spinosis, capitulo longioribus, patentibus. Tota amethystina.) Sch.

46. *E. glomeratum* *Lam.*; foliis bipinnatifidis, laciniis linearibus rigidissimis divaricatis, capitulis in thyrsum, glomeratis exiguis globulosis, involucriis linearibus paleisque subintegris spinosis. *E. fol. laciniatis, capitulis florum exiguis et dense congestis. Tourn. Cor. p. 23.* *E. glomeratum* *Lam. Enc. IV. p. 756.* *Laroche Hist. Eryng. l. 6. (n. 9.)* *Trattinn. tabular. t. 760.* *E. parviflorum* *Smith Prodr. Fl. graec. l. p. 175.* *Rees Cyclop.*

In Creta. 2. Herba albida. Caulis dense foliosus, apice multiflorus. Folia bi- vel tripinnatifida, laciniis angustatis. Florum capitula exigua, involucriis magnis subpentaphyllis, integris trifidisve, thyrsoidea. (In *Herb. Sibthorp.* sine loco memorato. *Smith*). Rad. crassa. Caulis pedalis et parum ultra. Folia ramis longiora. Involucra lineari-subulata. *E. pentechi*

nam Sieber ad Siloah prope Hierosol., nobis, saltem ad specimen nostrum minus perfectum, capitulis nondum evolutis nonnisi varietas involucris angustioribus integerrimis videtur cum clo. Sieber.

47. *E. Billardieri* *Laroch.*; foliis radicalibus suborbiculatis tripartitis, laciniis lanceolatis pinnatifidis spinosis, involucris linearibus spinosis capitula subglobosa superantibus, *Laroch. Hist. Eryng. t. 2. (n. 3. Trattinn. tabular. t. 356.)*

Ex Oriente attulit Billardiere. Proxime accedit ad E. Bourgati.

(*Obs.* Lobi foliorum undique profunde dentati; terminalis dente spinoso subfalcato. Involucris foliola 8. Paleae subulatae integerrimae vix calyce longiores. Calyx squamis numerosis ovatis albidis, longitudine corollae. Stamina stylique corollâ duplo longiora. *Laroch.*) Sch.

48. *E. scariosum* *Laroch.*; foliis pinnatifidis spinosis in petiolum scariosum attenuatis, caule sulcato dichotomo, involucris foliolis linearibus subdentatis, capitulis globosis exiguis concoloribus. *Laroch. Hist. Eryng. t. 5. (n. 7. Trattinn. tabular. t. 775.)*

Ex Oriente attulit Billardiere. (Maxime affine *amethystino*, sed caulis flexuosus, profunde striatus, 1 1/2 ped. Foliorum lacinae omnes lineares distantes, saepe trifidae. Folia floralia terna, oppositave. Capitula pallide viridia, pedunculis gracilibus. Involucris foliola 8. Cor. alba calycis longitudine; petala elongata, apice emarginata. *Laroch.*) Sch.

49. *E. rostratum* *Cav.*; foliis radicalibus pinnatifidis in petiolum foliaceum angustatis, caule subramoso, involucris integris subulatis, paleis elongatis rostratis. *Cavan. Ic. VI. t. 552. Laroch. Hist. Eryng. p. 29. (n. 8. Trattinn. tabular. t. 774.)*

In Chili (ad mare prope Talcahuano.)

(*Obs.* *Cls. DeLaroch.* hujus duas distinxit varietates: *α. elatius*, caule ramoso, foliis radicalibus exterioribus lanceolatis dentatis. *Cavan. t. 552.* *β. minus*, caule simplici, foliis omnibus pinnatifidis, *α* in Chili, *β* in *Herb. Dombey.* Caules erecti striati 3-4 ped. pallide virentes. Folia floralia in *α* opposita, in *β* nulla. Capitula ovata vel conica. Involucrum e foliolis 10 inaequalibus, flores parum excedentibus. Cor. calyce parum brevior.) Sch.

50. *E. comosum* *Laroch.*; foliis radicalibus bipinnatifidis, laciniis falcatis subtrifidis spinosis, caule trichotomo, involucris trifidis patentibus, capitulis cylindricis concoloribus, folio inciso coronatis. *Laroch. Hist. Eryng. t. 7. (n. 10. Trattinn. tabular. t. 755.)*

In nova Hispania. 4. Hamb. et Bonpl.

(Obs. Caulis 5-9 poll. Lacinae foliorum subulatae acutissimae. Capitula foliis 2-3 coronata, involuero 5-6-phyllo. Paleae calyce parum longiores. Cal. squamis albidis brevissimis imbricatis, corollâ parum longior. Stamina stylusque corollâ duplo longiora. *De Laroche*. Caulis in culta pedalis, nudiusculus, bis trichotomus; capitula viridicaerulescentia, paleae calyce longiores. ♂ *Spreng.* in *nov. provent.* p. 17. ubi nomine *pusilli* et *rostrati* Parisiis venisse.) Sch.

(*Dubia, vel minus nota:*)

51. *E. lateriflorum*; fol. lanceolatis nervosis integerrimis caule ramisque flexuosis, capitulis lateralibus sessilibus echinatis *Lam. Enc. n. 15. p. 756.* *Pers. Syn. 1. p. 300.* Gramen orientale spicatum et *Tournef. Coroll. p. 39.*

Minime ad *Eryngia* pertinere; *Laroche*. „Caulis minime dichotomus (flexuosus) ramos profert ad apicem usque gracilentos, undique foliosos; foliola nusquam opposita, sed in apice ramorum disticha graminea; capitula e paleis dense imbricatis, aliis integris, aliis tricuspидatis, inter quas nullum calycis vestigium; semina ovata, nuda, fusca in palearum tricuspидatarum basi inclusa. *Laroche*. Confer CENCHRUM *frutescentem*.

52. *E. americanum Walt.*; foliis integris, radicalibus rotundatis, caulinis ovato-lanceolatis, summis trifidis, caule procumbente. *Walt. Fl. Carol. p. 112.*

Nec *Michaux* nec *Fursh* ejusdem sub ERYNGIO meminit.

a. *E. stellatum*, caeruleum montis Libani. *Munting Phytogr. p. 26. t. 127.*

Non jungendum cum *dichotomo*, caeruleo *M. a B.*, cum folia radicalia bipinnatifida. *De Laroche*.

b. *E. syriacum* foliis chamaeleontis longis et spinosis. *Moris. Hist. III. p. 167.* *Ray. Suppl. p. 239. n. 6.*

c. *E. parvum* palmare foliis serratis. *Moris. Hist. S. VII. t. 36. f. 13.*

d. *E. syriacum*, geniculatum foliis juniperi. *Moris. Hist. p. 167.*

e. *E. orientale* dipsaci capitulo foliis asperis integris. *Tournef. Coroll. p. 23.*

Affine *E. asperifolio*. *Laroche*.

Quid: *E. albo-villosum Forsk. Flor. melitens. p. XIV.*

— *azureum H. Paris. plur. Hort.*

— *palustre Brot. Cat. Dorpat. 1810. 19.*

— *jamaicense Vilna 1816 app.*

— *maritimum tauricum Gorenk. 1812.*

— *laeve Brousson. ibid.*

1157. EXOACANTHA.

E. heterophylla Labill. Icon. plant. Syr. p. 10. t. 2.
Willd. Spec. I. p. 1378. Poiret Enc. VIII. p. 868.

Planta 2-ped. glabra flexuosa. Folia pinnata, foliola radicalia ovata dentata incisa, caulina lanceolata acuta subintegerrima. Umbellae rigidae radiis 40. Flores albi. Habitat ad Nazareth. ♂.

(Obs. Foliolum impar longissimum. Fructus 10-striatus, glaberrimus.)

1158. ECHINOPHORA.

1. * *E. spinosa*; foliis bipinnatifidis, laciniis trifidis subulatis rigidis, involucris integris spinosis. *Crithmum spinosum* Dodon. p. 705. Gerard. emac. p. 533. Moris. Sect. IX. t. 1. f. 1. *Pastinaca marina* J. Bauh. Hist. 3. II. p. 196. *Tribulus marinus quorundam*. Dalechamp p. 1367. *E. spinosa* Willd. Spec. I. p. 1379. Cav. Ic. II. t. 127. Engl. bot. p. 2413. Jacq. Coll. II. p. 155. Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 179. (Sibth. Fl. graec. t. 265.) Lam. Enc. II. p. 338. Desfont. Atl. I. p. 234.

In littoribus maris mediterranei. 2. In Angliae provincia Lancastriae olim invenit Lawsonius, Ray Syn. p. 220; sed hodie evanuit, ut et Witheringius omitteret, et Smithius exoticum exemplar ad iconem (et descriptionem in Fl. Brit. p. 294.) adhiberet.

Obs. Rad. fusiformis, longa, esculenta. Caulis erectus 8-9 poll., ramosissimus. Foliorum lacinae mucronato-pungentes. Umbellae magnae, petala albida vel rubella. Involucr. univ. 5-phyllum, parziale 6-phyllum, 3 exterioribus majoribus, omnibus mucrone spinoso.) Sch.

2. * *E. tenuifolia*; pubescens, foliis bipinnatifidis, foliis cuneato-incisis inermibus. *Pastinaca echinophora* Columnn. ecphr. I. p. 101. Moris. Sect. IX. t. 1. f. 2. *E. tenuifolia* Linn. Spec. p. 344. Willd. Spec. I. p. 1379. Lam. Enc. III. p. 338. (M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 199. Steven Mem. Soc. nat. Cur. mosq. III. p. 249 et 258.) Smith Prodr. Fl. graec. t. 179. (Sibth. Fl. graec. t. 266.)

In Apulia et Graecia, (et in agris Tauro-Caucas. supra Gandscham.) 2. (Spinosa altior, pedalis et ultra, umbellis copiosioribus, minoribus, radiis 5-5 saepe simplicibus. Folia subinde tripinnatifida. Odore gravi aromatico.) Sch.

3. *E. trichophylla* Smith; foliis bi-triternatis, foliolis filiformibus subcanaliculatis acutis inermibus, umbellis turcido-muricatis coloratis. Smith in Rees Cycl.

Ex Oriente habuit Linn. fil. in herb.

1159. E R I O C A L I A.

1. *E. major* Smith; caule lanuginoso simpliciusculo, foliis decursive pinnatis, involucri foliolis oblongis. Smith exot. bot. t. 80. (Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 670.)
 AETINOTUS *Helianthi* Labillard. nov. Holl. I. p. 67. t. 92. (Poiret Enc. VIII. p. 337. Trattinn thesaur. t. 73.)

In ora australi novae Hollandiae (terra van Leuwin.) 2.
 (Caulis 1-2-ped.; foliorum laciniae breves lineares tomentosae utrinque, obtusiusculae. Flores in umbella terminali solitaria hemisphaerica sessiles villosi conferti numerosi rubro-virentes. Involucrum 10-18 radiatum, molle, longissimum. Germen semper solitarium in singulari hac Umbellifera. Stigmata nigra seta flavâ. Labillard.) Sch.

2. *E. minor* Smith; caule glabriusculo dichotomo, foliis trifidis subtus sericeis, involucris lanceolatis villososericeis. Smith exot. bot. t. 79.

In ora australi novae Hollandiae. 2. Folia profunde triloba, lobis apice trifidis acutis.)

1160. S A N I C U L A.

1. * *S. europaea*; foliis inferioribus palmatis, lobis trifidis inciso-serratis, flosculis omnibus sessilibus. SANICULA
 Hieron. Braunschw. Distillirbuch. I. f. 107 a. Trag.
 ed. Basil. f. 193. Sanicula mas Fuchs Hist. p. 671.
 Dodon. p. 140. Dalechamp p. 1268. Rivin.
 pentapet. Moris. Sect. V. t. 34. lin. ult. Diapensia
 Matthioli ed. Valgris. p. 511. Lob. ic. p. 663. Ger-
 rard. emac. p. 948. Camer. epit. p. 753. Bauh.
 Hist. II. p. 639. Sideritis Columnae phytobas. p. 58.
 t. 16. SANICULA europaea Linn. Hort. Cliff. p. 88.
 Fl. Dan. p. 283. Engl. bot. p. 98. Schk. t. 60.
 (Willd. Spec. I. p. 1366. Smith Brit. p. 291. Hoffm.
 pl. umb. gen. I. p. 67. Plenck off. t. 174. Hall.
 Helv. n. 737. S. officinalis Gouan Hort. p. 131.
 Lam. Fl. fr. III. p. 402. CAUCALIS Sanicula Crantz
 Austr. p. 228. Roth germ. I. p. 122. II. p. 310.
 ASTRANTIA Diapensia Scop. Carn. n. 304.)

In sylvis umbrosis totius Europae (et in Caucaso.) 2.

(Obs. In masculis flosculis laciniae calycis latiores tridentatae. Hoffm. I. c. Flosculi disci abortivi, s. masculi, feminei dentibus calycinis elongatis acutis, petalis albis rubellive deciduis. Smith. Folia radicalia plerumque septemloba, serraturis setiferis.) Sch.

2. * *S. canadensis*; foliis omnibus compositis subternatis, foliolis ovatis basi attenuatis mucronato-serratis, flosculis omnibus sessilibus. Willd. Spec. I. p. 1366. Poiret

Enc. VI. p. 500. Pursh Fl. Sept. Amer. p. 191. Barton Comp. Fl. Philadelph. I. p. 138. Spreng. umbell. Spec. p. 15.

In Virginia. 2. Caulis altior quam utriusque congeneris plantae, (2 ped. et ultra). Folia omnia composita. Memorabile, nec *Michauxium* nec *Bartonium* indigenam nosse, nec *Willdenowium* eam habuisse.

(*Obs. Willdenow l. c. tanquam synonymon habet (cum Linnaeo) Gronov. virg. 146, et adjecit. Thunb. prodr. Fl. cap. II. p. 196. III. Thunberg etiam in Fl. japonica p. 116 in Japonia, et in Fl. capensi II. p. 196. S. canadensem Linn. foliis radicalibus compositis, foliolis ovatis in Promont. b. Spei sylvis Houtniquas et Grootvadersbosch sponte crescere affirmat, nullam vero plantae exhibuit descriptionem. Linnaeus in Spec. I. p. 339 plantae suae adjecit: „Structurâ ita S. europaeae, ut vix differentia, sed planta decuplo saepe omnibus partibus major.“ „Folia caulina petiolis brevioribus caulem amplexantibus. Flosculi ut plurimum terni fertiles, foliolis involucri insidentes, albidi. In hortis saepe marylandica vocatur.“ Spreng. l. c.) Sch.*

3. * *S. marylandica*; foliis omnibus digitatis, foliolis oblongis inciso-serratis, flosculis masculis numerosis pedicellatis. Rai Hist. III. p. 260. Linn. H. Upsal. p. 57. Willd. Spec. I. p. 1367. Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 162. Pursh Fl. Sept. Amer. p. 191. Barton Comp. Fl. Philadelph. I. p. 137. Spreng. umb. Spec. p. 16. (Poiret Enc. VI. p. 501.)

In Pennsylvania et Marylandia. 2. Confunditur vulgo, et in ipsa America, cum *canadensi*; sed differentia tum in foliorum formâ, tum in flosculis masculis semper pedicellatis quaerenda.

(*Obs. Flores albo-virentes, fertiles, subsessiles, terni. Fructus scabriusculus. Pursh. „Ambigo habuerit Jacquin veram S. marylandicam, cum descriptio in Collect. II. p. 239 magis in canadensem quadrêt, icon autem (Ic. rar. t. 348) jam ad manus non sit. Foliola 3 poll. longa, ultra pollicem lata, basi longe attenuata in petiolos, ambitu inciso-aut duplicato-serrata, serraturis patulis, acutis quidem sed haud mucronatis, cum in canadensi foliola 1-1 1/2 poll. longa, 1/2 poll., vix pollicem lata, basi subintegerrima, reliquo margine mucronato-serrata, serraturis subappressis, lateralia saepe bipartita aut triloba. In marylandica umbellae radii 6-10; hermaphroditi plerumque terni. Fructus ut in canadensi.“ Spreng. l. c. Icon Jacquini certo canadensi, quoad diagnosin eli. Sprengel, propior. „S. marylandica ab europaea potissimum differt fructibus ovato-oblongis, tuberculis inflatis setarum incumbentibus crassioribus, calycis laciniis stylisque rectis, vittis seu potius canalibus 4 amplissimis, intra exterioriorem corticosam membranam latentibus, commissurâ nudâ transversim rugulosâ, alterius seminis frequentioris abortu, nihilominus tamen canalibus illis instructo.“ Hoffm. pl. umb. gen. I. p. 69.) Sch.*

1161. DONDIA.

D. Epipactis Spreng. Epipactis. *Matthiol.* ed. C. *Bauh.* p. 806. *Parkins. theatr.* p. 213. Alpina Elleborine. *Lobel. adversar.* p. 298. *Hist.* p. 378. *lc.* p. 664. *Gerard. emac.* p. 950. *Tabernam. ed. Bauh.* p. 247. *Dalechamp.* p. 1312. ASTRANTIA *Epipactis Scop. carn. n. 303. t. 6.* *Jacq. Fl. Austr. V. t. 11*.* *Sturm Deutschl. Fl. p. 24.* (A. foliis 5-lobis involucriisque oblongis obtusis serratis. *Willd. Spec. I. p. 1367.*)

In alpibus carniis, noricis, rhaeticis. 4. Planta digitalis. Folia radicalia longe petiolata, digitato-palmata, lobis trilobis, mucronato-serratis. Scapus angulatus unicam umbellam gerit, cujus involucrium foliis oblongis mucronato-serratis cingitur. Flores lutei, alii pedicellati masculi, sessiles, alii hermaphroditi.

(Obs. *Linnaeus A. Epipactidi* subscripsit: „Radix promit folium unum et scapum unum. Folium tripartitum, lobo medio trifido, laterali-bus bifidis, omnibus obtusis serratis. Scapus uniflorus nudus. Involucrium pentaphyllum superne serratum. Flosculi in capitulo lutei.“ *Willdenow* vero recte monet: „Possideo specimina pluribus foliis et scapis in una radice instructis.“)

1162. ASTRANTIA.

1. * *A. major*; foliis radicalibus quinquelobis, lobis trifidis acutis dentatis, involucriis lineari-lanceolatis integerrimis. *Sanicula femina. Fuchs p. 670.* *J. Bauh. Hist. 3. II. p. 638.* *Veratrum nigrum Dodon. p. 387.* *Helleborus niger saniculae facie major C. Bauh. pin. p. 186.* *Parkins. theatr. p. 213.* ASTRANTIA *nigra Lobel. lc. p. 681.* *Gerard. emac. p. 978.* *Moris. Sect. IX. t. 4.* *Rivin. pentapet. Scop. carn. n. 306.* ASTRANTIA *major Linn. Hort. Cliff. p. 88.* (*Willd. Spec. I. p. 1368.*) *Schkuhr t. 60.* *Sturm Fl. germ. p. 29.* (*Drev. u. Hayne. getr. Darst. V. B. I. H. t. 1.* *Hayne t. b. t. 50. f. 2.* *Smith exot. bot. II. p. 76.* *Jaume St. Hilaire Fasc. 42. t. 2.* *A. candida Mill. Dict. n. 2.*)

In montosis sylvaticis per Europam temperatam (et Caucasum, e Britannia exul.) 4. Involucria saepius rubore suffusa, plerumque alba venosa.

β. ASTRANTIA *carniolica Jacq. Austr. 5. app. t. 10.* A. fol. radicalib. 5-lob., lobis oblongis acutiusculis subtrifidis mucronato-dentatis, involucriis integerrimis (umbellis laxis patulis.) *Willd. Spec. I. p. 1568.* *Sturm Deutschl. Fl. p. 29.* (*Tratt. thes. t. 75.*) *Astrantia*

nigra minor Moris Sect. IX. t. 4. Astr. alpina Munting phylogr. t. 111. Astr. minor Scop. carn. n. 305. t. 7. (Host Syn. p. 128 (excl. syn. Linn., Hall. et Bauh.)) Astr. n. 790. β. Hall. stirp. Helv. I. p. 351.

Haec varietas constans solâ parvitate partium differt: nullum aliud discrimen patescit. In *alpibus noricis, jaliis, carniis et graiis*, quia in ipso *Abnobae* monte, quo *Danubius* nascitur, occurrit. Optime jam *Morisonius* monuit nonnisi magnitudine differre. *Hallerus* manifeste varietatem habet, et cum *Scopolio* scriberet, esse *minorem*, recte monuit, qui nostram *Astr. minorem* alio nomine insigniret. Nec alienus est *Lamarck Enc. I. p. 323*. Male tamen *Candollius Fl. fr. IV. p. 353* cum *Astr. minore* jungit, in quo errore sequitur *Villarsium Fl. delph. II. p. 657*. (In *Fl. gall. Suppl. vero Decandolle A. carniolicam* propriam esse speciem monet. Etiam *Trattinnick l. c. A. carniolicam* affinem esse *majori*, a *minore* toto coelo diversam, elatam esse, teneram, laxiusculam, foliis tamen multo minoribus quam in *majori*.)

(*Obs. III. Marsch. a Bieb. Suppl. Fl. Taur. Cauc. p. 193. A. majorem*, quo rectius distinguatur a *caucasica* et *heterophylla*, distinxit: foliis radicalibus palmato-quinquelobis inciso-biserratis ciliatis, caulinis lobatis petiolatis, involucellis lineari-lanceolatis subintegerrimis umbellulam aequantibus. In β. caulis aphyllus vel monophyllus, involucrium 2-5-fidum, involucella 6-12-fida, albida.) *Sch.*

2. *A. caucasica Willd. Herb.*; foliis inferioribus palmatis quinquelobis, lobis oblongis incisissimis cuspidato serratis, superioribus trifidis involucri foliolis coloratis serratis. *Spr. Umbell. Spec. p. 17.* (*A. trifida Hoffm. pl. umb. gen. I. VIII.* *Vitinghoff et Hoffm. Hort. Sicc. Cauc.* *A. major tridentata Stev. Cat. H. Gorenk. a. 1812.* *A. intermedia*, fol. radicalibus palmato-quinquelobisve trilobisve inciso-biserratis ciliatis, caulinis lobatis subpetiolatis, involucellis ovato-lanceolatis spinuloso-serratis umbellulam superantibus. *Marsch. a Bieberst. Suppl. Fl. Taur. Cauc. p. 194.*) *Astr. oriental. latifol.*, floribus et comâ purpureis. *Tournef. Cor. p. 22.*

In subalpinis *Caucasi*. 4.

β. *Astr. heterophylla Willd. Neu. Schr. d. Berl. Gesellsch. III. p. 419.* *Marsch. a Bieb. Taur. Cauc. I. p. 202.* (*A. fol. radicalibus palmato-trilobis, inaequaliter biserratis ciliatis subincisis, caulinis sessilibus lobatis indivisisque, involucellis ovato-lanceolatis spinuloso-serratis umbellulam superantibus. M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 195. Hoffm. pl. umb. gen. I. VIII. Stev. Mev. Soc. mosqu. III. p. 258.*) *Astr. helleborifolia Salisb. parad. p. 60.* *Ait. Kew. ed. 2. II. p. 119.* (*Astr. maxima Pall. nov. Act. petropol. V. p. 357. t. 11. bot. mag. t. 1553.*) *Sims*

Differt foliis inferioribus trilobis, superioribus integris ovatis sessilibus. *In Sibiria et Caucaso iberico.* 4.

(Obs. *A. caucasica* convenit foliis cum *A. majore*, umbellâ cum *heterophylla*, nisi quod denticuli spinulosi foliolorum involucelli paullo appareant profundiores et inaequales. *A. heterophylla* variat folio caulino intermedio etiam trilobo, nec, ut solet, indiviso. *M. a Bieb. Suppl. II. cc.*) Sch.

3. * *A. minor*; foliis radicalibus digitatis, foliolis subseptenis lanceolatis acutis profunde dentatis. *Helleborus niger saniculae facie minor.* *C. Bauh. Prodr. p. 97.* *Helleborus minimus alpinus Astrantiae flore Boccione sic. p. 10. t.*

5. (?) *Astrantia Hall. stirp. Helv. I. p. 351.* *ASTR. minor Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 654.* *Willd. Spec. I. p. 1368.*

Lam. Enc. I. p. 323. *Vill. delph. II. p. 657.*

Decand. Fl. franc. IV. p. 353. *Sturm p. 29.*

(*Smith exot. Bot. II. p. 35. t. 77.* *Trattinn. thesaur. t. 76.*)

In alpibus meridionalibus Europae. 4. Optime foliolis omnibus petiolulatis distinguitur, ut cum *A. carniolica*, quam *Villars et Candollius* (et *Host*) composuerunt, confundi nequeat.

Obs. *Linnaeus A. minori* subscripsit: „Folia radicalia seniora sunt brevius petiolata palmata, lobis novenis dentatis, reliqua longissime petiolata digitata foliosis 7-9, exterioribus bipartitis, omnibus dentatis, dentibus profundis elongatis. Abunde a *carniolica* foliorum formâ et involucris acutioribus distincta.“ 6-9 poll. Umbellae parvae, involucella acuta umbellulâ vix longiora. Synonymon *Scop. in Linn. S. V. ed Murr. Pers. sub minori* expungendum.

4. (*A. pauciflora Bertol.*; foliis digitatis, segmentis linearibus, aequè leviterque serratis; involucrio universali umbellâ longiore. *Bertolone in Journ. de Bot. 1813. Août p. 76.* *Amoen. ital. p. 97. 347.* *A. minor Vitm. Sagg. p. 47-49.* *Helleborus minimus alpinus Astrantiae flore Bocc. Sic. p. 10. t. 5. fig. F. III. H. G.*

Tota glabra. Affinis *A. minori*, sed diversa involucrio universali umbellam excedente nec breviorè, foliorum segmentis angustis ab imo ad summum uniformibus, leviter simpliciter et aequaliter serratis, nec superne dilatatis et alte inciso-serratis. Synonymon *Bocconi* hujus loci procul dubio, cum ipse *Bocconius* errasset suam eandem credens cum *Elleboro nigro Saniculae folio minori C. B. Prodr. p. 97.* *In alpium Apuanarum vertice Sagro. Pania. 4.*

Obs. Involucra in speciminibus nostris *minoris* et *pauciflorae* longitudine ad flores non differunt, sed in *minore* involuceri foliola acuminato-mucronata, in *pauciflora* tantum acuta; segmenta foliorum in *pauciflora* saepius omnino integerrima, nunquam inciso-dentata.) Sch.

5. * *A. ciliaris*; foliis lanceolatis serrato-ciliatis floribus subsessilibus. *Linn. Suppl. I. p. 177.* *Willd. Spec. I. p. 1369.* *Pers. Syn. I. p. 304.* *Thunb. Prodr. I. p. 49. (Fl. Cap. II. p. 196.)* *JASIONE capensis.*

Bergius Act. Ups. III. p. 187. t. 10. *ALEPIDEA ciliaris*
Laroché Hist. Eryng. t. 1. *Trattinn. tabular. t. 204.*

In Promont. b. Spei. Novum genus *) cum *Laroché* constituere haereo, cum cetera omnia convenient, fructus etiam, qui tuberculati *Larochio* dicantur, potius rugulosi utriculati sint.

(*Obs.* Caulis simplex pedalis junceus erectus substriatus, apice divisus in paucos ramos floriferos. Folia aequaliter serrata, serraturis setaceis seu ciliata, laevia, radicalia petiolata, caulina 4 ad 6, sessilia amplexicaulia. Umbella elongata subtriradiata. Umbellulae multiradiatae brevissimae. Involucrum 2-3-phyllum, foliis simile, sed minus. Involucella sub-10-phylla lato-lanceolata, acuta, flosculis duplo longiora colorata. *Linn.* Caulis striatus glaber. Rami alterni. Folia alterna, caulina oblonga seu lanceolata ciliata glabra pollicaria, superiora sensim breviora. *Thunb.* *In Prom. b. Spei Lange Kloof, Krum-rivier, in Houtniquas.*) *Sch.*

1163. P O Z O A.

P. coriacea Lagasca Gen. et Spec. nov. Diagn. p. 13. n. 163.

Planta herbacea, subdodrantal. *Folia* simplicia, cuneata, superne profunde dentata, longe petiolata coriacea, quintuplिनervia. — *Involucrum* obsolete lobatum, crenato-dentatum, multinerve, nervis subramosis. *Hab. in Andium tracta Cordillera del Planchon dicto. 4.*

1164. H Y D R O C O T Y L E.

1. * *H. vulgaris*; foliis peltatis orbiculatis sublobato-crenatis, umbellis capitatis subquinquefloris. *Cotyledon palustris Dodon. p. 133.* *C. aquatica acris Lob. Hist. p. 209. Ic. 387.* *Gerard. emac. p. 529.* *Park, theat. p. 1214.* *Ranunculus aquaticus cotyledonis folio C. Bauh. pin. p. 180.* *H. vulgaris Linn. Spec. p. 651.* *Willd. Spec. I. p. 1360.* (*Smith Brit. p. 290.*) *Fl. Dan. p. 90. Engl. bot. p. 751.* (*Jaume St. Hilaire l. p. 41. t. 7. Curt. Lond. fasc. 6. t. 19.* *Schkuhr t. 59. Thunb. diss. ed. Pers. II. p. 415. Prodr. l. p. 49. Fl. Cap. II. p. 192. Hall. Helv. n. 812.)*

In locis paludosis inundatis totius Europae (in ipsa tamen Austria nec Host, nec nos) *et Americae borealis a Carolina ad Georgiam, et in Japonia. 4.* Surculi radicanes pilosiusculi. Capitula potius duo quinqueflora, quorum unum ex altero surgit. Flores incarnati (albive. Folia pallide viridia, glabra, lucida. Bractee binae scarosae.)

*) (Genus proprium apud *de la Roche Hist. Eryng. et Alepid.*, nomine ALEPIDEA, cui *Cal. 5-fidus. Petala inflexa. Fructus ovatus. Flor. capitati, sessiles in receptaculo hemisphaerico nudo.*) *Sch.*

HYDR. *interrupta* Mühlenb. *Catal.* p. 10. et HYDR. *gracilis* Ruiz et Pav. *Fl. peruv.* III. t. 247. varietates sunt. Nec minus HYDR. *verticillata* Thunb. *Diss.* 2. ed. *Pers.* p. 412. t. 3. (*H. vulgaris* β. *Pers.* *Syn.* I. p. 301.)

(Obs. In *H. vulgaris* lusitanica monente Brotero *Fl. lus.* p. 414. pedunculi axillares aut radicales petiolis (unguicularibus) breviores; umbella simplex, interdum prolifera, floribus 5-8 subsessilibus. *Linnaeus* *vulgaris* subscripsit: „umbella simplex centro prolifera. Styli distantes.“ *Cls.* *Thunberg* *H. vulgarem* capensem describit sequentibus: „Caulis repens articulatus radicans. Folia alterna orbiculata lobata glabra unguicularia. Petioli unguiculares. Umbellae pedunculatae pauciflorae. Pedunculi flexi semiunguiculares, *In Promont. b. Spei, in Krumrivier.* 2. *H. verticillatae*, vero foliis peltatis ovalibus crenatis glabris, umbellis subverticillatis est, eodem auctore l. c., caulis repens articulatus radicans, Folia ad articulos solitaria erecta suborbiculato-ovalia lobato-crenata pollicaria. Petiolus 1-2 poll. Pedunculi erecti pollicares. Umbellae duae, altera terminalis, altera in medio pedunculi, pauciflorae. Similis *H. vulgaris*; differt vero: 1. foliis majoribus magis oblongis. 2. petiolis longioribus. 3. umbellis verticillatis. *In Prom. b. Spei.* *H. gracilis*, fol. peltatis sinuatis crenatis, umbellis sexfloris *Fl. peruv. t. 247.* (*Pers. Syn.* I. p. 301. n. 10.), cui caules filiformes villosi, folia glabra parva, crenis 6-7, nervisque totidem, petioli villosi foliis duplo longiores, pedunculi graciles petiolis breviores, flores 6 circiter minimi purascentes in umbella simplici, insignis saltem varietas videtur. *H. tribotrys*, foliis peltatis subrotundo reniformibus bicrenatis, umbellis radiis tribus longissimis, floribus verticillatis subquinis *Fl. peruv. III. p. 24. t. 246. f. b.* *Pers. Syn.* I. p. 301. n. 3. e *Peruviae humidis.*) Sch.

2. * *H. umbellata*; foliis peltatis crenatis basi emarginatis, umbellis multifloris floribusque pedunculatis. *Acaricoba* *Pis. Brasil.* p. 260. *Cotyledon repens brasiliensis* *Rai Hist.* p. 1323. *H. umbellata* *Linn. Spec.* p. 651. *Willd. Spec.* I. p. 1361. (*H. fol. peltatis, umbellarum radiis numerosis, flosculis multoties longioribus* *Lam. Enc. III. p. 152.* *Pers. Syn.* I. p. 301. n. 4.) *Pursh Fl. Sept. Amer.* p. 190. *Spreng. umbell. Spec.* p. 1. t. 1. *H. umbellulata* *Michx. Fl. bor. Amer.* I. p. 161.

In pratis udis *Virginiae, Carolinae, Indiae occidentalis* et *Brasiliae.* 2. Simillima *H. vulgaris*, differt glabritie partium, foliis basi emarginatis, umbellis veris, quarum radii 10-15, involucris polyphyllis. Cor. persistens fructum coronat.

β. HYDR. *bonariensis*; (fol. subpeltatis reniformi-subrotandis crenatis, umbellâ compositâ, radiis ramosis apice lateribusque floriferis) *Lam. Enc.* III. p. 153. (*Pers. Syn.* I. p. 301. n. 5. *Willd. Spec.* I. p. 1361.) *Cav. Ic. V. t. 488*, quam ad *Bonariam* (versus *Monte Video*) *Commerçonius* invenit, et *Nee* e *Chili* retulit, insignis est varie-

tas, quam tamen singularem speciem pronunciare haud a-
sim, magnitudine omnium partium, pedunculo elongato, um-
bellâ compositâ proliferâ distincta. Huc et *Hydr. multiflora*
Kuiz et Pav. Fl. per. III. t. 246. f. a.

In *Peruvia*.

(*Obs. I.* *Linnaeus* *H. umbellatae* subscripsit: „planta simillima vulgari,
hinc cum ea mixta, differt scapo foliis duplo longiore, flosculis non 5,
sed pluribus quam 20 in umbellam simplicem digestis.“ *Petiolus* polli-
caris usque palmaris. *Umbella* 10-flora et ultra. *Thunb.* *H. bona-*
riensis habitum fere alius generis prae se fert. *Tota* glabra. *Caules*
repentes, pedales. *Folia* obsolete lobata, 1-3 poll. in diametro. *Scapi*
petiolis saepe longiores. *Umbellae* magnae, radiis 6-9 pollicaribus,
pluresve pollices longis, ut plurimum ramosis, singulis umbellâ termi-
nali pluribusque lateralibus in verticillos dispositis, radiis iterum 9-15.
Involucra membranacea. *Flores* flavi. *Lam.*) *Sch.*

(*Obs. II.* *H. umbellata* *Lour. Cochinch. p. 220* vix eadem species cum
planta *Linnaei*. Est illi. „*Caulis* annuus tenuissimus filiformis al-
bus ramosissimus intricatus repens. *Folia* cordata peltata subrotunda
crenato-lobata glabra; *petiolis* brevibus solitariis reclinatis albis. *Flos*
minimus rubescens, *umbellis* multifloris subrotundis simplicibus, *pedun-*
culis umbellae longiusculis; *involucris* 3-5-phyllis; *flosculis* omnibus
fertilibus. *Lour.* In humidis Cochinchinae *Loureiro* observat: *ico-*
nes Hill. Brit. Herb. p. 419. t. 39. f. 16. et *Acarigoba. Pia.*
Bras. I. 4. p. 260. f. ibid. nec inter se nec cum sua satis conformes.
Hujus flores proprii sunt *umbellatae* non *vulgaris*: *folia* vero sublobata
crenata ad *H. americanum* pertinent.) *Sch.*

3. * *H. americana*; radice tuberosâ, foliis subpeltatis
subrotundis sublobatis inaequaliter crenatis, glomerulis sub-
sessilibus paucifloris. *H. fol. reniform. maximo lobato.*
Löffl. Reis. p. 361. *Linn. Spec. I. p. 651.* *Willd.*
Spec. I. p. 1361. *Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 162.*
Pursh Fl. Sept. Amer. p. 190. *Spreng. Umb. Spec.*
p. 3. t. 2. f. 3.

In *America meridionali* ad *Orinocum* et in boreali *Caro-*
lina et *Pensylvania*. 4. Simillima *H. vulgari*, sed ra-
dice tuberosâ, glabritie partium, sarmentis filiformibus, folio-
rum formâ, maxime floribus glomeratis subsessilibus distincta.

(*Obs.* *Linnaeus* *H. americanae* subscripsit: „*Plantae* facies *vulgaris*
et magnitudo. *Folia* antica sinu vix hiante ad centrum usque dissecta,
margine in 9 lobos obsoletos divisa, quorum singuli tribus crenis mino-
ribus notati. *Umbella* 5-flora.“ *Cls. Pursh l. c.* cum *Michaux*
duplicem distinguit varietatem: *a. flexicaulem*, caulibus firmioribus bre-
vioribusque quasi angulatim flexuosis; *β. gracilem*, graciliorem, filifor-
mem, non flexuosam, foliis minoribus. *Flores* utrique minutissimi,
(subquini) virentes, ut fere omnes species *americanae*.) *Sch.*

4. *H. natans* *Cyrill.*; foliis subpeltato-cordatis carno-
sis orbiculatis quinquelobis crenatis glabris, umbellis capita-
tis pedunculatis. *Ranunculus aquaticus umbilicato folio.* *Co-*

lum. ecphras. I. p. 316. Ic. *H. natans* *Cyrill. neap. fasc. I. t. 6.* *Spreng. Umb. Spec. p. 5.*

In aquis fossarum et paludam circa Sebetum Neap. Cum *valgari* olim confusa differt petiolis foliisque carnosis, his pollicaribus, cordatis, quinquelobis, vix peltatis.

Obs. (Confer *H. Thunbergianam.*)

5. *H. hirsuta* *Swartz*; foliis reniformibus lobatis crenatis pedunculisque subquadrifloris hirsutis. *Swartz Fl. ind. occid. I. p. 560.* *Willd. Spec. I. p. 1361.* (*Pers. Syn. I. p. 301. n. 7.*)

In Hispaniola.

β. *H. moschata*; (fol. reniformibus 7-lobatis serratis villosis, umbellis multifloris) *Forst. Prodr. n. 135.* (*Willd. Spec. I. p. 1362.* *Pers. Syn. I. p. 302. n. 12.*)

Differt solummodo pilis partium longioribus copiosioribus rufescentibus. *In nova Zeelandia.*

γ. *H. erecta* (fol. cordatis crenatis, scapis paucifloris longitudine petiolorum) *Linn. Suppl. p. 177.* *Willd. Spec. I. p. 1362.* (*Thunb. Diss. ed. II. Pers. p. 414. Pers. Syn. I. p. 302. n. 20.*)

Non differt nisi pedunculis longioribus subradicalibus. *In Jamaica.*

Huc pertinere videntur *Hydr. globifera* *Ruiz et Pav. Fl. peruv. t. 247,* et *quinqueloba* *ibid. t. 248. f. b.* quae in Peruvia et Chili occurrunt. *FRAGOSA reniformis* *Ruiz et Pav. ibid. t. 249* haud differre videtur.

(*Obs.* *In α* caulis repens filiformis tenuis glaber. Folia cordato-reniformia, obtuse 5-7-loba, horizontalia. Petioli erecti longi caule multo crassiores, stipulis ad basin oblongis parvis. Pedunculi axillares solitarii erecti petiolis longiores. Flores subspicati verticillis 4-floris numerosis approximatis, floribus viridibus, minutis, foliolo lineari obtuso hirsutiusculo sub singulo flore. Corollae lacinae acutae. Antherae flavae. Styli longitudine staminum. Pericarpium rugosum subhirtum. *Swartz l. c.* γ s. *H. erectae* *Linnaeus* subscripsit: „Folia

obtusa lateribus acute dentata pollicaria; petioli radicales spithamaei apice pilosi. Scapi radicales apice paucis floribus, longitudine plantae, erecti, ut tota planta, non repentes.“ *H. globiflora*, fol. reniformi-subrotundis duplicato-crenatis, umbellis globosis multifloris *Fl. peruv. t. 247. f. a.* (*Pers. Syn. I. p. 301. n. 9.*), cui folia umbellaeque magnae, caules purpurei repentes, folia peltata venosissima subtrinervia, petioli pedales et ultra, foliola involucri linearia minima, petala alba, semina flavicantia, tam ab *H. quinqueloba*, fol. peltatis quinquelobis, lobis acutis duplicato-serratis, umbellis globosis verticillatis, *Fl. peruv. t. 248. f. b.* (*Pers. Syn. I. p. 302. n. 11.*), cui caules prostrati striati geniculati, folia quinquenervia, dentibus inaequalibus, lobo medio elongato, petioli villosi foliis paulo longiores,

stipulae oppositae ovatae obtusae viridi-rubescens, pedunculi villosi, foliola involucri lineari-lanceolata, semina parva hemisphaerica, quam a FRAGOSA reniformi foliis reniformibus crenatis pilosissimis Fl. peruv. t. 449. (Pers. Syn. I. p. 303. n. 10.) cui radices crassae fusiformes, folia suborbiculata, 1 1/2 poll., ciliata, petioli longissimi pilosissimi, scapus centralis (acaulis enim est) foliis duplo brevior, umbella simplex floribus albis omnibus fertilibus, involucri foliolis linearibus longitudine fere corollae, fasci ovati compressi striati, et ab hinc adductis varietatibus nobis saltem ex descriptione diversae videntur. Omnes in Peruviae nemoribus.) Sch.

6. * *H. asiatica*; foliis cordato-reniformibus aequalibus dentato-crenatis glabris, umbellis axillaribus sessilibus multifloris. *Ranunculo affinis, Umbelliferis accedens.* Plukn. t. 106. f. 5. *Valerianella zeylanica palustris* Herm. parad. p. 238. Ic. opt. *Pes equinus* Rumph Amb. V. c. 69. t. 169. f. 1. *H. asiatica* Linn. Hort. Cliff. p. 88. Fl. zeyl. p. 188. Spec. p. 652. *Willd. Spec. I. p. 1362.* (Thunb. Prodr. p. 49. Diss. Fl. Cap. II. p. 192. Codagam *Rheede Mal. X. p. 91. t. 46.*) **TRISANTHUS cochinchinensis** Lour. Fl. Cochinch. p. 218. 219. Involucrum dicitur calyx communis. *)

Per totam Asiam meridionalem. 2.

(Obs. *Linnaeus H. asiaticae* subscripsit: „differt ab *H. americana* marginis denticulis s. erenis aequalibus, consistentia foliorum duplo crassiore et fere incana, petiolis pluribus ad genicula, caulis cum in *americana* folia solitaria.“ *Thunbergi* descriptio sequens: „Caulis filiformis, decumbens striatus tenuissime pilosus, parum ramosus. Rami dichotomi

*) (Character generis **TRISANTHI** Lour. l. c. sequens. *Cal. communis* foliolis 2 lanceolatis, continens flosculos 3; *cal. proprius* monophyllus, coloratus, denticulis 5, minimis apice subtruncato. *Cor.* nulla. *Filamenta* calycis margine inserta. *Germen* orbiculatum, stigmatibus 2 oblongis, reflexis. *Pericarpium* lenticulare, truncatum, denticulis decidens, biloculare, monospermum, bisulcum, bipartibile. *Sem.* reniformia. Etiam si **TRISANTHUS** generis **HYDROCOTYLIS**, *T. cochinchinensis* caule repente, foliis subrotundis semipartitis, floribus congestis Lour. l. c., licet laudet Rumph amb. t. 169. f. 1., vix eadem cum *H. asiatica* planta videtur. Est enim „caulis filiformis tenuis simplicissimus longus teres, distantis subaequalibus ordinatim radicans. Folia dentato-connata concava rugosa glabra, petiolis radicalibus confertis longis erectis paucis. Perianthium floris purpureum cartilagineum glabrum sessile, calyce communi 3-floro suffultum; pedunculis communibus longiusculis, radicalibus congestis paucis, nec umbellatis. Ad sepes Cochinchinae. Si bene memini etiam in China et in aliis locis Indiae.“ 2. *Lourcero*, addens: „Quamvis praeceptor noster *Linnaeus* cum aliis cl. viris hanc plantam **HYDROCOTYLI** adjunxerint, existimo illos recentem non vidisse, nam, ut haec legenti patebit, in paucis conveniunt, in multis differunt, vel forte viderunt aliam a Cochinchinensi, quam probavi, diversam.“) Sch.

simplices, cauli similes. Folia alterna petiolata nervosa pilosa denticulata inaequalia unguicularia usque pollicaria. Flores axillares. Umbella simplex sessilis pauciflora." *In Prom. b. Spei, in proclivis Tafelberg, sylvis Houtniugas, et in Groot-Vaders-Bosch.* 4. Cls. *Lamarck Enc. meth.* III. p. 152 observat in *Linn. S. N.* III. p. 202 Jamaicae quoque patriam dici: sed optime addit: „quotiescunque plantas ex India occidentali et orientali sub eadem specie a *Linnaeo* junctas vidi, has differre semper specie observavi.“

7. * *H. ranunculoides*; foliis subquinelobis cordatis crenato-dentatis, umbellis capitatis subtrifloris. *H. repens* flore albo. *Gronov. virg.* p. 30. *H. ranunculoides* *Linn. Suppl.* p. 177. (*Willd. Spec.* I. p. 1363. *Pers. Syn.* I. p. 302. n. 23.) *Spreng. umb.* p. 2. t. 1. f. 2. *H. cymbalarifolia* *Mühlenb. Catal.* p. 30. (*Herb. Willd.*) *H. triflora* (fol. reniformibus crenatis, pedunculis trifloris.) *Ruiz et Pav. Fl. peruv.* III. t. 245. (*Pers. Syn.* I. p. 301. n. 8.)

In America boreali. 4.

β. *HYDR. sibthorpioides* (fol. cordato-orbiculatis obsolete lobatis crenatis, scapis subsolitariis, petiolis longioribus) *Lam. Enc.* III. p. 153. (*Pers. Syn.* I. p. 302. n. 17.) Non differt nisi gracilitate partium, fructibusque minoribus.

In insula *Franciae* invenit *Sonnerat*.

(Obs. *Linnaeus* *H. ranunculoidi* fol. 5-partitis incis, subscripsit: „Caulis repens geniculatus. Folia solitaria s. bina subquinquepartita lobis trilobatis obtusis, omnino Ranunculi. Petioli longitudine saepe digiti. Scapi caulini pollicares. Umbella simplex. Petala alba. In *Mexico. Mutis.*“ Ab hac non paucis abludit descriptio *H. triflorae* *Fl. peruv.*, cui: radix repens, foliis e nodis erectis, longe petiolatis, nervis 7, junioribus subvillosis, demum glabris. Pedunculi 1-3, oppositifolii, petiolis triplo breviores, floribus 3 sessilibus, involucri foliolis 3 rotundatis concavis persistentibus membranaceis. Petala alba. Semina hirsuta. In humidis *Chili*. Nec cum utraque convenit ex

integrò descriptio *ranunculoidis* *cli. Sprengel l. c.*: „caulis prostratus sarmentosus teretiusculus glaber, radicalis ad genicula. Petioli suberecti angulati glabri flexuosi, digiti minimi longitudine. Folia latiora quam longa, laevia, nitidiuscula, nervoso-venosa, lobis crenato-dentatis. Pedunculi ex ipsis cum petiolis geniculis, his paullo breviores, glabri, subtriflori. Flores subcapitati albidii. Involucrum subnullum. Fructus umbellatà majores, lateribus compressi, (ex icone, et descriptione de hirsutie silente, glabri).

In *H. sibthorpioide* folia omnium minima; caules filiformes ramosi repentes 4-6 poll.; folia lobis 6-7 parum profundis, 4-5 lin.; scapi solitarii aut fasciculati, floribus 6-8 minimis virentibus sessilibus capitatis. Fructus minimi seminibus laevibus, subcompressis. An varietas illa *asiaticae*, de qua *Burmann ind. p. 74?* *Lam.*) *Sch.*

8. *H. repanda* *Pers.*; foliis rotundato-cordatis repando-dentatis subtus petiolisque pilosis, umbellis capitatis sub-

trifloris, fructibus reticulatis. *Valerianella nymphææ minoris folio.* *Herm. parad. p. 239. ic. folia minus dentata.* *H. cordata* *Walt. Fl. Carol. p. 113.* (*H. fol. cordatis integris erectis Thunb. Diss. ed. 2. Pers. p. 411.*) *H. ficarioides* *Mich. Fl. bor. Amer. p. 161.* *H. repanda* *Pers. Syn. I. p. 302.* *Mühlenb. Catal. p. 30.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 190.* *Spreng. umb. Spec. p. 4. t. 2. f. 4.* *H. reniformis* *Bosc Poir. Enc. Suppl. III. p. 72.* (*excl. syn. natantis Walt. Fl. Carol. p. 113. vide Pursh.*) *GLYCERIA repanda* *Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 177.*

In locis inundatis Curassai, Carolinae meridionalis et Georgiae. 4.

B. Hydr. ficarioides (fol. cordato-subrotundis obsolete angulosis laevibus, petiolis scapisque glabris, umbellis sub-5-floris.) *Lam. Enc. III. p. 153.* (*Pers. Syn. I. p. 302. n. 19.*) non differt nisi glabritie partium, sicut et in culta planta pili interdum evanescent.

(*Obs.* Radix, quae pro caule habetur, repens. Folia pollicem lata, glabra, petioli subpilosi 6-8 poll. Pedunculi radicales subfasciculati in umbellam, subvillosi, subuniflori, 2 poll., filiformes. *Poir. ad spec. Bosc.* Descriptio haec, utut nimis brevis, differt nonnullis ab illa *repandae Sprengel l. c.*, cui radix subbulbosa, sarmentis prostrata. Petioli subaggregati digitales aut 1/2 ped. angulati erecti, pilis sparsis. Pedunculi multo breviores, subunguiculares, densius pilosi, aggregati triflori. Flores minuti virentes. Fructus majusculi, lateribus compressis reticulati, in capitulum coacervati. In *H. ficarioide Lam.*, quae non glabra, caules repentes filiformes 6-9 poll.; petioli fasciculati 3-4 in nodos singulos, folia parva undulata potius quam crenata, scapi glabri solitarii aut gemini, petiolis parum breviores, floribus 5 albis minimis capitatis. In insula *Franciae, Commerson.* Scapi breviores in *icone Hermannii* laudata, nimis copiosi. *Lam.) Sch.*

9. *H. citriodora* *Ruiz et Pav.*; foliis reniformibus (7-9) sinuatis crenatis hirsutis, umbellâ multiflorâ villosâ. *Flor. peruv. III. p. 26.*

In Chili. Folia fricata Citri aut Melissae odorem exhalant. (Caules glabri longissimi filiformes, repentes. Folia longe petiolata, pedunculi longitudine petiolorum. Umbella minima, e flosculis circa 50. Involuceri foliola ovata, minima, persistentia. Petala alba ovata. Antherae fere orbiculares.) *Sch.*

10. *H. incrassata* *Ruiz et Pav.*; foliis reniformibus (7-9) sinuatis crenato serratis, serraturis incrassatis albicantibus, umbellis multifloris globosis. *Flor. peruv. III. p. 26.*

In Peruviae umbrosis. (Caules purpurascens repentes geniculati. Folia glabra sublobata, crenis crassis subtus albidis. Foliola involuceri parva ad basin pedicelli singuli. Fructus ovato-subrotundi.) *Sch.*

11. *H. lunata* Lam.; foliis semilunatis crenatis basi truncatis, petiolis pedunculisque subtrifloris villosis. Lam. Enc. III. p. 152. (*H. asiatica* β . Pers. Syn. 1. p. 302.)

In India invenit Sonnerat. (Fors asiaticae esse varietatem. Caules filiformes repentes subhirsuti ad minimum pedales; folia membranacea apice retusa; petioli longi brevesve; scapi fasciculati; flores capitati. De Lamarck.) Sch.

12. *H. spicata* Lam.; hirta, foliis cordato-subrotundis crenatis, spicis longis interruptis, floribus glomeratis. Enc. III. p. 153.

In Hispaniola. (Caules nudi, filiformes, repentes, 6 poll.; folia subinde 2-3 ad genicula inferiora, obsolete lobata, parva, fere ut in *sibthorpioide*, supra glabra, subtus petiolisque hirsuta. Pedunculi solitarii geminive foliis longiores. Bractee membranaceae sub floribus, reflexae. Fructus didymi parum compressi. Lamarck ex Herb. Desfont.) Sch.

13. *H. Thunbergiana* Spreng.; foliis reniformi-cordatis subcrenatis glabris, pedunculis axillaribus aggregatis. Hyd. natans, (foliis reniformibus repando-crenatis natantibus.) Thunb. Diss. 2. ed. Pers. p. 412. *H. Thunbergiana* Spreng. neue Entd. I. p. 283.

In Promont. b. Spei.

(Obs. III. Thunberg speciei hujus nullam dedit descriptionem in Diss. laudata; attamen ibidem p. 418 pro synonymo habet: Linn. Syst. Veg. ed. Gmelin p. 467, (ubi tantum *H. natans* Cyrillo eadem, quae ipse utitur, diagnosi) et patriam Italiam dicit. Natantis porro in Flora capensi T. II. inter plurimas *Hydrocotyles capenses* non meminit. Cum vero et hanc et natantem cis. Sprengel siccam vidisset, *H. Thunbergiana* hanc, excl. tamen syn. Thunb. Diss., species propria auctoritate cli. Sprengel habenda.) Sch.

14. *H. reniformis* Thunb.; foliis erectis reniformi-cordatis crenato-dentatis glabris subcoriaceis subtus reticulato-venosis, petiolis pedunculisque axillaribus aggregatis pilosis. (H. fol. reniformibus dentatis erectis.) Thunb. Diss. 2. ed. Pers. p. 412. Spreng. neue Entd. I. p. 282.

Ad Prom. b. Spei.

(Obs. Nec hujus prostat descriptio in Diss. Thunb. laudata; ill. Thunberg laudat l. c. p. 418 tanquam synonymum Linn. S. V. ed. Gmel. p. 568, (ubi *H. reniformis* Walt. eadem, quae ipse utitur supra, diagnosi) et patriam Carolinam dicit. Videretur ergo eadem cum repanda, ad quam *H. reniformis* Walt. ducitur a clo. Pursh, et quidem eo magis, cum in Fl. capensi ab ill. Thunberg non sit enumerata. Cum vero cis. Sprengel hanc vivam, illam siccam vidisset, hujus auctoritate (excl. tamen syn. Diss. Thunb.) species habenda.) Sch.

15. *H. moschata* Thunb.; pilosa, foliis subcordato-

reniformibus septem-dentatis, umbellis paucifloris, involucris diphyllis maximis. *Thunb. Diss. 2. ed. Pers. p. 412. (414.)*

Ad Promont. b. Spei. Tota planta pilosa. Folia dentibus 7 acutis magnis. Involucra respectu reliquarum partium maxima.

(*Obs.* *Thunb. l. c. p. 418* Terram australem *moschatae* patriam dicit et sequentibus describit: „Caulis sarmentosus capillaris glaber. Folia cordato-orbiculata lobata denticulata hirsuta unguicularia. Petioli capillares villosi pollicares vel ultra. Umbellae pedunculatae. Pedunculi unguiculares“ Utitur porro verbotenus in *moschata* sua eadem diagnosi, quâ *Forster* in *moschata*, quam tamen nonnisi β *hirsutae* esse supra sub *hirsuta* cl. *Sprengel* monuit. Interea utramque siccam vidit cl. *Sprengel*, et ejus auctoritate species habenda.) Sch.

16. *H. plantaginea Spreng.*; pilosa, caule subscandente, foliis oblongis acutis trinerviis integerrimis, pedunculis unifloris. *Spreng. neu. Entdeck. I. p. 284. Grunds. d. Pflanzenk. t. 8. f. 5-7.*

Ad Promont. b. Spei.

17. *H. villosa Thunb.*; caule decumbente ramisque erectis villosis, foliis ovato-cordatis cuspidatis trinerviis, umbellis axillaribus sessilibus. *Thunb. Diss. 2. ed. Pers. p. 411. 413.*

Ad Promont. b. Spei.

(*Obs.* * *H. villosa*; tomentosa, foliis cordatis integerrimis tomentosis villosis. *Linn. Suppl. p. 175.* *Willd. Spec. I. p. 1362.* *Thunb. Prodr. I. p. 49. Fl. Cap. II. p. 191.* *CONTELLA villosa Linn. Spec. p. 1393. Amoen. acad. b. 98.* *MERCURIALIS afra* caule prostrato herbaceo. fol. ovatis subtomentosis, floribus androgynis. *Linn. Mant. p. 298.* Rad. fibrosa. Folia petiolata indivisa *VIOLAE odoratae* mucronata, tam ad radices, quam circa extremitates caulium. Caulis prostrati apice foliosi floriferique. Pedunculi ex apice caulium plures filiformes foliis breviores uniflori. Flores parvi. *Linn.* Caulis decumbens filiformis totus villosus. Rami trichotomi elongati, cauli similes. Folia in articulis 2 vel plura, petiolata cordato-ovata acuta inaequalia lineae vel pollicis. Petiolus longitudine folii vel paulo longior. Flores subverticillato-umbellati. Umbella axillaris sessilis simplex. Variat foliis magis cordatis et oblongis, minoribus et majoribus. *Thunb. In Prom. b. Spei, in proclivis Taffelberg.*) Sch.

18. *H. glabrata Thunb.*; caule sarmentoso, foliis lanceolatis basi attenuatis trinerviis integerrimis subcoriaceis glabris, pedunculis axillaribus subsolitariis curvatis. *Thunb. Diss. 2. ed. Pers. p. 411. 413.*

Ad Prom. b. Spei. 2.

(*Obs.* *H. glabrata*; glaberrima, foliis obovatis s. lanceolatis acutis trinerviis glaberrimis. *Linn. Suppl. p. 176.* *Willd. Spec. I. p. 1363.* *H. glabra Thunb. Prodr. I. p. 49. Fl. Cap. II. p. 190.*

Centella glabrata. Linn. Spec. p. 1393. Amoen. acad. b. 100. Caulis filiformis curvatus decumbens obsolete striatus totus glaber parum ramosus. Rami simplices et dichotomi cauli similes elongati. Folia in articulis opposita petiolata elliptica integra coriacea inaequalia subpollicaria. Petioli unguiculares. Umbella axillaris sessilis simplex multiflora. Thunb. In Prom. b. Spei, arenosis Hottentotia-Holland, infra Taffelberg latere orientale et prope Ronde bosch.) Sch.

19. * *H. virgata*; caule erecto articulato glabro, foliis filiformibus hinc sulcatis subfasciculatis, umbellis lateralibus compositis, flosculis glomeratis polygamis. Linn. Suppl. p. 176. Lam. Enc. III. p. 154. Ill. t. 183. f. 3. (Willd. Spec. I. p. 1365. Thunb. Prodr. p. 49. Diss. ed. Pers. II. p. 412. Fl. Cap. II. p. 187.) (β. humilior, involu- cellis triphyllis Lam.)

Ad Prom. b. Spei. Singularis forma probat, in hac familia haud raro folia cum petiolis ipsisque ramis confluere, illa enim et hic gerunt umbellas. Flosculi glomerati involuero diphylo insident, e quibus unus superest fructus, characterem generis servans.

(Obs. Caulis suffruticescens ramosus totus glaber pedalis ultra. Rami dichotomi, cauli similes. Folia prope articulos 2 vel plura, acuta integra erecta teretia, internodiis longiora, palmaria, superioribus sensim brevioribus. Umbellae axillares sessiles simplices multiflorae. Pedunculi capillares. Thunb. In Prom. b. Spei, in sylvis, rarior.) Sch.

20. *H. tomentosa* Linn. fil.; erectiuscula, foliis cuneiformibus utrinque tomentosis obtuse dentatis, umbellis axillaribus pedunculatis. Linn. fil. Suppl. p. 176. Thunb. Diss. II. p. 412. 416. H. Solandra Lam. Enc. III. p. 155. (t. 188. f. 5.) Pers. Syn. I. p. 302.

In Promont. b. Spei. 2.

(Obs. *H. Solandra* Linn. fil.; tomentosa, foliis cuneiformibus ovatis retensis 7-dentatis. Linn. Suppl. p. 176. Willd. Spec. I. p. 1364.

SOLANDRA repens. Linn. Spec. p. 1407. (exclusis H. tomentosa, Synonymis monente Willd., tacente Thunb.)

Radix subfiliformis repens foliis obovatis dentatis tomentosis. Thunb. Prodr. p. 49. Diss. II. p. 412. 416. Fl. cap. II. p. 189.

Caulis supra terram saepe ramosa, cauliculos plures edens, perennis. Folia subradicalia approximata al- vix ullus vel brevis, foliis tectus. Folia subradicalia approximata al- terna petiolata subrotunda inciso-7-dentata, sericeo-tomentosa, erecta, subunguicularia. Petioli lineares unguiculares usque pollicares. Pedun- cali ex alis foliorum, unus 2 vel 3, teretes, erecti villosi, umbelliferi, longitudine foliorum. Umbella simplex 5-flora, vel saepius 6-flora. Flosculi pedicellati, intermedio subsessili. Pedicelli breves villosi vix lineam longi. Involucrum saepius 4-phyllum raro 5-phyllum rarissime 6-phyllum; foliolis lanceolatis concavis intus glabris extus tomentosis erectis longitudine pedicellorum. Perianthium proprium nullum. Recep- taculum flosculorum radii superum dilatatum lateraliter planum didy- mum

atro-purpureum vel virescens. Petala infra marginem receptaculi inserta ovata acuta erecta remota alba lineam dimidiam longa. Filamenta 5 infra marginem receptaculi inter petala inserta filiformia erecta alba longitudine petalorum. Antherae ovatae striatae incumbentes fuscescentes. Germen inferum. Styli 2, fissurae receptaculi et fructus inserti erecto patentibus brevissimi decidui. Stigmata simplicia obtusiuscula. Semina subcordata compressa. *Thunb. In Prom. b. Spei, in collibus montium prope Cap. vulgaris, (et prope Sibelong.) h.*

Obs. Mirae sane observationes 3 sequentes cli. *Thunberg* tam ait: 1. quod planta tota incano-tomentosa sit, adeoque ab umbellatis in genere valde dissimilis. 2. Cum omnes flores hermaphroditi, stylisque instructi sint, referatur ad Pentandriam Digyniam. 3. Corolla universalis uniformis est, flosculi radii steriles, disci flos fertilis; propria 5-petala vel 6-petala.) *Sch.*

21. * *H. tridentata Thunb.*; caule erectiusculo, foliis trifidis, crenatis tomentosissimis trinerviis, pedunculis aggregatis axillaribus pilosis. *Thunb. Diss. 2. ed. Pers. p. 412. 416. t. 3.* (*H. tomentosa, foliis lineari-cuneiformibus apice tridentatis. Linn. Suppl. p. 176. Willd. Spec. 1. p. 1364.* *H. foliis cuneatis (apice) trifidis villosis. Thunb. Prodr. p. 49. Fl. Cap. II. p. 188.*)

In Promont. b. Spei. (Simillima *H. Solandrae*, sed differt: Foliis linearibus basin versus angustioribus, apice dentibus 5 aequalibus, nec ovatis 5-sive 7-dentatis; Pedunculis folio multo brevioribus, nec longitudine aequalibus. Caulibus brevioribus lanatis herbaceis nec lignosis pollicaribus prostratis. Flos centralis est certe huic hermaphroditus. *Linn.* Radix filiformis alte descendens. Caulis simplex erectus pollicaris. Folia radicalia et caulina sparsa petiolata integra sensim attenuata in petiolos, cum petiolis pollicaria. Umbellae pilosae *Thunb.*) *Sch.*

22. *H. triloba Thunb.*; caule suffruticoso, foliis tridentatis cuneatis glabris trinerviis, floribus glomeratis axillaribus. *Thunb. Diss. 2. ed. Pers. p. 412. 416. t. 3.* (*H. foliis cuneatis trilobis glabris. Thunb. Fl. Cap. II. p. 188.*)

In Prom. b. Spei. (Caulis suffruticosus glaber erectus subramosus. Folia obovata, lobis acutis, integra, subpollicaria. Petioli alterni approximati amplexicaules angulati glabri digitales. Flores axillares. Semina ovata compressa striata. *Thunb.* *In Prom. b. Spei interioribus regionibus. Masson.*) *Sch.*

(*Obs.* An forte cum *tridentata AZORELLAE* species, cujus habitum refertur quaerit *Pers. Syn. I. p. 302. n. 27.*) *Sch.*

23. *H. javanica Thunb.*; caule erecto, foliis quinquelobis subcordatis crenatis glabris, umbellis axillaribus pedunculatis capitatis. *Thunb. Diss. 2. ed. Pers. p. 412. 415. t. 3.* (*H. foliis lobatis angulatis crenatis. Thunb. l. c. n. 17.*)

In insula Java. Tota glabra; caulis debilis. Folia inferiora solitaria petiolis palmaribus, suprema bina, petiolis vix polli-

cis, cordata, pollicaria. Umbellae axillares, 1-2-3, pedunculis pollicaribus.) Sch.

24. * *H. linifolia*; foliis linearibus falcatis subspathulatis, caule decumbente striato subtomentoso, umbellis paucifloris subverticillatis. (H. canescens, foliis lineari-subspathulatis internodiis brevioribus.) Linn. Suppl. p. 176. (Willd. Spec. I. p. 1364. (H. foliis lineari-lanceolatis hirsutis integris. Thunb. Prodr. p. 49.) Diss. 2. ed. Pers. p. 411. 413. (Fl. Cap. II. p. 188.)

In Prom. b. Spei. (Similis *H. virgatae*, sed folia multo longiora, pedunculi tenuiores. Linn. Caulis filiformis flexuosus decumbens striatus totus tenuissime subtomentosus. Rami pauci alterni cauli similes. Folia alterna sessilia, vel in petiolos sensim attenuata, lineari-lanceolata acuta integra subfalcata pollicaria. Flores verticillato-umbellati, umbellâ pauciflorâ. Thunb., qui in Diss. l. c. fors eandem esse cum *chinensi*.) Sch.

25. * *H. chinensis*; foliis crassiusculis retuso spathulatis linearibus transverse lineatis glaberrimis, umbellis pedunculatis. Linn. Spec. p. 652. (Willd. Spec. I. p. 1364. Pers. Syn. I. p. 302. n. 29. H. lineata, minuta glaberrima, foliis crassiusculis etc.) Mich. Fl. bor. Amer. p. 162. (Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 162. Poir. Enc. Suppl. III. p. 75. Pers. Syn. I. p. 302. n. 28.) *GRANTZIA lineata* Nuttall. Gen. Amer. pl. I. p. 178.

In inundatis Chinae et Carolinae infer.

(Obs. Linnaeus *H. chinensi* subscripsit: „Magnitudo praecedentium.“ (asiaticae, americanae.) „Caulis repens. Folia laevia obtusa plana, saepius bina ad articulos. Scapi longitudine folii, Umbella multiflora.“ Planta Michauxi minima, tota glabra. Folia integerrima, 6-8 lin.; scapi capillares 1 1/2 poll.; umbella parva, pedicellis brevibus inaequalibus.) Sch.

26. *H. composita* Pursh; radice bulbosâ, caule erecto simplici bifido, foliis subternatis, foliolis cuneiformibus subincisis, umbellis subquinquefloris. Sison bulbosum Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 169. Hydrocotyle bipinnata Mühlenb. Catal. p. 30. Barton. Fl. philadelph. p. 36. Herb. Willd. Hydrocotyle composita Pursh Fl. Sept. Amer. p. 190. Spreng. Umbell. Spec. p. 6. t. 5. f. 9. ERIGENIA bulbosa Nuttall. Gen. Amer. pl. I. p. 188.

In adis rupestribus Kentucky et Knoxville. 2. (Rad. globosa. Caulis diphyllus, (palmaris) folium laterale tripartitum, laciniis subpinnatis, pinnulis divisis, terminali subbiternato. Pursh. Involucra cuneiformia subincisa, umbellas aequantia. Flosculi albi, petalis ovalibus integerrimis, antheris atropurpureis. Spreng. l. c.) Sch.

27. *H. pinnatifida* Spreng.; caule erecto glabro, foliis pinnatifidis laciniis oblongis subincisis, umbellâ subtriflorâ involucreatâ. Spreng. Pugill. II. p. 49.

Caulis ramusve digitalis glaber striatus, superne ex uno nodo pedunculos 3 fructiferos unciales et folia 5 petiolata paulo majora. Folia glaberrima, laciniis oblongis integerrimis obtusiusculis. Umbella in apice pedunculi, sub qua foliola aliquot spathulata integerrima involucrum sistunt. Fructus exacte asiaticae. Habitat? Herbar. Panzerian.

(Cls. Sprengel hanc et sequentem ambiguam non recepit.) Sch.

28. *H. ambigua* Pursh; folio radicali composito, caule subaphyllo 2-3-umbellifero, umbellulis subtrifloris, petalis lanceolatis. Pursh Fl. Sept. Amer. II. p. 732.

(Planta perpusilla; flores proportionem magni, albi, purpurei, *H. compositae* ad instar. In Louisiana superiori. Bradbury.) Sch.

Minus bene notae ex Herbario Willdenowiano.

29. *H. capitata* Humb. et Bonpl.; foliis reniformibus crenatis subtus hirtis, floribus capitatis. Reliqu. Willd. MS.

In America calidior. 4. Humb. et Bonpl.

30. *H. Humboldti* Willd.; foliis orbiculatis cordatis crenatis hirsutis, floribus umbellatis. Reliqu. Willd. MS.

Cum capitata.

31. *H. cuspidata* Jacq.; foliis semiorbiculatis basi truncatis cuspidato-dentatis, capitulis aggregatis pedunculatis hirsutis, caule fruticoso. Reliqu. Willd. MS.

Ad Prom. b. Spei. 4. Jacq.

32. *H. multifida* Willd.; foliis multifidis lobis laciniatis, floribus axillaribus umbellatis involucreatis. Reliqu. Willd. MS.

Habitat?

1165. SPANANTHE.

1. *S. paniculata* Jacq.; caule erecto glabro, foliis triangularibus acuminatis crenatis basi barbatis, umbellis axillaribus patulis (subproliferis). Jacq. Ic. rar. II. t. 350. Coll. III. p. 247. (Pers. Syn. I. p. 303.)
Spananthe Willd. Spec. I. p. 1363.

HYDROCOTYLE

In ora boreali Americae meridionalis. ☉.

(Obs. „Nullam“ addidit Willdenow l. c. „video differentiam, quâ

apte ab *Hydrocotylis* hæc separanda. Habitus videtur quidem alienus, sed sequentes (*HYDR. ranunculoides, saniculaefolia, solandra, tridentata, chinensis, linifolia, virgata*) vulgari nullo modo similes sunt; propius ad nostram accedit *H. Solandra*.“ 1-2 ped.; folia fere *Urticæ*, nervis pilis raris, 1-2 poll.; umbella rara; involucrum subheptaphyllum; petala lanceolata albida.) Sch.

2. *S. sinuata Spreng.*; caule repente pubescente, foliis cordatis acuminatis sinuato-crenulatis utrinque pilosis, umbellis terminalibus solitariis (globosis multiradiatis). *HYDROCOTYLE acutifolia Ruiz et Pav. Fl. peruv. III. t. 248. f. a.* (*Pers. Syn. I. p. 302. n. 15.*)

In sylvis Peruviae. (Foliis affinis *paniculatae*. Stipulae subreniformes, caducae; pedunculi foliis magnis longiores. Foliola involucri ovata minima persistentia. Semina fusca trigona.) Sch.

3. *S. saniculaefolia Spreng.*; foliis radicalibus ternatis glabris, foliolis cuneatis tridentatis, caule nudo, umbellâ subcompositâ. *HYDROCOTYLE saniculaefolia Lam. Enc. III. p. 154.* (*Willd. Spec. I. p. 1364.* *Pers. Syn. I. p. 302. n. 24.*) *Cav. Ic. V. p. 60. t. 488. f. 2.*

In Monte Video Commerson et Née. 2. (Parva, foliis omnibus radicalibus cespitosis, 9-12 lin. in diametro, foliolis ovato-cuneiformibus obtusis crenulatis, lateralibus ut plurimum bilobis. Scapus 3-poll., atro-purpureus. Saepe supra umbellam ramus umbellâ simplici. Radii umbellae universalis 5-6, 6-7 lin., singuli umbellulâ triflorâ, flosculo medio sessili, fertili, lateralibus pedicellatis sterilibus. Petala alba. Squamae minimae membranaceae sub umbella. *Lam. l. c.*) Sch.

(Obs. In *Dieterich Suppl.* male *MULINUM Pers.* pro synonymo habitur aequè ac *H. tridentata* pro *BOLACE*.)

1166. TRACHYMENE.

1. *T. compressa Spreng.*; aphylla, caule ancipiti ramoso, umbellâ decompositâ. *Spreng. Umbell. Spec. p. 9.* *AZORELLA compressa Labill. nov. Holl. I. p. 75. t. 101.*

In ora sabulosa novae Hollandiae ad Africam sita. 2. (Caules basi prostrati pedales nudiusculi, foliolis aliquot capillaribus minimis integris bi-trifidisve. Radii umbellae maxime inaequales. Involuer. univ. e foliolis 4-6 subulatis, parte 2-4, omnibus umbellâ brevioribus. Fructus obverse ellipticus compressus, divisus in semina 2 extus convexa rugosa, lineis 3 prominulis. *Labill.*) Sch.

2. *T. linearis Spreng.*; caule fruticoso, foliis linearibus subulatis sparsis, umbellâ compositâ. *Spr. Umbell. Spec. p. 7.* *AZORELLA linearifolia Cavan. Ic. V. t. 485. (excl. syn. GINGIDII Forst. Az. linearifolia) Pers. Syn. I. p. 303.* *Poir. Enc. Suppl. I. p. 552.*

In nova Hollandia ad port. Jackson. h. (Caulis teres glaber, columbinae vel gallinaceae pennae crassitie, cortice fusco. Folia subrecurva numerosa fere pollicis, vix 1/2 lin. lata, aspera. Pedunculi terminales, pollicares, erecti, ramosi. Umbellae radii 3-4-(6), subpollicares, stricti; umbellulae 10-12, 2-3 lin. Involucr. univ. et part. foliola (3-6) lineari-subulata. Petala flava aut crocea acumine subinflexo. *Spreng. l. c.* ad specimina *Smith* et *Desfont.* — 2 ped. et ultra. Styli corollâ breviora, apice incrassati. Semina globulosa subcompressa, striis utrinque 3. *Cavan.*) *Sch.*

4. *T. ovata Spreng.*; caule fruticoso, foliis ovatis nervosis sparsis subsessilibus, umbellâ compositâ. *Spreng. Umbell. Spec. p. 8.* AZORELLA *ovata Labill. nov. Holl. I. p. 71. t. 100.*

In ora novae Hollandiae ad Africam sita. h. (Caulis teres, ramis patentibus, superne pilosis, cuticulâ in adultis membranaceâ secedente. Folia acuta, apice submucronato, integerrima, juniora subciliata, nervosa, nec tantum 3-5-nervia, rigida, *Myrti* foliis similia. Umbellae terminales sessiles foliis cinctae, radiis 3-5 et ultra; partiales radiis capillaribus 10-12. Involucr. univ. et part. oligophyllum, foliolis linearibus radios subaequantibus. Petala lanceolata ochroleuca. *T. lanceolata*, sub cujus nomine haec occurrit, differt foliis exacte lanceolatis basi in petiolum attenuatis. *Spreng. l. c.* Pedalis et ultra.) *Sch.*

4. *T. lanceolata Spr.*; caule fruticoso, foliis lanceolatis utrinque, attenuatis nervosis alternis, umbellâ compositâ. AZORELLA *lanceolata Labillard. nov. Holl. I. p. 74. t. 99.*

In ora novae Hollandiae Africam spectante (in terra van Leeuwin). h. (Rami teretes patentes subpilosi; folia 3-5-nervia acutissima. Umbellae 4-8-radiatae. Involucr. univ. et part. e foliolis 3-6 subulatis, longitudine radiorum. Stigmata acuta, reflexa. Fructus calyce coronatus, seminibus angulosis, dorso lineis 5-7 prominulis. *Labill.*) *Sch.*

5. *T. incisa Rudge*; foliis radicalibus longe petiolatis erectis palmatis, laciniis apice dilatatis incisus dentatis umbellis (paucis) simplicibus longe pedunculatis. *Rudge Trans. Linn. Soc. X. p. 300. t. 21. f. 2.*

In nova Hollandia ad port. Jackson. (Caulis erectus teres gracilis; folia radicalia ternata, multipartita, incisa, umbella terminalis, radiis pluribus brevibus; petala acumine inflexo, staminibus breviora; Antherae reniformes; Styli divaricati; fructus rugosus; semina semiovata gibba. *Rudg.*) *Sch.*

1167. B O L A X.

1. *B. caespitosus Spreng.*; foliis oblongis coriaceis integerrimis subtus discoloribus, petiolis dilatatis submembrana-

ceis trinerviis ciliatis, umbellis simplicibus subsessilibus. *HYDROCOTYLE gummifera* *γ. Lam. Enc. III. p. 156.* (*Azorella cespitosa* *γ. Willd. Spec. I. p. 1366.* *AZORELLA gummifera* fol. integerrimis glabris densissime imbricatis. *Poir. Enc. Suppl. I. p. 551.*) *AZORELLA caespitosa* (foliis multifariam imbricatis crassis, apice reflexo ovato acuto, umbellis simplicibus terminalibus) *Cav. Icon. 5. t. 484. f. 2.* *SELINUM acaule* (foliis ovatis inferne attenuatis, umbellâ radi-
cali sessili) *Cav. Ic. 5. t. 487.* *Mulinum acaule* *Pers. Syn. I. p. 309.* *AZORELLA crassifolia* *Pers. Syn. I. p. 303.* *AZORELLA aretioides* *Willd. Herbar.* *BOLAX aretioides* *Spreng. Umb. Spec. I. p. 11.* (*BOLAX* foliis ovato-acuminatis integerrimis. *Commers.*)

In summis Andium (Chilensium) jugis et Falklandii insulis. 4. Ne erroneae *Cavanillesii* descriptio et icones decipiant, cavendum. (Caespites parvuli, 1-1 1/2 poll., fusoi toti. Petioli omnium latissimi, 4 fere lin., substantiâ subcellulosâ, marginibus superne villo crispo. Folia ex apice petiolorum erecta crispa acutiuscula margine revoluta, 2 lin., lin. lata. Umbellae terminales 2-3-florae. In *AZORELLA filamentosa* cilia setae potius rigidae longae albidae, folia multo longiora, subinde unguicularia, subtus setis albis, mucronata. *CHAMITIS integrifolia Gaertn.* *AZORELLA Lam. Ill. t. 189. f. 1* vel hujus, vel *BOLACIS filamentosi* figura manca. *Spreng. l. c.) Sch.*

(*Obs. Poir. l. c.* *A. gummiferam* distinguit a *filamentosa* foliis minimis ovatis subcarnosis fere glabris subconcavis acutiusculis, a *tricuspidata* foliis integerrimis brevioribus minus crassis, staturâ denique plantae minore. *Cavanill. l. c.* describit *A. cespitosam* caulibus numerosis 3-6 lin., tectis foliis parvis crassis glaucis subtus concavis demum reflexis ovatis acutis; umbellâ subpedunculatâ; involuero a foliolis 5 ovatis acutis carnosissimis basi adhaerentibus, pedicellis capillaribus brevibus 5-8; fructibus ovatis, seminibus tristriatis. *SELINUM* vero *acaule* radicibus crassis unde folia numerosa imbricata subspathulata glabra obtusa maxime inaequalia, e quorum centro umbella simplex sessilis involuero polyphylo, radiis numerosis gracilibus semipollicaribus. Cor. laete flava. Fructus magnus ovatus, dorso striis duabus prominulis, alâ latâ planâ ovatâ. — Quae quidem sane descriptiones *AZORELLAE cespitosae* et *SELINI acaulis* e portu *Descado* neque inter se, neque cum planta cli. *Sprengel* conveniunt.) *Sch.*

2. *B. filamentosus Spreng.*; foliis oblongis coriaceis mucronatis subtus strigosis, petiolis dilatatis incrassatis setoso-ciliatis, umbellâ pedunculatâ, involucris setaceo-ciliatis. *Lam. Illustr. t. 189. f. 1.* (*Willd. Spec. I. p. 1365.*) *Poir. Enc. Suppl. I. p. 551.*

In terra ab igne dicta. 4. (Caulis herbaceus, inferne tectus basi stipularum, subramosus. Folia semiunguicularia superne approximata, inferiora subovata acuta, superiora fere linea-

ria, omnia glaberrima crassiuscula revoluta mucrone albo, subtus setâ unâ alterâve in costa folii adpressâ. Petioli superne filiformes, inferne ovati, margine ciliis aliquot rigidis albis, adultiores saepe folio longiores. Umbellae laterales pedunculatae simplices. Pedunculi pollicares. Involucrum 5-5-phyl- lum, foliolis ovatis acutis. Pedicelli 12-15, interdum paucio- res unguiculares, involuero duplo longiores. *Vahl.) Sch.*

(*Obs.* „Eandem cum CHAMITI *integrifolia* credit *de Jussieu*; speci- mina vero ab ill. viro communicata haud exacte conveniunt cum figura *Gaertneri*, differunt magnitudine, vaginis in petiolum attenuatis utri- que setis aliquot ciliatis, nec apice utroque margine in setam productis, e cujus medio folium vel ligula ovata, umbellis radiis 5-10.“ *Vahl.* Attamen fide *Willdenow* et *Poir.* l. c. hujus β est CHAMITIS *integrifolia* *Gaertn.* *Sem.* I. p. 99. t. 22. f. 4, clis. vero *Persoon* iterum *Syn.* I. p. 303 sub AZORELLA *Chamiti* eandem sine dubio cum *A. filamentosa* *Vahl* et *Willd.* jungit eâdem specie, addens ex *Gaert- ner*; „praeter flores solitarios huic speciei adhuc singulare, quod fruc- tus non raro tripartibilis et trispermus, quo natura umbellae defectum compensare voluisset.“ Confer BOLACEM *caespitosum*.) *Sch.*

3. *B. complicatus* *Spreng.*; foliis trilobis complica- tis lucidis, petiolis elongatis basi dilatatis nudis imbricatis. *Spreng.* *Umbell. Spec.* p. 9. CHAMITIS *complicata* *Banks* in *Herb. Forst.* AZORELLA *Lam. Illustr.* t. 189. f. 2.

In terra magellanica. *Forster.* 4. (Caespites densi polli- cares, vaginis petiolorum lapsorum pallidis glabris, quas inter petioli superne teretes, patentissimi, 4 fere lin. Folia mag- nitudine fere lenticulae crassa, lobis obtusis, subtus pallidiora. Flores in exemplo manco solitarii. *Spreng.* l. c.) *Sch.*

4. *B. gummifer* *Spreng.*; foliis trifidis planis acutius- culis opacis, petiolis subincrassatis basi subaequalibus imbri- catis, umbellis simplicibus trifloris. *Spreng.* *Umb. Spec.* p. 10. (BOLAX *glebaria* *Commers.*) HYDROCOTYLE *gummifera* *Lam. Enc.* III. p. 156. (a.) AZORELLA *caespitosa* *Vahl Symb.* III. p. 48. *Willd. Spec.* I. p. 1365. excl. γ .) CHAMITIS *tricuspidata* (et *trifurcata*) *Gaertn. de Fruct.* I. p. 95. t. 22. f. 4. AZORELLA *tricuspidata* *Enc. Poir. Suppl.* I. p. 551. *Lam. Illustr.* t. 189. f. 4. (AZORELLA *trifurcata* *Pers. Syn.* I. p. 303. n. 4.) SELINUM *microphyllum* *Cav. Ic.* V. t. 486. MULINUM *mi- crophyllum* *Pers. Syn.* I. p. 309. (β . foliis brevioribus densissime imbricatis. *Lam.* l. c. et *Illustr.* f. 3. fide *Poir. Enc. Suppl.* I. p. 551.)

In Andium jugis, Patagonia, et insulis Falklandii. 4. Caespites fere ut in *complicato*; petioli crassiusculi, inferne membranâ tenui cincti appressi imbricati 4 lin. Folia erecta rigida laciniis acutiusculis 2 lin. Umbellae axillares. *Spreng.* l. c. *Vahl* l. c. describit *A. caespitosam* „caulibus caespitosis ramosis dichotomis crassitie digiti minimi, vaginis foliorum

imbricatis squarrosis. Rami $1\frac{1}{2}$ poll. Folia confertissima crassiuscula cuneiformia parva glabra nitida, laciniis obtusis complicatis, petiolis vix semiunguicularibus folio parum longioribus latioribus subcarnosis supra planiusculis, margine tenuiore parum elevato, subtus nitidis; semina gummi resinosa. Descriptione data a clo. *Lamarck* de *Hydroc. gummifera* vix differt nisi petalis bipartitis, viridi-flavicantibus, foliisque junioribus pilis stellatis, stylisque brevibus coadunatis, fructu didymo. At multum differt descriptio *SELINI microphylli Cavanillesi*, qui caules eidem tribuit lignosos 3-4 poll., vaginis foliorum tectos, cylindricis, numerosis, margine pilis albis, abeuntibus in petiolum subulatum, brevem, lineam longum, folio minuto tripartito, laciniis brevissimis lauceolatis, pilo albo caduco terminatis. Umbella simplex involucri foliolis 3-4 linearibus subulatis persistentibus, radiis 3-7, 2 lin. longis; petala flava, semina *SELINI proliferi*.) Sch.

5. *B. lycopodioides Spreng.*; foliis imbricatis trifidis cuneiformibus utrinque pilosis, summis stellatis, umbellis sessilibus terminalibus subtrifloris. *FRAGOSA corymbosa Ruiz et Pav. Fl. peruv. 3. t. 250.* (*AZORELLA corymbosa Pers Syn. I. p. 303. n. 5.*)

In montibus humidis *Peruviae*. (Facies *Lycopodii*. Radices fusiformes. Caules 2-3-poll., dichotomi, corymbosi. Flores sessiles 2-4. Cor. albido-lutescens. R. et P.) Sch.

(Obs. *Persoon Syn. I. c. genus FRAGOSAE (sphalmate FRAGOSAE) AZORELLAE subgenus constituit.*) Sch.

6. *B. pedunculatus Spreng.*; foliis trifidis acuminatis, petiolis suberoso-incrassatis, pedunculis unifloris solitariis. *Spreng. Umbell. Spec. p. 10.* *AZORELLA pedunculata Willd. Herb.*

In summis *Andium jugis. Humb. et Bonpl.* (Caespites densi; petioli conferti patentiusculi conici 5 lin., basi 2 lin. lati, sulco longitudinali, nervis 3, apice folio exiguo, 3 fere lin. longo latoque, plano, laciniis linearibus acuminatis, cuspidatis. Pedunculi 4-5 lin., in sicco specimine curvati. Flores? Fructus glaber. *SPR.*) Sch.

7. *B. prolifer Spreng.*; foliis trifidis subulatis spinosis in petiolos vaginantes incrassatis, umbellâ terminali pedunculatâ prolifera. *SELINUM proliferum Cav. Icon. 5. t. 486. f. 1.* *MULINUM proliferum Pers. Syn. I. p. 309.*

Ad portam *Descado Patagoniae. Née.* (Rad. tortuosa; caulis subsimplex, 3-4 poll., fere totus vaginis foliorum, tectus glabris, in petiolum abeuntibus. Folia 2-3 lin. Umbella simplex, saepius prolifera. Involucrum e foliolis 5-7 linearibus, subulatis; radii breves uniflori circiter 12, pedunculo communi subpollicari. Cor. flava. Petala ovata acuta. Semina ovata glabra striis 2 approximatis, alâ membranaceâ rotundatâ. *Cav.*) Sch.

8. *B. spinosus Spreng.*; foliis quinquepartitis, laciniis divaricatis lanceolatis subulato-spinosis petiolis incrassatis ciliatis, umbellâ terminali simplici. *SELINUM spinosum Cavan. Icon. 5. t. 487. f. 1.* *MULINUM spinosum Pers. Syn. 1. p. 309.* *FRAGOSA spinosa* (fol. cuneiformibus trifidis spinosis) *Ruiz et Pav. Fl. peruv. III. p. 27.* (*AZORELLA spinosa, Pers. Syn. 1. p. 303.*)

In montibus Chili, Cordillera del Planchon dictis, versus Mendozae urbem. Née. (Selinum spinosum; in Chili aridis et fruticetis Fragosa spinosa.) (*SELINI spinosi descriptio apud Cavanill l. c. sequens: caules numerosi approximati teretes 1/2 ped. ramosi; vaginae crassae semipollicares tubulosae, terminatae in petiolum canaliculatum lineare margine pilosum, laciniis foliorum 1/2 poll., lateralibus brevioribus. Umbella radiis circiter 30, brevibus, involucri foliolis 10-12 lanceolato-subulatis, pedunculo communi recto pollicari. Cor. rubro-flavicans, petalis ovatis, lineis 3. Fructus globosi, sat magni. FRAGOSAE spinosae vero apud Ruiz et Pav.: caules numerosi prostrati cespitosi ramosi teretes, foliis sessilibus cuspidibus 3, subinde 5-7, spinosis. Umbella subsessilis. Involucrum e foliolis 8 subulatis, ciliatis. Flores polygami longitudine involucri*) Sch.

9. *B. multifidus Spreng.*; foliis obovatis multifido-incisis supra strigosis, petiolis ciliatis, umbellâ simplici. *FRAGOSA multifida Ruiz et Pav. Fl. peruv. 3. t. 249. f. a.* (*AZORELLA multifida Pers. Syn. 1. p. 303.*)

In summis Andium jugis. (*Radices fusiformes perpendiculares; caulis brevis repens subdichotomus ramis teretibus. Folia numerosa, 3 lin. longa. Petioli imbricati. Umbella rara. Involucri foliola subulata. Pedicelli brevissimi subcompressi. Petala alba. Semina ovata fulvescentia. Ruiz et Pav.)* Sch.

10. *B. crenatus Spreng.*; caule piloso, foliis obovatis laciniato-cuneatis utrinque pilosis, laciniis ciliatis, petiolis incrassatis, umbellâ simplici. *FRAGOSA crenata Ruiz et Pavon Fl. peruv. 3. t. 249. f. c.* (*AZORELLA crenata Pers. Syn. 1. p. 303.*)

(In Peruviae collibus frigidis.) (*Caules brevissimi divisi in ramos patentes pilosos radicantes. Folia numerosa subrotunda 6 lin., crenis ovatis acutis ciliatis. Petioli ad minimum longitudine foliorum. Umbella e floribus circiter 14 pedicellatis; involucrum laciniis 7 lineari-lanceolatis. Cor. alba. Semina purpurascencia Ruiz et Pav.)* Sch.

11. *B. cladorrhizus Spreng.*; radicibus ramosissimis, foliis obovatis supra lucidis mucronatis inciso-serratis, petiolis alatis pilosis, umbellâ simplici, involucri foliolis ciliatis. *FRAGOSA cladorrhiza Ruiz et Pav. Fl. peruv. 3. t. 250. f. b.* (*AZORELLA cladorrhiza Pers. Syn. 1. p. 303.*)

In collibus Peruviae (frigidis. Radices crassae ramosissimae. Caules brevissimi. Folia imbricata, 12 poll., crenulata, obtusa, submucronata; petioli compressi. Umbella subsessilis. Flores omnes fertiles. Involucrum polyphyllum piloso-ciliatum. Foliolis lanceolatis. R. et P.) Sch.

1168. DRUSA.

D. oppositifolia Decand. in *Annal. Mus. Paris.* X. p. 470. t. 38. (*Sicyos glandulosa* Poir, *Enc.* VII. p. 155.)

Planta scandens herbacea Cucurbitaceae facie. Ramuli petiolique glandulosis sparsis obsessi. Folia subcordato-triloba dentata. Reliqua in characterere generis. (Folia longe petiolata subtus albida, lobo singulo iterum trifido. Flores in racemis axillaribus parvis petiolo ad minimum duplo brevioribus, pedunculis erectis filiformibus apice floriferis glandulosis. Flores parvi albidi, alii sessiles, alii vix pedicellati.) Sch. *Hab. in Teneriffa.*

1169. BOWLESIA.

1. *B. palmata* Ruiz et Pav.; hispida, foliis palmatis stellato-pubescentibus laciniis incisissimis, caule prostrato. Ruiz et Pav. *Fl. peruv.* 3. t. 251. f. a.

In collibus Peruviae (arenosis. Succosa, setis 4-6-stellatis, 2 ped. Caules filiformes fistulosi angulosi, apice dichotomi; folia alterna, superiora opposita, longe petiolata; pedunculus axillaris floribus 2-3 pedicellatis; involucrum nullum. Cor. alba parva. Fructus parvus pyramidalis pilis stellatis. Semina pallida. R. et P.) Sch.

2. *B. incana* Ruiz et Pav.; incana, foliis cordato-lobatis subreniformibus crenatis, pedunculis aggregatis cernuis, cirrhis axillaribus. *Flor. peruv.* 3. t. 268. f. a. Spreng. *Umb. Spec.* p. 13. t. 5. f. 10.

In collibus Peruviae. (Planta subpalmaris aut vix pedalis, pubescentia stellata. Petioli pollicares patentes teretes. Folia altero plerumque minori concava, 7-9-loba, lobis quandoque crenata unâ alterâve, 5 lin. lata, 4 longa. Cirrhi simplices. Stipulae ovatae. Pedunculi 2-3 lin., 1-2-flori. Involucrum stipulas refert. Flosculi albidi. Fructus gemini costâ unica dorsali. Spreng. l. c. ad specim. Desfont. Setae 5-6 fasciculatae, reliquae 12-stellatae. Folia opposita 5-7-loba, petiolis parum breviora. Stipulae scariosae parvae subulatae. Pedunculi triflori. Petala parva, albida. Semina ovata. R. et P.) Sch.

3. *B. lobata* Ruiz et Pav.; subhirsuta, foliis lobatis nervosis basi truncatis, lobis integerrimis mucronatis, petiolis elongatis, pedunculis axillaribus subsolitariis, cirrhis nullis. *Flor. peruv.* 3. t. 251. f. 6. Spreng. *Umbell. Spec.* p. 13.

In summis montibus Peruviae. (Planta gracilis pube stellatâ, magis sparsâ, viridi. Petioli oppositi digitales teneri, flexuosi. Folia pollicem fere lata, 1/2 poll. longa, suboleracea, subquinquenervia, 5-7 loba, lobis ovatis acutiusculis. Stipulae lineares. Pedunculi 2 fere lin., demum reflexi. Flosculi ochroleuci. Fructus gemini dorso costati. *Spreng.* l. c. Ad specim. *Willdenow.* — Setae paginae folii superioris 3-5 fasciculatae, reliquae octonae stellatae. Pedunculi floribus 3-5 subsessilibus, ochroleucis. Semina ovata. *R. et P.*) Sch.

4. *B. geniculata Spreng.*; glabra, foliis suborbiculatis crenatis basi cuneatis integerrimis, umbellis terminalibus multifloris. *Spreng. Umbell. Spec. p. 14. t. 5. f. 11.* PEUCEDANUM *geniculatum Forst. Flor. ins. Austr. n. 136.* (*Willd. Spec. I. p. 1408.*)

In nova Zeelandia. (Habitu fructuque proxime accedit ad *Bowlesias*. Caulis prostratus teres geniculatus, ramis patentibus. Stipulae ad petiolorum ortum lineari-lanceolatae. Petioli 2-5 lin., subdivaricati. Folia utrinque glabra, 4 lin. lata, paulo breviora. Umbellae terminales ternae quaternae. Involucra e stipulis binis. Flosculi albidi. Fructus, licet nondum maturi, *Bowlesiae* magis quam *Peucedani Spreng.*) l. c. Sch.

1170. B U P L E U R U M.

1. * *B. rotundifolium*; involucro universali nullo, foliis perfoliatis subrotundo-ovatis, involucelli foliolis mucronatis. *Perfoliata Fuchs p. 632.* *Dodon. p. 104.* *C. Gesner Ic. lign. t. 22. f. 194.* *Matth. ed C. Bauh. p. 805.* *P. altera Dalechamp. p. 791.* *P. vulgaris Geremac. p. 536.* *Tabern. p. 1140.* *J. Bauh. Hist. III. p. 190.* *Perfoliatum vulgatus Lobel. Icon. p. 396.* *Perfoliata vulgatissima Moris. Sect. IX. t. 11. 12.* *Riv-pentap.* *B. rotundifolium Linn. Hort. Cliff. p. 104.* *Willd. Spec. I. p. 1369.* (*Hoffm. Gener. Umbellif. I. p. 114. t. 1. f. 2.* *Smith Brit. p. 295.*) *Engl. bot. p. 99.* *Sturm p. 5.* (*Plenck t. 187.* *Heyne term. bot. t. 16. f. 4.* *B. perfoliatum Lam. Fl. fr. III. p. 405.* *Hall. Helv. p. 767.* *β. Perfoliata minor ramis inflexis. Bauh. pin. p. 277. Prodr. p. 130.* *γ. B. perfoliatum β. Lam. B. perf. annum Tournef. p. 310.* *Perfoliata minor folio acuto. Barrel. Ic. p. 1128.* *B. rotundif. γ. lanceolatum Desv. Journ. II. p. 315.)*

Inter segetes Europae temperationis maxime ubi solum est subcalcareum, (ad Caucasum et in Sibirica) ☉. Partes superiores luteae.

(*Obs.* „Involucella ovata mucronata.“ *Linn. Spec. Willd.* *Caulis 1 1/2 - 2 ped., erectus. Fol. acutiuscula, inferiora amplexicaulia, pruinâ glaucâ. Involucella 3-5-phylla, foliolis rarius bifidis. Varietatem no-*

tavit *Loisel. Notic. p. 45.* foliis triplo longioribus quam latis; floribus anrantiacis, involuero plus minus lutescente, a *Decand. Suppl. I. p. 514.* *B. rotundifolium* β . *intermedium* dictam. Huc videtur spectare *B. rotundifol. β . Desv. Journ. II. p. 315.*) Sch.

2. *B. subovatum Link*; involuero universali nullo, umbellis trifidis, fructibus subangulosis, foliis perfoliatis ovato-oblongis coriaceis, caule decumbente. *B. rotundifolium Broter. Fl. lusit. I. p. 452.* *B. aegyptiacum Nectoux et Willd. Herb. n. 15.* *B. triradiatum Adams in Hoffmann Umb. p. 115.* *B. subovatum Link Spreng. Umbell. Spec. p. 19.*

In Lusitania, Aegypto, et ad Lenam Sibiriae. \odot . Caulis decumbens, ramis inflexis, folia subcoriacea, valleculae fructus rugulosae discrimina constituunt. (Folia *longifolii*, sed magis coriacea. Involucra partialia ovato-subrotunda integerrima mucronata subcoriacea umbellâ longe majora. Fructus ovati, 5-costati. *Spreng. l. c.*) Sch.

(Obs. *B. triradiatum* (DIAPHYLLUM *Hoffm.*) distinguitur a clo. *Hoffmann l. c.* involuero triphylo inaequali, involucellis 5-phyllis obovatis, fol. oblongis cordatis amplexicaulibus, petalis luteis sub stylopodio plano inflexis emarginatis, seminibus (immaturo) oblongis obtusis membranâ subsolutâ rugulosâ cinctis, 5-costatis, valleculis tristriatis vittisque? Ad *Lenam.* „*D. de Portenschlag* in agro Spalatino et in ius. *Lerina subovatum* legit: involucella notat inaequalia, folia inferiora, radicalia et caulina, in petiolum attenuata, superiora subrotunda perfoliata, semina tuberculato-rugosa.) Sch.

3. * *B. longifolium*; involuero universali 3-5-phylo, partialibus pentaphyllis ovatis mucronatis, foliis radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus oblongo-ovatis. *Perfoliata longifolia Dalechamp p. 1321.* *J. Bauh. Hist. III. p. 199.* *P. montana Camerar. Hort. t. 38.* *Moris. Sect. IX. t. 11.* *B. longifolium Linn. Spec. I. p. 656.* *Hall. stirp. Helv. n. 768.* *Willd. Spec. I. p. 1372.* *Vill. delph. II. p. 573.* *Decand. Fl. fr. IV. p. 345.* *Spreng. Fl. Hal. p. 89.* *Lam. Enc. I. p. 513.* *Baumgart. transsylv. I. p. 242.* (*Wulf. in Röm. Arch. III. p. 344.*)

In montosis Europae temperatae. 4. *B. vapincense* (fol. ellipticis nervosis, caule ramoso albescente rigido, involucris involucellisque subrotundo-acutis monophyllis.) *Vill. delph. II. p. 574* varietas esse foliis angustioribus videtur.

(Obs. *Linnaeus* subscripsit *longifolio*: „Folia ovata profunde amplexicaulia, radicalia petiolata, involucr. univ. 3-5-phyllum, parziale 5-phyllum, longitudine flosculorum.“ „Fol. ovato-oblonga, inferiora petiolata. Invol. univ. 6-phyllum.“ *S. V. ed. XV. p. 289.* — Caulis $1\frac{1}{2}$ -2 ped., subsimplex; folia radicalia ovata, radii umbellae 7-9, inaequales; umbellulae 7-13-florae, involucellis umbellatâ parum longioribus.) Sch.

4. *B. aureum* *Fisch.*; involucreo universali subtriphyllo, partialibus pentaphyllis subrotundis obtusis, foliis glaucescentibus amplexicaulibus ovato-oblongis. *Hoffm. Umbell. p. 115.*

In Sibiria? (e jugo Uralensi Herb. Römer) ♂. Olim habui pro varietate *B. longifolii Spreng. Umb. Spec. p. 119;* sed glauco foliorum colore et involucris obtusis diversum. (Petala involuta apice emarginata; involucrum et semina magis lutescentia quam in *longifolio*; vallecule tristriatae. *Hoffm. l. c.) Sch.*

5. *B. pyrenaicum* *Gouan*; involucreo universali subtriphyllo basi inciso subcoalito, partialibus pentaphyllis obovatis distinctis, foliis radicalibus lanceolatis elongatis, caulinis cordato-lanceolatis semiamplexicaulibus omnibus coriaceis. *Perfoliata alpina angustifolia major. C. Bauh. Prodr. p. 129. Gouan Illustr. p. 8. t. 4. excl. syn. Bauh. Lam. Enc. I. p. 518. Decand. Fl. franc. IV. p. 546. Willd. Spec. I, p. 1371. Lapeyr. Fl. pyren. p. 140. (et, teste La Peyr. Abr. d. Pyren. Suppl. p. 42., Bupl. alpin. angustifolium majus Tournef. J. R. H. p. 310. Bupl. pyrenaic. annum Scorzonerae folio. Perfoliata pyrenaica, folio angusto rigido, seseli fruticis facie. D. Fagon. Vaill. Herb. Hall. Hist. n. 769. fide Wulf. in Röm. Arch. III. p. 343.)*

In Pyrenaeis (monte Laurentii). 4. Foliola involucri universalis basi sublobata aut incisa; partialis semper distincta, haud connata ut *Willdenow.*

Obs. „A *Bupl. anguloso* distinctum: foliis multo latioribus lanceolatis acutis nec lineari-lanceolatis, porro foliis radicalibus lanceolatis basi angustatis, involucreo universali basi inciso, partiali subrotundo emarginato, denique umbellae radiis brevioribus ac paucioribus. A *Bupl. stellato* diversum foliis latioribus, caulinis numerosioribus basi cordatis, involucellis 5-phyllis, ceterum huic habitu proximum. *Willd.* Caulis vix pedalis, (cubitalis *Wulf.*) umbella plerumque radiis 4-6, pollicaribus, involucrum aequantibus, involucellis umbellulas superantibus. *Cls. de Vest* specimina *pyrenaici* servat *Sibirica* exacte cum diagnosi data quadrantia, attamen folia involucri non semper lobata, radiis breviora, involucella dilatato-orbiculata retusa, et haec, ut priora, basi leviter connata.) *Sch.*

6. * *B. angulosum*; involucreo universali subtriphyllo inaequali, partialibus pentaphyllis ovatis mucronatis nervosis distinctis, foliis radicalibus lineari-lanceolatis, caulinis amplexicaulibus cordato-oblongis striatis. *Perfoliata alpina angustifolia media C. Bauh. Prodr. p. 129. P. minor foliis graminis Bauh. Hist. III. p. 199. Soumylivos Rich. de Bellev. t. 203. fol. gramineis Moris. Sect. IX. t. 12. 770. Vill. delph. II. p. 574. P. ἀλπικομικρὰν Perf. alpina minor Hall. Helv. n. B. ranunculoides β.*

Decand. Fl. fr. n. 3538. (B. *petraeum* *Geners. Elench. scepus. n. 136. fide Wahlenb.*) B. *Burserianum* *Willd. Suppl. Enum. p. 14* nil aliud est. Nec B. *striatum* *Steph. Willd. Herb. n. 6.* Nec B. *altaicum* *Pall. Willd. Herb. n. 7.* β. B. *ranunculoides* (involucellis pentaphyllis lanceolatis longioribus, universali triphylo, foliis caulinis lanceolatis.) *Linn. Hort. Cliff. p. 104. (Mant. p. 349. Willd. Spec. p. 1374.* B. *ranunculoides* α *Decand. Fl. fr. n. 3538.*) caule palmari, involucelli foliolis angustioribus. *Ranunculus gramineus perfoliatus et pumilus angustifolius. Parkins. theatr. t. 338. Lobel. Illustr. p. 137. Perfoliata Rich. de Bellev. t. 207. Plukn. t. 50. f. 5. (Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 178. n. 620.)* γ. B. *gramineum* *Vill. delph. II. p. 575.* involucro monophyllo. B. *ranunculoides* *Lam. Enc. I. p. 518.* B. *caricifolium* (involucellis 5-phyllis cuspidatis, universali monophyllo lanceolato, foliis linearibus basi attenuatis.) *Willd. Spec. I. p. 1378. Decand. Fl. fr. IV. p. 348.* B. *repens* (involucellis hexaphyllis, universali triphylo, foliis radicalibus sublinearibus longe petiolatis, caulibus ramulosis, radice repente.) *Lapeyr. Fl. pyren. t. 72. Hist. pl. pyren. p. 159.*

Hae quidem verae varietates sunt, ut ex cultura per 20 annos expertus sum. (Etiam *Haller* l. c. jam olim *ranunculoides* cum *anguloso* junxit.) *Habitat in alpibus Europae mediae. 4.*

(Obs. BUPL. *anguloso*, involucellis 5-phyllis orbiculatis, universali triphylo ovato, foliis amplexicaulibus cordato-lanceolatis *Linn Spec. 340 et Willd. Spec. I. p. 1371* *Linnaeus* *Perfoliatam alpinam angustifoliam majorem folio anguloso Bauh. pin. 177. prodr. 29* (quae nuno *pyrenaico* jungitur), *Burs. VI. 4.* et, instar β, *Perfoliatam alpinam angustifoliam minorem Burs. VI. p. 4.* subscripsit, addens: „Planta affinis maxime *stellato*, uti patuit ex *Burseri* collectione, licet involuceri partialis foliola in hac distincta. In varietate β folia angustissima striata, in α vero lanceolata, nec nervoso-striata.“ (Involucella ovalia longitudine umbellulâ). BUPLEURO *ranunculoidi* *Linnaeus* l. c. addidit. „Folia radicalia linearia acuta, caulina lanceolata sessilia.“ In ed. *Willd.* vero legitur: „Radix repens. Caulis palmaris simplex. Folia graminea stricta. Umbella inaequalis, involucrum triphyllum ovatum acutum breve, involucella foliolis aequalibus quinque obovatis acutis. Umbellulae aequales parvae longitudine involucelli. „Adjecit *Reichard* involucra 2-4-5-phylla, semper inaequalia, involucella 5-6-7 ex *Gouan* III. 8. BUPLEURO demum *caricifolio* *Willdenow* l. c. addidit:“ Folia radicalia longissima linearia acuta basi attenuata, caulina linearia sessilia, inferiora tantum basi parum attenuata. Radii umbellae 5-6 inaequales involucro longiores. Involucella lanceolata.“ *Smith* l. c. n. 620. B. *ranunculoides* quidem tanquam speciem propriam adducit, addit vero: „Species haud bene definita.“ B. *striatum* *Steph.* in *Herb. Willd.* ab III. de *Schlechtendal* distinguitur: involucellis penta-

phyllis, foliolis ellipticis, involucris triphyllis, foliolis oblongis, umbellis inaequalibus, foliis oblongis amplexicaulibus striato-nervosis. (Umbella umbellulis 10-12 composita: flores umbellulae quidam sessiles.) Hoc in Sibiria. *B. sibiricum* involucellis pentaphyllis acutis minutis flores sessiles subaequantibus, involucris per angustis subdiphyllis umbellâ inaequali brevioribus, foliis lineari-lanceolatis amplexicauli adnatis, caule flexuoso paniculato, *De Vest in litt.* quod in *Johanneo styriaco* inter *B. sibirica* sine nomine servatur, idem videtur. *A simili falcato* differre monet: involucris foliis paucis angustis, involucellis oblongis minutis, floribus sessilibus, radiis fasciculatis erectis nec patentibus, umbellulis perexiguis. Folia caule duplo triplove latiora, similia *junceo*, ut et involucria: sed differunt involucrella et umbellula. *B. altaicum* vero: involucrellis hexaphyllis, foliolis ellipticis, involucris triphyllis, foliolis ellipticis lanceolatisve umbellae pauciflorae aequalibus, foliis lanceolatis amplexicaulibus striatis. Umbella ex umbellulis 3 aequalibus. Hoc in Sibiria. *Pallas.*) Sch.

7. (*B. obtusatum La Peyr.*; caule flexuoso, foliis omnibus lanceolatis obtusis nervosis aristatis, involucrio triphylo aequali, foliolis cuneiformibus; involucrellis obtusis umbellâ longioribus. *La Peyr. Abr. d. Pyren. Suppl. V. p. 42.*

Affine *ranunculoidi* et *anguloso*. Folia margine crasso membranaceo, albido. Cor. lutea. *In Pyrenaeis oriental. D. Xatard. Cls. Sprengel hanc non recepit.*) Sch.

8. * *B. petraeum*; involucrio universali et partiali pentaphyllo, foliolis hujus basi subcoalitis mucronatis, foliis radicalibus linearibus angustissimis convolutis, caulinis superioribus cordato-lanceolatis amplexicaulibus. *Perfoliata ἀρωσεοφυλλοειδής Rich. de Belleval t. 206.* *B. petraeum* *Linnaeus. Spec. p. 340. ed. Reich. Willd. Spec. 1. p. 1370. (excl. syn. Pluk. ad angulosum β. spectante.) Lam. Enc. I. p. 517. (quod Poiret vero una cum Ill. t. 189. f. 2. in Enc. meth. Suppl. I. p. 749 ad sequens gramineum ducit, monens recte petraeum Lam. longe esse diversum a Linnaeano.)*

In alpidibus Europae meridionalis. 4. Caulis strictus, 1 1/2 ped.; folia radicalia angustissima convoluta. Haec melius constituunt discrimen, quam quod ab involucris petitur.

(*Obs. Linnaeus* subscripsit: „Folia linearia sessilia; involucris univ. foliola 5 aequalia, latiora; partialis 5 coalita ad medium.“ *In S. V. ed. XV. p. 288. B. petraeum Wulf. male jungitur cum petraeo Linnaei.*) Sch.

9. *B. graminifolium Vahl*; involucrio universali subtriphyllo elongato, partialibus subheptaphyllis oblongis mucronatis, caule subaphyllo, foliis radicalibus linearibus. *Secundum petraeum bupleurifolio Ponn. bald. p. 111. Gerard. emac. p. 517. B. angustifolium alpinum Parkins. theatr. p. 578. B. petraeum Vill. delph. II. p. 576. t. 14. Jacq. Ic. rar. I. t. 56. (Wulf. in Jacq.) Coll. I. p. 209.*

B. graminifolium Vahl Symb. III. p. 48. Willd.
 Spec. I. p. 1370. (Römer Fl. europ. f. 7. Hall.
 Helv. n. 773.) Pollini Monte Baldo p. 101. La.
 peyr. Hist. pl. p. 139. *B. denticulatum* Bellard. in litt.
 Willd. Herb. n. 5.

In alpidibus Europae mediae. 4. Optime distincta species
 caule nudo, involucris partialibus subheptaphyllis. (Rad. sa-
 pore Dauci, multiceps, caespites plures effert. Folia lineari-
 lanceolata, scapo non multum breviora, laete viridia, caryo-
 phyllea. Scapus vix spithamaeus. Umbella terminalis unica ra-
 diis 5 viridi-rubentibus inaequalibus, involucre pentaphyllo,
 foliolis 2 majoribus. Umbellulae involucra polyphylla, 5-9, in
 stellam patentia, flosculos tantillo excedentia. Wulf. l. c.) Sch.

(Obs. *B. denticulatum* Bellard. in Herb. Willd. ab ill. de Schlech-
 tendal distinctum legimus: involucrellis 7-phyllis foliolis ellipticis
 coadunatis, involucre pentaphyllo, foliolis ovatis, foliis canaliculatis,
 caulinis lanceolatis sessilibus, radicalibus linearibus.) Sch.

10. * *B. stellatum*; involucre universali subtriphylo,
 partialibus monophyllis orbiculatis crenatis umbellas superan-
 tibus, caule aphylo, foliis radicalibus lineari-lanceolatis.
 Hall. Helv. n. 771. t. 18. *B. stellatum* Linn. Spec. I.
 p. 340. Willd. Spec. I. p. 1370. Lam. Enc. I.
 p. 517. Lapeyr. Hist. plant. pyr. p. 139.

In alpidibus helveticis. 4. (Folia radicalia linearia, summa
 ovato-lanceolata sessilia; invol. univ. foliola ovata aequalia,
 part. 5 coalita ultra medium. Linn. Involucella 8-fida. Hall.
 Involucella colorata, flosculis longiora. Spec. ed. Willd. l. c.
 Rad. crassa, saepe multiceps. Folia radicalia multa glabra li-
 nearia fere graminea, 3-4 lin. lata, acuta, basi attenuata.
 Caulis teres glaber foliis altior (pedalis et ultra) interdum
 auctus pedunculo umbellifero ex axilla, folio uno alterove ob-
 longo lanceolato. Umbella radiis 3-4 (etiam 6) involucre lon-
 gioribus 3-4-phylo, foliolis inaequalibus oblongo-lanceolatis.
 Involucella orbiculata leviter 8-9-loba, lobis rotundatis acu-
 tiusculis, quasi stellata, umbellam superantia. De Vest.) Sch.

11. * *B. falcatum*; involucre universali subpentaphyllo,
 partialibus pentaphyllis acutis, foliis radicalibus oblongis pe-
 tiolatis, caulinis lanceolato-linearibus, caule flexuoso. Wund-
 krant, Trag. f. 163. a. *B. latiori et angustiori folio.*
 Tabern. p. 1258. *B. folio subrotundo s. vulgatissimum.*
 Bauh. pin. p. 278. excl. syn. Dodon. et reliquor. Ri-
 vin. pentapet. *B. falcatum* Linn. Spec. ed. Reich. p.
 656. (Willd. Spec. I. p. 1372.) Jacq. Austr. t.
 158. Hall. n. 776. Scop. Carn. n. 347. Lam.
 Enc. I. p. 518. (a) Decand. Fl. fr. IV. p. 347. (*B.*
junceum Generis. Elench. scapus. n. 243.) *B. scorzone-*
raefolium (involucellis pentaphyllis, involucre universali

nullo, foliis lanceolatis utrinque acutis nervosis.) *Willd. Enum. H. Berol. p. 300* haud diversum.

In sylvis, dumetis per Europam mediam (et ad Caucasum in elatioribus.) 4. Commutatur cum B. rigido et junceo.

(*Obs. Linnaeus falcato* subscripsit: „Caulis altus flexuosus“ „(purpurascens totus paniculatus. Umbellae saturate luteae)“ parvae umbellulae saepius 7. Involucr. univ. 5-phyllum, saepe diphyllum, inaequale, partiale pentaphyllum mucronatum.“ *Willdenow* vero *scorzonerifolio* l. c.: „Caulis spithamaeus et altior teres. Folia anguste lanceolata quinquenervia 2 poll., ramea subopposita. Umbella univ. 6-8-radiata, radiis inaequalibus. Involucr. univ. in umbellis majoribus nullum, in minoribus quandoque monophyllum; partialis foliolis lanceolatis. Affine *falcato*.“ *In falcato* caulis 2-4 ped.; folia caulina crassiuscula subfalcata; umbellulae densae; involucrum univers. subinde nullo, 1-4-phyllum, foliolis brevibus inaequalibus lineari-lanceolatis.) *Sch.*

12. (*B. polyphyllum Ledebour*; involucellis hexaphyllis lanceolatis, acuminatis, universali subnullo, foliis lanceolatis amplexicaulibus. *Mem. Acad. scient. petrop. V. p. 528. n. 14.*

In Caucaso. Caulis erectus strictus flexuosus striato-sulcatus glaber inferne simplicissimus, superne ramis aliquot simplicissimis, folio solitario in medio. Folia sparsa acuta fere vaginantia, internodiis multo longiora, inferiora 4 poll. et ultra. Umbella radiis multis inaequalibus; involucellorum foliolis umbellula etiam seminifera longioribus. *Ledeb. l. c.* Sibi ignotum esse fatetur *Marsch. a Bieb. Suppl. Fl. Taur. Cauc. p. 197.* *Cls. Sprengel* non recepit.) *Sch.*

13. * *B. rigidum*; foliis petiolatis oblongis nervosis coriaceis, caule nudiusculo dichotomo, involucris minimis. *B. alterum latifolium Dodon. p. 633.* *Lobel. Icon. p. 456. Hist. p. 244.* *Dalech. p. 436.* *Parkins. theatr. p. 578.* *Ger. emac. p. 608.* *Auricula leporis altera. J. Bauh. Hist. III. p. 200.* *Panaces chironium quorundam Dalech. p. 741.* *B. perenne folio rigido Moris. Sect. IX. t. 12.* *B. rigidum Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 658.* *Willd. Spec. I. p. 1374 excl. syn. Fl. germ.. Lam. Enc. I. p. 518.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 349.* *Lapeyr. Hist. pl. pyr. p. 140.* *β. B. petiolare* (involucellis 5-phyllis, universali monophyllo, aristatis; foliis caulinis ovato-acutis, quinquenerviis, radicalibus orbiculatis, summis sessilibus, petiolis folio quadruplo brevioribus, caulibus fruticulosis.) *Lapeyr. Fl. pyren. l. 74. Hist. pl. pyren. p. 141.* involucro universali monophyllo differt. (*B. falcatum β. Decand. Fl. jr. n. 3536.*)

In locis sterilibus Galliae australis. 4. Confunditur cum B. falcato. („Folia radicalia lato lanceolata nervosa rigida. Caulis dichotomus subnudus foliolis minutissimis linearibus aca-

tis. Umbellae terminales bi-trifidae totidem foliolis acerosis. Umbellae parvae 6-fidae. Linn. Spec. I. p. 343. „Folia omnia lanceolata, nervosa, rigida, petiolata. Involucrum 3-phyllum subulatum brevissimum. Involucella setacea brevia.“ Spec. ed. Willd. l. c. Caulis fere 2 ped., paniculatus. Folia inferiora subundulata, nervis albidis. Umbellae radii 2-3, rarius plures. Involucellum 5-phyllum.) Sch.

14. * *B. baldense*; caule ramoso folioso, foliis lineari-lanceolatis canaliculatis nervosis, involucris subtetraphyllis inaequalibus angustissimis umbellâ brevioribus, involucellis pentaphyllis. *Bupleuro Anguillara* p. 169. *B. montanum perenne angustifolium Zanon. Hist. p. 59. t. 40. Turra giorn. p. 47. t. 1. (?) B. baldense Linn. S. V. ed. 13. p. 470. Host Syn. p. 141. Willd. Spec. I. p. 1375. (Pers. Syn. I. p. 305. n. 17.) Kit. Hung. III. p. 285. t. 257. Pollini Mont. bald. p. 125. Baumgart. trans. sylv. I. p. 243. (Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 203. Suppl. p. 196.) B. exaltatum Marsch. a Bieb. Casp. p. 166. Fl. Taur. Cauc. I. p. 203. Pers. Syn. I. p. 304. n. 9.) B. bicaule Helm in Act. mosqu. II. p. 106. t. 8. (B. junceum Pall. ind. Taur. β. *B. exaltatum* β. *divaricatum*, ramis divaricatis, radiis paucioribus. *Poiret Enc. Suppl. I. p. 750.*)*

In monte Baldo, alpibus carniis, dinariis et Caucaso. 4. (β. in Marocco. *Broussonet.* „Folia radicalia linearia basi latiora. Involuc. univ. foliis binis majoribus.“ *Willd. l. c.* Caulis 1 1/2 - 2 ped.; involucella fere longitudine umbellulae. „Fructus magis oblongus quam in affinis, nigricans. Semina costis 5 argutiusculis, valleculis subtilissime striatis, commissurâ parum concavâ vix duplo angustioribus.“ *M. a Bieb. Suppl. l. c.*) Sch.

(Obs. *Poiret Enc. Suppl. V. p. 585* affirmat cum *Pollinio veron. p. 7.* BUPLEURUM *Turrae* t. 1. esse ODONT *luteolam*. *Cls. de Vest in litt.* monet *B. ranunculoides Wulf. Jacq. Coll. III. p. 66* ab ipso *Wulfen* scribis nomine *B. canalensis* fuisse salutatum, ut pote distinctum a *ranunculoide* caule subnudo parce ramoso, involucellis lanceolatis, foliis non amplexicaulibus, et esse genuinum *baldense*, scapo subramoso subfolioso, fol. radicalibus lineari-gramineis, caulinis lanceolatis, ramo oblongo basi solitario, involucellis lanceolatis acutis subpentaphyllis umbellulâ sublongioribus, radiis involuero subdiphyllo multo longioribus.) Sch.

15. * *B. junceum*; caule erecto paniculato, foliis linearibus cuspidatis amplexicaulibus, involucris subtriphyllis, involucellis pentaphyllis linearibus umbellas subaequantibus. *B. angustifolium Dodon. p. 633. Lobel. Hist. p. 243. Ic. p. 456. Gerard. emac. p. 608. Dalech. p. 436. Moris. Sect. 9. t. 12. Auricula leporis umbellâ lateâ. J. Bauh. Hist. III. p. 200. B. junceum (caule*

erecto-paniculato, foliis linearibus, involucris tri-, involu-
cellis pentaphyllis.) *Linn. Spec. p. 343.* *Willd. Spec.*
p. 1375. *Lam. Enc. I. p. 519.* *Host Syn. p. 140.*
Decand. Fl. fr. IV. p. 351. (*Smith Prodr. Fl. graec.*
I. p. 178. n. 623. *Hall. Helv. p. 775.*) β . *B. Gerardi*
Jacq. involucris subpentaphyllis. B. involucr. 5-phyll.
Gerard. prov. p. 243. t. 9. *B. Gerardi Jacq. Fl. austr.*
t. 256. *Allion. pedemont. n. 1356.* *Willd. Spec.*
I. p. 1375. (quoad synonymon *Murr. Jacq. Allion. Ger-*
ard. *B. caule erecto paniculato, involucris et involu-*
cellis pentaphyllis.) Host Syn. p. 140. *Decand. Fl.*
fr. I. p. 350. *Lapeyr. Hist. pl. pyren. p. 141.* (*Smith*
Prodr. Fl. graec. I. p. 178. n. 622. Fl. graec. t. 262.)

Per totam Galliam et Germaniam occidentalem (et orien-
talem, ad Tauriam usque.) ☉. *Lamarckium* sequor,
qui *B. Gerardi* varietatem *juncei* habet. (ita quidem, ut *B. jun-*
ceum L. sit sui *juncei* β , *B. Gerardi* vero sui *juncei* α .) Variat
enim numerus foliolorum involucris. Ex agro veronensi habeo
varietatem foliolis involuelli latioribus longioribus cuspidato-
aristatis.

γ . *B. Pollichii* (caule junceo ramoso, ramis indivisis bre-
vioribus, foliis rameis caulinisque superioribus setaceis stric-
tis, umbellis lateralibus terminalibusque subtrifloris.) *Gmel.*
Fl. bad. I. p. 613. *B. junceum Poll. palat. n. 268.* (excl.
syn. *Buple. Gerardi.* *Willd. Spec. l. c.* quoad syn.
Pollich et Roth) quod in solo salso cum *PLANTAG. mari-*
tima occurrit, nil nisi varietas soli natura producta esse videtur.

(*Obs. I. Linnaeus junceo* subscripsit: „Caulis 6-ped., junceus, lae-
vis: ramis alternis erectis. Folia graminea bifaria laevia lactescentia.
Involucrum lanceolatum longitudine umbellae. Involucella minora. Um-
bella radiis 4, umbellula flosculis 5-6 luteis.“ „Caulis diffusus. Um-
bellae laterales et terminales.“ *S. V. ed. XV. p. 290.* „Vel solo
caule 6-pedali altioreque distinguitur facillime a reliquis.“ *Host.*
Smith vero in *Prodr. Fl. graec. I. p. 178* dicit: „Caulis sesquipre-
dalis nec sexpedalis. Involucris foliola numero maxime varia.“ *Lac-*
tescere nunquam vidimus, sed succum luteum plorare. β et γ op-
time exposuit *cls. de Vest in litt.* movens *B. Gerardi Jacq.* non
esse idem cum planta *Willdenowii*, qui *junceum Mönch et Pol-*
lich et Roth cum eodem, ergo γ cum β junxit; in γ seu *B. Pol-*
lichii esse umbellas 3-4-radiatas, involucrum non excedentes, caulem
a basi ramosum, folia perangusta, pedunculos umbelliferos foliis brevioribus
sulcatis, radiis aliquot linearum, umbellulas trifloras; cum in *B.*
Gerardi s. β . caulis teres ramosus ramis pedunculisque demum strictis
radii filiformes subquini nonnulli ultra pollicem longi, plerique involu-
crum inaequale subtriphyllo lineari-lanceolatum excedentes, involuella
angusta flores duplo superantia. Folia in planta *Gerardi* lineari-sub-
bulata, nec lineari-lanceolata.) *Sch.*

(*Obs. II. B. junceum*, caule erecto paniculato, foliis linearibus, umbellis
nepauperata, involucris tri-involucellis subpentaphyllis umbellula longioribus)

ribus subulatis *Marsch. a Bieb. Fl. taur. cauc. I. p. 204. ill. auctori etiamnum in Supplemento dubium.* „BUPLEURO *Gerardi* altius“ describit l. c. „ramis filiformibus erecto-patulis; folia fere *B. Gerardi*, ramea minima. Umbellae in ramis subternae axillares pedunculatae, radiis plerumque 2-3, rarius 4, inaequalibus filiformibus. Involuceri foliola subulata umbellâ multoties breviora, involucellâ umbellulâ duplo longiora. Habitus *juncei*.“ Huc *B. semicompositum Pall. ind. taur. B. filiforme Brot.* a pluribus quidem ad *B. Gerardi* ducitur; sed nobis ad *glaucum* potius spectare videtur.) Sch.

16. *B. nodiflorum Smith*; involucellis pentaphyllis ovatis acuminatis trinerviis, umbellis lateralibus sessilibus, caule dichotomo. *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 177. n. 617. Sibthorp Fl. graec. t. 260.*

In arvis insulae Cypri (cum *B. odontite*.) ☉. ? *B. nanum Poir. Enc. Suppl. I. p. 750*, subacaule, ramis brevissimis, foliis lineari-subulatis, umbellis sessilibus capitatis, involucris trinerviis ovatis mucronatis. *B. mareoticum Delille*, ad lacum mareotidem Aegypti idem esse videtur.

(Obs. *B. nanum* radice est gracili, tenui, caule vix 2-3 lin., diviso in ramos filiformes pollicares. Folia apice spinosa. Flores sessiles in capitulo globoso axillari. Involucris et involucelli folia parva dura radiis longiora, umbellulis minimis involucellis inclusis. Cor. herbacea. *Poir.*) Sch.

17. *B. Sibthorpium Smith*; suffrutescens, foliis linearibus subfalcatis (margine laevissimis) involucris subtriphyllis, involucellis lineari-lanceolatis, cuspidatis umbellâ brevioribus. *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 179. n. 625. Sibthorp Fl. graec. t. 264.*

In Peloponneso. h.

18. *B. oppositifolium Lapeyr.*; caule nudo, foliis oppositis lanceolatis obtusis nervosis, involucro universali subnullo, partialibus pentaphyllis lanceolatis aristatis. *Lapeyr. Fl. pyren. t. 73. Hist. pl. pyren. p. 141.*

In Pyrenaeis. ☉. (Rami umbellati. Hujus nequidem in Supplemento meminit cl. *Decandolle*.)

19. *B. nudum Ait.*; caule dichotomo diphylo, foliis radicalibus decompositis planis incisis, involucris submonophyllis, involucellis pentaphyllis lanceolatis acutis umbellâ brevioribus. *Ait. Hort. Kew. ed. 2. II. p. 122. Willd. Spec. I. p. 1376.*

Ad Promont. b. Spei. 2. (Caulis cubitalis glaber teres dichotomus. Stipulae s. ramenta membranacea acuta ad quamvis divisionem. Involucra latiuscula. Umbellae pallido-flavae.)

20. *B. incurvum Bellard*; involucro universali tetraphyllo, partialibus distinctis polyphyllis lanceolatis, foliis li-

neari-lanceolatis incurvatis. *Bellard. append. ad Fl. pedem. p. 77. t. 11.*

In Italia. 4. (Rad. aromatica. Cespites densi. Caulis palmaris nudus striatus, ut in *B. petraeo Ponae*, nunquam 2-fl., ut in planta *Villarsi*, cui valde simile; sed nostrum differt etiam habitu grandiore, fol. latioribus, longioribus. Involucr. univ. 5-phyllum; involucella flosculis majora. *Vitm. Suppl. I. p. 357.*) Sch.

21. *B. paniculatum Brotero*; caule erecto paniculato, foliis radicalibus sublinearibus angustis longissimis, umbellis bi-trifidisve, involucellis umbellulâ triplo brevioribus. *Brotero Fl. lusit. p. 455.*

(Rad. ramosa, cortice fusco, crassitie pennae anserinae, e casu foliorum crinita aut cicatrisata. Caulis subflexuosus, farctus, 1 1/2-5 ped., a basi ad apicem ramis patentibus, subdivisis, inferioribus longioribus subangulatis glabris, 1/2-1 poll. distantibus a se invicem. Folia radicalia longo petiolo subfiliformi, supra carinato, postea sessilia, lineari-subulata, carinata, 3-5-nervia, integerrima, glabra ut tota planta, dilute viridia, leviter incurva et ad apicem subinde leviter intorta, 2 lin. aut paulo ultra lata, 5-9 poll. longa; caulina infima basi semiamplexantia, erectiuscula, approximata, nulla lactescentia. Umbellae terminales numerosae erectae. Involucrum univers. e foliolis 2-3 minimis subulatis concavis, 1 1/2-2 lin. longis basi solutis, radiis approximatis, involucella 4-5-phylla. Umbella radiis involucro multoties longioribus, partialis radiis 4-9, involucello triplo-quadruplo longioribus, subaequalibus. Flosculi fere omnes fertiles, ante florescentiam cernui. Cal. subnullus. Petala subaequalia lutea apice bidentata, involuta. Antherae luteae bilobae. Styli et stigmata brevissima. Fructus ovali-oblongus, 2 1/2 lin., tricostatus, 1 1/2 lin. latus. Semen alterum saepius abortiens, sapore subaromatico, subamaricante, demum acri. Affinis *B. frutescenti Linn.*, sed perit caulis. *In collibus calcareis circa Conimbricam et alibi in Beira et Extremadura.* 4. specimen ex *H. Agardh.*) Sch.

22. *B. trifidum Tenore*; caule erecto ramoso, foliis lanceolatis nervosis, summis falcatis, involucris triphyllis brevissimis lineari-subulatis, involucellis pentaphyllis setaceis umbellâ trifidâ brevioribus. *Tenore. Fl. Neapol. Prodr. p. 18. (Synops. p. 38.)*

In sepibus siccis Calabriae (principatus ulterioris.) 4. (Caulis 4-ped., fol. 9-nervia.)

23. *B. cernuum Tenore*; caule erecto simplici, foliis linearibus obtusis, basi angustioribus, subpetiolatis; involucris subtriphyllis lanceolatis, involucellisque pentaphyllis setaceis, umbellis quinquefidis, radiis capillaribus longissimis, brevioribus. *Fl. Nap. Prodr. p. XVIII. (Synops. p. 38.)*

In rupibus calcareis (Montis Virginis et Matesii. 4.)

(Quid: *B. flavum Forsk.*; involucro universali pentaphyllo, foliis radicalibus linearibus, caule subnudo dichotomo erecto. *Forsk. Fl. Aegypt. Arab. p. 205.*

Caulis erectus pedalis; folia caulina lanceolato-lineararia, sessilia. Involucri foliola lanceolato-mucronata, tricarinata, involucella etiam pentaphylla umbellâ duplo longiora. *Forsk.) Sch.*

(Quid: *B. verticale Ortega Fl. espann.*

— *lancifolium Hornem. Cat. Taur. 1812.) Sch.*

An huc BUPLEURUM *proliferum Delisle descript. de l'Egypte t. 22. f. 2. e desertis?*

1171. T E N O R I A.

1. *T. arborescens Spreng.*; foliis petiolatis oblongis integerrimis acutiusculis glabris. BUPLEURUM *arborescens* (frutescens, foliis petiolatis ovatis glabris.) *Thunb. Prodr. p. 50. (Fl. Cap. II. p. 182.) Willd. Spec. 1. p. 1376.*

Ad Promont. b. Spei. h. (Diversum a *T. fruticosa*: foliis petiolatis, apice foliorum acutiusculo mucronato, nec obtuso mucronato, umbellis duplo minoribus in caulis et ramorum apice breve pedunculatis. *Willd.* Caulis erectus purpurascens totus glaber pedalis et ultra, omnino inermis. Rami alterni divaricati, cauli similes. Folia sparsa, mucronata, marginata, tenuissime parallelo-nervosa, supra viridia, subtus pallidiora, patentia, inaequalia, pollicaria et unguicularia. Petioli supra sulcati striati unguiculares. Umbellae terminales. Involucrum universale et partiale e parvis foliolis ovatis, brevissimis. Differt a *T. fruticosa* imprimis foliis petiolatis et minoribus. *Thunb. In Prom. b. Spei, in Krumrivier prope ipsam rivam. h.) Sch.*

2. *T. fruticosa Spreng.*; foliis oblongis basi attenuatis coriaceis integerrimis sessilibus, involucrorum foliolis oblongis. *Seseli etiopico Anguill. p. 212. Seseli aethiopicum frutex Dodon. p. 312. S. alterum Matth. ed. Bauh. p. 551. Lobel. adv. p. 284. Ic. p. 634. Gerard. emac. p. 1421. Dalech. p. 750. Park. theatr. p. 907. Tabernaem. p. 306. J. Bauh. Hist. III. p. 197. Moris. Sect. IX. t. 6. B. arborescens salicis folio. Tournef. Inst. p. 310. Magnol. bot. p. 240. BUPLEURUM fruticosum Linn. H. Cliff. p. 104. Lam. Enc. 1. p. 520. Willd. Spec. 1. p. 1377. Desfont. Atl. 1. p. 232. Gouan. Flor. monsp. p. 216. Gerard. prov. p. 234. Duham. arbr. 1. t. 43. De-cand. Fl. franc. IV. p. 345. Lapeyr. Fl. pyren. p. 142. (Jaume St. Hilaire p. 42. t. 6. Sibth. Fl. graec. 1. 263.)*

In Gallia meridionali, Hispania, (Lusitania) Mauri-

tania. h. (4-5-ped., caule atrorubente, erecto, ramoso; folia obtusa mucronulata glaucescentia; petala flavicantia.) Sch.

3. *T. coriacea* Spreng.; foliis lanceolatis utrinque attenuatis coriaceis glaucis obliquis integerrimis sessilibus, involuorum foliolis lanceolatis. BUPLEURUM *coriaceum* Ait. H. Kew, ed. I. p. 331. ed. 2. II. p. 127. Herit. stirp. nov. t. 67. Willd. Spec. I. p. 1377. BUPL. *arborescens* Jacq. Ic. rar. II. t. 351. Coll. II. p. 543. BUPL. *obliquum* Vahl Symb. I. p. 24. BUPL. *gibraltarium* Lam. Enc. I. p. 520. Desfont. Atl. I. p. 232. (Pers. Syn. I. p. 305. n. 24.)

In Hispania australi et Mauritania. h. (Multum affine fruticoso, ut fere varietas, caule 3/4-ped. purpurascente superne ramoso. Folia mucrone recurvo erecta, margine flavescencia, 2-3 poll., 8 lin. lata. Umbellae majusculae radiis 20, umbellulae 12-radiatae, viridi-flavicantes, involucri foliolis reflexis mucronatis, 5-6 pedunculis pedicellisque duplo brevioribus.) Sch.

4. *T. plantaginea* Spreng.; foliis oblongo-lanceolatis nervosis mucronatis sessilibus coriaceis, ramis floriferis ramosis striatis nudiusculis, involucri subulatis appressis umbellâ brevioribus. BUPLEURUM *plantagineum* (fol. perennantibus lanceolatis mucronatis nervosis, ramis floriferis ramosis striatis, involucri subulatis adpressis.) Desfont Atl. I. p. 233. t. 57. (Pers. Syn. I. p. 305. n. 25.)

In Atlante (prope Boagié.) h. Inflorescentia praesertim et involuorum formâ differt. Huc BUPL. *canescens* (fol. ovali-lanceolatis obtusis nervosis subsessilibus) Schousb. Marocc. p. 127. Poir. Enc. Suppl. I. p. 750. (Pers. Syn. I. p. 305. n. 26.) Nullo enim modo differre videtur.

(Obs. Poir. l. c. sub. *canescente* distinguit varietatem: β *ramosissimum*, ramis divaricatis strictis, radiis numerosioribus, quod in Marocco legit Broussonet. *T. plantaginea* arbusculam sistit 5-ped., foliis in petiolum brevem dilatatis, ramis elongatis glaucis rigidis; umbellae radiis 4-10 angulosis inaequalibus. Involucri foliolis 5-7, corolla pallide flava; semina glabra striata semicylindrica. BUPL. *canescens* est caule erecto lignoso apice in ramos griseos diviso; foliis obtusissimis (fere rotundatis) integerrimis pollicaribus et ultra, (minoribus quam in *plantagineo*) basi attenuatis in petiolum amplexicaulem, superioribus subinde mucronatis. Involucri univ. foliolis lanceolatis 5, acutis, part. subinde 6, longitudine pedunculorum. Semina oblonga striata. β *canescentis* altius, magis ramosum, umbellae radiis numerosioribus. Poir. l. c.) Sch.

5. *T. frutescens* Spreng.; foliis linearibus nervosis rigidis, ramis floriferis ramosis gracilibus, involucri oligophyllis appressis umbellâ brevioribus. BUPL. *fruticans angustifolium hispanicum* Barrel. Icon. p. 1255. Tournef. Inst. p. 310. BUPLEURUM *frutescens* Linn.

Amoen. Acad. IV. p. 269. Cavan. Ic. p. 2. t. 106.
 Willd. Spec. I. p. 1377. Lam. Enc. I. p. 519. Desfont. Atlant. I. p. 231. (B. frutescens (hispanicum)
 Pers. Syn. I. p. 305. n. 23.) BUPL. mucronatum Brouss.
 Herb. Willd. n. 28.

In Hispania, Teneriffa et Mauritania. h. (Arbuscula 1 1/2 ped., ramis nodosis tortuosis. Folia glauca acuta graminea. Umbellae parvae radiis 3-5, involucella 3-phylla, brevissima acuta.) Sch.

(Obs. B. mucronatum Brouss. in Herb. Willd. ill. Schlechtendal distinxit: frutescens, foliis linearibus nervosis mucronatis sessilibus, involucro polyphylo, umbellâ multiradiatâ.) Sch.

6. T. spinosa Spreng.; foliis linearibus nervosis subcoriaceis, ramis similibus divaricatis spinescentibus, umbellis involucrique minimis. Bupl. hispanic. fruticosum aculeatum. Tournef. Inst. p. 310. BUPLEURUM spinosum Linn. Suppl. p. 178. Gouan Illustr. p. 8. t. 2. f. 3. Willd. Spec. I. p. 1378. Lam. Enc. I. p. 520. Desfont. Atl. I. p. 232.

In Hispania et Mauritania. h. („Caulis humilis fruticosus inaequalis, ramis divaricatis. Folia linearia acuta trinervia. Panicula aphylla lignosa dichotoma spinescens, deflorata in spinas transiens more ALYSSI spinosi. Umbella trifida. Umbellulae 5-fidae. Involucra numero radiorum minuta.“ Linn.) Sch.

7. * T. difformis Spreng.; foliis vernalibus ternato-trifidis planis incisissimis, aestivalibus filiformibus angulatis mucronatis trifidis, umbellae terminalis involucri exiguis aristatis. BUPLEURUM frutescens Burm. Afr. t. 71. f. 1. 50. B. difforme. Linn. Spec. p. 343. Willd. Spec. I. p. 1578. Lam. Enc. I. p. 520. Thunb. Prodr. p. 50. (Fl. Cap. II. p. 183.)

In Promont. b. Spei. h. (Folia hyemalia Petroselini, aestivalia Spartii. Involucrum foliolis subulatis pluribus, basi connexis, marcescentibus; involucella foliolis quinis. Umbellae aliae simplices, aliae compositae. Linn. Caulis erectus ramosus totus glaber pedalis et ultra. Rami paniculati divaricati, aphylli ultimi capillares. Folia in gemmis fasciculata sulcata, apice trifida, glabra, erecto. patentia, palmaria et ultra. Umbellae in ultimis ramulis terminales. Involucrum universale et partiale circiter 5-phyllum glabrum brevissimum. Thunb. In Prom. b. Spei, montium lateribus in Krumrivier. h.) Sch.

8. T. canariensis Spreng.; foliis ternatis cuneiformibus inciso-lobatis dentatis, involucri polyphyllis lanceolatis. CRITHMUM latifolium Linn. Suppl. p. 180. Ait. Kew. ed. 2. II. p. 135. Willd. Spec. I. p. 1408. Poir. Enc. Suppl. I. p. 556. ? CRITHM. canariense (fol. bipinnatis, basi ample vaginantibus.) Cavan. Annal. de Cienc.

nat. I. p. 35. TENORIA canariensis Spreng. Umb. Spec. p. 20. t. 6. f. 13.

In Teneriffa. 2. (Linnaeus CRITHMO latifolio, quod dixit, subscripsit: „planta sesquipedalis glaberrima. Caulis teres sulcatus erectus. Folia petiolata pinnata, foliolis oppositis bi- aut trijugis, sessilibus margine exteriori decurrente, sensim dilatatis lobatis et dentatis. Petioli basi dilatati amplicaulis. Involucrum foliolis 6-8 lanceolatis. Involucella figurâ et numero foliorum involucri. Flores lutei. Semina glabra sulcata, margine elevato laevi.“ Sprengel l. c. etiam 2 ped. vidit caulemque sublignosum; folia inferiora cum petiolo drantalia, potius ternata quam pinnata, petiolo succulento crasso, foliolo extremo loboque iterum medio trilobo; folia superiora triloba. Umbellae radiis 12-15. Involucra umbellis multo breviora. Fructus prismatici, tricostati, costis valleculisque acutis. Spreng. l. c.) Sch.

1172. HERMAS.

1. * *H. gigantea Thunb.*; foliis radicalibus oblongis serratis utrinque tomentoso-lanatis. (H. foliis lanceolato-ovatis supra lanuginosis subtus tomentosis integris. Linn. Suppl. p. 435. Lam. Enc. III. p. 122.) Willd. Spec. IV. p. 1002. Thunb. in Nov. Act. Petrop. XIV. p. 529. t. 11. (Fl. Cap. II. p. 186.) BUPLEURUM giganteum Thunb. Prodr. p. 50.

Ad Promont. b. Spei. (Caulis 4-ped. Folia (radicalia petiolata obsolete crenata) pedalia, latitudine spithamaea, supra villosa-tomentosa, subtus (densissime niveo-) tomentosa. Hoc tomento pro fomite utuntur incolae et detractum vendunt pro chirothecis. (Caulis 4 ped. uno alterove folio minori versus inferiora, axillis villosis. Umbella terminalis pedunculata. Infra hanc ramuli floriferi 4, verticillati, uno alterove inferiori florifero itidem. Involucrum polyphyllum lineare acutum umbellâ brevius. Radii primordiales copiosissimi. Involucellae saepius triphylla lateralia longitudine florum. Radii umbellarum plurimi. Petala lanceolata. Stamina 5. Linn. Folia radicalia ovato-oblonga obtusa serrulata utrinque lanata inaequalia. Petioli lineares lanati palmares vel spithamaei. Caulis aphyllus teres erectus striatus purpurascens, pedalis et ultra, ramosus. Rami alterni et suboppositi divaricati cauli similes. Umbellae terminales. Involucrum universale polyphyllum, umbellâ brevius, foliola lanceolata glabra. Pedunculi filiformes glabri purpurascens pollicares. Pedicelli vix unguiculares. Corollae purpureae. Thunb. In Prom. b. Spei, lateribus summis Montium Rode Sand, prope Winterhök; juxta Mostertshök, in vicinia Franschehök et alibi. 2.) Sch.

2. *H. villosa Thunb.*; foliis oblongis dentatis amplicaulibus supra glabris subtus albo-tomentosis. Thunb. nov. Act. Petropol. XIV. p. 531. (Fl. Cap. II. p. 185.) Per-

foliata fol. oblong, sinuatis. *Burm. Afr. t. 71. f. 2.*
BUPLEURUM villosum Linn. Spec. p. 343. Thunb. Prodr.
p. 50. (Hermas depauperata Linn. Mant. p. 299. Lam,
Enc. III. p. 121. H. caule tomentoso, foliis oblongis sessi-
libus dentatis subtus tomentosis.) Willd. Spec. IV. p. 1002.
Linn. S. V. ed. Gmel. p. 913.

In monte tabulari Prom. b. Spei. 2. (Caulis teres erec-
 tus, basi tomentosus, superne glaber striatus purpurascens.
 (1 1/2 - 2 ped.) Folia alterna amplexicaulia acuta supra viridia
 subtus albo-tomentosa erecta palmaria. Umbellae terminales.
 Invol. univ. polyphyllum glabrum: foliola saltem 12 oblonga
 acuta umbellâ breviora, parziale erectum triphyllum foliolis
 obovato-oblongis. *Thunb. In Prom. b. Spei, summis*
lateribus Leuwekopp, Duyvelsberg et Taffelberg co-
piose. 4.) Sch.

3. * *H. ciliata Thunb.*; foliis radicalibus petiolatis ova-
 lis ciliatis supra nudis subtus tomentosis, umbellis capitatis,
 floribus masculis longe pedunculatis. *Scabiosa hirsuta fol.*
nervosis Burm. Afr. t. 72. f. 1. p. 199. BUPLEURUM
ciliatum Thunb. Prodr. p. 50. HERMAS ciliata (caule
glabro, foliis ovatis ciliatis subtus tomentosis, umbellis plu-
ribus.) Linn. Suppl. p. 436. (Willd. Spec. IV. p.
1003. Thunb. Fl. Cap. II. p. 184.) Thunb. nov. Act.
Petrop. XIV. p. 531.

In montibus Africae australis. 2. (Caulis teres stria-
 tus erectus glaber aphyllus pedalis et ultra. Rami pauci alterni,
 cauli similes. Folia radicalia aggregata plurima obovata supra
 glabra subtus albo-tomentosa, patenti-expansa, 1 1/2 poll.
 Petioli depressi plani lineares pilosi longitudine foliorum. Sti-
 pulae in caule alternae, lineari-lanceolatae erectae unguicu-
 lares. Umbellae terminales, subrotundae. Invol. univ. poly-
 phyllum glabrum; foliola circiter 10 ovata acuta, umbellâ bre-
 viora; partialis oblonga, apice purpurascentia. Corolla alba.
Thunb. In Prom. b. Spei, summitate montis Hotten-
tots-Holland. 4.) Sch.

4. * *H. capitata Thunb.*; foliis radicalibus longe petio-
 latis subcordato-ovatis crenatis supra nudis subtus albo-to-
 mentosis, umbellis capitatis, scapo biumbellato. *Thunb.*
nov. Act. Petrop. XIV. p. 532. t. 12. (H. caule tomentoso,
foliis subcordatis serratis, umbellis capitatis. Linn. Suppl.
p. 435. Willd. Spec. IV. p. 1003. H. foliis erec-
tis inciso-crenatis subtus tomentosis. Thunb. Fl. Cap. II.
p. 184. Lam. Enc. III. p. 122.) BUPLEURUM capi-
talum Thunb. Prodr. p. 50.

In monte tabulari. 2. Folia radicalia petiolata subcor-
 data aut ovata obtusiuscula pollicaria venosa subtus albo-to-
 mentosa. Scapus aphyllus pubescens 1/2 ped. Capitula tria
 alterna pedunculata, flosculis vix conspicue pedicellatis instar

floris Syngenesiae. Invol. univ. sub-8-phyllum longitudine florum, foliolis lanceolatis. Radii umbellae brevissimi. Involucella umbellarum foliolo unico lanceolato laterali. Flosculi pedicellati, masculi 2-3, albi. Petala integra. *Linn.* Folia radicalia plurima cordato-ovata obtusa, supra glabra, pollicaria. Petioli subteretes tomentosi 2 poll. Caulis teres erectus pedalis. Rami alterni filiformes pauci erecti. Stipulae caulis filiformes. Umbellae terminales subcapitatae. Invol. univ. polyphyllum, foliolis ovato-lanceolatis glabris, umbellâ brevioribus; partiale e paucis foliolis purpurascens, foliolis ellipticis. Corolla alba. Antherae purpurascens. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, proclivis altioribus frontis *Taffelberg.* 4.) *Sch.*

5. * *H. quinquedentata Thunb.*; foliis ovatis basi cuneatis 5-dentatis acutis supra nudis subtus albo-tomentosis, umbellâ subglobosâ. *Nov. Act. Petrop.* XIV. p. 533. t. 12. (*H. caule glabro, foliis ovatis quinquedentatis subtus tomentosis, umbellâ solitariâ. Linn. Suppl.* p. 436. *Willd. Spec.* IV. p. 1003. *Fl. Cap.* II. p. 186.) **BUPLEURUM quinquedentatum.** *Thunb. Prodr.* p. 50.

In monte tabulari. *H. australis Spreng. Prodr. Umb.* p. 19., quam *Thunbergius* largitus erat, est **PANAX** nova. (Distinctissima foliis parvis exacte profunde quinqueserratis. *Linn.* Caulis filiformis simplex erectus pedalis. Folia plura radicalia, vel in infima caulis parte approximato-alterna, raro ulla caulina, petiolata, supra viridia subtus albo-tomentosa, 1/2 poll. Petioli semiunguiculares. Umbellae terminales subrotundae. Invol. univ. et part. e paucis foliolis ovato-lanceolatis acutis glabris. Corolla alba. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, in proclivis frontis *Taffelberg.* 4.) *Sch.*

1173. O D O N T I T E S.

1. *O. luteola Spreng.*; involucris pentaphyllis lanceolatis venosis membranaceis cuspidatis umbellas superantibus, foliis linearibus trinerviis, caule paniculato. *Odontites lutea Dalechamp* p. 1068. *J. Bauh. Hist.* III. p. 201. *Perfoliata angustifolia montana Colum. Ecphr.* I. p. 247. *Moris. Sect.* IX. t. 11. *Magnol. Hort. monsp.* p. 200. **BUPL.** annum minimum angustifolium. *Tournef. Inst.* p. 310. *Hall. Helv.* n. 772. **BUPLEURUM** *Odontites Linn. Spec. ed. Reich.* I. p. 656. *Gouan Fl. monsp.* p. 215. *Lam. Enc.* I. p. 519. *Decand. Fl. jr.* IV. p. 349. *Willd. Spec.* I. p. 1373. *Jacq. Hort. vind.* III. t. 91. (*Wulf. in Jacq. Coll.* III. p. 68.) *Lapeyr. Hist. pl. pyren.* p. 141. *Engl. bot.* p. 2468. **BUPLEURUM** *glumaceum Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 177. *Spreng. Umbell. Spec.* p. 18. (T. III. f. 5.) **BUPL.** *divaricatum Lam. Fl. jr.* III. p. 410.

In collibus Galliae meridionalis, Angliae, Italiae et Graeciae. ☉. Involucra colorata, ut plurimum luteola, margine scarioso. Radii umbellae inaequalissimi.

(Obs. I. *Linnaeus* BUPLEURO *Odontiti* subscripsit: „Folia lineari-lanceolata. Caulis ramosissimus angulatus, divaricatus, ramis basi nodosis. Involucrum univ. subpentaphyllum, foliolis latioribus rigidis venosis acutis, partiale 5-phyllum simile, flosculi 9, intermedii petiolus duplo altior.“ *Caulis* 2 poll. - 1 ped.; BUPLEURUM *Odontites* *Herbar. Johann. et Wulf. Hall. Helv.* 772 clis *de Vest* nomine *B. humilis* designat in litteris, monens in Germania australi et Italia genuinum nunquam a se observatum fuisse *Odontitem*; humile esse et ramosum, involucris involucellisque pentaphyllis lanceolatis rigidis aristatis contiguis, radiolis capillaribus aequalibus involucellis dimidio brevioribus, foliis lineari-lanceolatis striatis rigidulis et aristatis; involuera excedere radios et incumbere involucellis; nullum florem supereminere caeteros, et involucella omnino convenire cum *B. semicomposito*. Jam olim *Host Syn. p.* 140. monuit: „Planta carniolica in asperis saxosis *Prewald*, *Vipacum nana* est, pedalis contra, pedeque longior, quam herbida agri fluminensis alunt.“)

(Obs. II. *B. glumaceum*; involucellis pentaphyllis ellipticis acuminatis trinerviis margine membranaceis, umbellis terminalibus, caule paniculato. *Smith Prodr. Fl. gr. l. p.* 177. n. 618. Βαλοκμικόν *Zacynth. a clo. Smith* sequentibus describitur: „Caulis pedalis aut sesquipedalis, erectus, paniculatus, ramosissimus, gracilis, laevis. Folia lineari-lanceolata; superiora subulata. Umbellae multiflorae, radiis longitudine inaequalibus. Involuera pentaphylla, lanceolata, angustata, acuminata. Involucella brevigra et latiora, margine dilatato, scarioso, albo. In insula *Cypro et in Zacyntho*. ☉.“ Haec *Smith. l. c. Sprengel* vero *l. c. B. glumaceum* distinxit: involucris universalibus 3-5-phyllis, partialibus 5-phyllis umbellas superantibus, foliis lineari-lanceolatis, monens se specimen ex ipso herb. *Siphthorp* a clo. *Smith* communicatum *icone t. III. f. 5.* exhibuisse, seminibusque specimenam *Sibthorp* terrae commissis nil nisi BUPL. *Odontites* fuisse enatum. Nos quoque specimina plura *B. glumacei* in *Creta* lecta a *D. Sieber* coram habemus, quae quidem cum descriptione *Odontites* a *Wulfen* data *l. c.* satis conveniunt, licet minime cum *Odontite* *Jacq. Hort. Vind.* quadrent, cujus specimina spontanea in *Croatia* lecta quoque coram habemus. Specimina *glumacei* nostra vix *spithamaea* sunt, foliis lineari-subulatis, involucellis ovatis mucronatis, 2-3 lin. longis, cum in *croatica Odontite* specimina pedalia, folia lineari-lanceolata, 2-4 lin. lata, involucella elliptico-lanceolata mucronata, 5-6 lin. et ultra: quibus notis, paucissimis licet, adeo distincta *glumacea* a *luteola*, ut quisque facile utramque specie distinguat.) *Sch.*

2. *O. semicomposita* *Spreng.*; foliis spathulatis cuspidatis, involucris angustis acuminatis striatis umbellas simplicibus superantibus, fructibus scabris. BUPLEURUM *semicompositum* *Linn. Amoen. Acad. III. p.* 405. *Gouan. Illustr. p. 9. t. 7. f. 1.* *Lam. Enc. l. p.* 519. *Decand. Fl. franc. IV. p.* 310. *Willd. Spec. l. p.* 1373. (*Smith Prodr. Fl. graec. l. p.* 178. *Fl. graec. Ic. t.* 261. *B. divaricatum* *β. Lam. Fl. fr. III. p.* 410.)

In Italia, Gallia et Hispania. ☉. („Affine *B. Odontiti*, vix tamen pro varietate assumenda.“ *Linn.* Folia petiolata ligulata. Involucrum univ. indeterminatum. *S. V. ed. 15.* p. 289; attamen plerumque involucrum et involucellum 5-phyl- lum, foliolis lineari-lanceolatis. Caulis 1/2 - 1 ped., ramosissi- mus. Flores subsessiles.) Sch.

3. (*O. gracilis Marsch. a Bieb.*; umbellis termina- libus lateralibusque subtriradiatis, involucellis lanceolatis um- bellulâ fructiferâ brevioribus. *Marsch. a Bieb. Suppl. Taur. Cauc. p. 198.*

Frequens in argillosis subsalsis circa Kisljar et passim in Tauria meridionali. ☉. Statura semicompositae, sed folia an- gustiora, latiora quam in *tenuissima*, nervosa. Umbellae ter- minalis radii 3, rarius 4-6, inaequales, graciles, involu- cro umbellulisque multo longioribus; umbellae laterales sub- similes, radiis quandoque tantum 2, aut umbellulâ solitariâ pedunculatâ. Involucr. univ. breve, foliolis lanceolatis acutis, tot, quot radii. Umbellulae 5-8-florae, invo- lucellis 5-phyllis lanceolatis acutis umbellulam florentem subaequantibus: pedicelli breves, fructiferi longitudine invo- lucelli ultra quod fructus eminent subrotundo-ovati, vix com- pressi, undique tuberculis minutis copiosis, costis 3 oblitera- tis aequidistantibus. A proxima *tenuissima* dignoscitur caule ramisque haud ita tenuibus, foliis nonnihil latioribus, umbel- larum, etiam lateralium, saepe compositarum pedunculis atque radiis longioribus, fructibus pluribus longiusque pedicellatis, denique involucellis latioribus et ratione umbellulae brevioribus. *M. a Bieb.*) Sch.

4. *O. tenuissima Spreng.*; caule ramosissimo, foliis li- nearibus, involucris setaceis umbellâ axillari subtriflorâ bre- vioribus, fructibus rugulosis. *Bupleur. minimum Column. Ecphr. 1. p. 247.* *Auricula leporis minima J. Bauh. III. p. 201.* *Bupleur. angustissimo folio Moris. Sect. IX. t. 12. Barrel. Icon. p. 1248.* *Tournef. Inst. p. 310.* *Bupleurum tenuissimum Linn. Hort. Cliff. p. 104.* *Lam. Enc. 1. p. 519.* *Willd. Spec. 1. p. 1375.* (Smith *Brit. I. p. 292.*) *Engl. bot. p. 478.* *Fl. Dan. p. 1090.* *Spreng. Fl. hal. p. 90.* (*Hall. Hist. n. 774.*)

In arvis subsalsis. (Europae mediae et australis et Caucasi) ☉. A facie *Umbellatarum* aliena: umbellae minimae subtriflorae. („Caulis ramosissimus ramis alternis. Folia linearia acuta. Umbellulae axillares parvae.“ *Linn. Spec. 1. p. 345.* Haec repetuntur in *ed. Spec. Willd.* additurque: „Involucrum tri- phyllum breve, involucella setacea brevia.“ Rigida, acris, ramis erecto-patentibus. Folia lanceolata angusta acuta basi attenuata. Umbellae axillares subsessiles solitariae plerumque triflorae, involucellis subulatis flores superantibus. Fructus

angulatus. *Smith*, cujus descriptio haud ita bene cum illa *Spec. Willd.* quadrat.) *Sch.*

(*Obs.* *Marsch. a Bieb. Suppl. Fl. Taur. Cauc* p. 197 hanc speciem distinxit: „Umbellis terminalibus subtrifidis, lateralibus simplicibus, involucellis subulatis umbellulam paucifloram aequantibus, et hujus varietatem *elatiorem* notat facie *B. Gerardi*, versus Ostia Cyri circa *Salian.* *Decand. Fl. fr. n. 3453* ejusdem β *nanum* (*B. tenuissimum Bouch.*) notavit.) *Sch.*

5. (*O. glauca*; caule ramoso ramis diffusis, foliis lanceolato-linearibus, involucelli pentaphylli foliolis linearibus floribus fructuque longioribus. *BUPLEURUM glaucum Robill. et Cast. Decand. Fl. fr. Suppl. p. 515. n. 3543 a.* *B. semicompositum var. Desf. Fl. Atl. l. p. 230.*

„*Tenuissimae*, praesertim β *nanae Bouch.* affinis. Rad. subsimplex, caulis erectus a basi ramosus, vix ultra 3-4 poll. Folia acuta. Semina *tenuissimae*, sed duplo minora. Tota glauca.“ *Decand. Prope Massiliam ad Mazargue et Gineste; prope Toulon in sabulosis maritimis. ☉.) Sch.*

(*Obs.* *B. filicaule Brotero*; caule filiformi ramoso, foliis lineari-lanceolatis, umbellae radiis paucis, valde inaequalibus, involucelli foliolis lanceolatis umbellulâ longioribus, seminibus scabriusculis, centrali altiore. *Brotero Fl. lusit. p. 452.* *B. virgatum Cavan. describe. I. p. 121.* Eadem videntur cum *glauca*, „Rad ramosiuscula alba, ad collum crassitie fere pennae gallinae. Caulis glaber ut tota planta, angulosus, strictus, $1\frac{1}{2}$ - $1\frac{1}{2}$ ped., (2-3 ped. *Cav.*) nunc simpliciusculus nunc e basi ad apicem ramis alternis, inferioribus altioribus patulis, $1\frac{1}{2}$ - 2 poll. a se invicem distantibus. Folia radicalia ex viridi glauca, trinervia, 2-3 poll., $1\frac{1}{2}$ - 2 lin. lata, infima caulis patentia, superiora erecta, omnia alterna, caulem basi latiusculâ semiamplexantia (*mucronulata Cav.*) Umbellae plurimae terminales axillares. Involucrum e foliolis 3-5 subaequalibus, acumioatis, trinerviis, umbellâ brevioribus; parziale e foliolis 3-5 flosculis paulo longioribus, 2 lin., paulo ultra $\frac{1}{2}$ lin. latis. Umbella universalis radiis 2-5, (7 major pollicaris *Cav.*) uno semper brevissimo, partialis e radiis 2-7 brevissimis, subaequalibus, centrali paulo demum altiore. Cal. obsoletus. Petala lutea inflexa, extus fusco crocea. Antherae luteae. Styli et stigmata minima. Fructus ovatus, fuscus, compressus, utrinque tricostatus, striatus, costis ad lentem punctis prominulis. Differt a *tenuissimo* caule minus ramoso, semper erecto, nec plerumque prostrato, umbellis longius pedunculatis, universalium radiis valde inaequalibus, involucello vix flosculis longiori, nec duplo longiori; a *semicomposito* caule altiore, foliis non lanceolatis nec apice aristatis, involucris semper umbellâ minoribus, nec duplo majoribus Varietas forte *B. Gerardi*, quod forte cum *tenuissimo* et *semicomposito* varietas ejusdem speciei. In calcareis siccis montosis prope *Conimbricam. ☉. Circa Matritum, Cav.) Sch.*

6. *O. procumbens Spreng.*; caule paniculato procumbente, foliis lineari-lanceolatis nervosis brevissimis, involucellis subovatis acutis brevissimis, fructibus angulosis. *BUPLEURUM procumbens Desfontain. Fl. Atl. l. 56. (Poir. Enc. Suppl. I. p. 749.)*

Prope Tunetum. 4. *O. tenuissimae* proxima; differt radice perenni, caule procumbente, umbellis pedunculatis terminalibus paniculatis, involucellis minimis ovatis nec subulatis umbellulâ brevioribus. (Rami numerosi filiformes; folia rigida, superiora subulata brevissima subamplexicaulia. Umbella parva radiis 2-5 fere capillaribus, inaequalibus, angulosis, involucl. univ. foliolis 3-5 acutis, part. 5. Cor. alba, parva. Semina brevia, subovata, fusca, rugosa. *Poiret.*) Sch.

1174. P I M P I N E L L A.

1. * *P. magna*; foliis omnibus pinnatis, foliolis oblongis sublobatis serratis nitidis. *Pimp. major.* *Fuchs* p. 609. *Lobel. Hist.* p. 413. *lc.* p. 720. *Park. theatr.* p. 947. *Saxifraga magna* *Dodon.* p. 315. *Clus. Hist.* II. p. 197. *Daucus* II. *Dalech.* p. 717. *Pimp. Saxifraga* *Camerar. epit.* p. 775. *Gerard. emac.* p. 1044. *Saxifraga hircina major.* *J. Bauh. Hist.* III. p. 209. *Barrel. Ic.* p. 243. 737. *Tragoselinum majus* *Tabernaem.* p. 255. *Zanichelli t.* 306. *Pimp. Saxifraga major.* *Moris. Sect. IX. t. 5.* PIMPINELLA magna *Linn. Mant.* p. 219. (*Smith Brit.* p. 332.) *Engl. bot.* p. 408. *Fl. Dan.* p. 1155. (P. foliis uniformibus pinnatis, foliolis omnibus lobatis, impari trilobo. *Willd. Prodr.* n. 349.) *Willd. Spec.* I. p. 1471. *Lam. Enc.* I. p. 451. *Plenck off.* p. 222. (*Roth Fl. germ.* I. p. 129. II. p. 343. *Hall. Helv.* n. 785. *P. major*, fol. pinnatis, foliolis petiolatis ovato-acuminatis, duplicato-dentatis, intimis duobus imparique trilobis, ceteris deorsum auriculatis. *Gouan. Illustr.* p. 21. *Jacq. Austr.* p. 396. *P. Saxifraga Scop. carn.* n. 345. TRA-
GOSELINUM majus *Lam. Fl. fr.* II. p. 448. TRAGOS.
magnum *Mönch. meth.* p. 99.)

α. floribus rubris. *Pimp. fl. rubr. Rivin. pent. irreg.* (*PIMP. rubra* *Hopp. et Schleich. exsicc.* n. 34.)

β. orientalis, foliolis omnibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis. *Pimpinella Rivin. pent. irreg.* PIMPINELLA orientalis (fol. radicalibus quinatis, foliolo intermedio basi auriculato, caulinis pinnatis, foliolis palmato-pinnatifidis.) *Gouan. Ill.* t. 15. *Lam. Enc.* I. p. 451. *Jacq. Austr.* t. 397. *Baumgaert. transsylov.* I. p. 234. (*Plenck off.* p. 224. *PIMP. media Hoffm. Deutschl. Fl.* t. 397. *Pers. Syn.* I. p. 323.)

γ. dissecta, foliolis superioribus bipinnatifidis, laciniis lanceolato-linearibus. *Pimp. Saxifraga tenuifolia C. Bauh. Prodr.* p. 84. *P. magnae var. Richer de Belleval Ic.* t. 214. *Moris. Sect. IX. t. 5.* PIMPINELLA dis-

secta (fol. omnibus pinnatis, pinnis multipartitis, segmentis subfalcatis, acutis.) *Retz obs.* III. t. 2. (*Roth germ.* I. p. 130. II. p. 344. *Host Syn.* p. 170. *Hoffm.* Umb. ed. 2. l. p. 92.) *Willd. Spec.* I. p. 1472. *Lapeyr. Hist. plant. pyr.* p. 165. *Decand. Fl. fr.* IV. p. 282. (*Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.* I. p. 241.)

PIMP. dissecta β *laciniata* *Poir. Enc. Suppl.* I, p. 683.)

PIMP. laciniata *Thor. chlor. land.* p. 108. (*PIMP. dissecta* *Decand. l. c.* β . haec *laciniata*.) *PIMP. pratensis*

Thuill. paris. p. 154. *PIMP. peregrina* *Lejeune Spa.* p. 145. quae *dissectae* *Decand. γ .* *Hall. Helv. n.* 787.

Barrel Ic. p. 737. (monente *Marsch. a Bieb. Suppl.* p. 250.) *P. magna* β . *Smith Fl. Brit.* p. 332. *P. hircina* *Leers Herborn. n.* 225. *Gmel. S. V.* p. 492.

Confer de his varietatibus *Withering Arrang. of Brit. plants ed. V. t. 2. p.* 391—3. *Spreng. Umb. Spec.* p. 117.

In pratis, pascuis, sylvaticis per omnem Europam, (et in Caucaso.) α . β σ . *Linnaeus* α subscripsit: „Foliola lobata, latiora quam longa, serrata, quasi oleo inuncta, venosa, facie *Sisari* (nulla orbiculata, nulla linearia s. multipartita!). Petioli compressi.“ Rad. major quam in *Saxifraga*, minus acris. Caules 2-3-ped. Foliola ovata inciso-serrata, terminali trilobo. Umbellae magnae. *Smith.* Folia cubitalia ferme. *Gouan.* β . „Rad. biennis. Caulis sulcato-angulatus, vi-

rens, ramis paniculatus. Folia radicalia primaria palmaria, foliolis 5, infimis cordatis crenatis, intermediis oblique ovatis superne ad basin longitudinaliter retusis, impari ovato aequali trilobo crenato, folia radicalia secunda foliolis 2 inferioribus tripartito-palmatis multifidis, intermediis minoribus minus laciniatis, basi foliolo sessili oblongo sursum longitudinaliter truncato, impari trilobo. Anno secundo folia radicalia et caulina inferiora spithamaea pinnata, pinnulis 5-7, infimis ternatis, caeteris tripartito-multifidis, facie fere *Aconiti Napelli*. Caulina caetera rameaque pinnata foliolis multo minoribus; summa tandem minima trifida vix laciniata. Umbellae omnes terminales radiis 14-16, 1/2 poll., umbellulae radiis circiter 16, lin. 2 longis. Flores albi. Styli longi divaricati. Semina glabra. *Gouan.* Talem nos quoque saepius coluimus et observavimus. Divus *Jacquin* l. c. haud solita industriam descripsit orientalem.“ γ . „E. seminibus *dissectae* magnam educavi. *Lapeyr. l. c.* varietates *dissectae* plures, etiam annuas, enumerat.“ *Spreng. l. c.* *Dissectam* caucasicam ab europaea differre specie perhibet *Hoffmann l. c.* Alii *P. saxifragae* aut *nigrae* varietates valde laciniatas pro *dissecta* pro-

posuisse videntur. Sic et nobis *PIMP. dissecta*, quam *Sieber* in *Candia* legit, foliis triplicato-pinnatis, foliolis ovatis basi inaequalibus serrato-dentatis glaberrimis, ab europaea vulgari *dissecta* distinctissima videtur. *P. dissecta* *Retz Obs.* III. t. 2. a clo. *Smith* sequentis *P. Saxifragae* varietas β . *dissecta* dicitur, hujus vero varietatis β *dissectae* synonymon habet: *P. saxifraga* major degener s. foliis *dissectis* *Dill. in Raii Syn.* p. 87. *Vegetabil.* Vol. VI.

213. Foliola radicalia anni primi esse subrotunda, recte *Retz*ius monuit, et aequae bene *Gmel. Fl. bad. I. p. 727.* differre a *Saxifraga*: caulibus e radice copiosioribus, foliis majoribus radicalibus et caulinis duplicato-pinnatis, pinnatisve, laciniis dissectis, multipartitis, segmentis subfalcatis, et cultam, ut et nos per 12 annos vidimus, constantissimam permansisse.) Sch.

2. * *P. Saxifraga*; foliis pinnatis, foliolis radicalibus subovatis, caulinis angustioribus lanceolato-linearibus.

a. minor; glabra, foliolis radicalibus subovatis serratis, caulinis lanceolato-linearibus integris, caule digitali spithamaeo. *Pimpinella Brunfels Herb. III. p. 28.* *P. Saxifraga Schkuhr Handb. t. 78.* *Engl. bot. p. 407.* (*Svensk bot. p. 160.* *PIMP. minor Ehrh.* *TRAGOSELINUM minus Lam. Fl. fr. III. p. 447.* *TRAGOSELINUM Saxifragum Mönch. meth. p. 99.*)

β. ovata; glabra, foliolis omnibus subovatis serratis, caule dodrantali cubitali. *Pimpinella Trag. f. 177. a.* *Fuchs p. 609.* *Matthiol. ed. Valgris. p. 516.* *Dalech. p. 787.* *Tragoselinum majus et minus Tabernaem. p. 255.* *Saxifraga hircina minor J. Bauh. Hist. III. p. 211.*

γ. alpestris; glabra, foliolis inferioribus cuneiformibus inciso-pinnatifidis, superioribus elongatis linearibus integerimis, caule spithamaeo dodrantali. *Pimpinella Dod. p. 315.* *Clus. Hist. II. p. 197.* *Lobel, Hist. p. 413. Ic. p. 719.* *Gerard. emac. p. 1044.* *Parkins. theatr. p. 947.* *Tragoselinum petraeum Tabern. p. 255. f. 3.* *Pimpinella media Riv. pentap. irreg.* *P. Saxifraga Fl. Dan. p. 669.*

δ. dissecta; subpubescens, foliolis inferioribus laciniisque pinnatifidis, caule cubitali. *Pimp. minor tenuifolia Riv. pentap. irreg.* *PIMP. hircina Mönch. hass. n. 255.* *Schkuhr Handb. I. p. 255.* *Baumgart. transsylo. I. p. 235.* *PIMP. genevensis Vill. delph. II. p. 604.* *PIMP. nigra β. (major hirsutior, foliolis ovato-lanceolatis, caulinis cuneiformibus incisis.) Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Canc. I. p. 240.* (*P. magna Habl. Taur. p. 138.* *P. Saxifraga β. pll. Bott.*)

ε. nigra; pubescens, foliolis inferioribus ovatis serratis sublobatis, superioribus abortientibus tridentatis. *Saxifraga rotundifolia Barrel. Ic. p. 242.* *Boccon Mus. t. 80.* *Pimp. Saxifraga minor Moris. Sect. IX. t. 5.* (*P. Saxifraga*) *Jacqu. austr. t. 395.* *Vill. delph. II. p. 604.* (*Plenck off. p. 221.* *PIMPINELLA Saxifraga β. Poir. Enc. Suppl. I. p. 683.* *Decand. Fl. fr. IV. p. 281.*) *PIMP. nigra* (caule striato pubescente, foliis pinnatis pubescentibus, radicalibus foliolis subcordatis incisis obtusis den-

tatis, caulinis bipinnatis linearibus. *Willd. Prodr. n. 348.*)
Willd. Spec. l. p. 1471. *Baumgart. transsylov. l.*
p. 253. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 240. a.*
Wahlenb. carpath. p. 88. *Bertolon. Amoen. ital. p.*
349. (*Roth germ. p. 129. II. p. 342.* *P. media*
Geners. Elench. n. 273.)

Per omnem Europam (etiam in Lapponia) in campis editioribus.
 4; var. γ in alpestribus et alpinis; var. δ in sylvestribus; ϵ in
 pratis humidis. *Conf. de his varietatibus Smith Engl. bot. p.*
407. Spreng. Umb. Spec. p. 115.

(*Obs. Willdenow in Spec. l. p. 1471 sub P. Saxifraga caule*
striato glabro, foliis pinnatis glabris, radicalibus foliolis subrotundis
argute dentatis, caulinis bipinnatis linearibus prodr. n. 347 synonyma
a. γ , quin et quaedam ex E, promiscue habet et, instar β , varietatem:
foliis caulinis nullis, exhibet: hinc tantum, quatenus Linn. Spec. 378
huc ducit, et ut rectius faciliusque nigra et dissecta distinguantur,
diagnosin hic transcripsimus. γ Div. Wulfen, monente de Vest
in litt., distinxit specie, nomine PIMPINELLAE alpinae: caule tereti
striato foliisque pinnatis glabris, foliolis radicalibus ellipticis basi cu-
neatis subpalmato-pinnatifidis, caulinis linearibus, basi saepe subpinna-
tifidis. Differre a simillima Saxifraga, cujus forte varietas, umbellâ
radiis circiter 6, foliolis radicalibus profunde, fere ad medium disci,
dissectis, dentibus longis cuspidatis, petiolis infimis ultra medium aphyll-
lis. In nigra foliola caulina media non linearia, sed oblonga dentata,
nec radicalia adeo profunde incisa. δ . synonymon Rivin. et

PIMP. genevensis Vill. (excl. syn. Barrel. a Poirer) ad SESELI
saxifragum Linn. s. MRUM heterophyllum ducitur in Enc. Suppl. V. p.
138. Pimp. dissecta a divo Kitaibel in aspe Velebich lecta, vix spi-
thamaea, glaberrima, foliis radicalibus pinnatis, laeiniis lineari-lanceo-
latis mucronatis, caulinarum laeiniis subulatis, fors species propria,
ulterius indaganda. ϵ . Radix vulnerata caeruleo lactescit. Willd.

„Habitu, flore, odore, sapore, semine, foliis et radice convenit cum P.
magna; sed folia et caulis magis villosula, subinde tamen ut requiratur
oculus armatus. Foliola sunt rotundiora, caulina plerumque desideran-
tur praeter unum alterumve ad basin. Caulis saepe ramosior, quando-
que diffusus. Umbellae minores. Petala semper alba.“ Jacq. Si P.
Saxifraga Jacq. hujus loci, tunc etiam Hall. Helv. 786. et P. ro-
rundifolia Scop. carn. l. p. 208 huc referenda et ipse fors Smith
Fl. brit. p. 331. Engl. bot. t. 407, Jacquini laudans iconem 395,
et plantam describens scabriusculam, subpubescentem, nec glabram.
Marsch. a Bieb. l. c. monet: „omnes polymorphae hujus plantae va-
rietates pubescunt et subcanescunt: hinc ad P. Saxifragam recentiorum
referri nequeunt.“ Sch.

3. *P. lutea Desfont.; foliis pinnatis pubescentibus, fo-*
liolis cordatis antice excisis dentatis, terminali subtrilobo,
ramis dichotomis virgatis subaphyllis filiformibus. Fl. Atl. l.
p. 265. t. 76. Tragoselinum altissimum africanum Tour-
nesf. Inst. p. 309. Citat Pimp. Saxifraga maxima afri-
cana Magnol. bot. app., in quo equidem nil reperio.
In Atlante. 4. Flores lutei minimi. (Habitus et folia fere

PIMPINELLAE *magnae*, sed odore grato, aromatico; folia basi saepe inaequalia. Caules laeves glabri 3-4 ped., basi tantum foliosi; rami ad basin vaginis integerrimis membranaceis caducis; umbellae parvae, radiis 3-5 capillaribus; involucrem nullum; semina glaberrima, vix striata. *Poir. et.*) Sch.

4. *P. cretica* *Poir.*; foliis radicalibus rotundatis subtrilobis dentatis, superioribus minimis tri-multifidis, laciniis subfiliformibus. *Poir. Enc. Suppl.* 1. 684. *Apium creticum minimum Anisi facie* *Tournef. Cor.* 21.

In Creta. (An *Petroselinum creticum* *C. Bauh.*? quaerit *Poir. et. Enc. Suppl.* V. p. 586 sub BUSELINO. PIMPINELLAE *Anisi* parvula videtur icon, sed semina parva. Radices simplices gracillimae, caules filiformes 4-5 poll., simplices, vix apice ramosi; folia radicalia minima longe petiolata; caulina vaginis longis angustis, ramis fere capillaribus nudis. Radii umbellae capillares, involucre nullo. Umbellulae minimae. Flores albi. Fructus stylis breviores. *Poir. et. ex herb. Desfont.*) Sch.

5. * *P. dioica*; caule ramosissimo paniculato, foliis decompositis linearibus, umbellis numerosissimis. *Saxifraga tertia*, *Matthiol. ed. Bauh.* p. 694. *Dalech.* p. 1112.

Peucedani facie pallida planta *Lobel. Adv.* p. 351. *Ic.* p. 745. *Selinum montanum pumilum* *Clus. pannon.* p. 702. *Hist.* II. p. 200. *J. Bauh. Hist.* 3. p. 17.

PEUCEDANUM *pumilum* *Gerard. emac.* p. 1054. *Orcoselinum* 111. *Tabernaem.* p. 276. *Daucus montanus pumilus* *Park. theatr.* p. 893. *Saxifraga montana pumila.*

Moris. Sect. IX. t. 2. *Eadem tenuissimis foliis* *Ibid. t. 9.* *Pyrethrum* *Gesn. ibid.* *Ammi minimum Rivin. pentap. irreg.*

SESELI *pumilum* (petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis ternatis linearibus subcarnosis petioli longitudine.) *Linn. Spec. ed. II.* p. 373. PEUCEDANUM *minus* *Linn. Mant.* p. 219. PIMPINELLA *dioica*

(*pumila*, umbellis numerosissimis compositis simplicibusque) *Linn. Mant.* p. 357. *Lam. Enc.* I. p. 452. *Willd. Spec.* I. p. 1474. *Engl. bot.* p. 1209. *Bertolon. Amoen. ital.* p. 350. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.*

I. p. 242. *Baumgart. transsylv.* I. p. 235. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 204. (PIMP. *pumila* *Jacq. austr. t. 28.* *APIUM pumilum Crantz fasc.* p. 213.) PIMP. *glaucum* (fol. supradecompositis, caule angulato ramosissimo)

Linn. Spec. ed. Reich. p. 724. (qui, auctoritate *Jacq.*, huc duxit *Hall. Helv. n.* 788.) *Willd. Spec.* I. p. 1473. Hoc nomen plantae adscripserat *Linnaeus*, quam eandem ac *P. dioicam* cognovit. *Gouan. Illustr.* p. 15. *Consentit Lapeyrouse Hist. pl. pyren.* p. 166. *Quam Kitaibel cum hortis communicabat, nil aliud erat. Nec receperunt, Lamarck aut Decandolle.* (APIUM *glaucum* *Crantz*

Umb. p. 100. n. 2. PASTINAGA *glauca* Scop. carn. I. p. 203?) TRINIA *glaberrima* Hoffm. Umbell. p. 93, TRINIA *hispida* et *Henningii* ejusdem haud differre videntur. PIMP. *multicaulis* Poir. Enc. Suppl. I. 684. (quae *glauca* videtur; Fide *Decandolle Fl. fr. n. 282.* PIMP. *dioicae* Linn. synonyma sunt: SESELI *glaucum* Lam, Fl. fr. III, p. 436. TRAGOSELINUM *pumilum* Lam, Fl. fr. III. p. 448. SESELI *dioicum* Vill. delph. II. p. 579.)

Per Europam meridionalem. 4.

(Obs. Linnaeus *P. glaucae* subscripsit: „caret involucellis, quo a SESELI differt;“ *P. dioicae* vero: „Caulis divaricatus palmaris laevis striatus parum foliatus. Folia ternata s. biternata linearia. Umbellae (terminalis et laterales 2 oppositae) pleraeque compositae, paucae simplices. Petala longe lanceolata, incurva non emarginata. Stamina alba longa. Involucra nulla. Datur planta mascula et hermaphrodita. PIMPINELLAE *glaucae* proxima, aut distincti generis.“ Et SESELI *pumilo* l. c. addidit: „planta parva, tota umbellis paniculata. Folia pinnata, foliolis ternatis.“ Smith *Fl. brit.* p. 332 citat quidem *P. dioicam* Linn. S. V. ed. 13. 241. et SESELI *pumilum* Linn. Spec. 373. et PEUCEDANUM *minus* Huds. ed. I.; sed non Linnaei PEUC. *minus*, nec PIMP. *glaucae* Linn. Describit *P. dioicam* suam: „radice carnosa ramosa perenni; herbam glaucam laevem; caulem spithamaeum ramosum angulatum sulcatum purpurascentem; folia bipinnata foliolis linearibus uniformibus canaliculatis; umbellis numerosis paniculatis simplicibus et compositis erectis; floribus albidis, masculis sine germine, femineis antheris abortivis; stigmatibus capitato-globosis, fructu ovato sulcato.“ (sulcis plerumque 10.). De *P. pumila* Jacq. dubium sane nullum, quod eadem cum *dioica* Linn. cum Smith eandem ipse laudet ad *dioicam*; attamen Host *Syn.* I. p. 171., cui *dioica* probe nota, distinguit *P. glaucam* Linn. foliis lineari-lanceolatis glaucis, involucris nullis, floribus omnibus fertilibus, fructu elliptico hinc convexo, lineis 3 elevatis. Willd. *Enum. H. Berol.* p. 323 eandem differre a *dioica* involucro monophyllo dicit. Conjungit quidem Ill. Marsch. de Bieb. *Suppl. Fl. taur. cauc.* p. 244. sub TRINIA *Hoffmanni* germinibus pubescenti-scabris, seminum costis argutis, involucellis nullis (quae omnino *Pimp. dioica* Smith, et *pumila* Jacq.) tanquam varietates, et quidem instar α : caule foliisque glabris, TRINIAM *glaberrimam* laciniis pinnularum aequalibus linearibus Hoffm. *umb. ed. 2.* I. p. 93. et 211 t. 1. B. f. 22. *Illustr. umb.* I. p. 19. et instar β : caule basi foliisque imprimis margine et carina pubescenti-scabris, TRINIAM *hispidam*, laciniis pinnularum inaequalibus incisissimis linearibus, Hoffm. l. c. p. 94. et PIMP. *dioicam rossicam* Catal. Hort. Gorenk. 1812. p. 44. modens, ex autopsia, specimina austriaca a tauricis nullo modo differre, et caule magis austriaca pubescenti-scabra esse. In omnibus varietatibus germina pube saepe, ne in maturis quidem seminibus penitus deficiente, esse tecta; semina alba magnitudine variare, majora sistere tabulam citatam Hoffmanni sub litt. a, minora eandem tabulam exhibere sub litt. b. pro seminibus TR. *Henningii*, cujus non sunt. Attamen distinguit tanquam species proprias *ibidem* p. 245.

1. TRINIAM *Henningii* Hoffm. germinibus glabris, seminum costis obtusis, involucellis nullis; quam lacinulis pinnularum longissimis seta-

eeis margine scabriusculis *Hoffm. umb. ed. 2. I. p. 94. Illustr. umb. p. 19* distinxit, quae eadem ac *PIMP. glauca Linn.*, ed. *Willd. I. p. 1473. Poll. pal. n. 307. Spreng. prodr. umb. 35. n. 6?* *PIMP. dioica Bess. prim. Fl. gal. I. p. 223.* (monente auct. in litt.) Asperitatis in hac vix vestigium ullum, ne quidem in germinibus; laciniarum foliolorum multum quam in *TRINIA Hoffmanni* longiores, magisque elongatae; umbellularum radii in seminiferâ fructibus multoties longiores, magisque elongati; semina formâ multum alienâ, matura nigra, costis obtusis, utroque latere sulco profundiore. Involucella nulla.

2. *TRINIAM Kitaibelii*, germinibus glabris, seminum costis obtusis, umbellulis paucifloris involucratis. *PIMP. glauca* involucro monophyllo, involucellis 5-phyllis, foliolis lanceolatis basi connatis, seminibus oblongis 5-costatis, costis perfossis, valleculis univittatis. *Hoffm. umb. ed. 2. I. p. 92. Illustr. umb. p. 18. Waldst. Kit. rar. hung. I. t. 72. Catal. H. Gorenk. a. 1812. p. 44.* Glabritie et seminibus convenit cum *TR. Henningii*; caulis semineae seminiferae inde a basi ramosus, ramis ramosis rigidis, tenuibus tamen, fere horizontalibus. Umbellulae radii 3-5, fructu paullo tantum longiores, quo facile a praecedente radiis umbellularum valde gracilibus atque elongatis praedita dignoscitur. Involucelli foliola inaequalia omnia (3-6) brevissima. Semina obtuse costata, mature nigra. — Divus *Kitaibel* recte l. c. monuit, *immortalem Gouan* synonyma *dioicae et glaucae* conjunxisse, postquam e specimine plantae *Hallerianae*, cui *Linnaeus* nomen *P. glaucae* adscripserat, certo scivisset, hanc et *P. dioicam* s. *SESELI pumilum* unam eandemque esse plantam *); hinc vero rejicienda fuisset diagnosis illi *glaucae a Gouan* recepta, ut pote ejusdem cum *dioicae* plantae. Attamen a *glauca Gouan* s. *dioica Linn.* vel *pumila Jacq.* differt planta *Kitaibeli* staturâ duplo triplove altiore; caule saepissime livido; foliis tri- aut quadruplicato-pinnatis, umbellis omnibus compositis, ramis non paucis oppositis, florescentiâ 5-6 hebdomad. seriore. Cultura denique *dioica* et haec *glauca Kit.* perstat. Observationibus illi. *Marsch. a Bieb.* consentiunt etiam illae *D. de Vest* in litt., qui in *glauca Kit.* habitum *Seselleae*, omniaque tenuiora magisque elongata, rite notavit.) Sch.

6. * *P. dichotoma*; pedunculis oppositifoliis, foliis floriferis bi-triternatis linearibus, petiolis alato-membranaceis. *Linn. Mant. p. 58. Lam. Enc. I. p. 452. Willd. Spec. I. p. 1474.*

In Hispania. ♂. („Planta 1/2 ped., ramosissima, dichotoma. Folia inferiora triternata, superiora biternata, fere linearia, breviora, acuta, petiolis utrinque acutis membranâ latiore quam in reliquis, plane membranaceâ albâ. Pedunculi oppositifolii folio multo longiores ex omnibus alis singuli, unde copiosi. Umbellae universalis radii 5-6. Petala alba incurvo-emarginata. Fructus subglobosi striati.“ *Linn.*) Sch.

7. *P. ? leptophylla Pers.*; foliis multifido-setaceis, caule

*) (Cl. *Hoffmann umb. gen. p. 92. PIMP. glaucam Gouan* interea specie distinguit a *PIMP. dioica Smith, s. pumila Jacq.*) Sch.

elongato subdichotomo, umbellâ trifidâ. *Pers. Synops. I.*
p. 324.

In *S. Domingo*. (Caulis tenuis. Folia tenuissima, petiolus
non membranaceus. *Pers. Confer SISONEM capillaceum.*) Sch.

(Quid: *P. intermedia* Nees v. *Esenbeck Flora c. bot. Zeit.* 1819.
S. 293. prope Muggendorf?

P. germanica Vill. *Turin.* 1815?) Sch.

1175. TRAGIUM.

1. *T. Columnae Spreng.*; caule tereti canescente, fo-
liis radicalibus subbipinnatis glabriusculis, foliolis obovatis
inciso-serratis cuneatis, caulinis paucissimis obsoletis. *Tra-*
gium alterum Column. phytob. t. 17. PIMPINELLA

Tragium Lam. Enc. I. p. 450. Marsch. a Bieb.

Fl. Taur. Cauc. I. p. 240. Lapeyr. *Hist. pl. pyren. p.*

165. Bertolon. *Amoen. ital. p. 350.* (Decand.

Fl. fr. Suppl. p. 501. PIMP. *petraea Willd. Herb. n.*

10. auct. *Spreng. l. c.**) TRAGIUM. *Columnae Spreng.*

Umbell. Spec. p. 134. β. *canescens*; (caule incano-pu-

bescente, foliolis remotiusculis sublinearibus cuneiformibus

inciso-trifidis *Spreng. l. c.*) PIMP. *Tragium Vill. delph.*

II. p. 606. Decand. *Fl. franc. IV. p. 501.* PIM-

PINELLA *canescens Loisel. in Journ. de bot. II. t. 10.* (PIMP.

Tragium β. Poir. Enc. Suppl. I. p. 683. P. *Saxifraga*

γ. *Lois. Fl. gall. 177.*)

Per *Italiam, Galliam, Podoliam et Tauriam.* 2. („Rad.

fusiformis, lignosa, extus fusca, crassitie digiti fere minimi.

Petioli filiformes supra sulcati pollicares subdigitales; foliola

remota, incisa, trifida, margine tenuissime ciliata, subpetio-

lata, lin. 4, 1 1/2 lin. lata. Umbellae radiis suboctonis aqua-

libus. Invol. univ. et part. nulla. Flores albi. Pistilla ipsa

villosa. Fructus ovato-oblongus, tomentosus. *Spreng. l. c.*

Hoffmann, Umb. gen. p. 91, TRAG. canescens Lois. specie

distinguit. Varietatem β vix 3 poll., umbellae radiis 5-7 no-

*) In notis ab ill. de *Schlechtendal* super *Herb. Willd.* benignissime communicatis *P. petraea* fol. radicalibus pinnatis, pinnis oblongis cuneatis laciniato-dentatis, caulinis bipinnatis, pinnulis linearibus simplicibus falcato-divaricatis, caule nudiusculo ramoso, seminibus hirsutis, eadem omnino dicitur cum PIMP. *Tragio Bieberst. Cauc. I. 240.* cujus specimina in cretaceis ad Tanaim siccisque montosis Tauriae a *Bieberstein* et *Pall.* lecta in *Herb. Willd.* servantur; sed longe et admodum diversa notatur a PIMP. *Tragio Vill.*, a qua differt: foliis radicalibus cespitosis, caule subnudo ramoso, ad ramos divaricato, vaginis aphyllis. Specimina e siccissimis differunt: foliolis omnibus simplicibus linearibus falcato-divaricatis.) Sch.

tavit *Decand. Suppl. l. c.* Aliam *Marsch. a Bieb. Suppl. Taur. Cauc. p. 250.* valde laciniatam, quae frequens ad Tanaim et in Tauria, Caucasoque, et quam exprimit *P. Saxifr. hircina minor foliis alte incisis. Barrel. Ic. p. 758.* Anne haec eadem cum *PIMPINELLA laciniata*, foliis radicalibus pinnatis, pinnis ovatis acute laciniato-dentatis, caulinis bipinnatifidis, laciniis linearibus integerrimis *Herb. Willd.*, quam in Ghilan legit *Pallas*, et quam affinem notat ill. de *Schlechtendal peregrinae*, a qua differt glabritie omnium partium foliisque magis laciniatis? Sch.

2. *T. depressum Bieber*; caule tereti pubescente, foliis radicalibus pinnatis, foliolis cuneatis pinnatifidis glabriusculis subciliatis, laciniis lanceolatis obtusis, caulinis sub ramo singulo pinnatifidis.

Medium quasi *T. Columnae* inter et *peregrinum*, ab utroque characteribus datis abunde distinctum. Rad. perennis lignosa multiceps, tecta vaginis petiolorum emarcidis. Folia radicalia 1 1/2 - 3 poll., foliolis 3 - 5, canis, nitentibus, ad apicem fere petioli ultra 3/4 suae longitudinis nudis, pubescentis, vix 4 lin. longis. Caulis nunc vix 1 1/2 poll., nunc spithamaeus, teres, pubescens, vix fili crassitie, simplex nunc, nunc ramosus, ramis umbellulâ unâ alterâve minore. Radii umbellae 3 - 4, inaequales. Umbellulae radiis 3 - 8, scabris. Fructus globosi, setulis parvis albidis adpressis, stylopodio stylisque reflexis suscescentibus glabris. *In montibus Cretae Sphakioticis.* Sch.

3. *T. peregrinum Spreng.*; hirsuta, foliis radicalibus pinnatis, foliolis cordato-ovatis serratis, extremo trilobo, caulinis angustioribus subintegerrimis. *Apium peregrinum Bauh. Prodr. p. 81. Park. theatr. p. 929. Moris. Sect. IX. t. 9. Daucus Dioscoridis III. Column. ephras. I. p. 109. Visnago minor quorundam. J. Bauh. Hist. III. p. 94. Saxifraga viminea Barrel. Ic. p. 1184. Tragoselinum creticum maximum villosum. Tourn. Cor. p. 21. PIMPINELLA peregrina (fol. radicalibus pinnatis crenatis, summis cuneiformibus incisis, umbellis nubilibus nutantibus) Linn. Mant. p. 357. Willd. Spec. I. p. 1473. Gerard. provinc. p. 256. Jacq. Hort. vind. II. t. 131. Lam. Enc. I. p. 451. Loisel. Fl. gall. I. p. 178. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 241. (Suppl. p. 251. Stev. Mem. mosq. III. p. 260. PIMP. Tragium a Poir et Enc. Suppl. I. p. 633 quoad syn. P. hispidae Lois, excl. reliqu.) PIMP. hispida Lois. in Journ. de Bot. II. p. 272. TRAGIUM peregrinum Spreng. Umb. Spec. p. 135.*

In Gallia australi, Italia, Graecia et Tauria. 2. (,,TRAGIO *Columnae* multo major, hirsutior, ramosior. Foliola interdum cuneiformia, in cuita ultra pollicaria. Spreng. La-

marck Enc. l. c. Saxifragam vimineam Barrel. Ic. 1184 ad PIMPINELLAM magnam tanquam γ . ducit, et plantam huc ductam Gerardi annuam esse observat. PIMPINELLAM hispidam Lois., quam eandem dicit cum PIMP. Tragio Vill., non differre a Pimp. canescente, et transire alteram ad alteram Poir. l. c., qui huc quoque spectare P. petraeam Marsch. a Bieb. nobis ignotam, nisi eadem, quam Willdenow hoc nomine salutavit. In TRAGIO peregrino Marsch. a Bieb. petala extus pilosa, semina pilis rigidulis patulis hispida, stylopodium fere conicum, basi contracta interceptum, stylis rigidis longis. Hoffm. Decandolle Fl. fr. Suppl. p. 502. PIMPINELLAM hispidam Lois. specie distinguit a PIMPINELLA peregrina Linn., quam ab hispida differre monet foliolis radicalibus magis rotundatis crenulatis, inferioribus basi cuneato-attenuatis, nec cordato-emarginatis, terminali cordato-emarginato, nec basi cuneato-attenuato: interea tamen fors meram hispidae varietatem esse. — „Rad. albida, longa acerrima, annua Gerardo, apud nos biennis. Folia radicalia demum pinnata, foliolis 4-6 obtusis, glabris vel leviter pubescentibus, breviter petiolatis. Caulis 2 ped., solitarius, teres, subvillosus, superne ramosus. Umbellae nobiles nutantes, umbellulae convexae, radiis tenuibus. Flosculi omnes fertiles. Petala exteriora pauxillo majora, alba, dorso hirsuta, apice inflexa. Antherae pallent. Fructus exiguus, ovato-subrotundus, stylis persistentibus patentibus. Semina fusca striata, setis pallidis hispida, demum acerrima, (nec, ut in aromatico, dulcia.) Jacq.) Sch.

4. *T. aromaticum Spreng.*; canescenti-pubescentibus, foliis pinnatis, foliolis omnibus cuneiformibus, apice inciso-serratis lineatis. *PIMPINELLA aromatica Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 241. (Suppl. p. 251.)*

In Caucaso orientali. ♂. Cum SISONI Aniso congruit habitu et odore aromatico: (differt, praeter characteres datos, foliis glaucis, obscurius lineatis, stylis pilosis, petalis seminibus densissime tomentosis.)

5. *T. tenuifolium Spreng.*; glabrum, foliis decompositis glaucis linearibus subdivaricatis, umbellâ terminali compositâ.

In Persia. Ledebour.

6. *T. Broteri Spreng.*; foliis radicalibus bipinnatis, foliolis subrotundo-ovatis serrulatis, umbellis numerosissimis. *PIMPINELLA bubonoides*; (foliis radicalibus bi- sive tripinnatis, caulinis mediis alternis compositis, petiolo latissimo duplo brevioribus, supremis simplicibus oppositis aut terno-verticillatis, umbellis numerosissimis, seminibus villosis.) *Brotero (Phyt. lusit. fasc. I. n. 20.) Fl. lusit. p. 463. Willd. Enum. H. Berol. p. 322.*

(In sabulosis, solo macro arido, ultra Tagum, ad pineta per vicinos de Almada et Caparica et passim ad sepes circa Co-

nimbricam. 4. Caulis erectus sulcato-striatus, ramosissimus; folia radicalia amplissima, foliolis sat magnis cuneiformibus. Involucrum nullum. Flores albi. *Brotero*. Pubescentia tenuior, vittae 3-4 inter strias elevatiores.) Sch.

(Obs. In *Römer Collect.* p. 265 *BUBONIS tortuosi Desfont.* synonymon dicitur.) Sch.

7. *T. Schousboei Spreng.*; glaucum, subpubescens; foliis radicalibus bipinnatis, foliolis cuneatis crenatis, caule subaphyllo ramosissimo, petalis villosis. *PIMPINELLA villosa Schousb. Marocc. p. 125.* *Poiret Enc. Suppl. I. p. 684.* *TRAGIUM villosum Hort. paris. apud Hoffm. Umb. gen. p. 91.*

In *Marocco*. 4.

(Obs. *Poiret Enc. Suppl. V. p. 579* monet *PIMPINELLAM villosam et bubonoidem* jungendam esse, licet utramque distinxisset specie olim *Enc. Suppl. I. p. 684.* *) Radices huic albae tuberosae; caules recti, duri, 2 ped., glauci striati saepe nodosi subpubescentes angulosi ramosissimi, ramis rigidis diffusis. Folia radicalia ampla, vix pubescentia, foliolis irregularibus ovatis, subinde lobatis, petiolis subpubescentibus, striatis; basis ramorum vaginâ brevi subcarnosâ ovatâ oblongâ obtusâ, subinde trifidâ, albo marginatâ; Umbellae numerosae, flores albi, petala crassiuscula, fructus ovati sat magni tomentosi, stylis persistentibus praelongis. *Poiret.*) Sch.

8. (*T. eriocarpos Russ.*; foliis radicalibus pinnatis cuneiformibus incisissimis glabris, superioribus filiformibus, seminibus hispidis. *PIMPINELLA eriocarpos Russel Besch. v. Aleppo* hujus sane generis: sed utrum distincta species? *Cls. Sprengel* non recepit.) Sch.

(Obs. In *Herb. Sieberiano cretico* lectam a *D. Sieber* Chalepae *PIMPINELLAM tenuem* invenimus, in quam exactissime cadit diagnosi data; folia radicalia in nostra desunt, caulina vero inferiora pinnata et ternata, foliolis obovato-cuneiformibus glabris tenuibus incisissimis, 4-5 lin. longis, totidem apicem versus latis. Folia caulina omnino filiformia. Caulis spithameus ramosus ascendens teres glaber ramosus, subinde subdichotomus, crassitie chordae E circiter, umbellis lateralibus non paucis. Umbellae radiis 6-14 capillaribus, setulis appressis hispidis, ut radioli 6-12 umbellularum inaequales. Petala, siccata etiam, nivea, ut videtur subinaequalia. Styli germine foeto, semine ut videtur semimature, triplo longiores, stigmatibus capitatis, scabriusculi sub lente. Fructus semimature, ovato-globosi, subcompressi, setis appressis hispiduli, nitiduli. Fructus globosi fusci nitidi rugulosi glaberrimi eodem nomine inter semina a *clo. Sieber* exhibiti nostrorum saltem speciminum fructus esse minime videntur.) Sch.

(Quid: *TRAGIUM tauricum Cat. Dorpat 1819?*) Sch.

*) (In *Hort. paris. (tabl. de l'École 1815.) PIMP. villosa* eadem dicitur cum *P. bubonoide Brot.*) Sch.

1176. S E S E L I.

1. * *S. elatum*; caule nodoso flexuoso, foliis bipinnatis lineari-filiformibus canaliculatis rigidiusculis, involucre subnullo, fructibus immaturis asperis. *Caucalis Anguillarae* Lobel. advers. p. 325. Ic. 727. *Cauc. Ponae* p. 715. *Par-kins. theatr.* p. 921. *J. Bauh. Hist.* III. p. 19. *Caucalis folio pucedani* C. Bauh. p. 153. *Foeniculum sylvestre humilias* Tournef. Inst. p. 311. *SESELI elatum* (caule elongato geniculis callosis, fol. bipinn. pinnis linearibus distantibus) Linn. Mant. p. 357. *Gouan. Ill.* p. 22. t. 8. Willd. Spec. I. p. 1463. excl. syn. *Vaill. Magnol. Bauh.* *Allion. pedem.* II. p. 1341. *Poir. Enc.* VII. p. 134. *Decand. Fl. franc.* III. p. 284. *Lapeyr. Hist. pl. pyren.* p. 163. (et, hoc teste, *Abrég. de Pyren. Suppl.* p. 45. *Foeniculum sylvestre elatius*, *Ferulae folio longiori* Tournef. J. R. H. p. 311. (male a *Willdenow Vaillantio* adscriptum.) *Saxifraga Matthioli tenuifolia* et *umbellifera* J. Bauh. III. p. 18. *Vaill. Herb. S. alatum* Gmel. S. V. p. 489.)

In Gallia australi, Italia. 4. („Caulis 1 1/2 ped., crassitie pennae columbinae, subdichotomus, ramis divaricatis, summis angustissimis. Folia supradecomposita (superiora tantum ternata); foliola linearia, crassitie setae equinae, pollicaria, teretia. Umbellae trifidae. Umbellulae confertae, suboctoflorae, albae. Involucella minutissima. Semina tuberculata.“ *Linn. in Spec. ed. Willd.*, Austriam quoque dicens patriam; attamen nemo *Bott. austt.* idem in Austria reperit. Aliam fere habuisse in *Spec. II. ed. I. p. 375* videtur divus *Linnaeus* tum ait: „Caulis (ex Horto) humanae altitudinis laevis, geniculis callosis albidis; foliola glauca lineari-lanceolata, ad radicem majora, in caule pauca laxiora. Umbellae respectu plantae paucioribus radiis et parvae. Flores albi.“ Scripsit etiam 20 Febr. 1769 vir immortalis ad *Gouan*: *SESELI* tuum est *SESELI elatum* meum; sed mea in horto olim, quam descripsi in *Spec. Plant.* vel variat loco, vel forte alia. Sed proxima species foliis multo latioribus et crassioribus similis.“ In *S. elato Spreng. Umb. Sp.* p. 118 delendum synonymon *SESELEOS Saxifragi*. *SESELI* ergo *elatum*, quod *Linnaeus* serius pro suo agnovit, planta *Gouani* est, cui „Rad. napiformis, caulis pedalis, paulove altior, laevis, vix striatus, ramis ad angulum fere normalem productis, in cultu erectioribus. Folia radicalia caulina inferiora biternata, media ternata, ramea summa foliolo unico ad apicem vaginae: omnibus foliola teretia rigida mucronata subcarnosa supra sulco. Vaginae latae, margine membranaceo, apice bilobae. Umbellae radiis 3-5 subaequalibus (in culta 10) rigidis, trientis unciae. Umbellulae minimae flosculis 6-8 vix pedunculatis albis. Involucella brevissima integra, foliolis subulatis 7, longitudine pe-

dicellorum, vix conspicuorum. Semina pubescenti-cinerea, sub lente punctulis callosis scabra. In horto altior debilior evasit, folia priora radicalia non biternata, sed pinnata, pinnulis 5 ternatis.“) Sch.

2. * *S. glaucum*; caule ramosissimo nodoso, petiolis vaginantibus, foliis supradecompositis glaucis, foliolis trifidis linearibus planis subdivaricatis, fructibus glabris. *Seseli massiliense folio foeniculi. Parkins. theatr. p. 903. Moris. Sect. IX. t. 6. Seseli massiliense Ponae Dalech. p. 749. Tabern. p. 301. Daucus glauco folio J. Bauh. Hist. III. 16. Foeniculum sylvestre glauco folio Tourn. Inst. p. 311. SESELI glaucum Linn. Spec. ed. Reich. l. p. 714. (S. petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis singularibus binatisque canaliculatis laevibus petiolo longioribus. Willd. Spec. l. p. 1460.) Jacq. Austr. t. 145. Scop. carn. n. 357. Gerard provenc. p. 253. Poir. Enc. VII. p. 132. (S. pinnulis linearibus basi subconfluentibus, vaginis oblongis, arctis, caule ramisque elongatis, involuclis pedicello brevioribus.) Marsch. & Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. 234. (Suppl. p. 241. S. elatum G. Güldenst. Ic. l. p. 190. S. osseum Crantz austr. p. 207. S. montanum β . Decand. Fl. fr. IV. 284.)*

In Gallia, Austria, Carnioliā, Tauria. 2. SESELI junceum (caule ramosissimo divaricato, petiolis caulinis brevissimis patulis, umbellis solitariis paucifloris) Smith Prodr. Fl. graec. l. p. 200 neutiquam ab hoc discernere possum.

(Obs. Linnaeus *S. glauco* subscripsit: „Flores ante explicationem purpurascens, explicati albi, antheris purpurascens.“ „Tota glabra nitidissima glauca. Radix fusiformis, vix digitum minimum crassa, 1/2 ped., acris, daucoides. Caulis solitarius, 2-4 ped., geniculatus, teres aequalis firmus farctus glauco-stramineus, subinde purpurascens, ramis patulis. Folia radicalia bi- et subtripinnata. Petioli communes membranacei. Foliola acuta. Invol. univ. nullum, parziale e foliolis circiter 8 setaceis parvis. Umbella univ. rara convexula inaequalis, partialis hemisphaerica densior. Receptaculum radiorum callosum pallidum. Petala alba aequalia ovata apice inflexa. Filamenta petalis duplo longiora antheris pallidis. Flosculi omnes fertiles. Semina ovata plana, haud profunde 5-sulcata. Jacq. Ab hoc Jacquiniano diversum videtur illud, quod Gouan ill. p. 15 descripsit: Caules plures laevissimi, articulis tumidis. Folia radicalia bipinnata, pinnis distantibus oppositis, utrinque 4-5, palmato-pinnatis, foliolis 3-5 linearibus planis, subtus bisulcis, mucronato-pungentibus, alternis subcontiguis. Caulina bipinnata, raro tripinnata, pinnis 5, pinnulis tri-bifidisve, foliolis bifidis integrisve, caulina media similia, pinnis longioribus, summa foliolis saepe 3 longissimis; vaginae demum vix foliosae. Foliola subtus bisulca, vaginae basi hinc hiantes non penitus basi caulem ambiunt. Umbellae depauperatae radiis 1-6, exterioribus longioribus. Involuceri loco adsunt ligulae, saepe nullae. Umbellae minimae floribus 7-10, pedicellis exterioribus longioribus vix lineae, involuclis 7-10, subulatis,

longitudine radiolorum. Petala extus et styli purpurea ac apex antherarum. Fructus glabri, sub lente pubescentes. Vix convenit cum descriptione utraque data ab ill. *Marsch. a Bieb. Suppl. l. c.*: cui: caulis rami- que elongati graciles; foliola laevia glauca, vix ulla longitudine unguis, petiolis tamen propriis longiora vix autem latiora: vaginis arctis longis. Umbella umbellulaeque multiradiatae, radiis tenuibus. Involucella parva, multo breviora umbellulâ. Calycis proprii denticuli minimi. Fructus *Carvi* fructibus paullo tantum majores, nec pubescentes, nec verrucosi, cinerei, costis crassiusculis albicantibus." Recte monet: „Aliud sane est *S. glaucum Wahlenb. carp. n. 284.*“ seminibus ita verrucosis, ut verruculis albescentibus costae etiam oblitterentur. De planta *CACHRI tauricae* cum affinibus analogâ sermonem esse diceret." Dolendum sane est. *Wahlenb. S. glauco* suo, petiolis ramiferis arctis subintegris, foliolis laevibus petiolo longioribus latioribusque planiusculis divaricatis, involucellis pedicello brevioribus, seminibus verrucosis, nil praeterea addidisse, nisi: „folia et tota herba laevissima glauca, caulis valde flexuosus, semina (ut supra) *SESELI elatum* ab hoc differt foliolis petiolisque margine serrulatis parallelis vel conniventibus, seminibus costatis sine ullis verruculis." Hoc enim, recte monente *Marsch. a Bieb.*, contra verba *Linnaei*, *SESELI* suo *elato* semina tuberculata tribuentis, quare et *Reichard Gouan. ill. t. 8.* aequè tuberculatos fructus sistentem huc traxit. *SESELI junceum Smith l. c.* in brevissima descriptione dicit plantam spithamaeam perennem rigidam glabram subglaucam; folia radicalia biternata foliolis carinatis trifurcis, caulina exigua; umbellulas parvas albas. In *Herb. Sibthorp.* graeco sine nomine aut loco invenit.) Sch.

3. * *S. montanum*; caulibus adscendentibus caespitosis simpliciusculis, petiolis vaginantibus arctis, foliis decompositis, foliolis trifidis linearibus obtusiusculis subconniventibus, fructibus subprismaticis. *Meum II. adulterinum Matthiol. ed. Bauh. p. 24.* *Tabern. p. 189.* *Oreoselinum quibusdam C. Gesn. Ic. aen. t. 15. f. 129.* *Meum spurium alterum italicum Lobel. Ic. p. 778.* *Moris. Sect. IX. t. 2.* *Μακροροσέλινον Rich. de Belleval p. 24.* *Foeniculum sylvestre perenne, ferulae folio brevioris. Tournef. Inst. p. 34.* *SESELI montanum* (petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliis caulinis angustioribus) *Linn. H. Cliff. p. 102.* *Willd. Spec. I. p. 1459.* *Poir. Enc. VII. p. 131.* *β. SESELI multicaule*; (foliis bipinnatis, foliolis linearibus simplicibus trifidisque, involucellis subulatis.) *Retz Obs. III. p. 27.* *Jacq. Hort. Vind. II. t. 129.* (*SESELI montanum Jacq. H. Vind. III. p. 2.*) In hoc foliola paullo magis distant, acutiora sunt et longiora, ut e descriptione posset ad *S. glaucum* referri, ni hujus color, habitus procerus differentiam statuerent.

Per Galliam et Italiam. 4. („*Carvisolia Vaill. paris. t. 5. f. 2.* Caulis pedalis, teres, laevis. Folia radicalia breviora daucina bipinnata, ad costam saepe cruciata, foliolis subtripartitis. Caulina vaginâ petiolarî integrâ pinnata, foliolis ternatis pinnis tripartitis linearibus acutiusculis remotiusculis lon-

gioribus canaliculatis. Umbellae pedicellis brevibus. Semina pubescentia. Huic vel *S. glauco* proxima." *Linn.* Rad. al-bida, calamum crassa inodora. Rami caulis patentes, ut dichotomi videantur, uti caulis teretes striati farcti. Petiolus membranaceus amplexicaulis. Folia radicalia et inferiora triplicato-pinnata, summa ternata, foliola sublinearia acuta plana virentia. Umb. univ. convexa, inv. nullo vel paucifolio, radiis 8-20. Umbellulae hemisphaericae valde densae, parvae, involucello polyphyllo, flosculis albis, omnibus fertilibus, petalis ovatis acuminatis apice inflexis. Antherae pallidae. Germinis apex stylique pupurascentes. Fructus ovatus, parvus, pallide fuscescens semina angulis 5 obtusis. Tota glabra 2 ped. *Jacq. Sch.*) *Sch.*

(*Obs.* *SESELI peucedanifolium Merat Fl. paris. 118*, seu *SESELI elatum Thuil. ed. II. p. 151*, *SESELEOS montani* varietatem esse caulibus altioribus bipedalibus, patentibus, nodosis, ramosis, foliis inferioribus trichotomis tripinnatis, foliolis linearibus carnosissimis teretibus fere capillaribus distantibus elongatis, apice flavicantibus mucrone parvo acuto, circa Fontainebleau. *Poir. et Decand. Suppl. p. 503. Gouan ill. 4. 17.* ad *S. montanum* ducit: *Foeniculum sylvestre elatius ferulae folio longiori Tournef.*, et idem ejusdem folio breviori supra laudatum pro β habet. „Differre potissimam a simili *glauco*: foliorum radicalium pinnis non palmato-pinnatis, sed foliolis distantibus manifeste pinnatis, utrinque planis, nervo tantum subtus prominulo, umbellis magis confertis, radiis inaequalibus. Invol. 3-4 phyllum. Fructus glabri pubescentes, duplo majores quam in *SES. glauco*." *Gouan. Foenic. sylv. elat. ferulae fol. Tourn. Lapeyrouse ad S. elatum laudavit!*) *Sch.*

4. * *S. annuum*; caule erecto striato, simpliciusculo, petiolis vaginantibus strictis foliisque decompositis erectis, foliolis linearibus tripartitis cuspidatis, involuero partiali polyphyllo sublanceolato umbellis brevioribus. *Libanotis vap-Sykoedij Thal. hercyn. p. 71.* *Pimpinella tenuifolia Riv. pentap. Foeniculum sylvestre annuum Vaill. bot. paris. t. 9. f. 4.* *SESELI annuum* (petiolis ramis membranaceis ventricosis emarginatis.) *Linn. Hort. Cliff. p. 103.* *Jacq. austr. t. 55.* *Scop. carn. n. 356.* *Willd. Spec. I. p. 1460.* (*Hall. Helv. p. 762.* *S. bienne Crantz austr. p. 204.* *Sium annuum Roth germ. I. p. 128. II. 337.* *SELINUM dimidiatum Decand. Fl. fr. n. 3492* et *SESELI tortuosum Poll.*, utrumque fide ipsius *Decand. Suppl. Fl. fr. p. 503* et *Murrith Guid. val. p. 96.* *S. coloratum Ehrh. Herb. p. 113.*)

In collibus per Germaniam et Galliam. ♂. *SESELI alpinum*; (foliis linearibus basi subconfluentibus, vaginis arctis, caule simplicissimo, umbellâ terminali solitariâ, involucellis pedicellis brevioribus.) *Marsch. a Bieb. Pl. Taur. Cauc. I. 256.* quod in Caucaso crescit, ab hoc haud diversum. *Pue-rit ne SESELI carvifolium Vill. delph. 2. 586* idem, licet auctor neget? *CARUM simplex* (caule simplicissimo, vaginis foliorum adpressis, involuero partiali polyphyllo) *Steph. Willd.*

Spec. I. p. 1470. (Poiret Enc. meth. 7. p. 137.) sine dubio huc pertinet. Habeo enim idem e Sibiria.

(*Obs. Linnaeus SESELI annuo subscripsit: „Caulis strictus spithamaeus et ultra, striatus. Folia bipinnata laciniata. Flores albicanti-subviolacei.“ Reichard ex Hall. et Gouan ill. p. 15 addit: „involucella umbellas supereminentia.“ Rad. extus nigricans, fusiformis, sapore Petroselini. Caulis fere semper unicus, a poll. bicubitalis teres purpureus vix manifeste villosus, simul nitens. Petioli valde membranacei, striati, folia dorso sub lente villosa. Involucr. univ. saepius nullum, aut 1; parziale foliolis acuminatis, longitudine umbellulae. (Gouan SESELI annuo addiderat: „notâ singulari differt a congeneribus, recte notante supra Hall., involucellis supereminentibus!“) Umbella univ. convexa densa, umbellulis 10-30. Petala alba vel purpurascencia, ovata cum apice inflexo. Antherae flavae. Styli albi. Flores omnes fertiles. Semina fusca ovata parva, striis 3 elevatis, lateribus membranâ exiguâ. Jacq. Hujus loci SESELI tortuosum Pollich, Hoffm. Schkuhr, Bot. Germ. et SIUM tortuosum Roth Germ. I. 28. II. 337 auctor est Gmelin Fl. bad. I. p. 714. Marsch. a Bieberst, distinxit SESELI alpinum: caule gracili vix pedali; foliis S. annui minoribus, umbellâ terminali unicâ, radiis circiter sex, involucellis subulatis. Annuo proximam, sed involucellis brevibus abunde distinctum dixit. In Suppl. Fl. Taur. Cauc. vero ad S. venosum Hoffm. (S. selinoides Besser Cat. hort. crem. a. 1811. Suppl. II. p. 15. 1816. p. 130) magis etiam quam ad S. annum accedere, et ulterius investigandum esse. SESELI carvifolium fol. bipinnatis, laciniis decussatis linearibus, ramis erectis, seminibus laevibus, Villars l. c., etiam elo. Poiret Enc. 7. 138, (cui carvifolium audit, ut Gmel. S. V. p. 489) dubium. Caulem pedalem dicit Villars, a basi ramosum ramis cernuis. Folia oblonga, laciniis confertis, similibus carvi, cinerea. Foliola 6-7-juga, caulina brevissima vaginantia. Umbellae radii 1-15, semper erecti. CARI simplicis descriptio apud Willd l. c. „Caulis 1/2 ped. erectus absque ullo ramo, umbellâ solitariâ. Folia Carvi, sed minora et angustiora. Vaginae adpressae striatae, margine submembranaceo, (nec ventricosae dilatatae flaccidae margine lato membranaceo.) Umbella radiis 13-15 inaequalibus. Umbellulae capitatae. Involucrum parziale polyphyllum, foliolis setaceis inaequalibus numerosis. Flores albi minores.“) Sch.*

5. *S. dubium Schk.*; caule laevi vaginato stricto superne ramoso, vaginis foliorum laxis, infimis pendulis, foliis bipinnatis, foliolis linearibus subtrifidis acutiusculis, involucri setaceis, universalibus oligo-partialibus polyphyllis, umbellas aequantibus. SESELI Saxifragum Scholl. barb. p. 307. Wohlleben Suppl. ad Leys. Fl. hal. p. 12. (SESELI annum quorum d.) Selinum pratense Sprengel Fl. hal. T. II. S. selinoides Besser H. Crem. fide Marsch. a Bieb.)

In pratis adis agri Halensis, Wittenbergensis et Barbiensis. 4. S. annum proximum, sed hoc diversum vaginis foliorum laxis, involucri universalis praesentiâ et partialium formâ ac longitudine. (Caulis 2 ped. striatus. Foliola

lineari-lanceolata simplicia vel incisa, pellucida, subtus venosa. Styli longi capillares reflexi albi. *Hoffm. l. c.*)

6. *S. pimpinelloides Willich.*; caule adscendente angulato sulcato ramoso, vaginis foliorum laxis elongatis, foliis bipinnatifidis, foliolis linearibus acuminatis, inferioribus decussatis, involucri partialibus linearibus umbellas subaequantibus. *Willich in nov. act. nat. Car. IV. p. 109. Willd. Spec. I. p. 1459. Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 199. SELINUM podolicum Bess. Fl. galic. II. 392.*

In Podolia. 2. Simillimam IMPERATORIAE *Chabraei* plantam, diu jam cultam, pro eadem habui, donec caulem angulatum sulcatum et fructus compararem. Hi enim ab *Imperatoriae* fructibus vere diversi, SESELEOS characterem servant. Ignoscat *Besserus*, me olim (*Umb. spec. I. p. 64.*) caulis angulatam indolem negasse, quam deinde optime observavi! *SESELI pimpinelloidis* descriptio haud exacte quadrat, neque tamen dubius haereo.

(*Obs. S. pimpinelloidi Linnaeus* subscripsit *Spec. 372.* „Folia pinnata, pinnis multifidis segmentis alternis: haec etiam alternatim sectae, segmentis linearibus planis extrorsum versis. Caulis pedalis teres, ante florescentiam decumbens, sub florescentia ferme erectus foliolo uno alterove, petiolo membranaceo spathaeformi oblongo e quo pedunculus simplex. Umbellae ante florescentiam nutantes ut in *PIMP. Saxifraga*, involucri univ. nullo; partiali lineari angusto longitudine fere umbellulae. Semina ovalia striis 3 elevatis.“) *Sch.*

7. *S. Hippomarathrum*; caule simplici superne nudo, foliis bipinnatis glaucis, foliolis linearibus trifidis acutiusculis, involucellis monophyllis pelviformibus crenatis, *Saxifraga pannonica Clus. Hist. II. p. 196. Her. emac. p. 1047. J. Bauh. Hist. III. t. 19. Moris. Sect. IX. t. 2. Daucus montanus pannonicus Park. theat. p. 897. Hippomarathrum Rivin. pentap. irreg. SESELI Hippomarathrum Linn. Spec. p. 374. Willd. Spec. I. p. 1462. Poir. Enc. VII. p. 135. Decand. Fl. franc. IV. p. 283. (Jacq. austr. t. 143. S. articulatum Crantz austr. p. 205. t. 5. f. 1. 2. SIUM Hippomarathrum Roth germ. I. p. 123. II. 338.)*

In rupibus et collibus calcareis per Germaniam et Galliam. 2. („Folia bipinnata, primis trifidis linearibus. Caulis junceus glaucus ut tota planta. Suprema folia tantum vaginam constant. Invol. univ. nullum; involucella monophylla pelviformia margine crenata s. foliolis in unum connatis, qua nota ab omnibus umbellatis differt. Germina sessilia. Corollae albae saepe subtus purpurascens.“) *Linn.* Tota glaberrima. Rad. longa lenta digiti minimi crassitie, extus ochroleuca, acris. Caules 1-1 1/2 ped., teretes, aetate demum ramosi faretii, firmi. Vaginae longae, ad oras membranaceae albicantes arcte amplexicaules. Folia 2-3 poll., tripinnata, foliolis crassiusculis integerrimis, suprema folia simplicissima. Umbella univ. e radiis 9-10 vix pollicaribus, inaequalibus, involucri nullo, rarissime unifolio; partialis densa, parva, convexa, e flosculis circiter 5; involu-

celli margo multidentatus, umbellulâ breviori. Petala albida ovato-acuminata acumine inflexo. Antherae pallidae. Fructus subovatus e fusco pallens, semine nunc obtusissima, nunc acuta, costis 5, inodora. *Jacq.*) Sch.

8. *S. tortuosum*; caule sublignoso striato ramoso nodoso, foliis bipinnatis rigidiusculis abbreviatis, foliolis linearibus acuminatis, umbellis subaxillaribus. *Seseli massiliense folio foemicali crassiori. Lobel. adv. p. 350. Ic. 785. Matth. ed. Bauh. p. 550. Foeniculum tortuosum Dalech. p. 749. J. Bauh. Hist. III. p. 16. Seseli massilioticum II. Tabern. p. 305. Moris. Sect. IX. t. 6. (Oenanthe striata rigida Linn. Hort. Cliff. p. 99.)* **SESELI tortuosum.** *Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 715. Willd. Spec. I. p. 1461. Gouan. Fl. monsp. p. 291. Ger. prov. p. 252. Decand. Fl. fr. IV. p. 285. (S. pinnulis linearibus basi confluentibus, vaginis oblongis obtusis, caule rigido ramosissimo divaricato, involucellis polyphyllis umbellulas subaequantibus.)* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 255. (Suppl. I. p. 242.) Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 200. Besser Fl. gallic. I. p. 221. (SESELI annuum Pall. Ind. Taur. SESELI patens Gildenst. II. I. p. 108. 190.)*

In Gallia, Gallicia, Tauria, Graecia, (Sibiria.) 4. („Caulis rigidus quasi lignosus, foliis multoties latior. Foliola partialia, non duo tantum opposita, sed saepius quatuor, interioribus minoribus, unde fasciculata.“ *Linn. qui ♂ dixit. Internodia caulis albida, ramis longiora. Folia radicalia magna; vaginae foliorum membranâ albâ. Umbellae pedunculi breves. Involucella polyphylla umbellulâ breviora.)* Sch.

(Obs. III. *Marsch. a Bieb. Suppl. I. c.* addit: „foliorum laciniae viz ungue longiores, margine carinâque scabrae. Calycis denticuli acuti; femina pubescenti-aspera in hoc et in affini“ *S. (arenario (nobis ignoto))* pinnulis linearibus basi confluentibus, vaginis oblongis obtusis, caule elongato ramoso, involucellis pedicellos subaequantibus, seminibus pubescentibus „quod in arena mobili Ucraniae crescens a priore differt habitu firmo quidem atque ramoso, sed minus rigido et distorto, radiis umbellae quidquam longioribus, umbellulis ob pedicellos longiores haud ita confertis, involucellis ratione umbellulae brevioribus, fructibus non nihil majoribus, costis praesertim evidentius tuberculato-asperis. Cum hoc etiam conferendum est *S. glaucum Wahlenb. I. c.* et *S. tortuosi* varietas ramis foliisque minus patentibus, involucellis undique pubescentibus, quam inter Astrachanenses plantas commemorat *els. Treviranus* in *Repert. Soc. Nat. Cur. Berol. a. 1813. II. p. 148.* Verum et in vulgari nostro valde ramoso atque distorto involucella cum radiis umbellae tota pube exili vestita sunt. Semina *S. arenarii* recentia monstrare mihi juga canali perfossa, ut in *TRINIA Hoffm. et CACHRI taurica*, quem prodit guttula in sectione transversali seminis ad unum quodque jugum exstillans. Suspicio idem in plerisque congeneribus, praesertim in *tortuoso*, tot aliis notis affini.“) Sch.

9. *S. proliferum* Spreng.; foliis triternatis, foliolis pinnatifidis rigidis divaricatis, laciniis linearibus mucronatis, caule ramoso tereti, umbellis proliferis. Spreng. Pug. II. p. 57.

Ex horto berolinensi; patria ignota. 4.

10. *S. caespitosum* Smith; caule simplici nudiusculo, foliis radicalibus caespitosis planis pinnatis incisis inciso-trifidis; foliolo terminali trifido decurrente, involucrio brevissimo. Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 200. n. 699. Spreng. Umb. Spec. p. 121.

In Olympi bithyni cacumine. 4. (Radix crassa, multiceps. Caules palmares aut spithamaei, simplices, (vix unquam divisi,) erecti, stricti, monophylli, laeves. Folia radicalia dense caespitosa, glabra, rigida, magnitudine varia. Petioli caulini margine membranacei. Umbella subquinquefida. Fructus cylindraceus, obsolete striatus, glaber. Smith. Rad. sub-lignosa fusca; folia radicalia 3 lin. longa, lataque, fere Bolicis. Caulis digitalis etiam, fili vulgaris crassitie, vaginam unam alteramve foliiferam. Involucrum e foliolis 3-4 subulatis brevissimis, partialia similia parum longiora. Spreng.) Sch.

11. *S. chaerophylloides* Thunb.; foliis supradecompositis, foliolis ovatis incisis obtusiusculis, vaginis laxis membranaceis, caule paniculato, involucriis brevissimis. Spreng. Umb. Spec. p. 122. (S. petiolis rameis membranaceis ventricosis integris; caule dichotomo paniculato, foliis supradecompositis glabris.) Thunb. Prodr. p. 51. (Fl. Cap. II. p. 206.) Willd. Spec. I. p. 1461.

Ad Promont. b. Spei. 4. (Caulis teres striatus erectus glaber supradecomposite ramosus, 2 ped. et ultra. Ramuli fastigiati. Folia basi vaginantia; vaginam latam inflatam membranaceam integram, trifido-supradecompositam; pinnulae ovatae incisae; laciniis linearibus obtusis integris, supra viridia, subtus elevato-lineata, pallida, subrugosa, utrinque glabra. Umbellae laterales et terminales. Involucrum universale et parziale circiter 4-phyllum glabrum brevissimum; foliola ovata obtusa glabra didyma. Flores albi. Fructus ovatus, jugis 5 acutiusculis. Thunb.) Sch.

12. *S. striatum* Thunb.; caule simplici usculo tereti, foliis supradecompositis erectiusculis, laciniis filiformibus sulcatis, involucrio universali partialique oligophyllo brevi, fructibus prismaticis. (S. petiolis rameis membranaceis emarginatis; caule striato; pinnulis subulatis sulcatis.) Thunb. Prodr. p. 51. (Fl. Cap. II. p. 205.) Willd. Spec. I. p. 1460.

In Prom. b. Spei. (Caulis teres purpurascens erectus pedalis et ultra. Rami alterni pauci divaricati cauli similes. Folia alterna basi vaginantia vaginam latam membranaceam emarginatam

tripinnatifida; lacinae lineari-subulatae glabrae. Umbellae terminales contractae. Pedunculi inaequales striati glabri. Pedicelli brevissimi. Involucrum universale circiter 4-phyllum; foliola ovato-lanceolata concava glabra; partialia reflexa. *Thunb.*) Sch.

13. *S. gracile Waldst. Kit.*; caule adscendente, foliis triternatis, foliolis setaceis triangularibus flaccidis, umbellae nutantis radiis elongatis. *Pyrethrum Gesner. Dalechamp. p. 1170. J. Bauh. Hist. III. p. 21. Seseli gracile Waldst. Kitaib. Hung. II. p. 122. t. 117. Baumgart. transylv. I. p. 238.*

In rupibus calcareis ad thermas Herculis Pannoniae et Transsylvaniae. 4. (Rad. ramosa, digitum minimum crassa, subinde pedalis, extus fusca, odore *Pastinacae*. Caulis plures debiles 1-2 ped., flexuosi, vix culmi Tritici crassitie, glabri, nitidi. Folia erecta, foliola acutissima, radicalia 1 1/2-3 poll.; petioli radicales foliis longiores, vaginae membranaceae non emarginatae. Umbellae nutantes, radiis subdenis, inaequalibus, 1-1 1/2 poll., patentibus. Umbellulae florentes erectae patentis planae 12-15, pedicellis brevibus. Invol. univ. nullum, raro 1-2-phyllum, lineari-subulatum, brevissimum. Involucella 8-phylla, foliolis setaceis, pedicellos subaequantibus. Cal. acutus, 5-dentatus. Cor. flava, petalis aequalibus oblongis incurvis emarginatis. Antherae viridi flavae. Styli 2 breves, stigmatibus crassis obtusis. Fructus sulcato-angulatus nudus apice dentato. Semina costis 2 marginalibus, dorsalibus ternis. *Waldst. Kit.*) Sch.

14. *S. leucospermum Waldst. Kit.*; caule erecto flexuoso, foliis decompositis, foliolis setaceis canaliculatis, involucri submonophyllis, involucellis basi connatis, umbellae densae partibus germinibusque tomentosis. *Waldst. Kit. Hung. I. p. 92. t. 89. Willd. Enum. p. 320. (ATHAMANTA leucosperma Poiret Enc. Suppl. I. p. 534.)*

In collibus calcareis Pannoniae. (Budaë.) 4. (Rad. biennis et subperennis, odore *APII graveolentis*, fusca, ramosa, crassitie digiti minimi. Caulis solitarius, inde a basi ramosus, rigidus, 1-1 1/2 ped., teres, faretus, odoris resinosi succum plorans. Folia radicalia tri- aut subquadripinnata, caulina et ramea bipinnata, foliolis acutis, 1 1/2 pollicaribus. Petioli caulini emarginati, latere membranacei; umbellae densae, primo subnutantes, dein rigido-erectae, concavae, semina demittentes fastigiatae. Umbellulae convexae; radii radiolique angulati albo-tomentosi. Invol. univ. nullum aut foliolo unico lineari acuminato, margine membranaceo, radiis plerumque brevioribus; in cultis 2-3-phylo. Involucella polyphylla pedicellos aequantia, tomentosa, albida, saepe purpurascens, foliolis basi connatis, acutis. Cal. 5-dentatus. Petala alba aequalia apice inflexa. Antherae ochroleucae. Styli breves, demum purpurascens. Fructus ovatus sulcatus tomentosus denticulis calycis

coronatus, primum albido-tomentosus, dein albo-fuscescens, calvescens. Semina 5-costata, quadrisulcata. (Waldst. Kit.) Sch.

15. *S. verticillatum* Desfont.; foliis bipinnatis capillaceis, foliolis inferioribus abbreviatis subverticillatis, superioribus elongatis, involucellis setaceis. *Foeniculum lusitanicum minimum acre*. Tournef. Inst. p. 312. Griseb. virid. ed. Seguier. p. 100. SESELI Turbith Tenore. SESELI verticillatum Desfont. Atl. I. p. 260. (excl. syn. Dalech. monente Spreng. l. c.) Poir. Enc. VII. p. 132. (excl. syn. plurim.) Spreng. Umb. Spec. p. 120. (Decand. fl. franc. Suppl. p. 504.)

In Lusitania, Numidia (Algeriae prope Belide,) Corsica et Calabria. ☉. („Rad. fibrosa albida. Caulis dodrantalis et 1 1/2 ped., dichotome ramosus, foliosus, teres, glaber, inferne crassitie pennae columbinae. Folia radicalia et inferiora 2-3 e petiolis vaginantibus, ambitu lanceolato, foliola conferta, erecta, multifida, vix linearia, acutissima, cuspidata aut setacea, 3 lin. longa. Folia superiora e solis vaginis margine scariosis magis diffusa, flexuosa, haud verticillata, subinde 1/2 poll., filiformia, in setam tenuissimam terminata. Umbellae terminales pedunculatae, radiis sub 12, inaequalibus. Involucr. univ. nullum; parziale subhexaphyllum, umbellulis parum brevius. Flores albi. Fructus minutissimus glaber. Cum Sisonē divaricato facillime confunditur, ni folia inferiora in Sisonē lineari-filiformia, involucella non cuspidata comparaveris.“ Spreng. Desfontaines synonymon Tournef. ex autopsia huc duxit, et Shaw n. 232 huc trahit, monens male esse a Linnaeo iterum ad Sium Ammi laudatum. Umbellae in pedunculis longis filiformibus, radiis maxime inaequalibus, fere capillaribus. Fructus semicylindricus.) Sch.

16. *S. ammoides* Linn.; foliis inferioribus bipinnatifidis, laciniis divaricatis remotis lineari-lanceolatis, superioribus capillaceis, involucellis cuneiformibus mucronatis. Ammi Matthioli p. 399. Ammi Matthioli Dalech. p. 695. SESELI ammoides (petiolis membranâ destitutis.) Linn. Spec. p. 373. Gouan. Ill. p. 16. Jacq. Hort. vind. t. 52. Willd. Spec. I. p. 1461. SESELI pusillum Broter. Fl. lusit. I. p. 457. (Sison Ammi plur. Herb.)

In Lusitania, Italia et Gallia. (Graecia.) ☉. („Planta parva ramosissima. Folia radicalia Millefolii simillima. Umbellae multae radiis 4-5 divaricatis in ambitu, et 2-3 parvis in disco, absque involucro. Involucella radiis 2-3 parvis. Petala alba retusa. Antherae subviolaceae. Semina striata.“ Linn. Caulis erectus teres vix striatus 2 ped., folia bipinnato-multifida, foliolis acuminatis apice pallentibus. Vaginae aequales, sine membranâ. Involuceri utriusque foliola linearia acuminata valde inaequalia. Petala apice ad basin usque reflexa. Jacq. l. c. Umbellae radii circiter 20, inaequales, cen-

trales brevissimi. Involucella 5-6, nunc setacea, nunc spatulata, nunc trifida. *Gouan. l. c.*) Sch.

(Obs. *S. pusillum Brotero*, ad quod *Foenic. lusitan.* minimum aere *Tournef. J. R. H.* 312 ducit, quod ex autopsia ad *verticillatum* laudavit *cls. Desfontaines*, non in omnibus convenit cum *ammoide*. Distinxit *Brotero* suum *S. pusillum* caule dichotomo, foliis radicalibus pinnatis, foliolis brevibus angusto partitis, caulinarum longis setaceis, involucellorum aliis subulatis, aliis crasse spatulatis mucronatisque, petalis non inflexis. *Brotero Fl. Lus.* p. 457. Descriptio sequens: Rad. subfusiformis, alba; caulis filiformis, saepissime solitarii, tortuosus, glaber ut tota planta, e basi ad apicem ramis dichotomis patulis pedalis semipedalisve, raro ultra. Folia radicalia pinnis oppositis et suboppositis sessilibus et subsessilibus, ovatis, saepius tripartitis, laciniis minimis, angustissime cuneatis, trifidis bifidisve, laciniis brevissimis acutis mucronatis, petiolo fere longitudine folii, canaliculato, striato, basi lateribus membranaceis; caulina infima pinnata, pinnis partitis. Superiora trichotomo-decomposita, aut ternata, foliolis setaceis, petiolo membranaceo semiamplexante. Umbellae oppositifoliae, pedunculo 1 1/2 poll. et ultra. Involucrum nullum, rarissime monophyllum, partiale e foliolis 4-5. Umbella radiis 3-9, inaequalibus, ut radii umbellulae 6-11, externis vix involucello longioribus. Petala alba, non involuta, obcordata, profunde emarginata, subaequalia. Fructus ovatus, stylis reflexis, utrinque tricostatus, glaber. An *SESELI ammoides Linn.*? *SISON Ammi Linn.* in montibus de Gerez crescere dictum mihi nondum occurrit: forte nonnisi hujus varietas. *Brotero. In calcareis prope Conimbricam, Olisiponem et alibi in Beira et Estremadura.* ☉.) Sch.

17. *S. cervariaefolium Decand.*; caule basi frutescente, foliis glaucis glabris triternatis, lobis subovatis serratis, lateralibus subdivisis, mediis trifidis, involucri submonophyllo, involucellis polyphyllis linearibus. *Decand. Cat. Hort. monsp.* p. 145. (*Icon. ined. t. 41.*)

In Teneriffa. h. („Caudex albido-griseus crassus, foliis subradicalibus; caulis erectus 2 ped., fructificatione peracta emoriens; petioli ad apicem vaginae trifidi, teretes; umbellae ex axillis foliorum superiorum; invol. univ. lineare, breve; partiale 6-phyllum. Umbella univ. radiis 5-6, partialis 12-13, floribus interioribus saepe abortivis. Calycis tubus villosus, excurrens in dentes subulatos. Petala alba oblonga apice acutissimo introrsum flexo, subodorata. Fructus ovato-oblongus subcompressus, dorso costis 5 obtusissimis vix lente cernendis. Ad *SESELI* e longinquo tantum accedit, sed nulli alii generi propior planta. *Decand.*) Sch.

18. *S. triternatum Pursh*; foliis triternatis, foliolis longo-linearibus, umbellis hemisphaericis, involucellis polyphyllis: foliolis linearibus longitudine umbellularum. *Pursh Fl. Am. Sept. I.* p. 197.

Ad flumen Columbiae. A. Lewis.

Radix fusiformis in-

colis gratum ferculum. Flores lutei.

19. *S. divaricatum* Pursh; caule procumbente ramoso, foliis oppositis bipinnatifidis nitidis, laciniis subtridentatis, pedunculis rigidis elongatis, involuero nullo, involucellis dimidiatis umbellâ brevioribus. Pursh Amer. Sept. II. p. 732. (Bot. Mag. t. 1742.) Nuttall Gen. Amer. I. p. 194.

Ad fluminis Missouri ripas in aridis. SESELI tortuosum, cum quo comparat Pursh, longe alienum. In hoc flores lutei. (Caulis ramosissimus. Lacinae foliorum lanceolatae incisae; involucella linearia.)

(Obs. Rafinesque Schmaltz in Journ. de Phys. v. 89. p. 101 genus inde novum constituit, MARATHRUM, cui: Flores hermaphrodit. Involuerum nullum. Involucella. Cal. ovatus 5-dentatus. Petala 5 obcordata. Stamina longa. Styli 2 longi caduci. Semina ovata dorso gibba, subangulata. Calyce dentato, petalis obcordatis flavis seminibusque a SESELI potissimum differre dicitur.) Sch.

20. (S? fragile Gouan.; foliis articulatis fragilibus, foliolis linearibus, integris, binatisque, vaginis bilobis. Gouan. Illustr. bot. p. 15. Poiret Enc. meth. VII. p. 138.

Planta ipsi auctori dubia, et a nemine, nobis saltem noto, recepta et enucleata. Div. Spielmann suo Gouan semina misit nomine *Pimpinella Dauci alsatici folio Hort. Cathol.* „Rad. ♂, totaque planta saporis dulcis et aromatici. Folia triangularia palmaria admodum fragilia, ita ut ad tactum cito ex articulis discedant foliola, tripinnata, foliolis subinde quoque ternatis. Caulina inferiora tripinnata foliolis simplicissimis, triplo longioribus. Vaginae petiolares amplae longae, apice bilobae membranaceae. Umbellae terminales et oppositifoliae. Folia ipsis proxima simplicissima ligulata. Umb. univ. radiis saepius 12; invol. univ. nullum. Umbellulae floribus 16, involucella foliolis 7-9, umbellulâ triplo brevioribus, unde a *glauco* et *montano* diversum. Fructus non ad maturitatem pervenere. Gouan. Videtur planta sicula, cui etiam clima monspeliacum frigidum nimis. Synonyma plurima ipsi auctori dubia, etiam repetita ab ipso: hinc non repetenda.) Sch.

21. (S? glabratum Herb. Willd.; foliis bipinnatis, pinnis linearibus filiformibus, caule simplicissimo glabro, umbellâ terminali, vaginis abbreviatis. Reliqu. Willd. MS.

Rad. crassitie pennae cygneae multiceps. Caules basi foliosi glaucescentes laeves teretes, supra folio uno alterove pinnato instructa, vaginis brevissimis margine scariosis. Umbella radiis 6-7, aequalibus; involucri foliola 1-2 brevissima minima acuta squamiformia. Umbellulae multiflorae, involucello radiolis brevioribus. In Sibiria. 4. Pallas.) Sch.

Quid: SESELI Pallasii Spreng. Catal. Dorpat. 1800, 1819, Arzemiesec. 1811. 16?

S. corsicum Dorpat. 1819 Arzem. 1812. 16?

- Quid: *S. Lobelianum* *Dorp.* 1819?
S. dichotomum tauricum *Krzem.* 1816?
S. glaucum caucasicum et tauricum *ibid.*?
S. tortuosum caucasicum et tauricum *ibid.*?
S. varium Treviran. *Vindob.* 1817?
S. quinquefolium *Sp. Krzem* 1811?
S. hispidum *Sp. ibid.* 1812?.

1177. S I S O N.

1. *S. Amomum*; caule paniculato ramosissimo, foliis pinnatis, foliolis inferioribus subrotundis lobato-incisis dentatis, superioribus lanceolato-linearibus, involucri oligophyllo, radiis umbellae elongatis. *Petroselinum peregrinum* *Fuchs* p. 655. *Macedonicum Fuchsi* *Dodon.* p. 697. *Sison*
Matthiol. ed. Bauh. p. 552. *Dalech.* p. 709. *Mor-*
ris. Sect. IX. t. 5. *Sisum vulgare* *Park. theatr.* p. 914.
Ammi sui folio *Barrel. Ic.* p. 1196. *Sison Amomum*
Linn. Mant. p. 355. *Willd. Spec. I.* p. 1436.
(Smith Brit. p. 315.) Engl. bot. p. 954. *Smith Prodr.*
Fl. graec. I. 195. *(Jacq. H. vind. III. t. 18. Hayne*
term. bot. t. 36. f. 10.) *Sisum aromaticum* *Lam. Enc.*
I. p. 405. *Sisum Amomum* *Decand. Fl. jr. IV.* p. 304.
(Roth germ. II. p. 336.) Seseli Amomum *Scop. Carn. n.*
355. (Cicuta Amomum Crantz Austr. p. 96. Smyr-
mum heterophyllum Monch meth. p. 97.)

In solo margaceo calcareo Angliae, Galliae, Graeciae et Carnioliae. ♂. (© Smith). („Caulis filiformis erectus striatus laevis. Folia pinnata, foliola ovata incisa serrata, at suprema tenuius divisa. Umbella erecta, univ. 4-fida, radio quarto centrali. Involucrum triphyllum. Involucella 5-phyllo minima.“ *Linn. Mant.* 355. Folia radicalia foliolis utrinque fere 4, ovato-lanceolata, obtusa, serrata, inferne saepius subtriloba, subsessilia, impari plus minus trilobo. Rad. calamus crassa albida, sapore *Apii*. Caulis 2-ped., firmus, (subflexuosus) solitarius, teres, faretus medullam niveam, calamo gracilior; rami breves subdivisi patuli ad genicula omnia, umbelliferi. Folia summa et ramea biternato-multifida laciniis oblongis linearibusve acutis. Involucra e foliolis brevibus subulatis tot quot radii (divaricati) exteriores, 2-3-5. Flores parvi albi subaequales, petalis inflexo-cordatis. Antherae flavescentes. Semina parva ovata glabra subacuta nigrescentia, lineis 3 prominulis. *Jacq. l. c.* Umbellulae subquadriflorae.) *Sch.*

2. *S. Anisum* *Spreng.*; caule simplici, foliis radicalibus longe petiolatis, cordato-subrotundis, lobatis, inciso-serratis, superioribus pinnatifidis lanceolatis cuneatis, summis trifidis linearibus integerrimis, involucri universali nullo. *Lobel. Ic.* p. 731. *Anisum vulgare* *Clus. Hist.* II. p. 202. *Gerard. emac.* p. 1035.
Dalech. p. 692. *Tabern.* p. 174. *Morris,*
Parkins. theatr. p. 911.

Sect. IX. t. 9. *Apium Anisum dictum Tourn.* p. 305.
 PIMPINELLA *Anisum Linn. Spec. ed. Reich.* I. p. 724.
Willd. Spec. I. p. 1473. *Lam. Enc.* I. p. 451. (*Plenck*
off. p. 223. ANISUM *vulgare Gaertn. de Fruct. et Sem.* I.
 p. 102. t. 23. f. 1. ANISUM *officinale Mönch.* APIUM
Anisum Targione.) β. *Cuminum semine rotundiore et*
minore. Bauh. pin. p. 146. *Rai extr.* p. 63.

In Aegypto, culta per Europam. ☉. (Caulis ut plurimum
 pedalis pubescens, striatus, superne ramosus. Folia radicalia
 plerumque foliolis ternis. Flores parvi albi, involucre e folio-
 lis uno alterove. Fructus griseo-virentes, juniores pubescent-
 es. „Sittae latissimae explent membranam integram subsolutam,
 interceptae mediâ fasciâ albâ tendinosâ.“ *Hoffm.*) Sch.

3. *S. rotundifolius Spreng.*; caule ramoso, foliis radi-
 calibus cordato-suborbiculatis crenatis, superioribus trilobis
 trifidisque dentatis, involucri nullis. *Pimpinella rotundifolia*
Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 242. (*Suppl.* p.
 251.) SISON *rotundifolius Spreng. Prodr. Umb.* p. 35.
Anl. ed. II. p. 2. II. t. 4. f. 1—4. *Umbell. Spec.* p. 110.

In Caucaso iberico. ♂. („Rad. fusiformis; caules plu-
 res angulati, cubitales; petioli radicales teretes digitum longi;
 folia radicalia 1 1/2 poll. longa, 2 poll. lata, caulina varia; um-
 bellae in omnibus ramis dichotomis terminales, radiis subde-
 nis capillaribus. Petala alba, emarginata, involuta. Fructus
 ovati turgidi dorso obsolete tricostati, raphe excavatâ. Axis
 bifidus.“ *Spreng.* Folia magnitudine et fere formâ MALVAE
rotundifoliae. M. a Bieb.) Sch.

4. * *S. Podagraria Spreng.*; caule sulcato ramoso,
 foliis bi-triternatis, foliolis oblongis serratis basi inaequali-
 bus, inferioribus binatis, involucri nullis. *Angelicae vitium*
Trag. f. 159 b. *Herba Gerardi Dodon.* p. 320.
Gerard. em. p. 1001. *Aegopodium Tabern.* p. 243.
Angelica sylvestris repens J. Bauh. Hist. III. p. 145. *Mor-*
ris. Sect. IX. t. 4. *Podagraria vulgaris Lobel. Ic.* p. 700.
Park. theatr. p. 943. *Rivin. pentap.* *Cicuta minor Pe-*
troselino similis Morris Sect. IX. t. 7. AEGOPodium *Pod-*
agraria Linn. Fl. Spec. p. 247. (*Willd. Spec.* I. p. 1476.
Decand. Fl. fr. IV. p. 280. *Hoffm. Umb. Gen.* p. 80.
 t. 1. f. 6.) *Fl. Dan.* p. 670. *Engl. bot.* p. 940. Schk.
 t. 79. (*Svensk bot.* p. 147. *Hayne term. bot.* 10.
 f. 7. *Hall. Helv. n.* 759.) SESELI *Aegopodium Scop.*
Carn. n. 359. LIGUSTICUM *Podagraria Crantz Austr.* p.
 200. (*Roth germ.* I. p. 124. II. p. 322.) PIMPINELLA
angelicaefolia Lam. Enc. meth. I. p. 451. (TRAGOSELI-
 NUM *Angelica Lam. Fl. franc.* 1030—6. PODAGRARIA *Ae-*
gopodium Mönch meth. p. 90.)

In sepibus totius Europae, (et ad Caucasum et in Sibi-
ria.) 4. („Folia summa opposita sunt.“ *Linn. Rad.*

repens vix exstirpanda. Caules erecti (2-3 ped.) Folia duplicato-serrata. Umbellae terminales solitariae multiradiatae. Petala subinaequalia nivea. *Smith.*) Sch.

(Obs. „Planta sui generis ab omnibus diversa. Quoad folia, petala excisa, CHAEROPHYLLO *aromatico* similis; quoad flores seminum formâ evittatâ brevicolli transitum a MYRRHIDE ad CHAEROPHYLLIA fecisset, nisi renuerent involucri defectus, seminum costae, stylosum peculiaris deflexio, spermapodii simplicitas.“ *Hoffm. l. c.*)

5. * *S. segetum*; caule virgato ramoso, foliis inferioribus pinnatis, foliolis subsessilibus pinnatifido incisiss mucronato-dentatis, laciniis infimis appressis, foliis superioribus linearibus abortientibus, involuero oligophyllo, umbellâ nutante pauciflorâ, radiis inaequalibus elongatis. *Selinum* sive folio *Gerard. emac. p. 1018.* *Selinum segetum* *Park. theat. p. 932.* *Daucus tertius* *Barrel. Ic. 1199.* *Sison segetum* *Moris. Sect. IX. t. 5.* (*SISON segetum*) *Linn. Hort. Ups. p. 63.* (*Smith Brit. p. 316.* *Willd. Spec. I. p. 1436.* *Hall. Helv. n. 780.*) *Jacq. Hort. vind. t. 134.* *Engl. bot. p. 228.* *Sium segetum* *Lam. Enc. meth. I. p. 406.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 303.*

In Anglia et Gallia inter segetes. ♂. (⊙, quandoque ♂ *Smith.*) (Rad. parva. Caules erectiusculi teretes striati juncei foliosi. Foliola numerosa ovato-subrotunda, serrata, vix incisa, terminali trifido. Umbellae terminales radiis plerumque 2-5, valde inaequalibus, ut umbellulae. Involucrum diphyllum lanceolatum. Involucella subpentaphylla ovata acuta concava. Flores regulares albi vel carnei. Cal. 5-dentatus. Antherae purpurascens. Fructus oblongus, duplicato-costatus. *Smith.* Cultae rad. 1/2 ped., fusiformis. Foliola radicalia 10-24, brevissime aristata, 1/2 poll., basi plerumque profundius incisa. Caules 3-ped., centralis erectus, laterales fere horizontales; rami divaricatissimi, inclinati, foliis simplicibus, fere ut caules medullâ. Umbellae numerosae. Invol. triphyllum angustum. Umbellulae 3-5-florae, radiis valde inaequalibus. Petala latissime ovata, apicibus incurvatis. Germen apice demum purpurascens. Flores omnes fertiles. Semina striis elevatis 9, alternis 5 majoribus. *Jacq.*) Sch.

6. *S. peregrinus* *Spreng.*; caule ramoso rigido subangulato, petiolis vaginantibus scariosis, foliis biternatis lucidis, foliolis trifidis cuneatis inciso-serratis, involucri subfoliaceis, umbellis compositis. *Selinum peregrinum* *Clus. Hisp. p. 431.* *Apium hortense maximum* *C. Bauh. Prodr. p. 81. Ic.* *J. Bauh. Hist. III. p. 99.* *Tabern. p. 265.* *LIGUSTICUM peregrinum* (umbellae primariae involucri subnullo, lateralium basi membranaceo, radiis subramosis.) *Linn. S. V. p. 234.* *Jacq. Hort. vind. III. t. 13.* *Willd. Spec. I. p. 1427.* (*APIUM latifolium* *Poiret Enc. Suppl. IV. p. 369.*)

In Hispania. ♂. (., Simile *Petroselino*, etiam sapore et odore, sed crassiora rigidioraque omnia. Caulis 2 ped., rigidus angulatus laevis. Folia supradecomposita, summa ternata, foliolis tripartitis, laciniis cuneatis incisiss glabris *Petroselini*, sed maioribus. Petioli lateribus membranâ albâ. Involucr. univ. umbellis triplo brevius, radiis linearibus, basi utrinque albo membranaceis, vix ramosis. Involucella linearia longitudine umbellulae. Petala flavescentia inflexo-emarginata. Filamenta corollâ longiora, antheris albis. Germina laevia vix striata." *Linnaeus*, qui *Lusitaniam* patriam adscripsit: sed nec *Brotero* nec *cls. Link* eandem in Lusitania videre, monente *Brotero Fl. lusit. p. 430.* Rad. fusiformis albida. Folia radicalia bipinnata, foliolis subtriangularibus, crassioribus et firmioribus quam in *Petroselino*. Caulis inferne teres, nitidus. Umbellae erectae convexae densiusculae, involucri univ. e foliolis fere 5 subulatis, inaequalibus, patentissimis. Petala lanceolata. Flores in centro steriles. Semina ovata, striis 4 rotundatis, 3 reliquis angustioribus. *Jacq.) Sch.*

7. *S. aureus Spreng.*; caule simpliciusculo sulcato, foliis biternatis nitidis, foliolis oblongo-lanceolatis basi attenuatis inciso-serratis, involucri nullo. *Angelica acadensis lutea Moris. Sect. IX. p. 281.* *SMYRNIUM aureum Pluk'n. Mant. p. 173.* *Linnaeus. Spec. I. p. 377.* *Willd. Spec. I. p. 1468.* *Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 171.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 196.* *THASPIUM aureum Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 196.* *Catal. nov. eborac. p. 33.*

In Pennsylvania, Virginia et Carolina. 4. Flores aurei. — *Sm. acuminatum Smith in Rees Cyclop.*, cujus exemplar e Virginia Gronovius miserat Linnaeo, videtur varietas β hujus speciei (*Willd. Spec. l. c.* occurrit, attamen cum *synon. Pluk.*). Nullo modo specie differt: nec recongnoscunt Americani. *Nuttall Gen. Amer. pl. 197.* (Rad. nigricans. Caules plures angulosi, 1-3 ped. Folium terminale e foliolis 5, lateralia e 3. Flores parvi. Etiam in *Herb. Lamarck* occurrunt specimina e Canada missa foliis caulinis e foliolis 4-5 ovatis acutis argute serratis venosis, inferioribus sessilibus, supremis foliolis ternis. Foliola subinde confluunt, ut biniqueloba videantur. Flores parvi, aurei, umbellis terminalibus planis vix pollicis diametro.) *Sch.*

8. *S. integerrimus Spreng.*; caule simpliciusculo, foliis bi-triternatis glaucescentibus, foliolis lateralibus bi-extremo trilobo integerrimis mucronatis, involucri nullo, umbellae radiis elongatis. *Smyrnum foliis integerrimis Gronov. Fl. virg. p. 148.* *SMYRNIUM integerrimum Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 721.* *Willd. Spec. I. p. 1468.* *Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 171.* *Pursh Fl. Amer. Sept. p. 196.* *Barton Comp. Fl. philad. p. 146.* *Catal. nov. eborac. p. 33.* *Nuttall Gen. Amer. I. p. 197.*

In America boreali a Novo Eboraco ad Carolinam australem,

sed raro. 2. („Caulis 1 1/2 ped. laevis parum ramosus. Folia fere *Aquilegiae* triternata, oblongo-ovata, glabra, integerrima, glauco-viridia. Flosculi disci umbellularum masculi.“ *Linn.*) *Sch.*

9. *S. capensis*; foliis ternato-decompositis, foliolis lanceolatis acutis inciso-pinnatifidis, involucris polyphyllis. *Spreng. Umb. Spec. p. 111.* *PIMPINELLA capensis* (foliis supradecompositis, laciniis acutis; caule striato.) *Thunb. Prodr. p. 51. (Fl. Cap. II. p. 207.) Willd. Spec. I. p. 1473.*

In monte tabulari. (Caulis teres inanis glaber erectus pedalis et ultra. Rami alterni pauci similes. Folia omnia glabra laevia; pinnae inciso-pinnatifidae (pollicem longae, lin. 4 fere latae. Petioli basi lati membranacei, dein striati palmares, (tripartiti). Umbellae terminales, (radiis 12). Involucra circiter 5-phylla, foliolis lanceolatis glabris brevissimis. (Flores albi). Semina ovata obtusa striata, (jugis 3 obtusis). *Thunb. et Spreng. l. c.) Sch.*

10. *S. capillaceus Spreng.*; foliis decompositis filiformibus, caule dichotomo obtuse angulato, involucris subfoliosis. *AMMI majus Walt. Fl. Carol. p. 113. AMMI capillaceum Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 164. Pursh Fl. Sept. Amer. p. 192. Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 179. Barton Comp. Fl. philadelph. I. p. 138. AETHUSA leptophylla Spreng. Prodr. Umb. p. 22. Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 190. SISON capillaceus Spreng. Umb. Spec. p. 112. PIMPINELLA domingensis (fol. radicalibus tripartito-multifidis, laciniis linearibus, caulinis setaceis.) *Willd. Herb. n. 15. (? PIMPINELLA leptophylla Pers. Syn. I. p. 324.)**

In Pennsylvania, Carolina et ins. S. Domingo. ©. („Caulis dichotomus glaber obtuse angulatus dodrantalis; petioli brevissimi vaginantes; folia glabra; umbellae axillares, pedunculis patentibus, radiis ternis fertilibus, aliquot sterilibus; involuc. univ. e foliis aliquot pinnatifidis, filiformibus, partiale foliolo uno alterove capillari. Flosculi albi minutissimi. Fructus turgidus, jugis 3 dorsalibus obsoletis, raphe subexcavata.“ *Spreng. l. c.* Caulis in specimine *Willdenowiano* debilis pedalis. Umbellae paucae simplicissimae) *Sch.*

11. *S. divaricatus Spreng.*; foliis multipartitis linearifiliformibus, vaginis margine scariosis, caule dichotomo, involucris subnullis. *DAUCUS divaricatus Walt. Carol. p. 114. (Gmelin Syst. Veg. p. 474.) AMMI divaricatum Pers. Syn. I. p. 308. (Poiret Enc. meth. Suppl. I. p. 329.) Pursh SISON FUSILLUM Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 163. AETHUSA divaricata Spreng. Fl. Sept. Amer. p. 194. Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 190. SISON divaricatus Spreng. Umb. Spec. p. 113.*

In Carolina et Pennsylvania. ☉. („Simillimus capillaceo staturâ, foliorum teneritate, fructu; diversa caule tantum spithamaeo, vaginis petiolaribus latiusculis, foliolis inferioribus linearibus - praeter characteres datos.“ *Spreng.* Caulis erectus rigidus glaber pedalis. Umbellae raræ laxae, umbellulis subtrifloris. *Poiret ad specimina Bosc.*) Sch.

12. * *S. Ammi*; caule dichotomo, foliis ternatim decompositis, foliolis linearibus angustissimis glabris, umbellis oppositifoliis, subternis simplicibus, involucris nullis. *Ammi alterum parvum Dodon. p. 301. Ammi perpusillum Lobel. Hist. p. 414. Ic. p. 725. Dalech. p. 696. Gerard. emac. p. 1037. Ammi l. alexandrinum Tabern. p. 294. Ammi semine tenuissimo et odoratissimo J. Bauh. Hist. III. p. 26. Sisum P. Alpin. exot. p. 318. Ammi parvum foliis foeniculi Park. theatr. p. 913. Moris. Sect. IX. t. 8. Foeniculum lusitanicum Shaw Afr. t. 232. Ammi minus Rivin. pentap. Sison Ammi Linn. Hort. Ups. p. 63. Jacq. Hort. vind. t. 200. Willd. Spec. I. p. 1437. (exclus. syn. Tournef. monente Desfont. et Poiret.) Seseli foeniculifolium Poir. Enc. VII. p. 137. AETHUSA Ammi Spreng. Prodr. p. 22.*

In Europa australi passim. (etiam in Aegypto). ☉. („Folia radicalia linearia supradecomposita plana, foliolis sessilibus replicato imbricatis; caulina supradecomposito-pinnata setacea: ex his quae vaginam petiolarum terminant trichotoma, reliquis longiora.“ *Linn.* Tota glabra. Caulis teres lineatus nitidus, pedalis. Costae basi membranaceae. Pinnae supremae capillares. Umbellae radiis 2-5, nunc sessiles, nunc longe pedunculatae; umbellulae inaequales planiusculae raræ flosculis 15 et ultra, omnibus fertilibus. Petala albida ovata acuta, aequalia, filamentis duplo longiora. Antherae purpurascens. Semina striis 5 maxime protuberantibus. *Jacq.*) Sch.

(Obs. Super *Shaw t. 232* confer *SESSELI verticillatum*. Ramos paucissimos ad medianam apicemve caulis petit *Gouan*, non vero basin versus; foliola 2-3 lin. longa, integerrima, raro trifida.) Sch.

13. *S. flexuosus Tenore*; foliis uniformibus bipinnatis, foliolis cuneiformibus trifidis, laciniis linearibus acutis; caule flexuoso, involucris involucellisque polyphyllis. *Fl. Nap. Prodr. Suppl. II. p. LXVI. (Synops. p. 40. n. 42.)*

Habitat in pratis editioribus Matesii. 4. (Habitus et fructus *AETHUSAE*; sed involucris universalibus et partialibus diversam. *Ten.*) Sch.

14. *S. Thomasii Tenore*; foliis omnibus ternatis, foliolis cuneiformibus inciso-dentatis, dentibus aristatis; floribus paniculato-umbellatis, pedunculis capillaribus fasciculatis effusis; fructibus oblongis incurvis; involucro submonophyllo. *Flor. Nap. Prodr. Suppl. II. p. LXVI. (Synops. p. 40.)*

Habitat in nemoribus valgo della serra, Calabriae Ulterioris, prope rivos. 4.

15. (? *S. pumilus Brotero*; foliis radicalibus bipinnatis, foliolis saepius bifidis trifidisve laciniatis, (lacinulis) subsetaceis, caule erecto anguloso, umbellis oppositifoliis, longe pedunculatis. *Fl. lusit. p. 425.*

Rad. alba, ramosiuscula. Caulis $1\frac{1}{2}$ - 1 ped., vix altior, glaber ut tota planta, ramosiusculus. Folia radicalia et infima caulina, subcuneata, lacinulis brevibus, petiolo carinato, basi latiore membranaceo. Umbellae terminales et oppositifoliae pedunculis fere duplo-breviores. Inv. univ. e foliolis 7-10 integerrimis, setaceis, patentibus, umbellâ triplo brevioribus; parziale e foliolis pluribus setaceis mucronatis, umbellulâ paulo brevioribus. Umb. univ. planiuscula, radiis 7-10 inaequalibus, partialis radiis 8-13. Flosculi omnes fertiles. Cal. obsoletus. Corollulae albae, petalis inflexo-cordatis aequalibus. Fructus glaber ovatus parvus gibbosiusculus, utrinque dorso tricostatus, costis argute elevatis, albicantibus, ad latera depressus, fere ut illa *Apii Petroselini*, tam formâ quam magnitudine. *Brotero. In sabalosis ad fluvium Tavora circa Moimenta et alibi in Beira boreali et Transmontana. ©.) Sch.*

(Obs. Hunc et sequentem *arvensem* cl. *Sprengel* non recepit.)

16. (? *S. arvensis Brot.*; foliis pinnatis, foliolis sessilibus ovato-oblongis acutis serrato-incisis, caule flexuoso laxo ramoso, umbellis ante florescentiam cernuis. *Brotero Fl. lusit. p. 424.*

Rad. alba ramosa, superne crassitie pennae anserinae aut paulo plus. Caulis 2 ped. et ultra, solitarius, aut 5-6 interdum, tunc breviores, glaber, ut tota planta, teres, quasi dichotomus; rami e basi ad apicem alterni, patentis, in ramulos laxos divisi. Folia radicalia in orbem, impari trifido, foliolis ad 10 paria, sessilibus, 8 lin. longis, obliquis, dentibus mucronatis, lacinulâ infimâ majori auriculaeformi. Petiulus folio brevior paulo, canaliculatus, striatus. Folia caulina et ramea similia, petiolo inferne sensim latiore, marginibus membranaceis, basi caulem semiamplexante, extrema simplicia setacea. Umbellae remotiusculae, longe pedunculatae, terminales et oppositifoliae, demum erectae. Involucr. univ. e foliolis 5-5 subsetaceis acutis inaequalibus, radio singulo valde brevioribus, inferne margine membranaceis; parziale saepius pentaphyllum, foliolis lineari-lanceolatis acutis marginibus submembranaceis, umbellulâ brevioribus. Umbella univ. pauciradiata, radiis 4-6, erecto patulis, valde inaequalibus; ut umbellulae radiis 5-9. Cal. vix ullus. Cor. universalis uniformis, flosculi omnes fertiles, petalis albis, subinde purpurascens, lanceolatis, involutis, aequalibus. Stylus vix ullus, stigmata brevissima truncata. Filamenta alba longitudine corollae incurva, antheris purpureis subglobosis. Fructus ovato-subrotundus, vix ultra lineam longus, utrinque subcomplanatus. Semina hinc plana,

inde convexa, glabra, striis 5, costis obtusis 4, sapore subaromatico, acriusculo. Nimis affinis S. *Amomo* et *segetum*, et intermedia inter illa. An varietas major S. *segetum* Brot. *Circa Conimbricam et Olisiponem, in subumbrosis, inter segetes, raro.* ☉.) Sch.

17. (? S. *alpinus* Sieber; foliis radicalibus caulinisque inferioribus foliolis ad apicem petioli ternis quinisque subsessilibus obovato-cuneiformibus incis, laciniis lineari-lanceolatis obtusissimis, caule adscendente ramoso, involuero universali partialique nullo.

Specimina nostra sine radice digitalia, radicis colla, quae supersunt, petiolorum basi dilatatorum membranis albido-fuscis tecta. Petioli foliorum radicalium longitudine caulis, glaberrimi, ut tota planta. Foliola 4-5 lin. longa lataque, ut ex siccis videtur, glauca, et fere Ranunculi rutaefolii. Umbellae axillares et terminales, juniores nutantes, in nostris radiis 5-4, intermedio brevioribus; juniores nutantes. Umbellulae radiolis 5-9, intermediis sterilibus, ut 1-5 semiferi sint. Flores exigui. Petala in siccis flavida. Styli reflexo-appressi in fructu maturitati proximo, fusciscente. *In altissimis montium Sphakiott. 4.)* Sch.

1178. CARUM.

* C. Carvi. *Carum Fuchs p. 396. Matthiol. ed. Valgris. p. 397. Dodon. p. 299. Lobel. Hist. p. 418. Gerard. emac. p. 1034. Caros J. Bauh. Hist. III. p. 69. Park. theatr. p. 910. Carvi Riv. pentap. irr. CARUM Carvi Linn. Spec. p. 578. Fl. lapp. n. 105. Fl. suec. p. 260. (Willd. Spec. I. p. 1470. Smith Brit. p. 330. Hoffm. Gen. Umb. p. 86. t. 1. f. 25. Jacq. Austr. t. 393. Svensk bot. 115. Plenck t. 214. Hayne term. t. 19. f. 1.) Fl. Dan. p. 1091. Engl. bot. 1503. Schkuhr t. 77. (APIUM Carvi offic. Crantz Austr. p. 218. SESELI Carum Scop. carn. n. 361. SESELI Carvi Lam. Fl. fr. III. p. 435. Enc. meth. VII. p. 136. Decand. Fl. fr. IV. p. 285. LIGUSTICUM Carvi Roth germ. I. p. 124. II. p. 324. Hall. Helv. n. 789. BUNIAM Carvi Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 211. Suppl. p. 206. LA- COECLA cuminoides Willem. Phyt. I. p. 254.)*

In pratis et pascuis per omnem Europam, (a Lapponia usque) ♂. CARUM simplex Willd. est SESELI annum. (Folia plus minus bipinnata, aucta ad costam principem foliolis multifidis, cruciatim positis. Flores albi.)

1179. CNIDIUM.

1. C. *Monnierii* Cuss.; caule ramoso angulato, foliis biternatis opacis, foliolis distantibus pinnatifidis, laciniis li-

neari-lanceolatis acutis, involucro involucelloque setaceis.
 SELINUM *Monnieri* (S. umbellis confertis, involucro universali reflexo, seminum costis 5 membranaceis) *Linn. Amoen. Acad.* IV. p. 269. (*Willd. Spec.* I. p. 1400. *Wulf.* in *Röm. Arch.* I. p. 354.) *Jacq. Hort. vind.* t. 62. *Gouan. Ill.* p. 11. *Decand. Fl. franc.* IV. p. 321.
 LIGUSTICUM minus *Lam. Fl. fr.* III. p. 454. (CNIDIUM confertum *Mönch meth.* p. 98.)

In *Gallia meridionali*. ☉. („LASERPITII structura in seminibus; sed habitus et reliqua SELINI.“ *Linn. Rad. et folia trita odore Dauci.* Caulis 1 1/2 ped. et ultra, glaber, inferne rubens. Rami superiores demum caule altiores. Folia similia *Aethusae*, sed tenuius incisa, bipinnata; petioli margine membranacei. Pedunculi striati teretes erecti. Inv univ. patens aut reflexum, foliolis 1-8; part. polyphyllum, foliolis exterioribus longitudine umbellae. Umb. univ. valde densa, parum convexa, partialis similis. Flores albi, petalis aequalibus ovato-lanceolatis apice antrorsum incurvato. Styli patentissimi persistentes. Semina glabra parva 4 sulcata, marginibus inter sulcos submembranaceis. *Jacq.*) *Sch.*

2. *C. canadense Spreng.*; caule angulato flexuoso, foliis bipinnatis lucidis, foliolis multipartitis, laciniis lanceolatis, involucro utroque oligophyllo. *ATHAMANTA chinensis* (seminibus membranaceo-striatis, foliis supradecompositis laevibus multifidis.) *Linn. Spec. pl.* p. 353. *Willd. Spec.* I. p. 1405. *APIUM bipinnatum Walt. Carol.* p. 115. *SELINUM canadense Michaux Fl. bor. Amer.* I. p. 165. (*Poiret Enc.* VII. p. 66.) *Pursh Fl. Sept. Amer.* p. 192. *Nuttall Gen. Amer. pl.* I. p. 180.

Ad fluminum ripas in *America boreali*. 2. *FERULAM canadensem* (lucida canadensis) *Gronov. virg.* 147. *Linn. hort. ups.* 61. *Willd. Spec.* I. p. 1415, quam nuperiorum nemo cognoscit, dubie huc *Nuttallius* trahit. Et *THAPSIA glomerata* ejusdem *Nuttallii* p. 184, *SELINUM acaule Pursh*, (glabrum caule, foliis bipinnatis, foliolis linearibus superioribus confluentibus, scapis radicalibus foliis brevioribus, umbellulis radii masculis *Fl. Sept. Amer.* II. p. 752) mihi satis congruere cum hac specie videtur. *THAPSIA* saltem nequaquam est, sed *CNIDIUM*.

(Obs. *Linnaeus* *ATHAMANTAE chinensi* subscripsit: „Caulis angulatus laevis erectus parum flexuosus. Folia *CHAEROPHYLLI*, laevia. Umbella minus expansa, alba. Semina singula alis 5 longitudinalibus parvis; involucrum duplex. Statura *SELINI Monnieri*. Habitat *Chinensem* dixit *Bartram*, qui semina misit ex *Virginia*.“ *Pursh* *SELINUM acaule a Bradbury* habuit ex *Louisiana superiore*, *SELINUM canadense* vero vivum vidit, et recepit sub diagnosi data a *Michaux*, qui ad ostia fluminis *Laurentii* legit. De synonymo *ATH. chinensis* vero ad utramque plantam silet. *Loureiro* *ATH. chinensem*, receptâ diagnosi *Linnaeana*, sequentibus describit: Caulis annuus 2-ped., laevis

teres erectus albus ramosus. Folia pinnato-multifida glabra viridi-pallida odora. Flos albus; umbellis compositis convexis densis aequalibus plurimis; involucellis partialibus linearibus integris. Flosculi omnes fertiles; corollis emarginatis subinflexis. Semina minuscula ovata 5-crenata subcoriacea aromatica glabra. *Lour.* In Cochinchina et China.) Sch.

3. *C. pyrenaicum Spreng.*; caule ramoso, foliis supra-decompositis nitidis, foliolis pinnatifidis, laciniis linearibus mucronatis abbreviatis divaricatis, involucre caduco. *Seselios massiliensis Leon. verior. Tabern. p. 304.* *Seseli massiliense, folio magis dissecto. Moris. Sect. IX. t. 9.* *Daucus pyrenaicus tenuifolius Pluk. t. 173. f. 2.* *LIGUSTICUM pyrenaicum Gouan Ill. t. VII. f. 2.* (L. foliis supra-decompositis, foliolis pinnatifidis, laciniis linearibus mucronatis, involucre universali subnullo, deciduo, costis seminum membranaceis glabris.) *Willd. Spec. I. p. 1426.* *Lapeyr. Hist. pl. pyren. p. 155.* *SESELI aristatum* (petiolis rameis submembranaceis laxis integerrimis, foliis supra-decompositis, foliolis lanceolatis aristatis, fructibus ovatis.) *Ait. Kew. I. p. 359.* *Willd. Spec. I. p. 1460.*

In Pyrenaeis montibus. 4.

(Obs. *Poiret Enc. meth. VII. p. 135* sub *SESELI ferulaefolio* foliis quadruplicato-pinnatis, foliolis aristatis integris multifidisve junxit *LIGUSTICUM pyrenaicum Gouan*, et *Willd.*, et *SESELI aristatum Ait.* et *Willd.* seu *LIGUSTICUM lucidum Mill. Dict. n. 4.*, hoc tanquam prioris β distinguens. *Serius Enc. Suppl. V. p. 138*, *Willdenowium* in *Enum. H. Berol. I. p. 306* sequens, *LIGUSTICUM pyrenaicum* junxit cum *SELINO Seguieri*, eodem cum *Ligustico alpino perenni ferulaefolio flor. albis Segu. veron. 41. t. 13.* quod ergo, si *Willdenow* hujus loci et *Poiret*, in illius *L. pyrenaeo* et hujus *S. ferulaefolio* expungendum. *Decandolle Fl. fr. 4. p. 309* *LIGUSTICUM pyrenaicum Gouan* sine omni, nequidem varietatis discrimine, junxit cum *SESELI aristato Kew*, et *LIGUSTICUM Seguieri Vill.* cum?, *LIGUSTICUM ferulaceum Lam. Fl. fr. p. 453* ex synonymia huc duxit, cum *Seguier t. 13. Gouan l. c.* figuram foliorum *Seguff.* rudem, sed specimina *Seguieri* a suis non esse diversa dicit nisi dupli-foliolorum longitudine. Describit *Gouan* suam sequentibus: „rad. ramosa; caulis rigidus sulcato-angulatus crassitie digiti, bicubitalis, paniculatus, statim a radice ramosus, ramis reflexis, unde habitus plantae sphaericus. Folia 2 ped., ambitu triangularia, quadruplicato-pinnata; pinnae pinnulaeque utrinque 9. Foliola minima linearia sessilia, vix lin. longa, $1/3$ lin. lata, subinde 2-3 lin. longa, aristata, integra bi-trifida, lacinulis refalcatis. Petioli compressi, supra sulcati. Vaginae amplae striatae 2 poll. Folia caulina minus composita. Rami summi 2-4 ni subverticillati ad umbellam principem radiis 40-50 pollicaribus; inv. univ. nullo aut 1-4 phyllo, vix lin. longo; involucella dimidiata 6-12-phyllo, umbellulis breviora 30-floris. Flores albi. Fructus Conii.“ Confer *SELINUM Seguieri*.) Sch.

4. *C. Silens Spreng.*; caule angulato, foliis supra-decompositis, foliolis pinnatifidis, laciniis remotiusculis lanceo-

latis nervosis subcanaliculatis cuspidatis, involucreo obsoleto.
Siler alterum pratense, Dodon. p. 310. *Seseli pratense*
Monspeliensium Lobel Hist. p. 425. Ic. 738. Park.
 theatr. p. 904. *Hippomarathrum* I. Tabern. 160. *Silaum*
quibusdam flore luteolo J. Bauh. Hist. III. p. 170.
Seseli pratense Riv. pent. irreg. (Crantz Austr. t. 6. f. 1.
Seseli selinoides Jacq. Enum. vind. p. 227.) PEUCEDANUM
Silaus Linn. Spec. I. p. 354. (S. foliolis pinnatifidis,
 laciniis oppositis, involucreo universali diphylo.) Willd.
 Spec. I. p. 1406. Jacq. Austr. t. 15. Engl. bot. p.
 2142. Poir. Enc. V. p. 227. Decand. Fl. franc.
 IV. 357. SIUM *Silaus* Roth germ. I. p. 129. II. p. 340.
 (CNIDIUM *Silaus* Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl.
 p. 212. PEUCEDAN. Hall. Helv. p. 797.)

In pratis omnibus per Europam (et in Caucaso et Sibiria.) 4.
 Flores luteoli soli moverunt Linnaeum, ut ad PEUCEDANUM
 traheret. („Caulis 2 ped. et ultra, angulatus. Foliola lanceo-
 lata, quasi carinata, extimis coadunatis. Flores lutei, extus
 albidi.“ Linn. Rad. crassa, profunda. Folia acria, ingrata
 odora; foliola magnitudine admodum varia. Involucrum nullum,
 monophyllum, subinde foliolis paucis, linearibus, parziale e
 pluribus lineari-lanceolatis, radios aequantibus. Umbella
 univ. inaequalis, rara, umbellulis circiter 10 planiusculis. Pe-
 tala pallide flavescentia aut albida oblonga apice inflexa. An-
 theræ sulphureae. Semina ovata oblongave fuscescentia striis
 3 elevatis, nec alatis. Jacq. Foliola admodum varia, nunc in-
 tegra, nunc pinnatifida. Umbellae radii exteriores elongati.
 Dentes calycini obsoleti.) Sch.

(Obs. Marsch. l. c. varietatem β distinxit: „foliolorum laciniis brevioribus obtusiusculis cum mucrone minimo, involucellis longioribus,“ quae in Alaniae ibericae campis ad Alazonium. CN. *Silaus* caucasicum vulgari altius, rigidius, involucellis brevioribus; ibericum vulgari propius discedit pinnulis confertioribus, obtusioribus.) Sch.

5. *C. alsaticum* Spreng.; caule tereti ramoso, foliis
 supradecompositis, foliolis pinnatifidis, laciniis remotiusculis
 planis subtrifidis obtusiusculis nervoso-venosis mucronatis,
 involucreo polyphylo. *Daucus alsaticus* C. Bauh. Prodr. p.
 77. Park. p. 899. *Umbellifera alsatica magna* J.
 Bauh. Hist. III. p. 106. PEUCEDANUM *alsaticum* Linn.
 Spec. I. p. 354. (Willd. Spec. I. p. 1407.) Necker Ait.
 palat. II. 470. Ic. Pollich palat. n. 282. Decand.
 Fl. franc. IV. p. 337. Baumgart. transsylv. I. p. 217.
 Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 216. (Jacq.
 austr. t. 70.) SELINUM *alsaticum* Crantz Austr. p. 159.
 Roth germ. I. p. 133. (Hall. p. 798.)

In locis asperis sylvaticis Austriae, Transsylvaniae, Tauriae,
 Alsaciae. 4. Simillimum CN. *Silao*, sed differt: 1. laciniis
 planis latioribus obtusiusculis venosis. 2. caule tereti,
 Syst. Vegetabil. Vol. VI.

superne tantum sulcato. 3. involucro polyphylo. SELINUM venetum Spr. eandem plantam refert, sed flores albi et fructus compressi maxime alati differentiam constituunt. (Rad. foris nigra, digitum crassa, subacris; caulis plus minus angulatus, omnium ramosissimus, nunc basi, nunc apice, et inde paniculatus, umbellis plurimis, 1-6 ped., saepe inanis. Folia subinde 1 1/2 ped., petiolis plerumque purpurascens, superioribus membranaceis, ut folia dependeant. Foliola 3-fida et pluries incisa, laciniis lanceolato-oblongis acutis. Umbellae rarae planae involucro et involucellis e foliolis subquinis angustis acutis brevibus. Petala pallide flava ovata apice angustato inflexo. Cal. parvus 5-phyllus. Antherae flavae. Germis vertex luteus. Semina compressa, striis 3 in membranulam elevatis pallidis, margine tenui membranaceo fuscescente. Ingrate odora. Polygama videtur. Jacq.) Sch.

(Obs. „Habitu potius OREOSELINUM refert, quam PEUCEDANUM. Parvitate fructus convenit cum O. Chabraei. A. CNIDIIS fructus conformatione alienum est. OREOSELINA Hoffm. cum PEUCEDANIS legitime genere jungenda. Marsch. a Bieb. Suppl. Fl. Taur. Cauc. p. 215. Specimina alsatici hispanica et gallica differre caulibus magis flexuosis, ramis multo copiosioribus, ramulis nudis oppositis, umbellis copiosioribus minoribus. Gmel, Fl. bad. p. 654.) Sch.

6. *C. atropurpureum* Spreng.; foliis radicalibus subcordatis simplicibus serratis, caulinis ternatis ovatis acutis, medio petiolato, involucello dimidiato triphylo. SMYRNIUM atropurpureum Lam. Enc. III. p. 667. Parsch Fl. Sept. Amer. p. 196. excl. syn. Mühlenlenb. THASPIUM atropurpureum Nuttall Gen. Amer. plant. I. p. 196. Barton compend. fl. philad. I. p. 146.

In collibus schistosis propè Philadelphiam. 4. Equidem, qui non vidi plantam, credidi e descriptione eandem esse cum SMYRNIO cordato Walt. Umb. Spec. p. 28.; sed Nuttalli testimonium, fructum geminum esse 10-alatum, costas singuli habere igitur 5 alas, non possum quin hic collocem. Ulterius examinanda!

(Obs. Barton prodr. Fl. philad. p. 38 habuit THASPIUM atropurpureum Nuttall pro SMYRNII trifoliati β , atropurpureum, a quo differt floribus obscure purpureis; in rupibus altis ad Schuylkyll ad cataractas et in campis cum trifoliato. 4.) Sch.

1180. OENANTHE.

I. * *O. fistulosa*; stolonifera, caule fistuloso subsimplici, foliis radicalibus bipinnatis, foliolis planis cuneatis lobatis, caulinis pinnatis filiformibus. OENANTHE aquatica Lobel Hist. p. 421. Ic. 731. OENANTHE IV. Dalechamp. p. 783. Filipendula aquatica Gerard. em. p. 1060. Bauh. Hist. III. p. 192. Filipendula palustris Tabern. p. 421. Moris. Sect. IX. 1. 7. Oenanthe Riv. pent. Willd. OENANTHE fistulosa Linn. Fl. suec. p. 236.

Spec. I. p. 1440. Fl. Dan. p. 846. (Smith Fl. Brit. p. 317.) Engl. bot. p. 363. Schk. t. 70. (Drev. et Hayne t. 26. Hayne term. bot. t. 39. f. 6. St. Hilaire Fl. fr. F. 46. t. 5. Hall. Helv. n. 755.)

In fossis et stagnis per omnem Europam. 2. OENANTHE lanceolata (foliis caulinis bi-s. simpliciter pinnatis, foliolis linearilanceolatis subternis quinisque, umbellâ universali bifidâ) Poir. Enc. Suppl. IV. p. 155. (OEN. fistulosa Poir. voy. en Barb. II. p. 157.) e Numidia varietas esse videtur.

(Obs. Smith l. c. tanquam β distinguit OEN. aquaticam trifloram caulibus fistulosis Moris. Sect. 9. t. 7. f. 8 Raii Syn. 210. Pet. H. B. t. 25. f. 6., quae eadem cum β fol. omnibus cuneiformibus trilobis. Decand. Fl. fr. 4. p. 295. Poir. Enc. meth. Suppl. IV. p. 133. OE. Tabernaemontani, radice filipendulâ fol. radicalibus pinnatis, foliolis cuneiformibus, caulinis lineari-filiformibus fistulosis, involucri polyphylo Gmel. Fl. bad. I. 676 fors ad β hocce spectare Decand. Sed citat Gmelin OEN. pimpinelloidem Pollich. n. 291. (excl. syn.), quem vero Decandolle ad suam OE. rhenanam infauste vocat, et in β excludit. Gmelin addit OE. Tabernaemontani tanquam synonymon OEN. fistulosam Vill., de qua silet Decand. Linnaeus fistulosae subscripsit: "involucr. univ. nullum, sed nimis caducum. Genuinam fistulosam L. describit Smith sequentibus: "Rad. tuberosa stolonifera. Caules erecti 3-ped. ramosi teretes fistulosi subinflati sulcati glabri foliosi glauci. Folia radicalia immersa bipinnata, foliolis cuneatis lobatis planis; caulina alterna pinnata, foliolis petiolisque cylindricis cavis. Umbellae alternae longius pedunculatae erectae, primordiales triradiatae, caeterae multiradiatae. Umbellae densae multiflorae. Involucrum monophyllum, saepe nullum. Involucella polyphylla lanceolata membranacea. Dentes calycini subulati acuti patentis. Flores carnei radiantes centrales abortivi. Petala inflexo-cordata. Fructus ovato-cylindricus suberosus calyce coronatus stylis persistentibus elongatis rectis rigidis capitatis. In β folia omnia lata brevina, primordialis α similia; umbella univ. radiis 3, involucri monophylo. Fructus magni, subturbinati. Caulis videtur debilis adscendens. Decand. Convenit plurimis descriptio Gmelini data de OE. Tabernaemontani; sed folia involucri 4-7 lanceolata petit, et semina eadem. Descriptio Pollichii n. 291 tam exacte convenit cum illa Tabernaemontani, aequae locus natalis, ut dubium nullum sit hac potius quam ad OE. Lachenali spectare Pollichii synonymon. OE. lanceolata Poir. circa Cale foliis omnino a fistulosa distincta. Foliola pollicaria et ultra, 2 lin. lata, integerrima, utrinque acuta, petiolis compressis striatis vix fistulosis. Folia radicalia triplicato-pinnata foliolis ovatis basi cuneatis apice dilatatis incisive trilobisque. Inv. univ. nullum. Umbellae planae, radiis exterioribus longioribus corollisque majoribus; involucell. polyphylo margine albido, lanceolato, longitudine radiorum. Poir.) Sch.

2. * O. pimpinelloides; radice tuberosâ, foliis bipinnatis, foliolis radicalibus ovato-cuneatis incisive, laciniis mucronatis, caulinis linearibus elongatis canaliculatis integerrimis, pedunculis rigidis, involucri oligophylo. Oenanthe II. Da-

Lech. p. 785. *Oenanthe* III. *Camer. epit. p. 610.* *Oen.*
pimpinellifolia minor *J. Bauh. Hist. III. p. 190.* *Moris.*
Sect. IX. t. 7. *Plukn. t. 49. f. 4.* *OENANTHE pim-*
pinnelloides *Linn. Spec. p. 366.* (*Willd. Spec. I, p. 1442.*
Smith Brit. p. 318.) *Scop. carn. n. 364.* *Pollich.*
Palat. n. 291. *Jacq. Austr. t. 394.* *Lam. Enc. IV.*
528. *Decand. Fl. franc. IV. p. 297.* *Marsch.*
Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 226. *Engl. bot. p. 347.*
Baumg. transsylv. I. p. 240. (*OEN. globulosa* *Pall. ind.*
Taur.)

In pascuis Angliae, Galliae, Germaniae australis, Trans-
sylvaniae et Tauriae (et Lusitania) 4. *OEN. Kar-*
sthia *Hacq. carn. t. 5. et OEN. chaerophylloides* *Pourr. Act.*
tolos. III. p. 323. eadem. Nec diversa OEN. Lachenali *Gmel.*
bad. I. p. 678. (Linnaeus OE. pimpinelloidi subscripsit: „Cau-
lis semipedalis angulatus. Folia radicalia omnino Petroselini,
sed crassiora bipinnata lata, foliolis cuneiformibus incisus di-
visis. Caulina minus composita, vix bipinnata, foliolis lineari-
bus canaliculatis longissimis. Umbella inaequalis. Involucrum
universale partialiaque subulato-setacea. Corollae albae pa-
rum radiatae.“ Linn. „Rad. e tuberibus pluribus fusiformi-
bus gracilibus carnosis, fibris intermixtis. Caulis erectiuscu-
lus striatus glaber, foliosus, parum ramosus. Foliola radica-
lia subinde elliptica, indivisa, caulina lineari-lanceolata. Um-
bellae terminales pedunculatae erectae multiradiatae planius-
culae. Umbellulae densae multiflorae. Involucra et involucella
e foliolis magis minusve numerosis linearibus acutis. Flores
albi extus saepe rubicundi, radiantes, maximâ ex parte abort-
tivi. Dentes calycini ovati acuti inaequales patentis. Variat
involucro monophyllo. Folia radicalia quandoque profundius
incisa more Dauci, ut in icon. Pluk.“ Smith. OE.
Karsthia, (OE. pimpinelloides β Barania (sic!) apud Gmel.
S. V. p. 485) nobis potius ad gymnorhizam spectare videtur,
quacum et icon et descriptio convenit. OEN. chaerophylloides
Pourret, a Decandolle Fl. fr. n. 3443 OEN. pimpinelloidis
 β olim dicta, a pimpinelloide differt, monente Decand. et
Poiret Enc. met. Suppl. IV. p. 134, foliorum inferiorum fo-
liolis rotundatis subcuneatis similibus crocatae, sed minoribus,
radicis fibris medio in tuber incrassatis ovatum, angulosum,
atque nunc OEN. chaerophylloidis nomine speciem propriam
sistit in Decand. Fl. fr. Suppl. p. 507. Circa Narbonnam
Pourret, circa Barreges Ramond legit. OEN. Lachenali,
foliis radicalibus subbipinnatis, foliolis longe cuneiformibus,
superne tridentatis obtusis, caulinis superioribus pinnatis, fo-
liolis lineari-lanceolatis integris subfalcatis Gmel. Fl. bad. I.
p. 678, a clo. Decandolle Suppl. Fl. fr. p. 506. cum? ad no-
vam suam speciem, OEN. rhenanam, ducitur; convenit utrius-
que descriptio: Decandolle enim petit radices cylindricas,
longas, nigricantes, caulem vix striatum, foliola radicalia cu-
neiformia, dentata, caulina bipinnata foliolis linearibus; petio-
los basi non in vaginam membranaceam dilatatos, umbellam e

radiis 6-8, involuero foliolis 4-6-linearibus; umbellulas floribus copiosis parvis, involucellis 5-6-phyllis; fructus parvos oblongos coronatos. Anne haec ignota nobis OENANTHE involucreta Cavan.?

3. (*O. approximata* Mérat; radice fibris cylindricis crassiusculis, foliis radicalibus pinnatis, foliolis subconformibus trilobis, lobis ovatis obtusis integerrimis, caulinarum lobis linearibus, involuero nullo. Mérat Fl. paris. p. 115. Decand. Suppl. Fl. fr. p. 507. *Oe. pimpinelloides* Thuill. Fl. par. ed. 2. p. 146.

Caulis erectus parum sulcatus, *O. pimpinelloide* minor; lobi foliorum caulinarum semper latiores quam in *pimpinelloide*, umbella univ. radiis 6-8, partial. floribus copiosissimis densis involucellis 5-6 linearibus; fructus ovatus coronatus. In humidis circa Paris, Mareoussis, Montmorency. 4. Cls. Sprengel non recepit.) Sch.

4. *O. gymnorhiza* Brignol.; radice fasciculata subcarnosa, foliis subbipinnatis, foliolis omnibus linearibus, involuero oligophyllo. *Oe. pimpinelloides* Timm Flor. megapol. p. 47. Fl. Dan. p. 1454. *Oe. megapolitana* Willd. in Berl. Mag. III. p. 297. *Oe. gymnorhiza* Brignol. plant. Forojul. p. 21. Spreng. Umbell. Spec. p. 103. *Oe. peucedanoides* Wredow Meklenb. Fl. I. p. 516. (*Oe. peucedanifolia*) Bertolon. Amoen. ital. p. 240.

In prato udo ad Warnemünde, Megalopol., in agro veneto, littorali austriaco, et ad mare adriaticum. ♂. *OEN. ambigua* Nuttall Gen. Amer. plant. I. p. 189. ita describitur, ut ad hanc possit referri. („*OEN. gymnorhizae* radix albida, subcarnosa; caulis erectus 3-ped. simpliciusculus, teres, striato-sulcatus, foliosus, inferne calami scriptorii crassitie. Folia radicalia bi-, caulina superiora simpliciter pinnata; petioli omnes basi vaginantes, superiorum loco mere vaginae. Foliola omnia lineari lanceolata, integerrima, pleraque pollicem fere longa. Umbellae terminales pedunculis sulcatis, radiis subdenis. Involucrum univ. foliolis ternis lineari-foliiformibus umbellâ parum brevioribus; parziale foliolis senis, lineari-lanceolatis, umbellam subaequantibus. Flores albi. Fructus subprismaticus, jugis 5 acutis.“ Spreng.) Sch.

(Obs. In Barton Compend. p. 143 invenimus *Oe. ambiguam* caule laevi paucifolio, foliis pinnatifidis, foliolis 3-5-jugis anguste linearibus longis integerrimis, omnibus sessilibus acutis subtus glaucis, involuero di-tryphyllo, umbellâ terminali subsolitariâ. Huc tanquam synonymon ducitur *SIUM tenuifolium* Pursh, quod in Pursh non invenimus. Rad. dicitur 2, tuberosa (cum?). Caulis gracilis striatus glaber fistulosus teres. Folia remota vaginis angustis, 4-5 per omnem caulem; foliola 5-6 poll., 2 lin. lata, crassiuscula, rarius bisida, margine albicante scabriuscula. Umbella parva potius quam magna, radiis elongatis. Umbellulae globosae, flosculis sessilibus abortivis. Involucella foliolis

pluribus filiformi-subulatis. Cal. distinctus. Petala cordato-inflexa. Styli brevissimi basi peltato-dilatati. Fructus glaber planus subellipticus.) Sch.

5. *O. peucedanifolia* Poll.; radice tuberosâ, caule angulato, foliis omnibus linearibus, radicalibus bipinnatis, caulinis pinnatis, involucrio universali subnullo. *Oen. angustifolia* Lobel Hist. p. 420. Ic. 729. *Bulbocastanum* Jemina Dalech. p. 773. *Filipendula angustifolia* Ger. em. p. 1059. *Park. theatr.* p. 894. *Oenanthe aquatica angustifolia* Moris, Sect. IX. t. 7. *Oenanthe* Hall, stirp. Helv. n. 756. *OENANTHE peucedanifolia* Pollich palat. t. 3. (*Lam. Enc.* IV. p. 530.) *Willd. Spec.* I. p. 1442. (*Smith Fl. Brit.* p. 319.) *Engl. bot.* p. 348. *Decand. Fl. franc.* IV. p. 296. *Lapeyr. Hist. pl. pyr.* p. 158. *Baumgart. transsylv.* I. p. 240. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 196. *Spreng. Umbell. Spec.* p. 104. *Nuttall Gen. Amer. pl.* I. p. 190. (*OEN. peucedanoides* Roth Beytr. I. p. 19, n. 33.) *OEN. patens* Mönch meth. p. 91. *OEN. filipenduloides* Thuill. paris. ed. 2. p. 146. *OEN. Pollichii* Gmel. bad. I. p. 679. *OEN. dubia* Roth (fide Poir.)

In Palatinatu, Helvetia, Gallia, Transsylvania, Anglia, Graecia et ipsa America boreali. 2. („Umbella radiata.“ *Linn.* „A simili *gymnorhizâ* differt: radice esculentâ, caule sulcato, umbellae radiis rigidioribus praeter characteres datos.“ *Spreng.* „Radicis tubera conferta elliptica sessilia. Caulis firmior quam in *pimpinelloide*, crassior, angulato-teres, striatus, foliosus, parum ramosus. Folia ut in diagnosi, foliola acuta. Umbellae radii firmiores, minusque numerosae quam in *OEN. pimpinelloide*. Inv. univ. nullum. Umbellulae multiflorae planae, disco saepius rubrae, radio albae. Involucella polyphylla, Cal. erectiusculus valde irregularis.“ *Smith.*) Sch.

(*Obs.* III. *Marsch. a Bieb. in Suppl. Fl. Taur. Cauc.* p. 230 *OENANTHEM* hanc *peucedanifoliam* *Smith* (qui tamen et *Pollich* et *Willd. l. c.* laudat, quod caeterum nonnisi rarissime penes illum) *OENANTHE silaifoliam* dicit, et distinguit specie ab *OENANTHE peucedanifolia* *Pollich.* Illi *OEN. silaifolia* foliis subconformibus, laciniis inferiorum lanceolatis, superiorum linearibus, involucrio nullo, tuberculis radicalibus fusiformibus. Faciem et staturam, addit, esse *OEN. peucedanifoliae* *Poll.* sed differre ab hac foliorum laciniis in univ. brevioribus, praesertim foliis inferioribus valde abbreviatis atque dilatatis; umbellis 3-6, nec 7-10 radiatis, corollis aequalibus, denique radicis tuberibus non ovatis sessilibus fibrâ elongatâ terminatis, sed oblongis utrinque attenuatis. Involucella *silaifoliae* polyphylla brevissima, foliolis lanceolatis albido-marginatis; fructus subsessiles obtusa costati. Solet una alterave umbellula vel in totum vel flosculis ambitus longius pedicellatis esse sterilis.) Sch.

6. *O. virgata* Poir.; radice tuberosâ, foliis radicalibus

subbipinnatis, laciniis linearibus mucronatis, caulinis ternato-pinnatis linearibus elongatis, involucre polyphylo, caule ramisque sulcatis virgatis. *Oen. staphylini folio aliquatenus accedens* J. Bauh. Hist. III. p. 191. *OEN. virgata* Poir. voy. en Barbar. II. p. 138. Enc. IV. p. 529. Pers. Syn. I. p. 318. Spreng. Umb. Spec. p. 105. *OEN. daucifolia* Link in Herb.

In Numidia et Lusitania. 2. („Similis pimpinelloidi, recedit habitu virgato diffuso, foliorum radicalium formâ, ambitu ovatorum, laciniis remotiusculis lineari-lanceolatis. In hortis *OEN. proliferae* nomine occurrit.“ Spreng. Ob stylo- rum longitudinem insignem *stylosam* rectius dici *Poiret* Enc. Suppl. IV. p. 153. Caules 3-4 ped., ramis elongatis, gracilibus, parum foliosis. Folia caulina superiora fere filiformia.) Sch.

7. * *O. prolifera*; radice tuberosâ, foliis bipinnatis; foliolis cuneatis obtuse lobatis crenatis, umbellis capitatis proliferis, radiis abortientibus. *Oenanthe cretica* P. n. bald. ital. p. 213. *Oenanthe stellata cretica* P. Alpin. exot. p. 304. Park. theat. 894. *Oen. prolifera apula* Bauh. pin. p. 163. *Moris. Sect. IX. t. 7.* *Tournef. Inst. p. 313.* *OEN. prolifera* Linn. Hort. Upsal. p. 63. *Jacq. Hort. vind. III. t. 62.* *Willd. Spec. I. p. 1441.* *Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 195.* *Spreng. Umbell. Spec. p. 105.*

In Lycia, Creta, Calabria. 2. („Umbellae universalis radii laterales 3-4, divaricati, horizontales, flosculis masculis. Disci flosculi sessiles, conferti in hemisphaerium, hermaphroditi.“ Linn. *Poiret* radicem fibrosam, *Alpinus* tuberosam dicit, quem sequitur cum *Jacquin* els. *Sprengel.* Umbellae primordiales capitatae, involucre destitutae, e quibus radii 10-15 rigidi, subulati, 2 poll., quorum umbellae flosculos masculos abortientes gerunt. Hinc semper capitula fertilia radiis numerosis inanibus cincta. *Spreng.* Tubera plura teretia utrinque attenuata longa, foris sordide fuscescentia. Caulis 1 1/2 ped. erectus parum ramosus angulato-striatus. Folia subtriplicato-pinnata. Involucr. univ. nullum, aut foliolo uno alterove subulato, part. foliolis pluribus lanceolato-linearibus acuminatis inaequalibus brevibus. Umb. univ. radiis 5-8 striatis, crassulis, patulis. Cal. dentibus 5 acutis inaequalibus. Petala alba longe cordata, apice subulato longissimo inflexo. Antherae fuscescentes. Fructus inverse conici, apice costis stellatis; semina sulcis 5. *Jacq.*) Sch.

8. * *O. globulosa*; radice tuberosâ, foliis pinnatis, foliolis radicalibus lanceolatis incisissimis, caulinis linearibus remotiusculis elongatis, involucre nullo, involucellis umbellas superantibus, fructibus subglobosis. *Oen. lusitanica* semine crassiore globoso. *Tourn. Inst. p. 313.* *OEN. globulosa* Linn. Spec. p. 365.

Gouan Ill. p. 18. t. 9. *Willd. Spec. I. p. 1442.*
Desfont. Atl. I. p. 257. *Brotero Fl. lusit. I. p. 421.*
Decand. Fl. fr. IV. p. 296. *Allion. Pedem. n. 1343.*
Spreng. Umb. Spec. p. 106. OEN. diffusa (glaberrima,
 caule diffuso inferne compresso, foliis caulinis pinnatis linea-
 ribus planis, umbellâ subnudâ, umbellulis involucreatis, flori-
 bus subradiatis, fructibus globosis.) *Lagasc. Gen. et Spec.*
nov. Diagn. p. 13. (n. 167.)

In Lusitania, Hispania baetica, Occitania et Nami-
dia. 4. („Radices etiam in hac *Filipendulae.*“ *Linn.*
Rad. napiformis, Gouan. „Folia radicalia longe petiolata
 subquadrijuga, foliolis erectiusculis inciso-pinnatifidis, trifidis,
 laciniis remotiusculis acutis. Caulis 1 1/2 ped., glaber, teres,
 foliis e vaginis longissimis saepe subdigitalibus, foliis subter-
 natis pinnatifidis lineari-lanceolatis 2 poll., 3 lin. latis, inte-
 gerrimis. Umbella oppositifolia, radiis 3-4 (5-6) inaequalibus
 subdigitalibus. Umbellulae fasciculatae, post anthesin capita-
 tae, involucellis sub 10-phyllis, linearibus. Flores albi. Fruc-
 tus globulosi 5-striati.“ *Spreng. Involucr. nullum, 1-2-phyll-*
lum; umbellulae confertae 12-15-florae; involucella longitu-
dine florum. Styli lin. 2 longi. Gouan.) Sch.

9. * *O. crocata*; radice tuberosâ, caule ramoso sulcato,
 foliis bipinnatis nitidis, foliolis omnibus ovato-cuneatis inci-
 sis venosis, involucris polyphyllis obtusiusculis. *Oenanthe*
cicutae folio Lobel adv. p. 326. Ic. 730. *Oenanthe III.*
Dalechamp. p. 783. *Filipendula Cicutae Jacie Ger.*
em. p. 1059. *Parkins. theatr. p. 894.* *Filipendula*
III. Tabern. p. 419. *Oenanthe succo viroso J. Bauh.*
Hist. III. p. 193. *Moris. Sect. IX. t. 7.* *Oreoseli-*
num rotundifolium hispanicum Barrel. Ic. p. 350. *Apium*
macedonicum Insitanicum Grisl. virid. p. 19. *OENANTHE*
crocata Linn. Sp. p. 365. *Jacq. Hort. vind. III. t. 55.*
(Plenck. off. t. 226.) *Willd. Spec. I. p. 1441.* *Engl.*
bot. p. 2313. *Besser Fl. galic. II. p. 350.* *β. OEN.*
apifolia Brot. Fl. lusit. I. p. 420. *Willd. Enum. p.*
 316 haudquaquam vere differt.

Ad ripas Tamesis in Anglia, Galicia et Hispania. 2.
 (In *Linn. Spec. 365. OENANTH. crocatae* subscribitur: „Umb.
 univ. radii angulati; involucr. univ. polyphyllum magnum.“
 In edit. *Willd.* vero „Caulis rufus. Folia alia pinnata, alia
 sed saepius bipinnata; foliola cuneata incisa laevia lineata.
 Pedunculi angulati striati. Involucrum universale nullum. Pe-
 tala alba inflexa, tamen acuta. Antherae fuscae.“ *Linn.*
 „Rad. fere *peucedanifoliae*, tuberibus in crura quasi abeuntibus,
 sordide albentibus. Caulis 2 ped., angulato-striatus, parum
 flexuosus, medullâ solidiore. Foliola subinde ternata obtusa.
 Invol. univ. paucifolium breve, parziale polyphyllum. Umbel-
 lae raras erectae, convexae, partiales densae, ambitu steriles.
 Gal. foliolis parvis acutis. Petala alba cordata, exteriora in

flösculis extimis paulo majora. Filamenta capillaria petalis paulo longiora. Antherae fuscae. Styli albi subulati erecti longi. Semina oblonga obtusa cinerea vix sapida, costis 5 elevatis. *Jacq.* qui succum croceum nullum plorare.) *Sch.*

(*Obs.* OE. *apiifolia Brotero*; foliis radicalibus et caulinis bipinnatis tripinnatisque, supremis pinnatis, foliolis omnium cuneiformibus inciso-serratis striatis, fructu oblongiusculo striato subtereti. *Brotero Fl. lusit. p. 420. Fl. lusit. Fasc. I. n. 16.* OE. *apiifolio Tournef. Sabbat. H. rom. V. t. 84.*, cujus et varietas: β foliolis tenuioribus, lineari-lanceolatis, habitu minori, est affinis *orocatae*, sed, praeter characteres datos, succo aqueo, nec croceo, (ut supra *Jacquin*) scapet, β rarior, fors species distincta. *Ad margines rivulorum et in humidis umbrosis ad Mundam prope Conimbricam et alibi in Beira.* — β . *Mundae.* 4.) *Sch.*

10. O. *Phellandrium Lam.*; caule ramoso fistuloso sulcato, foliis subtripinnatis, foliolis divaricatis ovatis inciso-dentatis, pedunculis axillaribus, involucre nullo. *Cicutaria palustris Lobel Hist. p. 424. Ic. 735. Ger. em. p. 1063. Park. theat. p. 933. Dodon. p. 591. Phellandrium J. Bauh. Hist. III. p. 184. Moris. Sect. IX. Riv. pent. PHELLANDRIUM aquaticum Linn. Spec. t. 7. p. 366. Fl. Dan. p. 1154. Willd. Spec. I. p. 1444. (Smith Fl. Brit. p. 311.) Engl. bot. p. 684. Schk. t. 71. (Svensk. bot. p. 155. Plench. off. t. 210. Hoffm. Umb. 2. ed. I. p. 72. t. 1. f. 17. Hayne getr. Darst. t. 40. Hall. Helv. p. 757.) Pursh Fl. Sept. Amer. p. 195. LIGUSTICUM Phellandrium Crantz Austr. p. 200. (Roth Germ. II. p. 321.) OENANTHE aquatica Lam. Enc. IV. p. 530. OEN. Phellandrium Lam. Fl. franc. III. p. 432. Decand. Fl. franc. IV. p. 295.*

In aquis *Europae (Tauriae meridionalis quoque) et Americae borealis.* 4. (*Linnaeus* habet β . *Millefolium aquaticum umbellatum Coriandri folio. Bauh. pin. p. 216. Matth. II. p. 484. Rai angl. III. p. 216*, in fluviis amplioribus profundioribus. Nostrum saltem bavarum, ut etiam britannicum, semper bienne, licet radix fusiformis satis crassa. Caulis teres, ramis folisque divaricatis. Umbellae oppositifoliae patentes radiatae umbellulis densissimis. Involucella polyphylla, setacea. Flores albi, exteriores majores. *Smith.*) *Sch.*

(*Obs.* Differre ab OENANTHE *Inv. univ. nullo*, floribus omnibus hermaphroditis pedunculatis, nec in radio sterilibus, sessilibus in disco; dentibus calycis distinctis, 2 majoribus, nec membranâ connatis, 3 majoribus; petalis subaequalibus patulis obcordatis, laciniâ brevi rectâ, nec difformibus radiantibus longis obliquis; fructu ovato-oblongo teretiusculo, nec ovato-cylindrico anguloso, vittis succenturiatis 4 basi integrâ vix excavatâ, nec minutissimis 5-6, basi annulo calloso cum protuberantia excavata; vittis convergentibus nec parallelis; spermapodophoro pedicellato nec sessili. *Hoffm. l. c.*) *Sch.*

11. *O. interrupta* Thunb.; caule simplici tereti glabro subaphyllo, foliis radicalibus petiolatis ternatim compositis, foliolis oblongis sinuato-pinnatifidis mucronato-dentatis, infimis reflexis, involucre pentaphyllo. (OEN. foliis interrupte-bipinnatis; laciniis inciso-serratis.) Thunb. Prodr. p. 50. (Fl. Cap. II. p. 195.) Willd. Spec. I. p. 1443. Spreng. Umb. Spec. p. 107 sed plura speciei Thunbergii haud congrua ex autopsia mutavi.

In terra nigra ad Promont. b. Sp. Anyswortel incolarum. Caulis teres striatus basi villosus erectus pedalis. Rami pauci, cauli similes. Folia radicalia plura, basi lata amplexicauli, subsessilia, plana, glabra. Pinnae oppositae decurrentes in rachide eroso-dentata, ut interrupte-pinnata videantur folia, inciso-pinnatifida, laciniis denticulatis. Stipulae articulos vaginantes lanceolatae integrae. Umbellae terminales. Pedunculi inaequalis radii longiores striati. Pedicelli brevissimi. Involucra circiter 5-phylla; foliolis lanceolatis setaceo-acutis. Corolla alba. Semina ovata glabra, Thunb. in Fl. cap. l. c.; in litt. apud Spreng. l. c.: fructus vero prismatici subovati, jugis 5 acutis. In Prom. b. spei, Swartland prope Luris rivier et alibi.) Sch.

12. *O. inebrians* Thunb.; foliis bipinnatis asperis, foliolis inferioribus ovatis inciso-dentatis, superioribus pinnatifidis, laciniis linearibus dentatis, involucris polyphyllis. (OEN. foliorum inferiorum pinnis ovatis superiorum linearibus; petiolis angulatis.) Thunb. Prodr. p. 49. (Fl. Cap. II. p. 193.) Willd. Spec. I. p. 1443. Spreng. Umbell. Spec. p. 108. OEN. capense. Houttuyn Pflanz. Syst. VI. p. 139. t. 45. f. 2?

In Monte tabulari. 4. Caulis inanis teres striatus totus glaber erectus simplex pedalis et ultra. Rami alterni in summitate caulis patentes subfastigiati aphylli, stipulis s. ramentis ovatis. Folia alterna aspera difformia bipinnata: inferiorum pinnae inciso-dentatae; superiorum dentatae. Petioli asperi, angulis acutis pallidis, amplexicaules vaginantes pollicares usque palmares. Umbellae radiis 20 laterales et terminales, in pedunculis digitalibus aphyllis stipulatis. Involucra polyphylla lineari-lanceolata, umbellis multo breviora. Flores albi. Fructus prismatico-oblongi, jugis 5 acutis. Thunb. Fl. cap. et apud Spreng. in litt. In Prom. b. Spei, proclivis Taffelberg et montibus Mosterts-hoek.) Sch.

13. *O. tennifolia* Thunb.; foliis bipinnatis, summis indivisis, foliolis lineari-lanceolatis rigidiusculis inciso-pinnatifidis, laciniis scabris mucronatis canaliculatis, involucris setaceis brevissimis, fructuum costis subalatis. (OEN. foliis bipinnatis; pinnis linearibus summis indivisis.) Thunb. Prodr. p. 49. (Fl. Cap. II. p. 194.) Willd. Spec. I. p. 1443. Spreng. Umb. Spec. p. 109.

Ad Prom. b. Spei. Videtur alius esse generis. (Caulis teres striatus erectus simplex 2-ped. et ultra, totus omnibus partibus glaber. Folia alterna petiolata; intima bipinnata, pinnae lineares incisae; superiora pinnata. Petioli erecti vaginantes angulati, canaliculati, in folia conspicue abeuntes. Umbellae in pedunculis alternis subfastigiatis, terminales. Involucra lineari-setacea brevissima. Semina oblonga membranaceo-angulata, calyce minus quam pistillis coronata. *Thunb.* et *Spreng. l. c.* CNIDIUM? PLEUOSPERMUM?) Sch.

14. *O. ferulacea Thunb.*; foliis supradecompositis, foliolis lanceolatis acutis utrinque sulcatis, involucris oligophyllis. (OEN. foliis supradecompositis pinnulis subulatis sulcatis.) *Thunb. Prodr. p. 50. (Fl. Cap. II. p. 194.) Willd. Spec. I. p. 1443. Spreng. Umb. Spec. p. 109.*

In Prom. b. Spei. (Caulis erectus teres striatus totus glaber 1 1/2 ped. Rami in supremo caule pauci. Folia basi vaginantia, vaginâ latâ membranaceâ emarginatâ supradecomposite-pinnatifida, glabra; lacinae lanceolatae acutae supra unisulcatae, subtus bisulcatae. Umbellae terminales. Involucrum universale et partialia ex foliis aliquot lanceolatis acuminatis glabris. Semina oblonga striata glabra. *Thunb.* In proclivis altis Taffelberg.) Sch.

15. *O. filiformis Lam.*; foliis simplicibus filiformibus striatis obtusiusculis, caule flexuoso, involucrio triphylo. *Lam. Ill. t. 203. f. 2. Enc. IV. p. 529. Spreng. Umb. Spec. p. 110.* SESELI *filifolium Thunb.* foliis filiformibus; (caule flexuoso-erecto.) *Thunb. Prodr. p. 51. (Fl. Cap. II. p. 205. Willd. Spec. I. p. 1458.) OEN. carolinensis Walth. Fl. Carol. 113. Pursh Fl. Sept. Amer. p. 194. Nuttall Gen. Amer. plant. I. p. 189.*

In Monte tabulari Prom. b. Spei. et in Carolina. *Waltheri* planta, haud ulterius definita, si vera est OENANTHE, huc certe pertinet. Caulis basi decumbens filiformis striatus totus glaber palmaris usque spithamaeus. Rami pauci cauli similes. Folia alterna simplicia lineari-filiformia striata flexuoso-erecta 2 poll. et palmaria. Umbellae terminales subglobosae. Involucrum universale circiter 5-phyllum; partialia 4-phylla; foliola lanceolata acuminata erecta. Semina coronata perianthio 5-dentato et stylis persistentibus striata glabra. *Thunb.* In collibus extra urbem Cap et alibi.) Sch.

Obs. I. Simillima videtur *SIO filifolio Thunb.*, sed differt: foliis longioribus palmaribus obtusiusculis, involucris oligophyllis multo brevioribus, fructibus coronatis. Spr.) Sch.

Obs. II. Descriptio OEN. *filiformis Lam. l. c.*, ad quam *O. filiformis Walth.* foliis fistulosis nonnisi cum? ducebatur a clo. *Lam.* haud ita bene convenit cum descriptione *Thunbergiana*. Caulis in *O. filiformi Lam.* circiter pedalis et ultra, firmus, durus, subflexuosus, substriatus, basi fusco-purpureus, nudiusculus, fasciculo foliorum 7-8 ad basin. Folia (ut in diagnosi) erecta firma basi dilatata membranacea 5-6

poll., caulina similia breviora. Umbellae univ. et part. radii aequales, erecti, involucrorum foliolis angustis acutissimis. Radioli in umbellula non capitata, ut in reliquis, breves. Cor. alba parva. Fructus oblongus tenuis teres, pistillis 2 brevibus recurvis.) Sch.

16. *O. exaltata* Thunb.; caule striato; seminibus turbinatis striatis. Thunb. Prodr. p. 50. (Fl. Cap. II. p. 195.) Willd. Spec. I, p. 1445.

Ad Prom. b. Spei. (Caulis teres glaber purpurascens flexuosus erectus 3-ped. Rami pauci similes. Stipulae in articulis lanceolatae. Folia nulla mihi obvia in planta, quae dudum defloruerat. Umbellae terminales. Involucra lanceolata seminaeque glabra. Thunb.) Sch.

17. *O. nodiflora* Schousb.; caule prostrato, foliis bipinnatis, foliolis planis cuneiformibus, dentatis, umbellis (terminalibus et) lateralibus sessilibus, fructuum costis scabris. Schousb. Marocc. p. 120. Poir. Enc. Suppl. IV. p. 155.

Circa Mogadore. 4. (Radices simplices fibrosae; caules sulcato-angulati 6-10 poll. et ultra; folia erecta, foliola pinnatifida subpetiolata, laciniis linearibus basi dilatatis, lobis 2-3 acutis; petioli saepe torti, vaginantes, basi dilatati, membranâ albidâ; umbella radiis 7-10 inaequalibus, umbellulis planis parvis radiis 10-12 brevibus, centrali sessili; involucr. univ. foliolis 3 subulatis, caducis, part. foliolis 7-10 linearibus, persistentibus; cor. alba, petalis ovatis subulatis apice reflexis. Semina costis 5 obtusis. Poir. In notis ill. de Schlechtendal ad specimen Herb. Willd. habitus dicitur *Conium dichotomi* et differre ab hoc foliolis latioribus minus divisis acutioribus, seminibus glabris striatis, nec tuberculatis.) Sch.

18. *O. Huanaca* Spreng.; caule tereti nudo stricto, foliis radicalibus digitatis longe petiolatis, foliolis quinquepartitis setaceis, involucri foliolis trifidis. HUANACA acaulis. Cav. Ic. p. 6. t. 508. f. 2. (Poir. Enc. Suppl. III. p. 68. Pers. Syn. I. p. 317.)

In America meridionali (port. Deseado.) (Radices crassae; caules simplices rigidi nudi teretes 6-8 poll.; folia omnia radicalia, petiolis rigidis filiformibus 1 1/2 poll., basi dilatatis margine subciliatis, foliolis 5 setaceis, foliolo singulo ad basin usque diviso in foliola simplicissima setacea, exterioribus brevioribus. Umbellae terminales tres, centralis fertilis brevius, laterales longius pedunculatae, floribus plerumque masculis. Invol. univ. e foliolis angustis linearibus apice trifidis, part. e foliolis brevissimis lanceolatis. Cav.) Sch.

(Quid: OENANTHE australis Wulf. Dorpat. 1810 — 19? O. glauca Descaud. Cat. Taurin. 1813 — 15?) Sch.

1181. A P I U M.

1. * *A. graveolens*; caule sulcato ramoso, foliis pinna-
tis, foliolis caulinis cuneiformibus incisiss, umbellis subsessi-
libus. *Apium. Brunfels. III. p. 107. Matthiol. ed.*
Vulgris. p. 403. Apium Matthioli Dalech. p. 701.
Park. theat. p. 926. Rivin. pent. Eleoselinum
Dodon. p. 695. Lobel Ic. p. 707. Ger. emac.
p. 1012. Apium sylvestre Dodonaei J. Bauh. Hist. III.
p. 188. Apium palustre et officinarum. Moris. Sect.
IX. t. 9. APIUM graveolens Linn. Spec. p. 379. Willd.
Spec. I. p. 1475. Smith Fl. brit. p. 333. Poirer
Enc. meth. V. p. 192. Hoffm. Umb. ed. 2. I. p. 76. t.
v. f. 8. p. 209. t. 1. B. f. 4. a. Plenck off. t. 217.
Fl. Dan. p. 790. Engl. bot. p. 1210. Schk. t. 78.
(Hall. Helv. n. 784. SESELI graveolens Scop. carn. 2.
n. 360. SIUM Apium Roth Germ. I. p. 128. II. p. 339.
SIUM graveolens Vest Man. bot. p. 517.)

In paludosis per totam Europam (et in Caucaso) ♂. Va-
rietas culta APIUM dulce dicitur. (Est haec APIUM graveolens
β. Willd. Spec. I. p. 1475. A. dulce Celleri Itatorum.
Tournef. Inst. 305. A. dulce foliis erectis, petiolis lon-
gissimis, foliolis quinquelobatis serratis. Mill. dict. n. 5.
APIUM Celleri Gaertn. I. t. 22. f. 9. Distinguimus ad-
huc cum divo Miller: γ. APIUM napaceum, foliis patu-
lis, petiolis brevibus, foliolis quinis, serratis, radice rotundā.
Mill. Dict. n. 6. δ. APIUM lusitanicum, foliis radicalibus
trilobatis, caulinis quinquelobatis crenatis. Mill. Dict. n. 7.
In spontaneo acri foetido venenato radix fusiformis; caules pa-
tuli elongati foliosi glabri; folia lucida ternata, foliolis cunea-
tis incisiss; umbellae terminales et laterales, subinde sessiles.
Invol. saepe nullum. Flores albidi, parvi. Smith.) Sch.

2. * *A. Petroselinum*; caule ramoso angulato, foliis de-
compositis lucidis, foliolis inferioribus ovato-cuneatis trifido-
dentatis, superioribus lanceolatis integriusculis, involucellis
filiformibus. *Petroselinon Brunfels. III. p. 121. Lo-*
bel Ic. p. 706. Apium hortense Dodon. p. 694. Ge-
rard. em. p. 1012. Tabern. p. 164. Moris.
Sect. IX. t. 8. (f. 2.) APIUM tenuifolium Riv. pentap.
(APIUM Petroselinum Hort. Cliff. 108. Willd. Spec. I.
p. 1475. Plenck off. t. 218. Poirer Enc. meth.
T. V. p. 193. PETROSELINUM Hoffm. Umb. 2. ed. I. p.
78. t. 1. f. 7. APIUM vulgare Lam. Fl. fr. III. n. 1027.
β. APIUM crispum foliis radicalibus amplioribus crispis, cau-
linis ovato-multifidis. Mill. Dict. n. 2. Riv. pent.
APIUM vel Petroselinum crispum Bauh. pin. p. 153. Ta-
bern. Ic. p. 90. Moris. l. c. f. 3. γ. APIUM lati-
folium, foliis radicalibus trifidis serratis, petiolis longissimis.

Mill. Dict. p. 3.
Hist. III. p. 2. 99.)

A. hortense magnum angl. Bauh.

In Sardinia, Graecia, maxime in monte Atho, (in Syria.) ♂.

(Obs. I. „In PETROSELINO invol. univ. submonophyllum, parziale polyphyllum, nec nullum ut in APIO graveolente; flores disci frequenter steriles; cal. subdenticulatus, nec nullus. Petala ovata, lacinulâ longe lanceolatâ acutâ inflexâ, nec subrotunda, lacinulâ brevi obtusâ; stamina corollâ longiora, nec aequalia; stylopodium elevatum breve conicum, nec depressum; styli erecti divergentes, nec convergentes; fructus ovatus, calyce coronatus, nec subrotundus; semina ovato-oblonga, costis filiformibus obtusis, nec exsertis acutiusculis; valliculae membranâ fugaci, nec nudae; spermapodium teretiusculum bipartitum, nec compressum indivisum; spermadoph. exasperatum nec nudum. Hoffm.) Sch.

(Obs. II. Varietates sic dictae APII graveolentis et Petroselini per innumeram annorum seriem e seminibus persistentes, licet cultae sub climate diversissimo, Botanicis acutius observandae. Zuccagni Cent. n. 67. (Bömer Collect. I. p. 135) specie distinxit APIUM romanum, foliis caulinis biternatis, foliolis mucronatis incisissimis, ad quod AP. hortense maximum C. Bauh. pin. et J. Bauh. Hist. III. 2. p. 99 synonyma ducit, quodque in agro florentino nomine Petroselini romani colitur. Raub. ? Caulis bicubitalis, nodosus, ramosus, glaber, ut tota planta. Folia radicalia maxima tripinnata, lucida, lobis incisissimis; caulina triternata breviora amplexicaulia, inferiora varie incisa, superiora simplicia lanceolata. Petiolus canaliculatus, basi in bursam ampliatus. Umbella univ. radiis sub-17. Involucr. univ. 1-raro 3-phyllum, persistens, foliolis lineari-lanceolatis, mucronatis; parziale polyphyllum, foliolis linearibus canaliculatis inaequalibus. Cal. denticulis 5 minimis. Petala aequalia integra inflexa sublutea. Filamenta setosa, corollâ duplo longiora. Germen obcordatum lucidum. Styli 2 deflexi persistentes. Stigmata obtusa. Fructus cordiformis turgidus costatus glaber. Zuccagni.) Sch.

3. A. prostratum Labill.; caule procumbente flexuoso, foliis quinato-pinnatis, foliolis cuneatis inciso-dentatis, pedunculis oppositifoliis, involuero submonophyllo. (A. nodiflorum, procumbens, umbellis sessilibus pedunculatisque; involucri monophyllis aut nullis.) Labill. nov. Holl. I. p. 76. t. 103. (Ventenat jard. de Malm. t. 81.)

In Terra Diemen. („Radices simplices perpendiculares; caules debiles striati ramosi; foliola ovata, tribus ultimis confluentibus; folia suprema saepe ternata; involucri lanceolatum subinde nullum; radii 4-8 subaequales; umbellulae nudae 5-10-florae; cal. integerrimus brevissimus; petala ovata incurva acuminata; stamina vix longitudine petalorum; fructus ovatus costis 5 convexis.“ Poiret.) Sch.

4. A. involucratum Roxb.; (glaucum villosam, foliolis superioribus filiformibus; involucri et involucellis subsexphyl-

lis.) *Roxb. MS.* apud *Fleming ind. medicin. in asiatic Researches* XI. p. 157. plane ignotum; certe aliud genus.

(Colitur in *Bengalia*. ☉.)

5. (*A. ternatum Willd.*; foliis ternatis, foliolis trilobis serratis basi rotundatis cuneatisve. *Reliqu. Willd. MS.*

In montibus ad Ochotsk. Pallas. 4.) Sch.

1182. M E U M.

1. * *M. athamanticum Jacq.*; caule simpliciusculo, foliis omnibus supradecompositis setaceis, foliolis subverticillatis, vaginis petiolorum dilatatis, involucro submonophyllo, involucellis subdimidiatis. *Meum Dodon. p. 305.* *Lobel Hist. p. 449.* *Meum I. Matthiol. ed. Bauh. p. 24.* *Dalech. p. 758.* *Ger. em. p. 1052.* *Tabern. p. 189.* *J. Bauh. Hist. III. p. 11.* *Parkins. p. 888.* *Rivin. pentap. Daucus Meum Clus. Hist. II. p. 198.* *Meum athamanticum Moris. Sect. IX. t. 2. Jacq. Austr. t. 303.* (*Smith Brit. p. 308.* *Plench t. 201.* *Hayne t. b. t. 6. f. 4.*) *Lapeyr. Hist. pyren. p. 159.* *Baumg. transsylv. I. p. 244.* *ATHAMANTA Meum Linn. Spec. p. 353.* (*Hall. Helv. n. 761.*)

AETHUSA Meum (Syst. Veg. p. 287. *Lam. Enc. meth. I. p. 47.)* *Ait. Kew. ed. 1. I. p. 354.* *Willd. Spec. I. p. 1447.* *Besser Fl. gal. II. p. 350.* *SESELL Meum Scop. Carn. n. 352.* *LIGUSTICUM Meum Crantz Austr. I. p. 199.* *Lam. Enc. III. p. 577.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 310.* (*LIGUSTICUM capillaceum Lam. Fl. fr. III. p. 454.*)

In alpihus Pyrenaeis, Cottiis, Penninis, Rhaeticis, Noricis, Carniis ipsisque Dinariis. 4. (,Involuerum univ. nullum, rarius monophyllum; partialia vero lateralialia ut in hoc „(AETHUSAE)“ genere)“ *Linn.* Tota glabra, aromatica. Rad. praelonga, crassitie digiti, extus fusca. Caulis suberectus teres, fistulosus, superne striatus, plus minus pedalis, superne folio ramoque uno alterove. Petioli compressi, nec sulcati aut striati. Pinnae molles, laete virentes, valde contiguae. Involucr. lineare acutum; involucella e foliolis paucis setaceis longitudine umbellulae. Umbella convexa, petalis ovatis acutiusculis concavis, ochroleuco-albis, patentissimis, apice parumper inflexo. Filamenta patentissima petalis duplo longiora, antheris ochroleucis. Flores plures steriles. *Jacq. Smith*

oblonga acuta fusca glabra striis 5 elevatis. *Smith petit in sua: invol. paucifolium foliolis linearibus apice plerumque tripartitis, saepe monophyllum vel omnino nullum; involucella polyphylla linearia integra vel apice pinnatifido-incisa; flores albos vel rubicundos, uniformes, calyce obsole,*

to; petala lanceolata; fructus parum compressos costis acutis, et forsā vix distinctum a Ligustici genere monet.) Sch.

2. * *M. heterophyllum* *Mönch*; caule diffuso ramosissimo, foliis radicalibus pinnatis, foliolis subrotundis inciso-lobatis serratis, caulinis lineari-filiformibus, involucri nullo. *Daucus* III. *Dalech.* p. 711. *Bunium* *Dalech.* p. 775. *J. Bānh.* *Hist.* III. p. 29. *Parkins.* p. 899. *Saxifraga* λεπτοφυλλοπηγανώδης *Rich. de Bellev.* Ic. t. 210. *Saxifraga petroselini folio* *Moris.* *Sect.* IX. t. 2. CARUM *Bunius* *Linn.* *Syst. nat.* ed. 12. p. 733. *Jacq.* *Hort. vind.* t. 198. (C. umbellis 7-fidis, foliis radicalibus ternatis quinatisque, caulinis bipinnatis linearibus, summis setaceis.) *Gouan* *Ill.* p. 20. *AETHUSA* *Bunius* *Linn.* *Spec. ed. Reich.* I. p. 703. *Willd.* *Spec.* I. p. 1446. *Decand.* *Fl. franc* IV. p. 293. *Lapeyr.* *Hist. pyren.* p. 159. *SESELI* *Saxifragum* *Linn.* *Spec.* p. 374. e *Gouan* *Ill.* p. 21 testimonio fide dignissimo. Deleatur itaque hoc synonymon *SESELI elati* *Umb.* *Spec.* p. 118. (sed, quoad synonymon *Linn.* *Spec.* p. 374, recipiendum *Ses. Saxifragum* *Willd.* *Spec.* I. p. 1463. *Sium* *Saxifragum* *Roth* *Germ.* I. p. 128. II. p. 338.) ? *SESELI* *Saxifragum* *Besser* *Fl. galic.* II. p. 351. *AETHUSA montana* *Lam.* *Enc.* I. p. 47. (*Fl. fr.* n. 1229. *SESELI* *Bunius* *Vill.* *Delph.* II. p. 588.) (β. *AETHUSA* *Bunius capillacea* *Decand.* *Monsp.* p. 1815.)

In Pyrenaeis. ♂. (Linnaeus suae *AETHUSAE* *Bunio* e *Pyrenaeis* subscripsit: „Folia radicalia pinnata, foliolis ovatis pinnatifidis, incisis, lucidis. F. caulina (*Carvi*) bipinnata, linearia, angustissima. Petioli vaginantes margine involuti. Involucra lateris exterioris, terna saepius, setacea, flosculis longiora. Umbellae 7-fidae, umbellulae 7-florae. Flores albi aequales abortivi. Semina oblongiuscula, sulcata costis 3 dorsalibus membranaceo-compressis.“ *SESELI* vero *Saxifrago* ad lacum genevensē inque Germania lecto: „Planta pedalis. Caulis filiformis ramosus et subramosus divaricatus teres tenuis. Folia parva duplicato-ternata linearia raro lobata. Umbellae nudae, pedunculis 6 saepius; umbellulae involucratae flosculis 6 ad 8: involucella setacea.“ *Facies PIMPINELLAE minoris.* Rad. ramosa odore et sapore *Carotae* suavissimo. Caulis rigidus striatus laevis, statim a basi paniculato-ramosus, divaricatus, debilior et simplicior in herbidis. Cotyledones petiolati elliptici. Folia primaria quaedam cordata triloba, lobis tridentatis, alia quinqueloba dein ternata. Caulina infima pinnata pinnulis 5, lateralibus ovatis dentatis trifidis, lobo infimo s. exteriorē profundius secto; pinnula terminalis subcordata etiam triloba, lobis trilobis dentatis. Vaginae vix conspicuae integrae. Folia caulina caetera, rameaque pinnata, pinnulis etiam 5, angustissimis valde laciniatis, vaginis latioribus. Pedunculi omnes oppositifolii divaricati, 1/2 poll., internodiis longiores. Umbellae nudae aut ligula unica, radiis 4-7, semi-

uncialibus. Involucella dimidiata, foliolis subulatis 3-4. Flores saepe 10 albi. Semina glabra magnitudine Milii, striis 3, (5 *Jacquin.*) Cultae caulis 2-ped., rufescens. *Gouan.*) Sch.

3. * *M. Mutellina Gaertn.*; caule simpliciusculo, vaginis petiolorum dilatatis membranaceis, foliis bipinnatifidis ovatis, foliolis multifido-pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis, involucre nullo, involucellis lanceolatis. *Daucus montanus Clus. pannon. p. 700. Caesalp. VII. p. 17. Mutellina J. Bauh. Hist. III. p. 66. Parkins. p. 889. Selseli Hall. n. 763. PHELLANDRIUM Mutellina Linn. Spec. p. 366. Willd. Spec. I. p. 1444. Jacq. Austr. t. 56. LIGUSTICUM Mutellina Crantz Austr. p. 198. Allion. pedemont. t. 60. f. 1. Decand. Fl. fr. IV. p. 310. OENANTHE purpurea Lam. Enc. IV. 530. (ARTHUSA Mutellina Lam. Enc. meth. I. p. 47. Fl. fr. 1025. n. 2.) MEUM Mutellina Gaertn. fruct. I. p. 106. t. 23. Spreng. Prodr. p. 32. Baumgart. transsylv. I. p. 245.*

In alpebus omnibus Europae mediae (inque Sibiria) 4. Umbella belle purpurea, odor aromaticus. („Folia Chaerophylli, involucella longitudine umbellarum.“ *Linn.* Tota glabra. Rad. longa, tenuior, extus fusca, culta multiceps. Caulis 1/2-ped., teres, striatus. Folia nitida, facie saturatius virentia. Folia caulina 1-2, saepe nulla. Involucrum unifolium aut nullum, rarius polyphyllum, parziale e foliolis tenuibus, radios aequantibus, 5-7, interioribus saepe deficientibus. Umbella densa convexa. Flores odorati. Petala rosea rubrave, subovata acuta, exteriora parum majora, apicibus sine crena notabili inflexis. Filamenta petalis longiora, antheris purpureis. Cal. 5-dentatus minimus in fructu persistens. Semina ovato-oblonga fusca quadrisulcata. *Jacq.*) Sch.

4. * *M. Foeniculum Spreng.*; caule superne ramoso, foliis biternatis, foliolis lineari-filiformibus glaucis pinnatifido-trifidis, involucellis nullis. *Foeniculum Brunfels II. p. 20. Matth. ed. Valgris. p. 408. Dodon. p. 297. J. Lobel Hist. p. 448. Gerard. emac. p. 1032. Park. Bauh. Hist. III. p. 3. Dalech. p. 688. Moris. Sect. IX. theatr. p. 884. Rivin pentapet. Foeniculum (fructibus ANETHUM Foeniculum (fructibus Willd. Spec. I. 2. Hall. n. 760. Decand. Fl. ovatis) Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 722. Smith Prodr. I. p. 1469. Lam. Enc. I. p. 170. Engl. bot. p. 1208. (M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n. Mill. franc. IV. p. 340. Pl. graec. I. p. 203. Suppl. p. 249. Smith Brit. p. 329. FOENICULUM officinale Pl. t. 13. Plenck t. 216.) FOENICULUM vulgare Gaertn. Allion. pedem. IV. p. 1359. Baumgart. transsylv. I. p. 245. fruct. I. p. 105. Hoffm. Umb. ed. 2. I. p. 120. t. 1. f. 13. e. p. 208. p. 210.*

t. 1. B. f. 1. 12.) MEUM *Foeniculum Spreng. Prodr.*
 p. 32. (LIGUSTICUM *Foeniculum Roth germ. I. p. 124.*)
 β. *Foeniculum dulce. C. Bauh. p. 147.* γ. *Foeniculum*
lusitanicum minus Tournef. Inst. p. 311. Anethum
sylvestre minus C. Bauh. Prodr. p. 76. ANETHUM *sege-*
tum (foliis caulinis tribus, fructibus ovalibus) Linn. Mant.
p. 219. Jacq. *Hort. vind. t. 132.* (Willd. *Spec. I.*
p. 1469.)

In Anglia, Gallia meridionali, Hispania, Transsylvania (Bavaria) et Graecia, (Caucaso prov. Schirvan)
 ☉. ♂. 4. (M. a. B. Varietas γ radice annuâ praeprimis insignitur, sed alias congruit.

(Obs. Linnaeus A. *Foeniculi* tres distinxit varietates: β. *Foeniculum vulgare germanicum Bauh. pin. p. 147.* γ. *Foeniculum vulgare italicum, semine oblongo, gustu acuto. Bauh. pin. p. 147.* δ. *Foeniculum sylvestre Bauh. pin. 147, et patriam subscripsit Narbonam, Aremoriam, Maderam et culta oleracea Germaniae: sed colitur etiam in China et Cochinchina fide Loureiro Fl. Coch. I. p. 226.* ANETHO *segetum* e Lusitania a Vandelli vero subscripsit: „Caulis spithamaeus teres laevis visu striatus, rore glaucus. Rami 3-4 alterni, patentes longitudine caulis. Folia tria, bi-tripinnata, laevia, filiformia, linearia, plana, foliolis alternatim subdivisis. Folium summum tritermatum; foliolis simillimis sed indivisis. Inv. univ. et part. nullum, sed rudimentum. Umbella convexa patula dispersa. Umbellulae 9 flosculo centrali abortiente. Cor. flosculosa flava. Petala involuta, longitudine staminum. Styli 2 conici persistentes. Fructus ovals convexiusculi, striis 3 elevatis.“ Descriptio haec minime convenit cum A. *Foeniculo*, cui „caulis 4 ped. erectus, ramosissimus foliosus teres striatus glaber, folia tripinnata foliolis setaceis longissimis, glabris, atro-viridibus, dependentibus. Umbellae terminales magnae multiradiatae planiusculae; flores aurei; fructus compressus utrinque tricostatus, sine margine membranaceo.“ Smith. Hoffmann in SYLLABO *umbellif. officin. p. 4.* *Foeniculi* sequentes distinxit varietates: α. *dulce Ehrh. Beytr. b. vulgare Regn. t. 115. c. romanum TENORIA romana Schk. t. 70. f. 712.* FOEN. *azoricum?* In *Umb. Gen. ed. 1. p. 120.* MEUM *Foeniculum* genere distinxit ab ANETHO *graveolente (PASTINACA Anetho Spreng.)* involucre subinde submonophyllo, caliculo nullo, nisi margine tumido repando, petalis subaequalibus inflexis carinatis apice obtuse emarginatis elongatis, staminibus incurvis, stigmatibus sessilibus, stylopodio sessili pulvinateo, stylis demum erectis, germine oblongo plicato striato, fructu elliptico-ovato-oblongo, paulo latiore quam crasso, stylopodio conico rugoso, rhapshe marginatâ, seminibus ovato-oblongis ellipticis jugis obtusis costatis, valleculis membranâ subsolutâ rugulosâ plicatâ, latusculis contractis vix marginatis, vittis longitudinalibus aequalibus, reliquis punctato-rugulosis cellulosis, spermapodio rigido fere bipartito, spermapode h. ruguloso. Brotero *Foeniculum* a nostro fere alienum describere videtur *II. lusit. p. 465.* tum ait: „Caulis 4-6 ped. altus, ramosus, glaber ut tota planta. Umbellulae multae et multiflorae. Flores flavi fere omnes fertiles. Semina subovalia, hinc convexa, lineis in universum 5 elevatis, rotundatis. *Foeniculum dulce* illi, varietas in hortis circa Olisiponem culta est foliis

dulcioribus, minoribus, caule humiliori, umbellis tamen majoribus, fructu paulo longiore, dulcioreque, radice annua; sed sationibus repetitis et coitu florali ad *sylvestre* demum redit. Occurrit etiam prope Olisiponem varietas: *Foeniculum rigidum*, foliis majoribus, foliolis latioribus, rigidioribus, submucronatis, laxioribus. *Frequens ad vias, muros, sepes, in saxosis asperis in Lusitania.* Trienne. Cfs. *Decandolle Cat. Monsp.* 1813 *ANETHUM dulce* fructibus ovatis subcompressis, foliis radicalibus distichis tripinnatis, lobis capillaceis, supremorum lobis raris longissimis; *Hort. monsp. ined.* t. 96, *Foen. dulce C. Bauh. pin.* 147., *J. Bauh. Hist.* III. p. 2. p. 4. Ic., *Targ. Cors. agr.* II. p. 52 specie distinguit ab *A. Foeniculo vulgari*, a quo, praeter characteres datos, culturâ a multis saeculis persistens, differt: staturâ minori; vaginis amplexantibus compressis fere ut in *AVENA planiculmi*; fructibus majoribus magis compressis colore dilutiore gustu minus fervido; florescentiâ eodem, quo sata vere fuit, anno; umbellis radiis 6-8, nec 15-20; turionibus dulcibus edulibus, nec acribus fervidis; frigoris impatientiâ multo majore. 4. dicit *Decandolle*; *Brotero* (C.) Sch.

5. (*M. piperitum*; fructibus ovatis, foliorum superiorum pinnulis subulatis, brevissimis rigidis crassis, *ANETHUM piperitum Bertolon. Amoen. ital.* p. 21. *Ucria ap. Römer Arch.* II. p. 68. *A. foeniculum β. piperitum Decand. Cat. pl. Hort. bot. monsp.* p. 79. n. 27. *Foenic. Asininum foliis crispis sive Millefolii graveolens. Cupan. Hort. Cathol.* p. 79.

Folia radicalia similia *M. Foeniculi*, sed caulina superiora descripta, nec filiformia elongata flaccida; vaginae superiores quasi aphyllae; umbellae minus confertae. Fructus ovati, urente sapore fervidi. *Semina e Panormo missa a clo. Bivona-Bernardi*, nec unquam, culta per plures annos, faciem mutavere. *Decandolle* eandem plantam siccam e *Narbona* tulit. Cfs. *Sprengel* hanc speciem non recepit.) Sch.

6. *M. sibiricum Spreng.*; caule ramoso subangulato, foliis supradecompositis, foliolis pinnatifidis, laciniis linearibus elongatis acuminatis margine scabris, involucris nullis. *Spreng. Pug.* II. p. 56. *Umb. Spec.* p. 113.

In Sibiria. 4. Radix alta, luxurians. Caulis orgyalis. Flores ochroleuci. Venit in hortis nominibus innumeris, praesertim *PEUCEDANI arenarii Kit.* etc. (Rad. fusiformis, crassitie digiti, brachii saepe longitudine. Caulis basi scipionis aut calami crassitie. Petioli dodrantales, ter quaterve tripartiti. Folia ambitu ovato-lanceolata, foliola ultima trifida, laciniis integerrimis cuspidatis. Umbellae terminales longe pedunculatae, radiis 20 et ultra. Inv. univ. nullum, part. foliolo uno alterove brevissimo. Flores lutei. *Spreng.*) Sch.

7. * *M. inundatum Spreng.*; caule repente, foliis pinnatis submersis capillaribus, foliolis emersis cuneiformibus inciso-trifidis, umbellis bifidis. *Sium aquaticum pumilum*

Moris. Sect. IX. t. 5. Sium minimum umbellatum Plukn. t. 61. f. 3. Sium Hall. n. 780. Sison inundatum Linn. Fl. suec. ed. II. p. 90. Fl. Dan. p. 89. Engl. bot. p. 227. (Liljebl. svensk. Fl. p. 120.) Willd. Spec. I. p. 1437. Loisel. Fl. gall. I. p. 169. Lapeyr. Hist. pyren. p. 158. Sium inundatum Lam. Enc. I. p. 407. (Roth germ. I. p. 128. II. p. 336.) Decand. Fl. franc. IV. p. 303. Hydrocotyle inundata Smith Fl. brit. I. p. 290. Meum inundatum Spreng. Umb. Spec. p. 115. β . fol. omnibus capillaceis, caule suberecto. (Schumacher. Zael. I. p. 90.)

In Helvetiae, Galliae, Angliae, Daniae et (Germaniae) Sueciae paludosis. 4. (Habitus Hydrocotyles, fructus Mei; esset Sium, nisi involucrium universale deesset. Caules teretes glabri natantes. Petioli patentibus basi vaginantes glabri. Folia ambitu lanceolata, 4-6-juga; pedunculi oppositifolii bifidi patentibus pollicares. Umbella sub-5-flora fasciculata. Inv. univ. nullum, parziale tetraphyllum, foliolis lanceolatis umbellâ brevioribus. Flores albi. Fructus jugis 5 acutiusculis. Spreng. Foliola emersa saepe pinnatifida, submersa decomposita. Petala acuta subaequalia. Smith.) Sch.

1183. S M Y R N I U M.

1. * *S. Olusatrum*; foliis ternatis, foliolis ovatis serratis, vaginis foliorum lacero-ciliatis, caule simplici, involucriis brevissimis, floribus polygamis. *Hipposelinum Fuchs p. 327. Dpdon. p. 698. Lobel Icon. p. 708. Ger. em. p. 1019. Tabern. p. 242. Parkins. p. 930. Smyrnum Matth. ed. Valgris. p. 405. Dalech. p. 707. Macerone J. Bauh. Hist. III. p. 126. Smyrnum semine magno nigro Moris. Sect. IX. t. 4. Sm. Matthioli Tournef. Inst. p. 316. Sm. Olusatrum Linn. Spec. p. 376. Willd. Spec. I. p. 1467. (Smith Brit. p. 328.) Engl. bot. p. 230. Lam. Enc. p. 665. Ill. t. 204. Decand. Fl. fr. IV. p. 340. Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 203.*

In Anglia, Gallia, Italia, Graecia (Hispania, Belgio) locis humidis. ♂. Flores flavo-virides. Odor Apii graveolentis. (,Folia radicalia triternata, caulina ternata, suprema opposita ternata. Flores disci masculi: radiales hermaphroditi." Linn. „Rad. carnosa ramosa. Herba lucida pallide virens, glabra, aromatica, subdulcis. Caulis teres sulcatus. Foliola lata, varia, inciso-serrata, subpetiolata. Petiulus basi ventricosus. Umbellae terminales globosae multiradiatae. Flores virentes. Fructus didymus niger utrinque tricostratus." Smith.) Sch.

(Obs. Utrum SM. *Olusatrum*, foliis caulinis ternatis petiolatis serratis oppositis, vaginis margine lanuginosis Brotero Fl. lusit. p. 466 re-

verâ huc? Caulis 2-5 ped., angulosus, glaber, ut tota planta. Folia radicalia triternata, foliolis ovatis, crenatis. Flores flavi, in umbellulis disci abortivi. Involucella interdum brevissima; fructus niger, lateribus compressus. In humosis umbrosis ad sepes, saxosa, muros, circa *Conimbricam*, *Olisiponem*, ♂ et trienne.) Sch.

2. **S. Dodonaei* Spr.; foliis radicalibus subbipinnatis inciso-lobatis, caulinis superioribus subrotundis integerrimis perfoliatis, caule tereti. *Umb. Spec.* p. 24. SM. *Amani montis Dodon.* p. 698. *Lobel advers.* p. 316. *Jc.* p. 709. *Dalech.* p. 707. f. 2. SM. *creticum verum J. Bauh.* *Hist.* III. p. 125. *Parkins.* p. 930. *Ger. emac.* p. 1024. *Tabern.* p. 242. SM. *rotundifolium Mill.* *Dict. n.* 2. SM. *perfoliatum a Lam. Enc.* III. p. 266. (SM. *perfoliatum Linn. H. Cliff.* p. 104. *Willd. Spec.* I. p. 1467. quoad syn. *Dodonaei* et patriam *Italiam* et *Cretam*. SM. *perfoliatum Herb. Sieb.*)

In *Hispaniae* et *Italiae* montibus. ♂. (Rad. tuberoso-fusiformis, crassitie et longitudine *Rapae* minoris, extus nigra, gustu suavis. Caulis cubitalis, simpliciusculus, teres ad pedunculos usque, glaber. Folia radicalia petiolis late vaginantibus, pollicaribus. Folia pallida glabra, foliolis ovatis inciso-serratis, basi plerumque attenuatis, 3-4 lin. longis. Folia caulina bina inferiora triloba serrulata, vaginâ laxè amplexicauli. Umbellae ex axillis summorum foliorum, pedunculis 1-1 1/2 poll., teretibus, glabris, univ. radiis 10 fere, part. 15-20. Invol. part. nullum, praeter folia summa. Flosculi flavi aut lutescentes. Cor. caduca petalis inflexis. Stamina longitudine petalorum. Fructus ovato-globosi atrii, marginibus turgidis, albimine ad raphin semilunari. Spr.) Sch.

(Obs. „*Smyrnum Tabern.* folia radicalia triternata, caulina simplicia crenata exhibens et nostro (*Dioscoridis*) plane adaequatum, cur ad SM. *Dodonaei* referat cl. *Sprengel*, equidem non perspicio.“ *M. a Bieb. Suppl.* I. c. — *Lamarck* I. c. in α et β petit et describit caulem alatum, qualem etiam *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 513 describit in SM. *perfoliato*, *S. Amani montis Dodon.* jungens cum SM. *perfoliato Kit.*) Sch.

3. *S. Dioscoridis* Spr.; foliis radicalibus triternatis integris, caulinis superioribus ovatis denticulatis amplexicaulibus, caule superne quadrialato. *Umb. Spec.* p. 25. (M. a Bieb. *Fl. Taur. Suppl.* p. 248.) SM. *creticum Matthiol. ed. Valgris.* p. 774. *ed. Bauh.* p. 566. *Dalech.* p. 707 fig. inf. *Moris. Sect. IX. t.* 4. SM. *Hipposelinum Column. Ecphr.* II. p. 21. SM. *perfoliatum Mill. Dict. n.* 3. *Waldst. et Kitaib. pannon.* I. t. 23. SM. *perfoliatum β . Lam. Enc.* III. p. 666. (SM. *perfoliatum Broter. Fl. lus.* p. 466. *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n.* 592. *Ejusd. Casp.* p. 80. *Gül-denst. It. I.* p. 190. 424. *Decand. Fl. fr.* 6. *Suppl.*

p. 513. n. 3524 a. *Sibth. Fl. graec. t. 289.* (quoad synonym. Dioscoridis.)

In montosis Apuliae, in agro Fluminensi, in sylvis Provinciae et circa Posonium in Pannonia, (in monte Kobel prope Theben, et Lusitaniae Paialvo, in Graecia et Cypro.)
 4. (© Brotero. ♂ Sibth.) (Rad. biennis, napiformis, digitum aut pollicem crassa, raro ultra pollices 2-3 longa, extus pallide fusca. Caulis solitarius 1 1/2-3 ped., crassitie pennae anserinae aut digiti minimi, basi teretiusculus, superne alis pallidis subdenticulatis ternis, quartâ a dorso foliorum decurrente. Rami ancipites diphylli subsimplices. Folia et foliola (1 1/2 poll.) subcordato-ovata inciso- et inaequaliter grosse serrata, serraturis acumine albido, superiora crenata; folia radicali proxima biternata, sequens ternatum trilobumve, superiora subhastato-cordata, lobis incumbentibus, vaginâ ciliatâ brevissimâ. Foliola cordata, vel cordato-ovata, infima minora. Inv. nullum. Umbella primaria radiis 5-7, reliquae 8-10, inaequales, 1/2-2 poll. Umbellulae pedicellis 10-20. Flosculi nunc omnes fertiles, nunc omnes steriles. Petala flava caduca parva basi ovata concava acuminata inflexa. Stamina petalis longiora patentia antheris luteis. Germen luteum. Semina subrotunda, latere interiore eminenter carinato, nec plano, stylo reflexo, atra, dorso tricostata, inter costas striata. Herba viridi-flavescens, graveolens, intacta pecori. *Waldst. Hit.*) Sch.

(Obs. *Sm. perfoliatum Waldst. Hit.*, quae eadem cum planta ex. *M. a Bieb.*, ab utraque differre statuit Comes a *Sternberg* in *Act. Soc. bot. Ratisb. a. 1815. p. 32.*) Sch.

4. * *S. cordatum Walt.*; foliis radicalibus simplicibus cordatis crenatis, caulinis ternatis serratis, umbellis terminalibus. *Sm. folio infimo cordato Gron. virg. p. 31.* *Sm. cordatum Walth. Carol. p. 114.* (Sm. foliis radicalibus suborbiculato-cordatis crenatis, caulinis petiolatis trifoliatis, supremis tripartitis, umbellâ radiis brevibus.) *Michaux bor. Amer. p. 170.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 196.* *Catal. plant. nov. eborac. p. 32.* *Spreng. Umb. Spec. p. 28.* *Sison trifoliatum* (foliis omnibus trifoliatis, foliolis dentatis, inferioribus ovalibus 2-3-lobis, superioribus ovali lanceolatis, umbellâ terminali solitariâ pedunculatâ, seminibus subrotundis.) *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 168.* (*Pursh Fl. Sept. Amer. p. 194.*) *Willd. Enum. p. 314. 315.* *Hornem. Hort. Reg. Havn. II. p. 960.* *SMYRNIUM trifoliatum Mühlenb. Catal. p. 31.* *Barton Compend. Fl. philadelph. I. p. 146.*

In Pennsylvaniae et Virginiae montosis. 4. (Rad. subtuberosa. Caulis simpliciusculus rigidus 1 1/2 ped. fusco-purpureus subangulatus flexuosus, crassitie pennae gallinae, in spontaneis pubescens, apice ramo uno alterove. Petioli radicales digitales crassitie fili lintei, basi vaginâ latâ. Folia radi-

calia vix pollicis, $1\frac{1}{2}$ poll. lata, subcoriacea, utrinque glabra, nervosa, venoso-reticulata; caulina 4-5 raro quinata, lateralia semicordata, medium oblongo-ovatum basi attenuatum integerimum, margine subcartilagineo subpurpureo. Umbellae pedunculatae folio caulino uno alterove remotius suffultae 8-10-radiatae. Involucra nulla nisi foliola aliquot linearia basi umb. univ. Flosculi lutei atropurpurei. Petala inflexa. Fructus ovato-globulosi atri tricostati marginibus turgidis, albumine ad raphen semilunari. *Spreng. l. c. ubi vero Sm. atropurpureum Lam. excludendum.*) Sch.

(Obs. *Barton et Pursh* huc ducunt: *THAPSIAM trifoliatam Linn.*; *CNIDIUM trifoliatum Cusson*; *SMYRNIUM cordatum Walt. Pursh.* Folia huic radicalia suborbiculato-cordata, caulina superiora tripartita, umbellae radiis brevibus.) Sch.

5. * *S. nudicaule MB.*; foliis radicalibus biternatis, foliolis cuneatis inciso-dentatis acuminatis, caule tereti nudo superne ramoso, involucris involucellisque oligophyllis. *Sm. nudicaule Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 238 excl. synonym. (Suppl. p. 248.) Spreng. Umb. Spec. p. 20. t. 4. f. 7. (Hoffm. Ill. Umb. p. 11. PIMPINELLA Danaa Bieb. Casp. p. 163. App. (excl. syn. Allion.) S. lusitanicum minus Apii foliis. Tournef. Inst. p. 316. ex auctopsiâ Herb. Tournef. Marsch. a Bieb.*

In sylvis *Caucasi*. 4. Homonyma planta *Purshii* 196 a *Nuttallio* ad *FERULAM* amandata. (Brachialis, radice tuberoso-fibrosâ albidâ. Folia sempervirentia, radicalia numerosa, petiolis palmaribus. Foliola subbipinnatifida, profunde incisa, 2 poll., poll. lata, basi integerrima, laciniis incisissimis inaequaliter dentatis, utrinque glabris. Caulis glaber inferne crassitie pennae anserinae, foliolis tenuibus incisissimis paucissimis, ut fere aphyllus, ramis 3-4. Umbellae terminales longe pedunculatae, radii universalis 10, part. 15. Petala emarginata, obcordata. Stamina corollam aequantia. Antherae albae. Fructus fusconigri corticati subglobosi tristriati, albumine ad raphen excavato semilunari. *Spr.*) Sch.

(Obs. „Semina immatura facile comprimuntur et nucleum liberum ipsis minorem fovere videntur, matura vero evadunt solida, ut in congeneribus, et utriculosa non sunt.“ *M. a Bieb. Suppl. p. 249*, qui *LIGUSTICUM cornubiense* huc trahit.)

6. *S. laterale Thunb.*; foliis pinnatis ternatisque, foliolis obovatis inciso-lobatis mucronato-dentatis, umbellis lateralibus subsessilibus, involucellis oligophyllis. *Sm. foliis caulinis ternatis incisissimis serratis; umbellis lateralibus sessilibus. Thunb. Prodr. p. 51. (Fl. Cap. II. p. 206.) Willd. Spec. I. p. 1467. Spreng. Umb. Spec. p. 29.*

In *Prom. b. Spei ad Hantum*. (Caulis teres striatus totus glaber erectus pedalis et ultra. Rami alterni, cauli similes, (erecto-patentes, glabri). Folia omnia petiolata ternato-pin-

nata, (inferiora bijuga cum impari,) lobi inferiores petiolati subtrifidi omnes incisi serrati obtusi glabri mucronati. Petioli lineares glabri, inferiores palmares, superiores basi dilatati, vaginantes, membranâ excisâ et scariosâ sensim breviores superne. Umbellae involucris nullis, (umbellae axillares, foliis suffultae, radiis 5-7). Pedicelli angulati scabridi, universales unguiculares, partiales brevissimi. (Involucelli quandoque vestigium oligophyllum. Flosculi albi. Petala inflexa. Styli divaricati. Fructus immaturus globosus pubescens. An generis?) *Thunb. et Spreng.*) Sch.

7. * *S. aegyptiacum*; foliis floralibus binis simplicibus cordatis integerrimis. *Amoen. acad.* IV. p. 270. (*Cent.* p. 25 *Willd. Spec.* I. p. 1467.)

Ex Aegypto Hasselquistias attulit: nemo praeterea recognovit. („Folia infra pedunculos communes bina opposita ovata amplexicaulia integerrima. Flores lutei; involucra nulla; magnitudo vulgaris.“ *Linn.* l. c.) Sch.

8. *S. apifolium Willd.*; foliis caulinis cuneiformibus obtusis trifidis dentatis, involucris involucellisque nullis. *Sm. creticum paludapii folio. Tournef. Cor.* p. 23. *Sm. apifolium Willd. Spec.* I. p. 1468. *Poir. Enc. Suppl.* III. p. 568.

In Creta. („Vidi tantum ramum cum umbellis seminiferis. Involucr. univ. et part. nullum.“ *Willd.* l. c. Plantam hanc a nemine recentiorum in statu perfectiore visam describit sequentibus *cls. de Vest* in litt.“ Caulis angulatus glaber. Folia alterna, haud longe petiolata, absque vaginis, trifida, basi attenuata, lobis obtusis subtridentatis. Umbella oppositifolia. Involucr. nullum. Radii sulcati 5-6 cum centrali brevissimo. Involucell. nullum. Radioli conferti, plures. Fructus vix magnitudine seminis *Cannabis* subglobosus subcompressus glaber. Semina hinc convexa, lineis 3 pallidis. Styli reflexi. Folia haud magna remota plantae speciem aphyllam fere tribuunt. In *Sm. Olusatro* petioli membranacei vaginantes, folia caulina tripartita, laciniis lanceolatis incisis, umbella terminalis et in dichotomia, involucra foliacea, radii numerosi graciles. Specimen nostrum a *clo. Sieber Lassiti* lectum sine foliis radicalibus inferioribusque caulinis, ramos superne oppositos foliis ad axillas integris lobatisve ovatis oppositis stipatos sistit. Rami singuli medio stipantur pari foliorum ovatorum, grosse dentato-serratorum sessilium, folio altero semper minore. Umbella terminalis primaria lateralibus brevius pedunculata. Umb. univ. radii 12-20, totidem et in umbellulis in centro sterilibus. Petala parva, siccata pallide flavicantia. Semina nigro-fusca glaberrima.) Sch.

1184. C A C H R Y S.

* *Cortice laevi.*

I. * *C. odontalgica Pall.*; foliis radicalibus tripinnatis

incano-pubescentibus, foliolis linearibus abbreviatis subtrifidis, caule nudo, involucri oligophyllis. *Pall. Reise III. app. n. 75. t. 9.* *Linn. Suppl. p. 181.* *Willd. Spec. l. p. 1409.* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 217. (Suppl. p. 216.)* *Hoffm. Umb. I. p. 176. p. 214. t. 5. f. 2. 4. f. et praef. p. 32.* *C. callosperma Pall. It. III. p. 663.)*

In desertis limosis aridissimis Sibiriae Tauriae et Caucasi.

4. („Radix longissima saporis acerrimi et aromatici, unde vi sialagogâ praestat usum in odontalgia catarrhali.“ *Linn.* „Invol. univ. et part. et cal. desunt. Petala aequalia ovato-lanceolata acuta, (flava). Sem. obovato-oblonga glaberrima tertia. Commiss. plana. Integumentum exterius crassissimum fungosum siccum aequabile fragile candidum, interius tenue spadicium. Membrana albuminis (epispermium) sparganophora multivittata, albumine corneo concavo involuto vix connata. Embryo grandiusculus, cotyledonibus ovatis deorsum divaricatis.“ *Hoffm. l. c. p. 176.* „Folia tri-quadrifida pinnata; petioli secundarii longi iterum in petiolos divisi, quibus insident foliola unguicularia pinnato-partita, pinnis digitatis, laciniis linearibus approximatis. Umbellae terminales in pedunculis longis umbellatis, ad quorum basin folia caulina brevius composita. Involucrum subunifolium, breve. Radii longi graciles, involucellis subdiphyllis; radiolis multo brevioribus.“ *De Vest in litt. ad specim. Pallas.) Sch.*

2. *C. Morisonii Allion.*; foliis supradecompositis glabris, foliolis multifidis setaceis subdivaricatis, involucri oligophyllis. *Cachrys semine fungoso laevi. Moris. Umb. t. 3. Garidel Aix p. 73. t. 113.* *C. Libanotis Sauv. Fl. monsp. p. 105.* *Gouan Ill. p. 12.* *Lam. Fl. fr. III. p. 467.* *C. laevigata Lam. Enc. I. p. 256. (Brotero Fl. Insit. p. 434.)* *Decand. Fl. fr. IV. p. 344.* *C. Morisonii Allion aust. p. 23.* *Vahl Symb. III. p. 49.* *Willd. Spec. I. p. 1409.* *Lapeyr. Hist. pyren. p. 150.* *C. peucedanoides Desfont. Atl. I. p. 250.*

In Gallia australi et Numidia. 4. Huc sine dubio *C.*

humilis (fol. supradecompositis glabris, foliolis linearibus trifidis mucronatis, seminibus glabriusculis) *Schousb. Marocc. p. 119.*

(„In *C. Morisonii* caulis striatus teres glaber ramosus. Rami oppositi terni vel quaterni. Folia quadripinnata foliolis angustissimis. Semina oblonga valde fungosa unguicularia glaberrima absque costis elevatis.“ *Vahl.* „Rad. brachiata carnosa, ramis cubitalibus pollicem crassis. Caulis a basi ramosus, paniculato-sphaericus, virens, nitens. Folia ambitu triangulari, foliolis vix lin. 3 longis. Folia summa tantum quadruplicato-pinnata. Umbellae terminales maximae, diametro subspithamali, radiis 16-20 subaequalibus biuncialibus. Invol. univ. varium ratione loci, ad umbellas principes ut in *Dauco* et *Ammi*, sub reliquis nullum vel 1-phyllum. Umbellulae omnes parvae, radiis 14-16, 1/3-1/2 unc. Involucella

filiformia inaequalia simplicissima. Flores flavi." *Gouan.*
 Planta ill. *Schousboe* in imperii marocconi Promont. *Spar-*
rel canescens spithamaea, caule ramoso tereti sulcato nudo.
 Folia triplicato pinnata carnosae, similia *Crithmi*. Umbellae
 axillares et terminales sessiles. Inv. e foliolis 5 lanceolatis
 margine membranaceis, involucella 5-6-phylla, radiis duplo
 breviora. Semina sulcata.) *Sch.*

* * *Cortice angulato, valleculis planiusculis.*

3. * *C. Libanotis*; foliis bipinnatis, foliolis trifidis lineari-
 ribus subpungentibus, involucris polyphyllis. *Rosmarinum*
Matthiol. ed. Valgris p. 413. *Libanotis Dodon.*
p. 306. *Lobel Hist. p. 433.* *Cachrys verior Lobel*
Jc. p. 783. *Ger. em. p. 1010.* *Libanotis cachryfera*
Dalech. p. 764. *Parkins. theat. p. 882.* *J. Bauh.*
Hist III. p. 40. *Grisl. virid. ed. Seguier. p. 56.* *Li-*
banotis ferulae folio, Bocc. Mus. t. 123. *Cachr. se-*
mine fungoso sulcato. Moris. Sect. IX. t. 1. f. 6. *C. Li-*
banotis Linn. Spec. p. 335. *Vahl Symb. III. p. 49.*
Willd. Spec. I. p. 1409. *Lam. Enc. I. p. 259.*
 (*Schkuhr Handb. t. 65.*)

In Sicilia. Gallia meridionali, Mauritania.) An
 vere distincta *C. sphaerocarpa*, (fol. supradecompositis setaceis
 multifidis subinermibus, fructibus subrotundis sulcatis laevi-
 bus) *Tenore Fl. neap. prodr. XIX. Synops. p. 39?* Folia sub-
 nermia dicuntur. (Rad. in *Libanotide* crassa, alba, ramosa,
 aromatica. Caulis crassus teres substriatus 2-3-ped. Folia
 ampla, superiora opposita. Flores flavi.) *Sch.*

4. * *C. maritima Spr.*; foliis triternatis, foliolis lineari-
 lanceolatis carnosis acutiusculis, involucris polyphyllis. *Crith-*
imum C. Gesner in Cord. Hist. f. 201 a. *Dodon. p.*
705. *Ger. em. p. 533.* *Tabern. p. 299.* *J. Bauh.*
Hist. III. p. 194. *Moris. Sect. IX. t. 7.* *Zanni-*
chel t. 9. *Foeniculum marinum Lobel Ic. p. 392.*
CRITHMUM maritimum Linn. Hort. Ups. p. 61. *Spec. ed.*
Reich. I. p. 680. *Jacq. Hort. vind. t. 187.* *Scop.*
Carn. n. 367. *Lam. Enc. I. p. 347.* *Willd. Spec.*
I. p. 1407. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 216.*
 (Suppl. p. 215.) *Desfont. Atl. I. p. 248.* (Smith *Brit.*
p. 306.) *Engl. Bot. p. 819.* *Decand. Fl. franc.*
IV. p. 317. *Bertolon. Amoen. ital. p. 138.* *Lapeyr.*
Hist. pyren. p. 150. *Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 189.*
 (*Hoffm. Umb. ed. 2. I. p. 176.*)

In litoribus maris mediterranei, Ponti Euxini et Anglici. 2.
 („Caules laeves simplicissimi. Folia triternata (medio saepe
 5-phylo). Foliola linearia acuta carnosae lucida. Petiolus
 crassitie folioli. Involucrum 5-phyllum. Involucella 7-phylla

brevia." *Linn.* Rad. ramosa tortuosa multiceps. Caules subpedales erectiusculi teretes foliosi parum ramosi. Foliola lanceolata acuta integerrima glabra glaucescentia recurvato-adscendentia. Umbellae hemisphaericae congestae flavescens. Involuer. utrumque e foliolis ovato lanceolatis concavis patentibus. Petala inflexa, basi lata. Fructus ovali-oblongus subspongiosus glaber." *Smith.) Sch.*

*** *Cortice angulato, jugis subalatis.*

5. * *C. alata MB.*; foliis supradecompositis hirtis, foliolis ternatis linearibus subulatis, involucellis abbreviatis, alis fructuum undulatis. *C. orientalis ferulae folio Tourn.* *Cor. p. 23. It. II. p. 286. Ic.* LASERPITIUM *ferulaceum* *Linn. Spec. p. 358.* *Lam, Enc. III. p. 426.* *Willd. Spec. I. p. 1420.* *C. alata Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 217. (Suppl. p. 215.* *Hoffm. Umb. ed. 2. I. p. 176.)*

In Asia minore et Caucasi (orientalis collibus.) 4. Quae in hortis occurrit LAS. *ferulacei* nomine, planta, est plerumque CNIDIUM *pyrenaicum.* („Folia quinquepinnata, valde supradecomposita, angustissima, linearia, laevia, laxa. Semina alis exarata." *Linn.* „Folia hirta. Pinnulae plerumque ternatae et involucella brevia. Fructus generis maximi, maturi fuscescentis nitidi. Semina singula alis 5 latiusculis undulatis, nucleo oblongo utrinque acuto." *M. a. Bieb.) Sch. *)*

6. *C. triquetra Spreng.*; caule nudiusculo triquetro, ramis angulatis, foliis radicalibus decursive pinnatis, foliolis oblongis dentato-crenatis, involucris polyphyllis abbreviatis. LASERPITIUM *triquetrum Vent. Hort. Cels. p. 97. ic.* *Poir. Enc. Suppl. III. p. 303.* *Willd. Enum. p. 310. Hornem. Hort. Reg. Havn. I. p. 277.*

Circa Byzantium. (*Bruguiera et Olivier*). 4. Flores lutei. (Caulis fere 3-ped., glaberrimus crassus; folia radicalia petiolata ovato-oblonga ampla profunde laciniata glabra laete viridia, laciniis ovatis obtusis, caulina sessilia; umbellae terminales numerosae patentissimae; involucri foliola 8-10 inaequalia lanceolata acuta; petala ovata incurva acuta; fructus flavicantes, stylis persistentibus, alis membranaceis 8-10.) *Sch.*

7. (*C. ? crispa Pers.*; foliis multifidis dichotomis, foliolis linearibus, caule humili subdichotomo, seminibus, alis tenuibus undulato-crispis. *Pers. Syn. I. p. 311.* AN LASERPITIUM?

*) *C. alatae, alpinae, maritimae, Libanotis* invol. utrumque et cal. desunt. Sem. angulosa, costata vel 5-alata, fungosa, sicca. Membrana albuminis subangulosi sparganophora (odoris hircini in *C. alata*) etiam multivittata. *Commiss. planiuscula.* *Hoffm. l. e.) Sch.*

Ex Hort. Lemonnier. Vercell. Cls. *Sprengel* non recepit.
 „Cor. lutea. Semina parvula, oculo nudo scabra. An LASER-
 PITIUM? Pulchra.“ *Pers. l. c.*) Sch.

(Obs. In *Herb. palaest. Siebers.* CACHR. *crispam* H. Paris., lectam
 in collibus prope *Joppen*, invenimus, in quam diagnosis supra data qua-
 drare quidem videtur, sed non ex integro. Folia quidem dichotoma, sed
 dein supradecomposita, foliolis ultimis setaceis, plerumque bi-trifida,
 rigidulis, subpungentibus, margine scaberrimis. Folia nostra pedalia,
 foliola ultima 6-10 lin. longa. Petiolus crassus glaber profunde striat-
 us. Caulis in nostra frustum 1 1/2 ped., glaber, profunde striatus, e
 ramis decurrentibus angulatus, ramis superne oppositis ternisque. Fo-
 lium ad ramos inferiores lineari-lanceolatum rigidum simplicissimum
 pungens margine scabrum, ad superiores tri- et quinque-partitum, folio-
 lis similibus linearibus. Inv. univ. foliolis tot quot radii linearibus
 appressis 2-3 lin., part. polyphyllum, foliolis radiis paulo brevioribus.
 Umb. univ. radiis 5-6, 1 1/2 - 2 1/2 poll., glaberrimis, angulatis; part.
 radiis 7-12, 3-4 lin., flosculis centralibus saepe abortientibus. Petala
 videntur flava. Styli longi demum recurvi. Fructus magnitudine pisi
 minoris, alis 5 rugoso-crispatulis arcte sibi invicem appressis, scabris.
 Fructus in nostra nondum maturi!) Sch.

*** *Cortice sulcato rugoso.*

8. *C. taurica Willd.*; caule dichotomo nodoso, foliis
 decompositis, foliolis linearibus canaliculatis trifidis, involu-
 cellis oligophyllis abbreviatis, floribus dioicis, umbellis mas-
 culis numerosissimis paniculatis, feminearum radiis elongatis.
ARTEDIA squamata Pall. nov. act. petrop. X. p. 308. SA-
NICULA crithmifolia Willd. in *Neu. Schrift. d. berl. Gesellsch.*
III. p. 419. (plant. femina). *C. taurica Willd. Spec. I.*
p. 1410. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 218.*
 (Suppl. p. 217. *RUMIA taurica Hoffm. Umb. p. 173.*
 (tab. tit. f. 17.)

In collibus *Tauriae* et circa *Odessam*, (inque *Sibiria*). 2.
 („Folia ut in *C. sicula*, sed angustiora. Involucr. univ. nullum,
 partiale foliolis 8-10 linearibus. Semina triplo minora quam
 in praecedentibus (*C. odontalgica*, *Libanotide*, *Morisoni*, *sicula*)
 tuberculis serialibus densis magnis globosis tecta saepius ru-
 bicundis. Planta ceterum dioica. Ab omnibus similibus di-
 stinctissima seminibus minoribus grosse tuberculatis.“ *Willd.*
 „Facies *PIMP. dioicae*, inprimis masculae, ut e longinquo aegre
 utramque dignoscas. Umbellae masculae numerosae, radiis
 circiter 8, femineae pauciores, radiis elongatis communiter 2-
 4. Invol. utrumque breve. Petala inflexo-emarginata alba.
 Styli reflexi. Stigmata obtusa. Fructus ovato-oblongi obtusi.
 Sem. corticata costis 4-6, tuberculis squamatis albis creberri-
 mis. Nil communis cum *sanicula M. a. B. l. c.* „Tubercula
 seminum magna, in 5 series disposita, totum seminis dorsum
 occupant, valleculis inde oblitteratis. Affinitatem naturalem
 cum *SESELI* et *TRINIA Hoffm.* evincunt seminum juga, sicut
 in his, canali aroma fovente inclusa. Haec cum affinibus ex-

poscunt omnino peculiare genus, et *Rumiae* erunt, si adaptato caractere generis, *C. microcarpam* excludas." *Idem Suppl.*) Sch.

9. *C. seseloides* MB.; foliis decompositis, (foliolis) cuneiformi-lanceolatis incisiss (glabris), involucellis setaceis, fructibus ovalibus squamatim tuberculatis, (costis tuberculatis perfossis.) *Marsch. a Bieb. apud Hoffm. Umb. p. 174. (Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 217. RUMIA seseloides Hoffm. Umb. ed. 2. l. p. 174. tab. tit. f. 4. (excluso loco natali.)*

In-Tauria. (Non in Tauria, sed in Sibiria. Similis habitu fructuque tauricae, ut sequens athamantoides." Vittae crassiores et latiores 5-6; epispermium odore fere *Bromeliae*." *Hoffm. l. c.*) Sch.

10. (*C. athamantoides* M. a B.; fructibus ovatis, costis tuberculatis perfossis, foliolis cuneiformi-ovatis pinnatifidis pubescentibus, involucri utroque polyphyllo, foliolis membranaceo-marginatis. *Marsch. a Bieb. Fl. Cauc. Suppl. p. 217.*

In Sibiria. „Hae „(haec et *seseloides*)“ sibiricae umbellis seminiferis multiradiatis et floribus hermaphroditis a taurica etiam discedunt." *M. a. Bieb. l. c.*) Sch.

11. *C. microcarpa* M. a B.; foliis tripartito-decompositis, foliolis setaceis, involucris multifidis, striis fructuum crenatis. *Cachrys semine fungoso aspero minore. Moris. Sect. IX. t. 1. f. 3. (C. foliis peucedani etc.) Tournef. Cor. p. 23. C. microcarpa Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 218. (Suppl. p. 216. Vietingh. et Hoffm. Hort. Sicc. Cauc. n. 2. C. sicula S. G. G. G. II. p. 154. 190.) RUMIA microcarpa Hoffm. Umb. p. 175. (tab. tit. f. 3. et 21.)*

In Caucaso. (Kubam inter et Schamachi.) 4. (Dignoscitur ab affini *sicula* involucris involucellisque brevibus, semine duplo minore crenulato, nec muricato. *M. a. Bieb. l. c.* Semina jugis 5 obtusis magnis tuberculatis, quorum 3 dorsalia, 2 latuscula efficiunt: Valleculae acutangulae tuberculis minoribus inaequales. Haec procul dubio *C. siculae* congener, ceteris quoque *Cachryos* speciebus multo vicinior, quam *RUMIAE tauricae* atque *seseloidi Hoffm.*, quae *TRINIAE* vel *SESELI* essent, nisi jugis seminum rugoso tuberculatis instruerentur." *M. a. Bieb. Suppl. l. c.*) Sch.

12. * *C. dichotoma* Spreng.; foliis decompositis, foliolis pinnatifido-sinuatis, laciniis lanceolatis obtusiusculis mucronatis, caule dichotomo angulato, pedunculis rigidis, involucris caducis. *Caucalis hispanica Camer. Hort. p. 37. t. 11. J. Bauh. Hist. III. p. 84. Moris. Sect. IX.*

t. 14. f. 11. *Tordylium lusitanicum cicutae folio* Tour-
nef. Inst. p. 320. *Gingidium s. Visnago pumila montana*
Grist. Virid. p. 40 *TORDYLIUM peregrinum* (seminibus
sulcatis rugosis plicatis, involuero universali monophyllo sub-
tribido.) *Linn. Mant. p. 55.* *Willd. Spec. I. p. 1331.*
(Poir. Enc. meth. VII. p. 710.) *Smith Prodr. Pl.*
graec. I. p. 181. *CONIUM dichotomum* (caule sulcato di-
chotomo, seminibus oblongis compressis sulcatis tuberculosis.)
Desfont. Atl. I. p. 246. t. 66. *Willd. Enum. p. 305.*
Hornem. Hort. Hafn. I. p. 273. *KAUBERA lepiophylla*
Hoffm. Umb. p. 104. t. 3. (tab. I. B. f. 14.)

In Hispania, Lusitania, Graecia et Mauritania. ☉
(„Caulis laevis ramosus. Folia *Cerefolii*. Umb. univ. radiis
subtribus, part. subseptenis. Involucrum folio unico lineari;
involucella foliolis 5 longitudine flosculorum. Flosculi omnes
fertiles flosculosi albi. Semina ovata subcompressa, sulcis 3
profundis, qui lateribus lamellato-plicati sunt.“ *Linn. qui*
ex oriente a D. Arduini. „Invol. univ. 2-5-5. phyllum,
part. 4-5-phyllum, foliolis brevi marginatis. Flores unifor-
mes fertiles, masculi hinc inde. Calycis dentes ovati subaequi
inaequales. Petala subaequalia erecta emarginata lacinula in-
flexa. Filamenta longitudine corollae, antherae subrotundae.
Germen striato-sulcatum squamatum, crenulatum. Styli bre-
ves torulosi erecti patuli; stigmata capitata. Stylopodium cre-
nulatum, margine elevatum, collo brevi. Rhaphe effigurata
costata undulata. Semina sub calyce persistente contracta,
stylis reflexis, jugis dorso costatis margine transversim annu-
lato-plicatis. Commissura planissima subfusca medio sulcata.
Spermapod. bifidum. Spermaph. firmum nodosum orbi-
culatum, denticulatum.) Sch.

(*Obs.* Descriptio CONII dichotomi data a *Poiret l. c.* ad specimen *Herb.*
Desfont. non convenit cum illa *Linnæi* de *TORD. peregrino.*
Caulis in *CON. dichotomo* 2-3 ped., sulcatus nec laevis, erectus gla-
ber dichotomus, ramis divaricatis. Folia bi-tripinnata, foliolis inaequa-
libus brevibus angustis acutis, petiolis basi vaginatis. Umbellae termi-
nales et in dichotomia sessiles vel subpedunculatae; umbella radiis 3-5
angulosis, invol. univ. 3-5 subulatis brevibus inaequalibus subinde sul-
lis. Semina ovato-oblonga compressa glabra, profunde sulcata, angulis
tuberculatis. Haec circa *Mascar.*) Sch.

13. * *C. sicula*; foliis bipinnatis, foliolis linearibus di-
varicatis, caule sulcato, involucris pinnatifidis, fructibus hi-
spidis. *Hippomarathrum creticum* *Bauh. Prodr. p. 76.*
Hippomarathrum siculum *Bocc. Sic. t. 18.* *Cachrys semine*
fungoso aspero. *Moris. Sect. IX. t. 1.* *C. sicula* *Linn.*
Spec. ed. Reich. I. p. 631. *Willd. Spec. I. p. 1410.*
Desfont. Atl. I. p. 240. *Lam. Enc. I. p. 259.* *Smith*
Prodr. Fl. graec. I. p. 190. (*Sibth. Fl. graec. t. 278.*)

In Sicilia et Graecia (inque Lusitania, et Hispania.) ☉
(„Foliola linearia. Folia suprema opposita. Umbella univ. ter-

minalis sessilis, involucrellisque ramosis: reliquae umbellae pedunculatae, involucrellis involucrellisque simplicibus. Semina crassissima sulcata hispida." *Linn.* Rad. crassa, longa; caulis crassus striatus, 2-3 ped.; folia radicalia amplissima, supradecomposita, atroviridia, aspera. Petiolus 5-partitus, divisionibus singulis terque quaterque partitis in divisiones 4-5, laciniis ultimis bipollicaribus. Flores flavi in umbellis terminalibus sat parvis. *Lam.*) *Sch.*

(*Obs.* *Ueria* apud *Römer Archiv* habet *C. Panax siculum*, fructibus suberosis angulatis ovalibus, *Hort. Reg. Pan. p. 129*, quae a sicula abunde distincta videtur: sed qualis ob diagnoscere brevitatem dici nequit.) *Sch.*

14. *C. cretica Lam.*; foliis bipinnatis, foliolis lanceolatis serratis, fructibus sulcatis asperis. *Rosmarinus foliis selino similibus Honor. Bell. ad Clus. exot. p. 299.* *Cachrys cretica angelicae folio, Tourn. Cor. p. 25.* *Lam. Enc. 1. p. 259.* *Willd. Spec. 1. p. 1410.* *Desfont. Annal. Mus. XI. p. 274. t. 29.* (*Scandix latifolia* seminibus ellipticis hispidis, foliis biternatis ovatis incisissimis, vaginis cauleque glabris. *Smith Prodr. Fl. graec. 1. p. 197.* *Sibth. Fl. graec. t. 284.*)

In Creta (in Cypro, etiam in Graeciâ, locis, ni fallor palustribus). 4. (Similis CHAEROPHYLLO aromatico. Caulis 2 1/2 ped., sulcatus. Foliola fere ANGELICAE sylvestris. Fructus ovato-acuti, nigri, pilis rigidis. *Lam. l. c. ad Herb. de Juss.* Radices plures fusiformes divergentes carnosae crassitie digiti, 3 poll. longae extus fuscae intus albae. Caulis firmus, parum ramosus. Foliola ovato-lanceolata acuta lucida sessilia. Inv. univ. et part. nullum. Umb. radiis 6-10. Semina sulcis 5, aculeolis recurvato-hamatis. *Desf. Petala alba ex specim. Herb. Sieber. Caneae lecto.*) *Sch.*

15. *C. alpina M. a Bieb.*; fructibus ovalibus, sulcis oblitteratis, foliolis linearibus elongatis glabris. *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n. 546. Suppl. d. 216.* *Hoffm. Umb. ed. 2. 1. p. 176.* *C. an Libanotis Pall. ind. Taur.*

In summis Tauriae montibus. 4. Pinnulae saepe ternatae plus quam uncialis glabrae glaucescentes. Umbella radiis circiter 10. Inv. utrumque brevissimum. Fructus odontalgicâ breviores, sed latiores, sulcis nonnullis oblitteratis, non penitus laeves, sed obiter striati, striis interrupto-suberenulatis, principalibus 5, quarum singulo pari interponuntur striae adhuc teneriores tres, duabus lateralibus capillaribus." *M. a Bieb. Suppl. II. cc. Cls. Sprengel non recepit.*) *Sch.*

16. (*C. involacrata Pall.*; foliis ternato-tripinnatis, pinnulis cuneiformibus laciniatis acutis, involucrellis involucrellisque lanceolatis membranaceis, seminibus tuberculatis. *Reliqua. Willd. MS.*

Rad. pedalis crassitie pollicis, ad collum setis nigris. Caulis basi

ramosus striatus glaber bipedalis. Vaginae membranaceae terminatae foliis tribus tripinnatis, pinnulis inciso-laciniatis glabris. Umbellae multiradiatae involucretae, involucre octophyllo, foliolis acutis, margine colorato; involucella similia acuminata longitudine umbellulae. Semina immatura magnitudine pisi cortice fungoso undique tuberculis papillosis tecta. *Ill. de Schlechtend. in litt. ad div. Römer. In Persia. Pallas. 4., Sch.*

1185. C O R I A N D R U M.

* *C. sativum*; caule tereti, foliis decompositis lucidis, foliolis linearibus obtusiusculis. *Coriandrum Brunfels l. p. 203. Fuchs p. 345. Matthiol. ed. Valgris p. 400. Dodon. p. 302. Lobel Hist. p. 403. Ic. 705. Dalechamp. p. 735. Ger. em. p. 1012. Park. p. 918. Riv. pentapet. Engl. bot. p. 67. (Willd. Spec. I. p. 1448. Smith Brit. p. 320. Sibth. Fl. graec. t. 283. Hall. Helv. n. 764. Sturm Fl. germ. Fasc. 3. Plenck off. t. 204. Hoffm. Umb. Gen. 2. ed. l. p. 189. tab. tit. f. 14, 15.)*

In Apulia, Gallia Italia (Graecia) inter segetes. (Herba glabra, cimices redolens. „Involucrum 1-phyllum, lineare. Involucella dimidiata lanceolata 3-5 phylla. Flores albi vel rubicundi, exteriores maxime irregulares. Cal. 5-phyllus. Fruct. globosus, obsolete costatus aromaticus. Semina concava.“ Smith.) Sch.

(*Obs.* „De CORIANDRO sativo hic adnotasse juvabit, ejus quoque membranam commissuralem margine apicis utrinque rimâ lineari hiare.“ *M. a Bieb. Suppl. p. 234. An C. sativum Fl. Lour. Cochinch. I. p. 215. hujus loci, cum petat: involucella monophylla, lanceolata integra? An potius BIFORIS radians? Reliqua quoad descriptionem conveniunt.*) *Sch.*

1186. B I F O R I S.

B. testiculata Spreng.; caule angulato, foliis decompositis, foliolis lineari-lanceolatis acutis, fructibus didymis. *Coriandrum alteram minus odorum. Lobel Hist. p. 404. Ic. 706. Dalech. p. 735. Gerard. emac. p. 1012. Park. p. 918. Coriandrum inodorum Tabern. p. 176. optima icon. Cor. sylvestre foetidissimum Moris. Sect. IX. t. 11. Pluk. t. 169. f. 2. Rivin pentap. CO-RIANDRUM testiculatum Linn. Spec. p. 367. Willd. Spec. I. p. 1449. Lam. Enc. II. p. 106. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 258. Decand. Fl. franc. IV. p. 293. Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 190. (BIFORA radians Marsch. a Bieb. Suppl. p. 235 quoad synonymon *M. a Bieb. a clo. Sprengel huc ductum.*)*

Inter segetes Galliae australis, Italiae, Graeciae, Tauriae.

⊙. (Linnaeus, qui *CORIANDRI testiculati* β habet *COR. sylvestre foetidissimum* Bauh. pin. 158. Segu. ver. II. p. 28. *testiculato* subscripsit: „Odor *C. sativo* virosior. Caulis angulatus. Umbella saepius simplex, rarius composita. Involucr. univ. unifolium, partialia nulla. Petala non radiata. Antherae purpurascens. Germina inferne didyma.“) Sch.

(Obs. I. Sub *CORIANDRO testiculato* duas latere species jam olim nobis videbatur Cracoviae; has nunc uberius exposuit exc. *M. a Bieb. Suppl.* p. 233-34. altera illi:

BIFORA radians, umbellis radiantibus, stylis demum elongatis. *M. a Bieb. p. 233. CORIANDRUM testiculatum Fl. Taur. Cauc. n. 668.* (excl. syn. praeter *Pallas* et *Hablitz*). *Schult. Obs. p. 57.*

Coriandr. orientale Chamaemeli folio. Tournef. Cor. p. 22.

Folia radicalia foliolis latis subtrifidis, lobis cuneatis incis, lacinulis lineari-oblongis. Adscendendo foliorum caulinorum lacinulae longiores

et angustiores: summorum subfiliformes. Umbella radiis circiter 5. In-

volucr. univ. saepissime nullum; parziale foliolo unico setaceo minimo.

Flores ambitus umbellae semper eximie radiant, petalis profunde bipar-

titis, laciniis oblongis angustis. Styli initio parvi, corniculati, demum

magis elongati, fructusque maturi albidi (nec, ut erronee dicti, nigri)

medio depresso impositi reflexi. Perdite foetit, ubi copiosa, etiam e

longinquo. Haec inter Tauriae segetes nimis frequens. Altera:

BIFORA flosculosa, umbellis aequalibus, stylis brevissimis. *Marsch. a Bieberst. Suppl. p. 234. D. dicocca Hoffm. Umb. ed. 2.*

l. p. 192. Tab. tit. f. 2. Illustr. Umb. p. 2-5. CORIANDR. tes-

ticulatum Linn. ed. Willd. I. p. 1448. Lam. et Decand.

Fl. franc. n. 3435. Spreng. Prodr. Umb. p. 21, n. 2. Dig-

noscitur umbellae radiis paucioribus saepe 3, nec vulgo 5, corollis

etiam ambitus umbellae parum inaequalibus, haud radiantibus; stylis,

etiam maturescentibus seminibus, brevissimis nec post foecundationem

elongatis et seminibus incumbentibus; denique fructibus supra raphem

acutiusculis nec depresso-planis, (insipidis, inodoris.) Haec in Europa

occidentali.) Sch.

(Obs. II. An *C. testiculatum* Lour. I. p. 225 re verâ hujus loci, cum

descriptio cum neutra hujus generis quadret. „Caulis annuus suberectus

teres pallidus 10-poll.; ramis multis diffusis, debilibus. Folia multi-

rida, laciniis linearibus tenuibus glabris. Flos albus, umbellis compo-

sitis parvis concavis; involucriis tam universali, quam partialibus mul-

tifidis subulatis. Fructus didymus, fusco-viridis odore et sapore prae-

stantior *CORIANDRO sativo. Lour.*“ Colitur per totam Cochinchin-

nam. ⊙.) Sch.

1187. SILEX.

1. * *S. aquilegifolium Gaertn.*; foliis decompositis nitidis glaucescentibus, foliolis lobatis crenatis obtusis, floribus decoloribus. *Seseli aethiopicum alterum e monte Calenberg*

Clus. Hist. II. p. 195. Camer. Hort. p. 195. Liba-

notis latifolia aquilegiae foliis. C. Bauh. Prodr. p. 83. (?)

Magnol. bot. monsp. p. 301. Ligusticum Rauwolfii

foliis aquilegiae J. Bauh. Hist. III. p. 148. (?) Siler aquilegiae foliis. Moris. Sect. IX. t. 3. Pluk. t. 223. f. 7. Riv. pentap. Angelica montana perennis aquilegiae folio. Tournef. Inst. p. 313 (?) SILER trilobum Crantz Austr. p. 186. (Scop. Carn. ed. 2. p. 195. excl. syn. Linn. et nonnullis aliis LASERPIT. trilobum spectantibus, momente M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 221.) LASERPITIUM trilobum Jacq. Enum. vind. p. 48. Gouan Fl. monsp. p. 218. Gerard. provinc. p. 246. Loisel. Fl. gall. I. p. 165. LASERPITIUM aquilegifolium Jacq. Austr. t. 147. Willd. Spec. I. p. 1415. Lapeyr. pyren. p. 151. Marsch. a Bieb. I. p. 231. ANGELICA aquilegifolia Lam. Enc. I. p. 173 (?) Decand. Fl. fr. IV. p. 306. (??, sed omnino LAS. aquilegifolium Decand. Fl. fr. p. 508. et Wulfj. ap. Römer Arch. III. p. 349.) SILER aquilegifolium Gaertn. fruct. I. p. 92. t. 21. Spreng. Umb. Spec. p. 88. Baumgart. transsylov. I. p. 228. (M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 221.)

In montibus Austriae, Galliae australis, in Pyrenaeis, Transsylvania, (Olympo bithyn.) Tauria, ad Mare ochotense et in ipsa Kamtschatka. 2. Rad. pedalis pollicem crassa foris nigricans intus alba meditullio flavescente. Caulis teres, calamo crassior, 4-6 ped., lineatus, nec sulcatus, rore glauco, serius etiam purpurascens. Vagina foliorum longa, connivens, striata, basi amplexicaulis. Folia radicalia amplissima triternata, petiolis longis solidis; caulina superiora ternata, foliolis plerumque trilobatis et incisus acutisque, dentibus subrubentibus: omnia dorso glauca venoso-reticulata. Inv. nullum, aut foliolo uno alterove lanceolato, ut involucellum. Umb. ampla rara radiis 10-20, 2-3 poll. Petala parva alba patentissima inflexo-cordata. Fructus ex ovato-oblongus, compressus obtusus, semina inde convexa alisque membranaceis brevibus quinque cum interjectis alternantibus 4 alis angustioribus. Flores centri quidam steriles. Jacq.) Sch.

(Obs. Cum Gaertn. l. c. semina in SILERE aquilegifolio „absque ullo alarum vestigio!“ petat; Jacquin vero et alas depinxisset manifestissime et descripsisset, veremur eadem sit species planta Gaertn. et Jacq. Idem etiam de ANGELICA aquilegifolia Lam. Enc. I. p. 173. Fl. fr. 1036. IV valet, cum Lamarck aperte satis dicat: „semina oblonga solida dorso striata: attamen alis foliolisve membranaceis nullis!“ Lamarck, ut videtur, Lib. aquilegiaefolio Tournef. inspexit, ut ergo et haec synonymon dubium. Brotero Fl. lusit. p. 497. adducta licet definitione L. aquilegifolii Jacquin et icone addit: ex mente cli. Link. „Folia decomposito-pinnata, foliolis sessilibus, ovatis subrotundis, extrorsum serrato-crenatis lobatisve. An potius nova species?“ Sch.

2. S. caucasicum Spreng.; foliis biternatis decompositis, foliolis lanceolatis argute serratis subtrifidis decurrenti-

bus, vaginis cucullatis laxis, floribus albis. *CACHRYS latifolia* Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 218. (Suppl. p. 218. Hoffm. Umb. ed. 2. l. p. 176. Hornem. Hort. Havn. a. 1813. p. 960.) *AGASYLLIS caucasica* Spreng. Prodr. Umb. p. 22. *SILER caasicum* Spreng. Umb. Spec. p. 90.

In *Caucaso subalpino*. ♂. Culta caule 3-(4) ped. poll. crasso tereti-sulcato ramosissimo. Petioli bis tripartiti, glabri. Folia amplissima aspera, foliola laciniis lanceolatis acutis subtrifidis pollicem aut 1 1/2 poll. longis, 4-6 lin. latis. Umbellae subsessiles, subverticillatae, vaginis quaternis foliosis amplissimis, radiis fere 40, incano-pubescensibus. Flores lateralium umbellarum masculi. Fructus albidus oblongus, jugis 5 primariis, 4 secundariis. Spreng. l. c. Vaginae foliorum maximae scariosae venosae; ipsa folia glauco-viridia, subtus pallidiora, leniter pubescentia. Umbellae magnae multiradiatae pubescentes. Inv. univ. folio uno alterove caduco, parziale breve polyphyllum, foliolis setaceis. Petala inflexa aequalia alba. Semina compressa alba, jugis 5 obtusissimis laevigatis, 5 intermediis insignioribus approximatis, commissurâ planâ laevi. Indumentum seminum potius membranâ corticosâ quam fungosâ, intra quam nucleus nigricans striatus formâ seminis laxè continetur. M. a B. Suppl. l. c. Hoffmann vero l. c. involucr. utrumque polyphyllum dicit; cal. nullum; petala lanceolata incurva, semina parum fungosa, valleculis planiusculis evittatis, membranam sparganophoram albuminis complanati dorso 4-5-vittatam, inter commissuram planam 6-vittatam, vittis rugoso-articulatis.) Sch.

3. * *S. salsum* Spreng.; foliis radicalibus decompositis caducis, foliolis confertis verticillato-fasciculatis subcristatis brevissimis multifido-setaceis, caule nodoso, vaginis aphyllis, involucre obsoleto. *PEUCEDANUM redivivum* Pall. Act. petropol. 1779. p. 252. t. 8. *SISON salsum* Linn. Suppl. p. 181. Willd. Spec. I. p. 1438. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 226. (Suppl. p. 231. et, hoc teste, Sis. verticillatus Pall. It. III. p. 513.) *SIMUM nudicaule* Lam. Enc. I. p. 407. *AGASYLLIS salsa* Spreng. Prodr. Umb. p. 22. *SILER salsum* Spreng. Umb. Spec. p. 90.

In campis aridis *Tauriae*, *Bessarabiae* et regionis *volgensis*. 4. Folia praecocia. Planta, dum floret, aphylla. („Folia tantum radicalia, caulium nulla, fasciculata, breviora pinnata. Pinnæ oppositae oblongae, par primum decompositum, reliqua vero non. Foliola pinnis lanceolatis viridia margine membranaceo-alba fasciculata. Caulis e ramulis umbeliferis cum bracteis subulatis ad ramificationes. Ramuli divaricati. Umbellae parvae erectae. Involucra parva subulata. Folia vere vigent, et, postquam evanuisent, excrescit caulis, et mense Augusto florescit quasi aphyllus.“ Linn. In culto radix fusiformis, crassitie calami scriptorii, extus fusca, nau-

seose subdulcis. Folia radicalia bipinnata, ambitu lanceolata, glaucescentia, circinnis disposita, pinnulae brevissimae, sub-erecto-cristatae. Caulis glaber crassitie pennae columbinae. Umbellae in ramis e radiis subquinis aut senis capillaribus. Inv. univ. et part. foliolis minutissimis stipulaceis. Flores ochroleuci. Fructus oblongus compressus jugis 7 9 dorsalibus. Spreng. „Inv. univ. et part. breve, foliolis setaceis, numero radiorum. Flores formâ *Peucedani* vel *Ferulae*. Fructus *Silai* fructu paullo major compressus. Semina costis 5 obtusiusculis albidis, 2 marginalibus paullo latioribus, valleculis nigricantibus, striâ unicâ suberenulatâ, commissurâ margine protuberante concaviusculâ, disco utrinque striis 3 filiformibus subtilissime erenulatis, coloratis, nucleo libero formâ seminis, multistriato.“ *M. a Bieb. Suppl. l. c.*) Sch.

1188. C I C U T A.

1. * *C. virosa*; foliis tripinnatis, foliolis subternis lanceolatis acutis serratis, umbellis oppositifoliis, involucellis lineari-setaceis. *Sium alterum* Dodon. p. 589. Lobel Hist. 105. Ic. 208. Gerard. emac. p. 256. Park. theatr. p. 1241. *Sium majus angustifolium* Tabern. p. 205. (*Sium* Hall. Helv. p. 781.) *Cicuta aquatica* J. Bauh. Hist. III. p. 176. Moris. Sect. IX. t. 5. *Cicutaria Riv. pentap.* *Cicuta virosa* Linn. Spec. p. 366. Willd. Spec. I. p. 1445. Fl. Dan. p. 208. Engl. bot. p. 479. (Smith Brit. p. 322. C. fructib. globosis didymis, umbellis oppositifoliis Hoffm. Umb. Gen. ed. 2. 1. p. 179. Hayne getr. Darst. t. 37. Svensk bot. t. 134. Schkuhr bot. Handb. t. 71. Bulliard t. 151. Plenck t. 213. Mayerhoff. Fl. monac. t. 19.) *Cicutaria aquatica* Lam. Enc. II. p. 2. (CICUTARIUM *Cicuta* Roth germ. p. 130. II. p. 347. Sium *Cicuta Vest* Enchirid. n. 311.)

In fossis stagnis et fluviis totius Europae, ad ipsam usque Lapponiam. (inque Sibiria). 4. („Caulis teres fistulosus. Folia pinnata, foliola lanceolata ternata, serraturis apice albis. Umbella patens, basi rubra. Involucella polyphylla setacea brevia. Flores albi, hermaphroditi, uniformes. Petala ovata inflexa. Styli 2 erecti albi persistentes, in fructu divaricati. Stigmata simplicia. Fructus subovatus compressus laevis truncatus transverse dehiscens.“ Linn. „Rad. tuberosa cava concamerata. („Hayne term. bot. t. 7. f. 5)“ Caulis 3. ped. sulcatus, ramis erectiusculis. Folia biternata, majora pinnata. Stipulae lineares, petiolis adnatae, parumque breviores. Umbellulae densae. Cal. 5-fidus. Fructus fere didymus costatus.“ Smith. Inv. univ. nullum, aut foliolis 1-3.) Sch.

(Obs. *C. angustifolia* Kitaib.; umbellis oppositifoliis, petiolis marginatis obtusis, foliis tri-biquepinnatis, laciniis linearibus profunde serratis, Kitaib. apud Schult. Fl. Austr. 2. ed. I. n. 1204. non

bilis saltem varietas, nisi rectius, ut nobis saltem videtur, species distincta habitu graciliore, simpliciore, laciniis foliorum perfecte linearibus, vix pollicaribus, vix lineam latis, umbellis magis depauperatis, ut plurimum radiis octo. In pratis Pannoniae aquosis. 2.) Sch.

2. *C. daurica* Fisch.; foliis pinnatis, foliolis linearilanceolatis elongatis serratis, caule angulato, umbellis terminalibus, involucre polyphyllo. *Sium foliis pinnatis* Gmel. Sibir. I. p. 201. t. 47. *Sium cicutaefolium* Gmel. S. V. p. 482. *Cicuta daurica* Fisch. Catal. Hort. gorenk. p. 45. *Critamus dauricus* Hoffm. Umb. p. 184.

In omni Sibiria. 2. (Drepanophyllo et Conioselino affinis, monente Hoffmann l. c. „Rad. fusiformis, digitalis, subdulcis. Caulis subbicubitalis basi purpurascens. Folia inferiora petiolata sexjuga, foliola rarius et remote serrata, digitum longa, 4 lin. lata, superiora angustissima. Umbellae radiis fere 20. Inv. univ. et part. foliolis 8 circiter linearifiliformibus umbellâ dimidio brevioribus. Flores albi. Fructus prismatico-ovati, jugis 5 acutis valleculis vittatis. Spreng.) Sch.

(Obs. Nec SIUM esse nec CICUTAM jam olim monuit cl. Fischer in litt. div. Römer, addens, Gmel. l. c. t. 45 forte spectare ad PLEUROSPERMUM uralense Hoffm. Utrum SIUM latifolium β M. a Hieb. Fl. Taur. Cauc. p. 243 re verâ huc spectet, ut videtur cl. Hoffmann l. c., dubii haeremus, cum ipse ill. auctor S. latifolium suum reformasset, de β vero suo sileat.) Sch.

3. * *C. maculata*; caule maculato, foliis triternatis, foliolis subternatis lanceolatis acuminatis mucronato-serratis, inferioribus subpedatis, pedunculis terminalibus, involucellis setaceis. *Angelica Caribaeorum* Plukn. t. 76. f. 1. *Cicuta maculata* Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 702. Willd. Spec. I. p. 1446. Pursh Fl. Sept. Amer. p. 195. Nuttall Gen. Amer. pl. I. 191. (C. fructibus subrotundis integris, umbellis alternifoliis. Hoffm. Umb. Gen. 2. ed. I. p. 181.) *Cicutaria maculata* Lam. Enc. II. p. 2.

Circa Philadelphiam in paludibus Fl. Delaware (Nova Anglia ad Carolinam). 2. (Rad. repens. Caulis erectus 1 1/2 - 2 ped. glaber, purpureo-fuscus. Flores parvi albi subregulares. Inv. univ. plerumque nullum. Involucella nunquam, ut in aquatica, longitudine umbellulae.) Sch.

(Obs. „Semina non Gumini odore et sapore, ut Pluk. et Moris., sed saporis et odoris debilis therebinthinacei.“ Hoffm.) Sch.

4. * *C. bulbifera*; foliis bulbiferae plantae biternatis longe petiolatis linearibus subserratis, axillis bulbiferis, foliis umbelliferae plantae simpliciter ternatis breviter petiolatis linearilanceolatis subserratis umbellâ terminali solitariâ, involucre monophyllo, radiis umbellae lateralibus bulbiferis. *Cicuta bulbifera* Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 702 excl. syn.

Rai et Gronov. *Mill. dict. n. 3.* *Willd. Spec. I. p. 1445.* *Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 165.*
Pursh Fl. Sept. Amer. p. 195. *Mühlenb. Catal. p. 31.*
Nuttall I. p. 192. *Catal. plant. nov. eborac. p. 32.*
Barton Comp. Fl. philad. I. p. 143.

Ad ripas Delaware et in aquis Novi Eboraci. (a Canada ad New-Jersey.) 4.

(*Obs.* *Barton l. c.* in *CICUTA bulbifera* describit folia varia: in caulis bulbiferis tenuia, in bulbiferis et umbelliferis, crassiuscula, brevius petiolata, lacero-serrata. Referre *AMMI capillaceum.* *Pursh l. c.* hanc plantam admodum singularem et parvam dicit. *Lamarck* vero eandem ex *Acadia* missam describit caule 1 1/2 ped., glabro, ramoso, foliis radicalibus sat magnis, multipartito-laciniatis, laciniis linearibus, caulinis minoribus laxis, ramis flexuosis, foliis simplicibus, bulbum axillarem magnitudine grani Tritici; flores albos parvos in umbellulâ terminali minimâ, invol. univ. foliolo uno alterove. Annâ huc *C. perennans*, fol. biternatis, foliolis obtusis obliquis serratis, floribus disci sterilibus. *Walth. Carol. p. 116?* *Gmel. S. V. p. 485?*) *Sch.*

5. *C. sinensis Zucc.*; foliis bipinnatis, foliolis bipinnatifidis, laciniis linearibus mucronatis, radice annuâ. *Zuccagni Römer Coll. I. p. 135.*

Plane ignota. (Rad. brevis teres ramosa. Caulis 2 ped., erectus nodosus angulatus fistulosus inferne violaceus. Folia alterna nuda laete virentia, foliolis subtus nervosis; petioli canaliculati ad basin latiores amplexicaules, margine membranaceo in superioribus apice bilobo, in inferioribus evanido vaginantes, inferne angulati, angulis per longitudinem caulis excurrentibus; umbella terminalis media ad summitatem caulis et ramorum; pedunculus oppositifolius erectus striatus nudus; radii plures inaequales; involucr. e foliolis 6-7 linearibus acuminatis ciliatis, radio brevioribus; parziale simile, brevius, polyphyllum. Petala alba integra ovato-acuta inflexa. Stamina setosa arcuata, corollâ paulo longiora, antheris ovatis. Germen inferum subovatum subcostatum. Styli 2 erecti. Stigmata capitata. Fructus obovatus, 8-10-costatus. *Zuccagn. l. c.* In Hortis nomine *C. sinensis* absque ulla auctoritate venit.) *Sch.*

1189. AETHUSA.

1. * *A. Cynapium.* *Cicutaria fatua Lobel Ic. II. p. 280.* *Cicutaria tenuifolia. Ger. emac. p. 1063.* *Apii folio J. Bauh. Hist. III. p. 180.* *Petroselinum caninum. Tabern. p. 273.* *Cicuta minor s. fatua. Park. theat. p. 933.* *Moris. Sect. IX. t. 7.* *Cynapium Rivin. pent. irreg.* *AETHUSA Cynapium (foliis conformibus). Linn. Fl. saec. n. 240.* *Willd. Spec. I. p. 1446.* *Engl. bot. p. 1192.* *Lam. Enc. I. p. 47.* (A. involucrellis lineari-lanceolatis umbellâ longioribus, seminum

vittis commissuralibus basi distantibus. *Hoffm. Umb. 2. ed. I. p. 97. t. 1. f. 5. p. 209. t. 1. B. f. 5. c.* *Marsch. a Bieb. Suppl. p. 232.* *Hall. Helv. n. 765.* *Hayne getr. Darst. t. 35.* *Curt. lond. F. 1. t. 18.* *Plenck off. 202.* (*Svensk bot. p. 64.* *Bulliard Herb. t. 91.*)

AETHUSA cynapioides (foliolis omnibus oblongis pinnatifidis acutis, involucellis longitudine umbellulae.) *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. 227.* (*Hoffm. Umb. ed. 2. I. p. 98. p. 205. tab. tit. f. 9.* *Marsch. a Bieb. Suppl. p. 233.*) paullo elatior et ramosior, involucellorum eadem longitudo. (**CORIANDRUM Cynapium** *Crantz Austr. p. 211.* *Roth Germ. I. 130. II. p. 346.* **CICUTA Cynapium** *Targ. Ist. bot.*)

In locis cultis per omnem Europam. ♂. („Rad. fusiformis. Caulis teres subramosus, foliosus, parum striatus. Folia glabra, saturate viridia, bipinnata, foliolis pinnatifidis decurrentibus. Umbellae longius pedunculatae, oppositifoliae et terminales, planiusculae, radiis horizontaliter patentibus. Involucella lineari lanceolata patentia. Flores albi aequales parum radiantes. Fructus ovati, striati.“ *Smith.*) *Sch.*

(*Obs. I. Exc. Marsch. a Bieb. Suppl. l. c. de A. cynapioides, cum Hoffm. l. c. consentiens, ait: „Staturâ (3 ped.) convenit cum A. elatâ Friedl., sed tam ab hac quam a CYNAPIO (quacum conjunxit Cls. Treviranus in Mag. Berol. Natf. Fr. 1813? p. 148.) praeter brevitatem involucellorum, semine duplo fere minore haud aegre dignoscitur. In Ueraniae umbrosis ad sepes minime rara, ut in Caucaso. Vittae commissuras crassiores“ basi fere confluentes notat Hoffm. l. c. tab. tit. f. 9.)* *Sch.*

(*Obs. II. Super AETH. elata Friedl., quae circa Kaminiac Podolski, M. a Bieberstein et Hoffmann de specie convenire videntur, at tamen diagnosin nullam dedere, hoc tantum Hoffmann l. c. monuit, A. elatae „(tab. I. B. f. V.) non raro esse involucrum 1-phyllum, quo Cynapium caret. Pedunculi superius canaliculati, bilineati, ciliato-scabri, membranacei ad lentem, in Cynapio trilineati. Umbella et umbellulae radiis paucioribus. Petala exteriora radii majora, omnia alba, lobi magis divaricati, altius excisi, lacinula linearis obtusa vel submarginata, canaliculata, tum in Cynapio petala intra foveolas virides substriata, lobi subconniventes, lacinula linearis obtuse lanceolata. Styli in hoc albi, in illa post florescentiam purpurei reflexi. Semina rotundata. Vittae commissurales basi magis distantes.“*) *Sch.*

2. (**A. fatua** *Ait.*; foliis omnibus multipartito-setaceis, foliolis subverticillatis, caule multifolio, vaginis petiolorum angustis, involucro universaliter polyphylo. *Ait. Kew. I. p. 355. 2 ed. II. p. 150.* *Willd. Spec. I. p. 448.* **MEUM?** *fatuum Pers. Syn. I. p. 319.*

Clas. Sprengel non recepit, nequidem ut varietatem. Rad. car-nosa ramosa. Caulis 1-2 ped. laevis. Folia atro-viridia. Habitat? Introduta in H. Kew. a D. Thouin 1785.) *Sch.*

1190. P H Y S O S P E R M U M.

1. * *P. commutatum* Spreng.; foliis radicalibus biter-
natis, foliolis cuneatis inciso-dentatis obtusiusculis, caulinis
stipulaceis integerrimis, caule subangulato superne ramoso.
Ligusticum alterum Belgarum Lobel Hist. p. 457. Ic. 786.
Dalech. p. 744. *Tabern.* p. 205. *J. Banh. Hist.*
III. p. 147. *Seseli montanum Cicutae folio.* Parkinson.
theatr. p. 906. *Smyrniium tenuifolium nostras Rai* Syn.
stirp. brit. t. 8. *Sm. lusitanicum minus apii foliis.* Tour-
Inst. p. 316. **LIGUSTICUM cornubiense** (foliis decomposi-
tis incisissimis, radicalibus ternatis lanceolatis integerrimis.) *Lin.*
Amoen. IV. p. 310. (*Spec.* p. 359.) *Lam. Enc.* III.
p. 577. *Willd. Spec.* I. p. 1426. (L. foliis radicali-
bus decompositis incisissimis, caulinis ternatis lanceolatis integerrimis,
seminum sulcis obsolete.) *Smith Ic. pict.* t. 11.
(*Brit.* p. 310.) *Engl. bot.* p. 683. *Smith Prodr.*
Fl. graec. I. p. 193. **LIGUSTICUM aquilegifolium** (foliis
triter-natis, foliolis trifidis dentatis, stylis divaricatis persistentibus.)
Willd. Spec. I. p. 1425. *Balbis Mem.*
de Tarin 1804. p. 333. *Loisel. El. gall.* I. p. 167.
DANAA aquilegifolia *Allion pedem.* n. 1392. t. 63. *De-*
cand. Ft. franc. IV. p. 311. (*Poiret Enc. meth. Suppl.*
II. p. 419.) **SISON sylvaticum** (fol. radicalibus longe pe-
tiolatis decompositis, foliolis tripartitis, lacinulis cuneatis in-
cisissimis, caule fere aphylo.) *Brotero Fl. lusit.* p. 423.
(*Phyt. lusit.* n. 17.) **PHYSOSPERMUM commutatum** Spreng.
Prodr. Umb. p. 19. *Umb. Spec.* p. 22. (t. IV. f. 8.) *Balb.*
et Nocca Fl. ticin. I. p. 137. **HAENSELERA danaeformis**
Hort. matrit. 1816. p. 13.

In collibus Italiae superioris, ad Rodmin Cornubiae, in Lu-
sitania (Beirae umbrosis, Brejo prope Conimbricam,
sylvae Bassaco) Sarmia et in Atho monte. 2. *Smyr-*
nium nudicaule MB. simillimum, quod a *Smithio Rees Cyclop.*
et huc trahitur, differt fructu et foliorum laciniis acutis, caule
denique tereti. (Folia caulina superiora in *Ph. commutato* co-
piosiora, stipulas referentia, integerrima; fructus nondum ma-
turus *Smyrni* simillimus, maturo utriculus secedit. *Spr. l. c.*
, Rad. fusiformis resinâ flavâ scatens, apice contracta. Caulis
2-5-ped., erectus, teres, striatus, scabriusculus, basi purpu-
rascens, parum foliosus. Folia radicalia petiolata ternato-
supradecomposita, latiora quam longa, foliolis varie incisissimis,
subcuneatis acutis reticulato-venosis, margine nervisque sca-
bris. Petioli scabri canaliculati foliis longiores. Folia caulina
solitaria ad omnem caulis divisionem parva ternata petiolata,
foliolis sessilibus lanceolatis acutis vix lobatis integerrimis,
summa simplicia. Umbellae terminales erectae, radiis multis
teretibus glabris striatis. Inv. suboctophyllum patens persi-
stens foliolis lanceolatis acutis integris nervosis umbellâ longo

brevioribus. Involucella similia sed minora. Flores regulares uniformes. Foliola calycina deltoidea parva. Petala oblonga acuta involuta postice canaliculata. Fructus ovato-oblongus utrinque striatus, costis parum extantibus. Semina ovata nigra. *Smith.*) *Sch.*

2. *P. cicutarium Spreng.*; foliis radicalibus supradecompositis, caulinis compositis, summis ternatis, foliolis trilobis dentatis acutis, caule folioso sulcato, umbellis axillaribus terminalibusque. *Umb. Spec. p. 23.* SMYRNIUM *ciutarium Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 259. (Suppl. p. 249.)* LIGUSTICUM *caucasicum Willd. Herb. n. 18.*

Ad flumen Alazonium Cachetiae, (et circa Acidulam Nart-sana et per Cauc. orient.) Steven. 4. (Differt a priore, SMYRNIO *nudicauli* magis affine adhuc, foliolis haud profunde incisiss, praeter characteres datos. *Spreng.* „Foliola majora minus profunde laciniata, caulis foliosus, umbellis axillaribus pedunculatis praeter terminalem, nec caule nudo basi simplicissimo superne paniculato ramoso; involucris involucellisque longioribus, foliolis subulatis, umbellularum radiis capillaribus et seminibus duplo majoribus.“ *M. a Bieb.*) *Sch.*

1191. PLEUROSPERMUM.

* *P. austriacum*; foliis bipinnatis, foliolis alterne pinnatifidis ovatis incisiss, caule fistuloso sulcato, involucro foliaceo. *Seseli montanum I. Clus. Hist. II. p. 193. Ger. emac. p. 1051. J. Bauh. Hist. III. p. 163. Parkins. theat. p. 906. Moris. Sect. IX. t. 6. Ligusticum alterum Camer. epit. p. 506. Ligusticum austriacum Linn. Spec. I. p. 689. Jacq. Austr. t. 151. (excl. syn. Gmelin monente Hoffm. Umb. Gen. 2. ed. I. p. X.) Crantz Austr. 197. Allion. pedem. t. 43. Willd. Spec. I. p. 1426. Lam. Enc. III. p. 576. Decand. Fl. franc. IV. 307. Wulf. ap. Römer Arch. III. p. 351.) LIGUSTICUM *Gmel. Sibir. I. t. 45. Ligusticum Gmelini Vill. delph. II. p. 610. t. 13. LASERPITIUM Archangelica Geners. Elench. scepus. n. 252.) (PLEUROSP. austriacum Hoffm. tab. tit. f. 16. 22.)**

In alpihus noricis, carniis, cottiis et penninis (sudeticis et carpathicis.) 4. Quomodo PLEUROSP. *uralense et camtschaticum differunt, ex Hoffmanno umb. p. IX. X. haud liquet. (Rad. 1/2 ped. et ultra, pollicem crassa, extus fusco-flavicans, intus pallide flavescens, odore apii. Caulis solitarius erectus 2-5 ped., nullo intus ad nodos dissepimento, digitum pollicemve crassus, superne tandem ramis simplicibus. Folia radicalia amplissima, multiplicato-pinnata, foliolis ultimis lanceolatis ovatisve incisiss et subserratis, facie obscure dorso pallidius virentibus, confluentibus: caulina sessilia, caeterum similia. Inv. univ. polyphyllum foliolis lanceolatis acu-*

tis pallide virentibus, reflexis, umbellâ fere duplo brevioribus, integerrimis incisive; partiale e foliolis circiter 6, omnibus plerumque integerrimis, exterioribus longitudine umbellulae, non reflexis. Umbella terminalis radiis circiter 40, 4-7 unciar., densa: reliquas minores, terminalem superantes. Flores odorati magni omnes fertiles. Petala alba subovata obtusiuscula patentissima, nec inflexo-cordata linea mediâ subbilocularia. Filamenta alba patula petalis longiora antheris viridibus. Styli crassi subulati breves. Semina ovata fusciscentia vel pallida inde convexa et profunde 4-sulcata levia. Tota glabra, floret anno tertio quartove, dein emoritur. *Jacq.*) Sch.

(*Obs.* *Hoffmann* l. c. de PLEUROSPERMO (*tab. tit. f. 6. 7. 13. 1. B. f. 24.*) a *D. Helm* detecto, et in *HH. Gorenkensi* et *Mosquensi* culto descriptionem dedit a nobis sub genere allatam. De PLEUROSPERMO vero *camtschatico* a *D. Langsdorff* in itinere cum *Hrusenstern Camtschatkae* lecto ait: „Potiores characteres, quibus differt a priori, (*uralensi*) sequentes sunt. Membrana exterior cum interna fere connata eâ est parte, quâ juga seminum intercipit, connectit vero intus et duplicatur iterum inque processulos, vel potius septula ascendit, quae intra cavitatem jugorum omnium acutissimorum emittit. Valleculae interioris membranae latiores, binis percursae vittis. Juga duplicato-denticulata, vel potius cristata, nec minus *Rhaphe*. Stylopodium breve, cum stylis reflexis persistens et basi sua, ut in *uralensi*, margine undulato et calycis laciniis seu potius plicis exterioris membranae cinctum. Spermopodium bipartitum filiforme, sed rigidius. Membrana exterior texturâ magis densâ. Petala in sicco exemplari, quoad maximam partem deslorato, video obovata et integra, margine subundulato, apice parum inflexa. *PL. austriacum* „addit“ differt ab *uralensi* nonnisi jugis seminum obtusioribus, subdenticulatis, integumentis exterioris reticuli interstitiis majoribus, vittis internis latioribus etiam simplicibus, coloris sanguinei saturatissimi, petalis obovatis obtusiusculis. Albumen in omnibus corneum, introflexum, sulco exaratum.“) Sch.

1192. HÄSSELQUISTIA.

1. * *H. cordata*; pubescens, foliis inferioribus ternatis, foliolis subcordato-ovatis crenatis, superioribus simplicibus cordatis, involucris polyphyllis *Linn. Suppl. p. 179.* *Jacq. Hort. vind. t. 193.* *Willd. Spec. I. p. 1380.* *TOB. DYLIUM cordatum Poir. Enc. VII. p. 712.*

Patria ignota. ☉ („Caulis erectus flexuosus substriatus inferne pilosus. Folia inferiora ternata, foliolis lateralibus subsessilibus ovatis crenatis, impari petiolato cordato obtuso; superiora cordata simplicia. Involucrum setis plurimis reflexis corollâ dimidio brevioribus. Involucella polyphylla setacea longitudine florum. Umbella copiosa plana alba absque corpore centrali. Petala marginalia umbellarum duo majora plana obovata, reliqua subaequalia parva ovata integra. Semina margine incrassato, alia compresso plana ovalia, alia urceolata. Variat foliis omnibus simplicibus et ternatis.“ *Linn.*) Sch.

2. * *H. aegyptiaca*; caule hispido ramoso, foliis pinna-

tis, foliolis pinnatifidis, laciniis obtuse dentatis, involucre sub-
 nullo. *Linn. Amoen. IV. p. 270. excl. syn. Bux-*
baum Suppl. p. 179. Jacq. Hort. vind. t. 87.
Willd. Spec. I. p. 1379. TORDYLIUM aegyptiacum Poir.
Enc. VII. p. 711. Lam. Ill. t. 193. f. 2.

In Aegypto. ☉. (Rad. fusiformis, angustior digito, alba.
 Caulis 1 1/2 ped., teres, erectus, albo-hirtus, demum murica-
 to-scaber. Rami ex axillis superioribus simplices. Folia al-
 terna remota petiolata pinnata quina pinnatifida, superiora
 magis pinnata dentata obtusa, subtus costis scabra. Petiolus
 scaber. Vagina ventricosa, basi et margine superiore albo
 lanata, margine inferiore purpurea. Pedunculus terminalis et
 omnium ramorum pentagonus muricatus. Umbella patens, um-
 bellulae 10, quarum 5 in ambitu. Umbellulae centralis rudi-
 mentum est corpusculum emortuum vitiatum pedicellatum sub-
 trigonum carnosum depressum atrum supra canescens villis al-
 bis. Involucrum minimum „subinde nullum *Jacq.*“ pentaphyl-
 lum subulatum reflexum. Involucella dimidiata, exteriorum
 triphylla subulata nutantia umbellulâ breviora. Umbella fructi-
 fera connivens. Flores albi radiati, etiam umbellularum inte-
 riorum. Flosculi radii hermaphroditi, petalis inaequalibus in-
 curvato-bifidis: petalo extimo laciniis 2 et proximo unica mag-
 nis, (adeoque corollulae singulae laciniis 4 magnis et 6 parvis).
 Flosculi disci interioris masculi, petalis subaequalibus incur-
 vato-bifidis (omnibus laciniis parvis). Stamina omnibus flos-
 culis 5, alba, minoribus petalis longiora; Antheris virescen-
 tibus. Styli albi filiformes persistentes. Semina extima ge-
 mina ovalia glabra margine crassiore crenulato. Semina inte-
 riora solitaria hemisphaerica cernua urceolata latere cavo sty-
 lis etiam duobus. Semina disci interioris nulla.“ *Linn.*) Sch.

1193. TORDYLIUM.

1. * *T. syriacum Riv.*; pubescens, caulibus diffusis pro-
 cumbentibus, foliis pinnatis, foliolis subrotundis repando-den-
 tatis, involucris foliaceis umbellâ longioribus. *Gingidium pri-*
mum Dodon. p. 702. Lobel Hist. p. 418. foliis
Bauciae Ic. p. 725. Dalech. p. 710. Ger. em.
p. 1042. T. secundum Tabern. p. 287. T. latifolium
Park. theatr. p. 890. Moris. Sect. IX. t. 16. Cau-
calis syriaca J. Bauh. Hist. III. p. 86. Sphondylium
minus syriacum Barrel Ic. p. 349. TORDYLIUM syria-
cum Riv. pent. Linn. Hort. Ups. p. 37. Jacq.
Hort. vind. t. 54. Lam. Ill. t. 193. f. 1. Willd.
Spec. I. p. 1381. Poir. Enc. VII. p. 709. Smith
Prodr. Fl. graec. I. p. 180. (Hoffm. Umb. Gen. 2. ed.
I. p. 202. t. 3. f. 3. 4. a.)

In Caria, Asia minore et Graecia (inque Syria.) ☉.
 (Tota pilis incanis brevissimis. Caulis teres angulosus palmum
 unum alterumve altus, fructuum demum pondere depressus.)

Folia infima et summa e foliolis 5, media e 5. Umbellae radii plerumque 6, alterni multo longiores. Involucellum triphyllum, patens, demum excreescens fructusque involvens. Flores in umbellulis pauci, partim sessiles, partim brevissime pedunculati. Petala alba inaequalia cordata. Antherae fuscae. *Jacq.* "Saepe accidit, ut ex 2 seminibus alterum abortiat, et alterum tum in bullam cymbiformem convertatur." *Gaertn.* „Ex quo“ addit *Persoon S. V. Ed. XV. p. 291.* affinitas HASSELQUISTIAE et TORDYLII, quae etiam seminibus crenatis orbicularibus conveniunt, elucet.“ Differt *T. syriacum* a maximo caule setis patulis aspero, nec deflexis, foliolis ovatis incisissimis crenatis, nec lanceolatis inciso-serratis, involucellis longissimis dilatatis.“ *Hoffm. l. c.) Sch.*

2. * *T. officinale*; hirsutum, caule erecto, foliis pinnatis, foliolis oblongis lobato-cuneatis, summis confluentibus, involucellis linearibus umbellulâ longioribus, fructuum margine tuberculato. *Seseli creticum Dodon. p. 314. Lobel Hist. p. 425. Ic. 706. J. Banh. Hist. III. p. 84. J. 2. Dalech. p. 752. Tordylium Dodonaei Dalech. p. 751. Gerard. em. p. 1050. T. primum Tabern. p. 308. Park. p. 906. Moris. Sect. IX. t. 16. Caulalis lusitanica P. Alpin. exot. t. 308? TORDYLIUM officinale (involucr. partialibus longitudine florum, foliolis ovatis laciniatis.) *Linn. Hort. Ups. p. 58. Willd. Spec. I. p. 1381. Decand. Fl. fr. IV. p. 335. Poir. Enc. VII. p. 709. (Smith Brit. p. 294.) Engl. bot. p. 2440. (Sibth. Fl. graec. t. 267. Zorn. p. 278. J. St. Hilaire F. 24. t. 5.)**

In Gallia australi, Anglia, Lusitania. Dalmatia (v. Portenschlag) (Sicilia, insulis Graeciae et Asia minore) ☉. „(Caulis erectiusculus ramosus foliosus teres sulcatus pilis mollibus brevibus deflexis villosus. Folia pilosa scabra, radicalia longissime petiolata, foliolis ovatis crenatis sublobatis, terminali maximo; caulina alterna subsessilia, foliolis oblongis argute serratis et incisissimis. Umbellae longius pedunculatae terminales. Involucra et involucella setacea scabra. Flores carnei, petalis exterioribus maximis radiantibus.“ *Smith.) Sch.*

3. * *T. apulum Riv.*; villosum, caule erecto, foliis pinnatis, foliolis subrotundis lobato-crenatis, involucellis setaceis umbellulas aequantibus. *Tordylium minimum apulum. Column. Ecphr. I. p. 124. Moris. Sect. IX. t. 16. Tonn. apulum Riv. pent. (T. umbellis remotis, fol. pinnatis, pinnis subrotundis laciniatis.) Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 664. Willd. Spec. I. p. 1382. Poir. Enc. VII. p. 710. (T. grandiflorum Mönch meth. p. 78.) Con-*

DYLOCARPUS *apulus Hoffm. Umb. p. 203.*
In Apulia. ☉. („Umbellulae singulae flosculi marginales tres

majores s. radiati.“ *Linn.*) Odor foetidus. Petalum extimum maximum. S. V. ed XV.

(*Obs. Jacquin Hort. vind. T. III. p. 2. monet, TORDYLIUM apulum suum t. 53 esse omnino T. apulum Rivin.; minime vero Columnae; hinc delendum esse nomen cum synonymia et scribendum: T. officinale. Descriptio, quam dedit sequens est: „1 1/2 ped.; folia radicalia in orbem sita, foliolis subrotundis oblongisve obtusis laciniatis et obtuse dentatis plus minus pubescentibus, brevissime petiolatis, 4 paribus, caulinis glabris acutis. Vaginae amplexicantes pilosae. Caules plures teretes erecti pilis praecipuis inferne albis densisque. Involucri foliola setacea. Radii umbellae 6 aut paulo plures remoti patentes. Flores omnes fertiliss. Petala alba, lato-lanceolata, acuta, antorsum incurvato-cordata: extimo in flosculis umbellae exterioribus maximo, bifido, laciniis lanceolatis. Antherae ex flavo virentes lateraliter fuscescunt. Semen interne rubescens.“ Jam vero *Smith* sub *T. officinali*, ad quod *T. apulum minimum Column.* cum? ducit, subscripsit: „Distincta species a *TORD. apulo Linn.* et *Jacq. Hort. t. 53.*“ Videtur ergo ex auctoritate possessoris *Herb. Linn.* planta *Jacquini* minime, ut videbatur divo *Jacquin*, eadem cum *T. officinale.*) *Sch.**

4. *T. humile Desf.*; caule erecto inferne piloso, foliis bipinnatifidis, laciniis obtusiusculis, involucris involucellisque minimis. *Fl. atl. I. 235. t. 58.*

In agro tunetano, (prope *Hamamelif.*) ☉. (Rad. simplex, perpendicularis. Caules plures striati, 8-10 poll., subinde subramosi, superne nudiusculi. Folia inferiora petiolata pinnata, foliolis subsessilibus ovatis rotundatisve inaequaliter lobatis et incis, lobis obtusis glabriusculis; petioli membranacei subpilosi. Flores albi, centrales steriles; umbellae radiis 5-9 glabris sulcatis, basi involucro setaceo. Umbellulae densae; petala inaequalia, exteriora majora bifida. Semina magna orbiculata, margine incrassato cartilagineo crenulato, utrinque aspera. *Desf.*) *Sch.*

5. * *T. maximum*; hispidum, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis obtuse serratis, extremo elongato, caule erecto pilis reflexis, involucris linearibus umbellâ brevioribus. *Caucalis major Clus. Hist. II. p. 201. J. Bauh. Hist. III. p. 85. Gerard. Seseli creticum majus Lob. Hist. 425. Ic. 737. Moris. Sect. IX. emac. p. 050. Park. p. 906. Tordylium Riv. pentap. S. secundum Tabernem. p. 308. Tordylium Reich. I. p. 662. Jacq. Austr. t. 142. Engl. bot. p. 1173. Willd. Spec. I. p. 1382. Decand. Fl. fr. IV. p. 335. Poiret Enc. VII. p. 710. (Smith Brit. p. 295. M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n. 516. Suppl. Hall. p. 199. Hoffm. Umb. 2. ed. I. p. 201. Tord. magnum Broter. Fl. lus. Helv. n. 811. p. 450. Tord. magnum Link non diversum videtur. HERACLEUM Tordylium Spreng. Umbell. Spec. p. 49.)*

In Germaniae, Galliae, (Turciae europ.) Asiae arvis. ♂.
 (Caulis „(2-4 ped. flexuosus)“ striatus hispidus pilis rigentibus reflexis. Folia pinnata, foliolis 7 incisissimis pubescentibus, impari duplo majore. Pedunculi stricti, longiores multo foliis. Umbellae paucae rigidulae scabrae, umbellulis saepius 9. Involucrum 5-phyllum subulatum patens umbellam brevius. Involucella 6-phylla subulata, longitudine umbellulae, duobus foliolis interioribus minoribus. Corolla radiata alba subtus rubra. Flores omnes fertiles. Semina orbiculata compressa hispida, margine incrassato muricato rubro. *Linn. Mant.* 350. „Medium fere locum occupat inter *Heraclea* et *Tordylia*.“ *Spreng. l. c.*“ Folia radicalia foliolis ovato-oblongis lobatis crenatis, (sessilibus.) Umbellae centrales sessiles.“ *Smith.* Petalum extimum maximum, profundissime bifidum, reliqua inaequaliter bifida.) Sch.

(*Obs.* *Brotero* in suo *T. magno* fol. radicalibus pinnatis, foliolis ovato-oblongis obtusis incisissimis obtuse serratis, involucellis umbellulam floriferam paulo longioribus, notat foliola etiam 7 in foliis radicalibus, $1\frac{1}{2}$ poll. et ultra, extimum trifidum aut tripartitum; umbellas 2-3 in ramo singulo in pedunculo folio caulino supremo ternato duplo longioribus, diametro $1-1\frac{1}{2}$ poll., radiis 11-17, umbellulis 3-10-radiatis, radiis brevissimis. Involucrum e foliolis 7-9-inaequalibus, umbellam paulo brevioribus, setaceo-subulatis; involucella 6-7-in centralibus 5-phylla, 3 exterioribus umbellulam paulo longioribus. Calycis dentes exteriores longiores. Petala exteriora majora, $1\frac{1}{2}$ lin., bipartita, laciniis obtusis, inaequalibus. Antherae albae. Semina margine integerrimo, hinc tuberculoso. Medium esse maximum inter et officinale, illi magis affine, et fors cum hoc sistere tantum varietatem. *Ad sepes in valle de Matrocos.* Culturam perstare *Catal. H. Dorpat.* 1810. *Gorenk* 1812 monet.) Sch.

6. (*T. lusitanicum*; involucrio universali inaequali umbellam brevioribus, partiali triphylo, umbellulis radiatis sessilibus quadruplo longiore, foliis pinnatis, pinnulis ovato-rotundis, extima triloba. An *T. lusitanicum Willd. Enum. H. Berol. Suppl. p. 14?*

Cultum vix pedale, ramoso-divaricatum, totum tomento velutino pubescens. Caulis petiolique sulcato-angulati, livescentes; folia grosse et obtuse dentata, margine et dentium apice livescentia. Umbella ut plurimum 5-radiata, umbellulis pluribus in centro sessilibus. Corolla radiata alba, petalis profunde bifidis. Antherae atropurpureae. Semina pilis basi atropurpureis. *In Lusitania.*) Sch.

Quid: *T. suaveolens Descript. de l'Egypte n. 323.* circa Alexandriam.

T. austriacum H. Wilm. 1811. 1814?

1194. THYSSELINUM.

* *T. palustre Hoffm.*; caule teretiuseculo subangulato ramoso, foliis ternato-supradecompositis, foliolis oppositis pinnatifidis, laciniis lanceolatis albido-mucronatis. *SESELI palustre Camer. Hort. p. 159. Bauh. Prodr. p. 85. Ic. J. Bauh. Hist. III. p. 188. Park. theatr. p. 904.*
THYSSELINUM angustifolium Riv. pent. SELINUM palustre Linn. Fl. lapp. n. 110. (S. sublactescens, radice unicâ. Linn. Mant. p. 353. S. caule striato, radice fusiformi, radiis umbellae hispidis. Willd. Spec. I. p. 1397. Jacq. vindob. p. 49) Fl. Dan. p. 257. Engl. bot. p. 229. SELINUM sylvestre Jacq. Austr. t. 152. (SEL. Thysselinum Crantz Austr. p. 170. Hall. Helv. n. 799. PEUCEDANUM palustre Monch meth. p. 82.) β. varietas terrestris, foliis minus compositis. Apium sylvestre Dodon. p. 699. Thysselinum Plinii Lobel Hist. p. 409. Ic. 74. Tourn. Inst. p. 319. Spreng. Umb. Spec. p. 69. Thysselinum Ger. emac. p. 1020. Park. p. 928. Morris. Sect. III. p. 317. IX. t. 17. SELINUM sylvestre Linn. Hort. Ups. p. 59. (S. caule laevi, radice fusiformi multiplici. Willd. Spec. I. p. 1396. Hall. Helv. p. 800?) Fl. Dan. 412. Decand. Fl. fr. IV. 319. Lapeyr. Hist. pyren. p. 146. ATHAMANTA flexuosa Hort. paris. in Desfont. tabl. de l'école de Bot. p. 142. ATHAM. pisana (sem. glabris, fol. bipinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis apice sphacelatis.) Savi in Usteri Ann. 21. p. 7. (Vit. Suppl. I. p. 361.) SELINUM cantabrigiense Fischer apud Hoffm. Umb. p. 154. SELIN. Schiwerekii Besser Fl. galic. I. p. 205. Haec synonyma omnia ad varietatem β THYSSELINI palustris pertinere, ac SEL. sylvestre veram esse SELINI palustris varietatem Sprengelius experientiâ viginti annorum doctus probavit Umb. Spec. p. 69.

In locis udis et paludosis per Europam universam provenit THYSS. palustre: rarius in locis siccis var. β. ♂. 2. (Linnaeus suo S. palustri subscripsit: „Herba sublactescens. Caulis saepius solitarius durior, striatus profunde. Foliola terminalia elongata. Radix urens. „S. vero sylvestri:“ Herba sublactescens. Caulibus numerosis, laevibus, (nec striatis). Foliola linearia. Umbella patula. Umbellulae remotae. Semina ovali-oblonga, sulcis 3 elevatis obtusis approximatis. Involucrum utrumque.) Sch.

(Obs. I. „SELINUM sylvestre Jacq. est omnino S. sylvestre Linn.“ „ipso sic asserente mihi in litteris celeberrimo viro“ ait Jacquin.“ Hallerianam (Helv. n. 799) esse judicarunt Helveti. Oederianam t. 412 tabula demonstrat.“ Interea tamen Smith l. c. S. sylvestre Jacq. ad palustre Linn. ducit, et descriptio data a clo. Smith exactissime convenit cum sequente Jacquini: Rad. digitum crassa, foris ex albo

sordens, intus candida, lacte albo glutinoso, spisso nauseoso, quod in reliquis minus, et demum culturâ evanescit. Caulis fere solitarius striato-angulatus, erectus, glaber, fistulosus calamum vel digitum crassus, basi sanguineus, 4-7 ped., superne ramis paucis saepe angulo ferme recto patentibus. Folia multiplicato-pinnata, florente plantâ deperdita. Petioli fistulosi, superne sulcati. Pinnulae lineares, vel paulo magis lanceolatae, acutae, sub lente tenuissime et brevissime ciliatae, in cul- ta dorso saepe venis atro-sanguineis. Radii supra asperiusculi, ad len- tem hirti. Involuerum univ. foliolis 8-12, lanceolato-subulatis, acutis, umbellâ duplo brevioribus, demum reflexis, sub lente ciliatis, part. si- mile, externae longius, aequans umbellulam. Umbella plana aut convexus- cula, nec densa: sic et umbellulae. Flores plerique fertiles. Petala alba lata patentissima apice valde inflexo-cordata. Antherae pallide vi- rentes striis ad latera purpureis. Styli breves in fructu horizontales. Germen apice pentagonum flavescens. Semina ante maturitatem rubra, dein pallide fusca, glabra, striis 3 elevatis, margine tenui membranaceo pallido. *S. sylvestre* huc usque distinguebatur, praeter characteres da- tos, ex *Linn. Suppl.* p. 180. styli erectis, corollulis explicatis! cum contrarium in *palustri.*) *Sch.*

(*Obs.* II. SELINUM *cantabrigiense* fructibus subrotundis (rufo-fuscis) quoad semina e collectione *H. Gorenk.* diversum esse notat *Hoffmann* I. c. SELINUM *Schiwerekii* caule striato, radiis umbellae hispida, fo- liis dilatatis triangulis, foliolis pinnatifidis, laciniis parallelis linearibus obtusis, petiolis inferiorum ad angulos scabriusculis *Besser Fl. gal.* I. p. 205. *palustri* valde simile notat ipse amicissimus auctor, sed dif- ferre monet potissimum: caule basi saepius scabriusculo humiliore, fo- liis ambitu triangulis, latioribus quam longis, quadripinnato-suprade- compositis, foliorum laciniis magis distantibus, parallelis, linearibus, an- gustioribus, obtusis: involucellis angustioribus brevioribus, temporeque florendi mense fere seriore. Reliquis convenit cum *sylvestri Jacq.* Aliam adhuc speciem distinxit amiciss. *Besser Fl. galic.* I. p. 205. SELIN. *intermedium*, caule striato, radiis umbellae hispida, foliis ovatis acutis, foliolis inciso-pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis. Iconem *Fl. Dan.* 257 hujus exprimere habitum et foliorum formam (nec *Jacquini Austr.* t. 152), convenire cum *S. palustri (sylvestri Jacq.)* formâ caulis, apicibus callosis foliorum involucro, et radiis umbellae; cum *Carvisolia* vero et *austriaca* foliorum formâ: distinctum a priori laciniis approximatis, ab altera foliolis basi ovatis non cucui- formibus; ab utraque simul apicibus obtusis callosis quidem et non ma- cronatis, laciniâque extimâ elongatâ, minus tamen quam in *Schiwerekii.* Rad. superne simplex, extus fusca, crassitie digiti infantis. Caulis 3 ped. Folia tripinnato-supradecomposita erecta. Involucella umbellulis breviora. In sylva *Krzywezyce* Leopoli.) *Sch.*

1195. CAUCALIS.

I. * *C. grandiflora*; foliis decompositis erectiusculis gla- bris, foliolis pinnatifidis, lacinulis linearibus acuminatis abbre- viatis, caule erecto dichotomo glabro, involucris pentaphyllis margine scariosis. *Caucalis Dodon.* p. 700. *Dalech.* p. 715. *Albo flore Clus. Hisp.* II. p. 201. *Lobel* Hist. p. 420. *lc.* 728. *Echinophora pycnocarpus Co-*

lumn. *Ecphras.* I. p. 94. *Lappa canaria flore pulcro magno.* *J. Bauh. Hist.* III. p. 79. *Cauc. arvensis echinata magno flore.* *Moris. Sect.* IX. t. 14. *Echinophora flore magno Riv. pentap.* CAUCALIS *grandiflora* Linn. *Spec.* I. p. 346. *Crantz Austr.* p. 224. *Jacq. Austr.* t. 54. *Willd. Spec.* I. p. 1383. *Lam. Enc.* I. p. 656. *Illustr.* t. 192. f. 1. *Decand. Fl. franc.* IV. p. 330. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.* I. p. 205. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 181. (Hall. *Helv. n.* 740. DAUCUS *grandiflorus* Scop. *Carn.* I. p. 189.) ORLAYA *grandiflora* Hoffm. *Umb.* p. 58. (et *Illustr.* p. 15. 16.)

In arvis per totam Europam australem ab 51° lat. bor. inde (etiam in Taur. Caucaso et in alpibus.) ☉. („Caulis laevissimus. Folia *Dauci* laevia, subtus scabra. Involucra pentaphylla margine alba. Umbella (non umbellulae) radiata alba, flosculis disci sterilibus multis. Styli 2, patentis, petalis minoribus longiores. Semina ovata convexa, aculeis sparsis ascendentibus.“ *Linn. Mant.* 350. Caulis striatus, flexuosus, ramosus. Folia glaberrima aut valde parum hirsuta, pinulis exiguis lanceolatis, confluentibus in foliola pinnatifida, suprema saepe e vagina aphylla. Involucra anguste lanceolata acuminata inaequalia, partiale e foliolis (5-8) plerumque 6, 5 exterioribus (subinde) duplo longioribus. Umbella plana radiis 6-9. Petala exteriora majora bifida ad basin fere usque, laciniis oblongis obtusissimis. Antherae pallidae. Semina extus striata, setis numerosis rigidis uncinatis. *Jacq.*) Sch.

2. * *C. latifolia*; hispida, foliis decursive pinnatis, foliolis lanceolatis pinnatifido-serratis, pedunculis rigidis oppositifoliis, umbellâ trifidâ, involucris abbreviatis margine scariosis. *Echinophora platyphyllos.* *Column Ecphr.* I. p. 97. *Caucalis II. Tabern.* p. 290. *Lappula canaria latifolia* *J. Bauh. Hist.* III. p. 80. *Caucalis anglica flore rubente.* *Park.* p. 920. *C. arvensis echinata latifolia.* *Moris. Sect.* IX. t. 14. *Tordylium latifolium* Linn. *Spec.* p. 345. CAUCALIS *latifolia* Linn. *Spec. ed. Reich.* I. p. 666. *Willd. Spec.* I. p. 1384. *Lam. Enc.* I. p. 657. *Decand. Fl. fr.* IV. p. 330. *Engl. bot.* p. 198. (Smith *Brit.* I. p. 297. *Jacq. H. vind.* t. 128. Hall. *Helv. n.* 738. *Wulf. ap. Römer Arch.* III. p. 346.) TURGENIA *latifolia* Hoffm. *Umb.* p. 59. (et *Umb. ill.* p. 15. 16. *β. Echinophora laciniata* *Dill. in Rai Syn.* p. 219. *Pet. H. Brit.* I. 27. f. 7.)

In Angliae, Galliae et Europae australis arvis, (inque Oriente, Tauro-Caucaso.) ☉. („Caulis angulatus, ut tota planta et petioli scabra strigis. Foliola lanceolata serrata scabra. Pedunculus scaber. Umbella 3-siv. 4-radiata. Umbellulae sessiles. Involucra omnia ovata, scariosa, radiis

aequalia: universale foliolis 3-5, partialia 5-(7). Flosculi aequales albi; multi steriles. Fructus umbellae 5, conferti, ovati, scabri, aculeis purpurascensibus scaberrimis, aculeolis reflexis." *Linn.*

Flores interdum extus rubore suffusi, petalo exteriori majore semibilobo, lobis rotundatis. *Jacq.*

Caulis erectus 3 ped., setis sparsis vel ascendentibus. Pinnae decurrentes glaucescentes. Pedunculi longissimi. Radii umbellulae *validi* angulati asperi. *Smith.) Sch.*

3. * *C. daucoides*; foliis bipinnatifidis, laciniis abbreviatis acutiusculis, caule simpliciter bifido, vaginis pilosis, umbellis oligocarpis bifidis, involucri nullo. *Caucalis* *Trag. f. 318. b.*

albis floribus Ger. emac. p. 1021. C. arvensis echinata parvo flore Moris. Sect. IX. t. 14. Echinophora Riv. pent.

CONIUM *Royeni Linn. Spec. p. 340. CAUCALIS daucoides Linn. Hort. Ups. p. 58. Jacq. Austr. t. 157. (Smith Brit. p. 296.) Engl. bot. p. 197. (Willd. Spec. 1. p. 1384.*

C. involucellis 3-5-phyllis, seminum aculeis connatis uncinatis glabris. Hoffm. Umb. ed. 2. l. p. 56. t. 1. f. 14 et p. 212. t. 1. B. f. 31. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. p. 206. Suppl. p. 201.)

CAUC. leptophylla Schk. t. 61. (Jacq. vind. p. 46. Crantz Austr. p. 225. Mönch hass. n. 225. Huds. ed. 1. p. 99. Lam. Enc. meth. 1. p. 657. Hall. Helv. n. 739. DAUCUS leptophyllus Scop. Carn. I. p. 190.)

In arvis Europae mediae (australis, et Tauriae.) O. (Caucalis divaricatissimus diffusus angulatus striatus hispidus. Folia Dauci rariora. Pedunculi laeves, longissimi. Umbella 3-5-fida, umbellulae sessiles, saepius 3. Involucrum nullum. Involucella triphylla. Flosculi aequales, non radiati, rubentes; plures steriles. Fructus umbellulae plerumque tres, divaricati, coronati perianthio, oblongi, aculeis uncinatis remotis laevibus." Linn.

Caulis purpurascens. Folia multiplicato-pinnata, (triplicato-pinnata Smith) costis omnibus dorso pilosis, foliolis oblongo lanceolatis acutis. Umbella raro radiis 4-5, quarto flores plerumque masculos ferente. Flores 3-7 plerumque in umbellula singulari, 2-3 hermaphroditis fertilibus. Stam. 5-5. Petala obverse cordata apice valde inflexo, foris rubella. Spinnae seminum albae. Jacq. l. c. Calycis dentes lanceolati acuti glabri. Hoffm. Fructus elliptico-teres, nec compressus, costis utrinque 4, setis porrectis uncinatis" Smith.

„Seminum costae setis sparsis rectis hispidae, vallecularum juga canaliculata, aculeis bifariis mediocribus basi crassiore etiam canaliculatis." M. a Bieb. Suppl. An Rivin hujus loci?) Sch.

4. * *C. platycarpus*; foliis bipinnatifidis hispidiusculis, laciniis lanceolatis remotiusculis, pedunculis oppositifoliis patentibus rigidis, involucri subtriphylo, umbellulis pentacarpis. *Lappa boaria Plinii Dalech. p. 762. Echinophora Lappula ca-*

ra platycarpus Column. Ecphrus. 1. p. 94.

naria flore minori J. Bauh. Hist. III. p. 80. *Caucalis*
echinophora minor Park. theatr. p. 920. *C. monspe-*
liaca echinato magno fructu: Moris. Sect. IX. t. 14.
Magnol. bot. monsp. p. 56. *C. platycarpus* Linn.
Amoen. acad. IV. p. 480 sed nusquam in Spec. pl. (attamen
 in edit. vind. 1764. I. p. 347. n. 4., ubi etiam Hort. Cliff.
 p. 61. Upsal. 58. Roy. Lugdb. p. 95.) *Gouan*
Fl. monsp. p. 285. *Lam. Enc. I. p. 657.* *Willd.*
Spec. I. p. 1387. *Gerard Fl. galloprov. p. 238.* *Vill.*
delph. II. p. 654. *Decand. Fl. fr. IV. p. 331.* (*C. la-*
tifolia *Lam. Fl. fr. III. p. 426.* *Roth Beytr. I. p. 122.*
Abh. p. 11. *Brot. lusit. p. 450.* *Marsch. a Bieb.*
Fl. Taur. Cauc. I. p. 206. Suppl. p. 200. *Hoffm. Umb.*
ed. 2. I. p. 57. *Jacq. Hort. vind. III. t. 10.)*

In Gallia australi et Italia. (Tauria et circa Derbentum
Stev.) ☉. (Caulis ex ipsa basi ramosus divaricatus, stria-
 to-angulatus, asper, 1/2 ped. Folia multiplicato-pinnata ri-
 gidula crassula subtus rariter pilosa. Petioli canaliculati hir-
 suti, breviter vaginantes. Pedunculi longi crassi striato angu-
 lati glabri. Involuer. univ. e foliolis 3-5, acutis, concavis,
 inaequalibus, umbellâ brevioribus, partiale subtriphyl-
 lum. Umb. univ. e radiis 2-5, brevissimis, ut umbella fere simplex.
 Flosculi in umbella plusculi subsessiles, paucissimi exteriores
 hermaphroditi, unde fructus in umbella univ. 3-6. Petala alba
 inflexo-cordata, exteriora in hermaphroditis majora, in mas-
 culis aequalia. Stamina petalis breviora. Semina fusca.
Jacq. l. c. Foliola involucellorum apice saepe composita.
 „Fructus omnium compressissimus maximus „(4-5 lin., 3 lat.)“
 dentibus calycinis acutissimis, setis costarum bi-trifariis, sim-
 plicibus glabris, aculeis jugorum purpurascensibus uncinatis
 bifariis.“ *Hoffm.) Sch.*

5. * *C. mauritanica*; foliis bipinnatifidis, laciniis lineari-
 lanceolatis strigosis, caule subramoso aspero, p. dunculis op-
 positifoliis rigidis bifidis, involuero nullo, involucellis sub-
 triphyllis, umbellulis sexfloris. *C. mauritanica* Linn. *Spec.*
ed. Reich. I. p. 666. *Möhring in Act. Nat. Cur. VI.*
p. 401. *Walth. Hort. p. 127.* *Willd. Spec. I. p.*
1583. *Lam. Enc. I. p. 657.* *Desfont. Atl. I. p.*
236. *Spreng. Umbell. Spec. p. 143.*

In Mauritania. ☉. (In culta rad. filiformis; Caulis pal-
 maris spithamaeus rigidus subflexuosus, inferne pennae colum-
 binae crassitie, teres, a basi inde ramosus. Petioli vaginantes,
 inferiores subdigitales, superiores breviusculi. Folia ternato-
 bipinnatifida; foliola pinnatifida laciniis lineari-lanceolatis in-
 tegerrimis vel subincisis, acutis. Pedunculi pollicares et paul-
 lo ultra, rigidi, asperi. Involucelli foliola lineari-lanceolata,
 cuspidata, umbellulâ multo breviora. Flores albidii. Fructus
 subprismatici, jugis 3 dorsalibus aculeatis. *Spreng.) Sch.*

6. * *C. leptophylla*; caule retrorsum aspero, foliis ternatim decompositis, foliolis bipinnatifidis, lacinulis lanceolatis, petiolis hispidis, pedunculis rigidis, involucro nullo, umbellâ bifidâ, involucellis pentaphyllis, aculeis fructuum glochidatis. *Echinophora leptophyllos* Column. Ecphr. I. p. 97. *Caucalis seminum filamentis ter aut quater uncinatis.* Guettard Obs. II. p. 80. *Caucalis n. 2.* Gerard provinc. p. 236. *C. leptophylla* Linn. Spec. p. 242. Vill. delph. II. p. 653. Lam. Enc. I. p. 657. Willd. Spec. I. p. 1386. Lapeyr. Hist. pyren. p. 143. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. p. 207. Suppl. p. 201. Hoffm. Umb. ed. 2. I. p. 57. Jacq. H. vind. III. p. 2. Sturm Germ. Fasc. p. 111.) *C. parviflora* Lam. Enc. I. p. 657. Decand. Fl. franc. IV. p. 332. (*C. pumila* β Lam. Fl. fr. III. p. 425.) *C. humilis* Jacq. Hort. vind. t. 195. Desfont. Atl. I. p. 239.

In Gallia et Mauritania, (inque Graecia et Iberia.) \odot . („Caulis humilis teres retrorsum scaber. Folia bipinnata, scabra pilis. Umbella bifida absque involucro. Umbellulae 5-florae non radiatae albo purpurascens, flosculo uno alterove sterili. Involucella pentaphylla parva. Fructus ovatus aculeis verticillato-hispidis apice triglochidibus.“ Linn. Mant. 351. Habitu similis *C. daucoidi* nec *C. arvensi*, ut perhibet els. Hoffmann. Willd.“ Petioli et folia ad lentem ciliata. Umbella rarius etiam simplex et trifida, involucri foliolo unico brevi acuminato angusto integerrimo, quandoque nullo. Umbellulae subinde 5-7-florae, involucellis (5-7) lanceolatis integerrimis. Petala primum rubra, dein alba, exteriora paullo majora. Antherae rubrae. Semina fuscescentia setis pallidis hispidis bi-trifidis. Jacq. Fructus quam in congeneribus angustior, imprimis costae minutim setuloso-muricatae.“ Marsch. a Bieb. Aculei fructus bifarii recti asperrimi glochidati; calycis dentes majores acute lanceolati, ciliati.“ Hoffm. Occurrit in hortis nomine CAUCALIDIS *maritimae*. In H. Gorenk. colitur varietas *iberica*.) Sch.

7. * *C. maritima* J. Bauh.; caulibus procumbentibus villosis, foliis bipinnatifidis incano-pubescentibus, lacinulis obtusiusculis mucronatis, pedunculis elongatis, involucris involucellisque lanceolatis, umbellâ bi quinquefidâ, aculeis fructuum coloratis. *Lappula canaria* s. *Caucalis maritima* J. Bauh. Hist. III. p. 81. Moris. Sect. IX. t. 14. *Caucalis n. 4.* Gerard provinc. p. 237. t. 10. *C. pumila* Gouan Fl. monsp. p. 285. Vahl Symb. II. p. 47. Willd. Spec. I. p. 1385. (Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 182.) *C. maritima* Lam. Enc. I. p. 657. Decand. Fl. franc. IV. p. 331. (Desfont. Atlant. I. p. 238. Brotero lusit. p. 448. Cav. Ic. 2. p. 1. t. 101.) *Daucus muricatus* β . Linn. Mant. p. 352. (Spec. pl. p. 349.

Syst. Veg. ed. XV. p. 293.)
Spec. ed. Reich. I. p. 669.
t. 20. f. 4.)

DAUCUS *maritimus* Linn.
(Gaertn. Fruct. I. p. 80.

In Gallia Narbonensi, (et arenosis maritimis Barbariae et Cimoli.) ☉. (Decand. l. c. duas distinxit varietates: a. umbellâ subquinquefidâ. C. *maritima* Lam. Fl. fr. III. p. 426. β. umbellâ bifidâ. C. *pumila* α Lam. Fl. fr. III. p. 425. Ger. Gallopr. p. 227. n. 4. t. 10. Rad. longa subsimplex; caules ramosi vix 4 poll.; foliola tenuia pinnatifida; umbellae oppositifoliae; flores rubelli; calyces pubescentes; involucella 5-phyllo, flosculis parum longiora; fructus ovalis compressus sat magnus, aculeis longis flavicantibus basi dilatatis compressis. Decand. „Specimina alia 1 1/2 ped., foliis quadripinnatis, pinnis pinnatifidis, umbellis radiis 5-6, umbellulis 4-6-spermis, invol. univ. 5-6-, part. 4-5-phyllo; alia non pauca vidi caule vix palmari vel spithamaeo, foliis supradecompositis vel decompositis, umbellis 2-4-radiatis, umbellulis 2-3-spermis, involueris 2-3-phyllis.“ Vahl l. c. Aculei apice glochidibus in eodem specimine flavicantes et purpurascens.) Sch.

(Obs. An C. *pumila*, villosa, foliis tripinnatis, flosculis hermaphroditis sessilibus, masculis subpedicellatis, petalis planis apice inflexis, involuero simplici, rarius apice bi-trilobo. Forskali aegypt. p. 206 varietas minor? Clo. Lamarck Enc. meth. I. p. 657. LAPPULA *canaria* Bauh. l. c. C. *maritimae* β est: umbellis multifidis.

8. C. *orientalis* Buxb.; glabra, foliis ternatim supradecompositis, lacinulis linearibus angustissimis abbreviatis, caule erecto ramoso, involuero nullo, umbellis multifidis, involucellis ciliatis, aculeis fructuum rectis subviscosis. CAUCALIS *Belon* apud *Clus. exot.* p. 200. (in nostra editione 206.) icon. aliena. C. *procerior chalepensis* *Moris.* Sect. IX. t. 14. C. *orientalis* *Buxb. Cent.* III. t. 28. *Tournef. Cor.* p. 23. *Linn. Spec. ed. Reich.* I. p. 666. *Lam. Enc.* I. p. 658. *Willd. Spec.* I. p. 1386. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.* I. p. 208. C. *litoralis* (umbellâ universali sub-10-fidâ, partialibus pentaspermis, foliis supradecompositis, lacinulis lineari-setaceis, seminum aculeis disci longitudine.) *Marsch. a Bieb. II. Hornem. Hort. Havn.* I. p. 270. C. *pulcherrima* *Willd. Enum.* p. 303. *Hornem. Hort. Havn.* I. p. 270.

Ad litora Ponti Euxini. ♂. Flores radiantes plerumque, quos *Linnaeus* in manco exemplari haud vidit: involuella ciliata ubique adsunt. (*Linnaeus* nempe subscripsit: „Flores flosculosi absque radio. Semina setis exstantibus apice viscoso glandulosis. *Lamarck* specimen ex *Herb. Isnard.* describit: caule 2-3 ped. tereti subramoso, foliis triplicato-pinnatis, lacinulis ut in *daucoides*, sed majoribus; umbellas terminales laxas amplissimas radiis 12-15 bi-tripollicaribus; umbellulas minimas radiis 9-10 brevissimis, involuero utroque brevissimo polyphyllo. Semina punctis apice glanduloso-vis-

cosis. De floribus radiatis silet. Etiam *Lourgiro*, qui *C. Cascalitram Bellon. it. l. 3. c. 49. c. fig.* laudat, et orientalem fere iisdem cum *Lamarck* verbis describit, nisi quod „folia pinnato-incisa laciniata glabra“ petat, flores etiam cum *Linnaeo* „flosculosos subnudos“ nec radiatos petit. *Fl. cochin. p. 221.) Sch.*

(*Obs. Willdenow Enum. p. 303.* descriptioni *C. pulcherrimae* cultae addidit: „Habetur vulgo pro orientali, sed ipsissima verba *Linnaei* dicunt: „flores esse flosculosos absque radio.“ Specimen meum hujus plantae est absque floribus, at folia diversa sunt. CAUCALIS orientalis est sine dubio alia planta.“

Exc. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 203 ingenue monet: „*C. orientalem* et *pulcherrimam*, simillimas plantas, separaveram olim in adversariis meis, mox conjunxeram, jam iterum sejungo. Synonymorum distributionem, incertus quamvis, tentavi, eos potissimum auctores, qui suae plantae proceritatem urgent, priori adscribens. Utraque convenit foliis tenuissime divisis, lacinulis perbrevis, oblongis obtusiusculis, pilis brevibus sparsis saepe hispidulis, interdum vero glabriusculis; involucri univ. foliolo uno alterove brevi membranaceo caduco, partiali foliolis 6-8 lanceolato-subulatis acuminatis margine membranaceis villosulis radiis umbellulae brevioribus; corollulis albis, per umbellae circumferentiam radiantibus. Differt vero *pulcherrima* staturâ minore vix 2 ped. superante, cum *orientalis* 4, quandoque 6 ped., sit; vaginis foliorum imprimis superioribus oblongo-ellipticis, nec ut in *orientali* longo-lanceolatis, seminibus majoribus, vallecularum aculeis quidquam validioribus, costarum setis minus copiosis, apice glochidibus, quae in *orientali* minutiores sed copiosiores, et apice villis longioribus copiosioribusque penicillatis instructae, quo fit, ut in florente germina tota lanuginosa, aculeis passim e lana emergentibus.“ Utraque ex correcta denuo diagnosi: „umbellâ multifidâ, umbellulis polyspermis, foliis supradecompositis, lacinulis abbreviatis: fructuum aculeis disco longioribus“: sed:

C. orientalis, germinibus lanuginoso-villosis hispidis,

C. pulcherrima, germinibus setoso villosis hispidis.

Illi synonyma subscripsit *exc. M. a Bieb.*: *C. orientalis* *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n. 523* (excl. syn. *Buxb.* et *Pallas*, varietate β et loco natali Tauria.)

Hornem. Hort. Havn. a. 1813. p. 270. *Spreng. Prodr. Umb. p. 23 n. 2?* et *Synon. Umb. in Mem. Soc. bot. Ratisb. a. 1815. p. 85.?* Huic vero *pulcherrimae*: *Willd. Enum. H. berol. p. 303.* *Hoffm. Umb. ed. 2. l. p. 57. 212. t. 1. B. f. 31. a. d. f. 36. c. Catal. Hort. Gorenk. a. 1812. p. 46.*

Besser Cat. H. Cremeneec a. 1816. p. 31. *Hornem. Hort. Havn. a. 1813. p. 270.* *C. orientalis* β . humilior glaberrima. *Flor. Taur. Cauc. n. 523.* *Pall. Ind. Taur.*

C. orientalis arvensis tenuifolia flore purpureo magno fructu Tournef. Cor. p. 23. *Buxb. Cent. III. p. 16. t. 28?* nisi potius ad *C. platycarpam*. In littoribus marinis sabulosis Tauriae familiaris, nec per Caucasum exulat.

C. littoralis *M. a Bieb.* etiam in *Suppl. Taur. Cauc. p. 204* distincta probatur species additis synonymis: *Hoffm. Umb. ed. 2. col. 1. p. 57. et 212. t. 1. B. f. 36. b.* *Catal. Hort. Gorenk. a. 1812. p. 46.*

CACHRYS littoralis *Spreng. Prodr. Umb. p. 20. n. 5.* *Besser Cat. H. Cremeneec. a. 1816. p. 26.* Statura et

habitus et duratio quidem *pulcherrimae*, tota quoque glabra; sed pinnularum lacinae pauciores, longiores, radii umbellae umbellularumque minus numerosi, et praecipue seminum aculei multo breviores. Huic folia *MEI*, *pulcherrimae FERULAE orientalis* vel etiam *CACHRYOS odontalgicae*. *Marsch. a Bieb. l. c.* Etiam *Hoffmann* in hac notat aculeos seminum disci longitudine, cum in *orientali* disco longiores. *Orientalis* depinxit semen T. I. B. f. 31. 36, *littoralis* ibidem 6. Ad littus Euxini circa Odessam.) Sch.

9. *C. glochidata Poir.*; caule erecto glabriusculo, foliis decompositis pilosis, foliolis incisis linearibus, umbellis axillaribus (terminalibusque) paucifloris, involucris diphyllis minimis, aculeis fructuum glochidatis. *SCANDIX glochidata Labill. nov. Holl. l. p. 75. t. 102.* *CAUCALIS glochidata Spreng. Prodr. Umb. p. 24.* *Poiret Enc. Suppl. II. p. 137.*

In terra Diemenii. (Caules glabri, subinde aculeis parvis; folia bipinnata, foliolis parvis; umbellae simplices subinde 2-3 in axilla eadem; involucr. 1-6-phyllum, foliolis minimis subulatis; petala ovata minima aequalia extus pilosa; stamina vix longitudine petalorum; antherae globosae biloculares; fructus parvi ovati bistriati serie quadruplici aculeorum apice glochidibus 3-4. *Poiret ad specim. Herb. Desfont.*) Sch.

10. *C. hispida Desfont.*; villosa procumbens, foliis bipinnatifidis, foliolis incisis, lacinulis lanceolatis acutiusculis, pedunculis rigidis, involucris (involucellisque) polyphyllis, aculeis basi dilatatis, junioribus glochidatis, provectoribus uncinatis. *Poiret Enc. Suppl. II. p. 137.*

Neapoli ad promont. Misenum. Similis *DAUCO muricato*. (Caules recti altissimi sulcati rigidi hispidi. Folia ampla utrinque viridia, ad minimum tripinnata pilosa; pinnulae latae, pinnatifidae vel incisae, lobis irregularibus ovatis acutis; umbellae amplae planae patulae; radii numerosi inaequales pilosissimi; involucri foliola lanceolata acuta albida margine membranacea; petala flava obtusa; stamina maxime prominula antheris subglobosis. *Poiret ad Herb. Desfont.*, qui nomine *C. hispidae Jacq.* tulit.) Sch.

11. *C. japonica Houtt.*; strigosa, foliis bipinnatis, foliolis oblongis pinnatifidis, umbellis axillaribus multifloris, involucris involucellisque pentaphyllis subulatis brevissimis. *Houtt. in Pflanz. Syst. VI. p. 45. t. 45. f. 1.* (*C. involucris polyphyllis, seminibus ovatis, foliis decompositis, foliolis cuneiformibus pinnatifidis, caule hirto.*) *Willd. Spec. I. p. 1588.*

In Japonia. (Caulis teres farcus substriatus, setis parvis albis erectis, apicem versus copiosioribus longioribus. Rami brachiati, ramulis umbelliferis. Foliola 9-11 laciniis profunde incisis, supra atro-subtus pallide viridibus. Petioli pilis albidis, ad basin sulcati, amplexantes. Umbella e radiis 8, exte-

rioribus duplo longioribus. Involucr. univ. e foliolis 5-6 brevibus, part. simile, sed longitudine fere radiorum. Semina ovata aculeis setisve uncinatis. *Houtt. l. c.* Anne potius TORILIS?) Sch.

12. *C. virgata Poir.*; glaberrima, foliis inferioribus bipinnatis, caulinis pinnatis, foliolis subternatis linearibus, pedunculis filiformibus aphyllis, involucris pentaphyllis subulatis, umbellâ multiflorâ, aculeis fructuum basi alâ connexis. LASERPICIUM *daucoides Desfont. Atl. 1. p. 253. t. 70.* CAUCALIS *virgata Poir. voy. Enc. Suppl. II. p. 136.*

Ad Bonam in Mauritania. 4. (Membranâ ad marginem fructuum LASERPICIIS, habitu SELINIS, umbellis demum concavis DAUCIS affinis. Caules erecti teretes 2-3 ped., ramis elongatis attenuatis nudiusculis. Folia caulina pinnulis lineari lanceolatis. Pedunculi elongati, substriati. Radii umbellae inaequales, uti foliola 5-6 involucris brevia; involucella minora subreflexa; petala alba subaequalia; styli reflexi; fructus parvi, striati, semicylindrici. *Pairet.*) Sch.

13. *C. hispanica Lam.*; hispidula, foliis tripinnatis tenuissime incisissimis, floralibus verticillatis, umbellis axillaribus subsessilibus, involucro nullo, involucellis oligophyllis. *Lam. Enc. I. p. 658.*

In Isnardi herbario, probabiliter ex Hispania. (Folia fere grandiflorae; caulis gracilis ramosus pilis brevibus, vix pedalis. Umbellae ut plurimum radiis 5, quorum 2 ita breves, ut umbellulae sessiles. Folia sub nodis floriferis terna verticillata, instar involucri universalis; involucella e foliolis 2-5 simplicibus, vel similibus caulinis. Fructus hispidi. *Lam.*) Sch.

14. (*C? glabra Forsk.*; foliis tripinnatis glabris, involucris universalibus tridentatis, floribus omnibus pedicellatis. *Forsk. aegypt. arab. p. 206, 23. f. 2. 3.* *Descript. de l'Egypt. t.*

Tota glabra villis vix manifestis. Petala ut in *pumila*. Semina hispida. Cum *pumila Alexandriae*. Hanc et sequentes *cls. Sprengel* non recepit.

(*Obs.* *Clas. Sieber* hanc legit ad *pyramides gyz.* Spithamasa caule basi crassitie calami scriptoris, vaginalium rudimentis tecto; folia in parte caulis superiora descripta, vix 1 1/2 poll. cum petiolo, laciniis ultimis lanceolatis obtusis. Inv. univ. foliolis fere tot, quot radii, apice trifidis potius quam tridentatis, rarius integris. Radii 5-6 inaequales, longiores pollicares, pilis appressis scabri. Involucella polyphylla lanceolata scabra, radiolis longiora, Radioli 9-16. Petala? Flores centrales quidam steriles. Semina seriebus 5 aculeorum candidissimorum, nunc apice hamulosorum, nunc membranâ eburneam quasi serratam sistentium.

15. (*C. angustifolia Forsk.*; foliis multifidis angustis

chaerophylliformibus, involuero utroque germine et seminibus hispidis. *Forsk. aegypt. arab. p. 206.*

Hadiae.) Sch.

16. (*C. strigosa* *Russ.*; involucris involucellisque membranaceis, umbella universalis multiradiata, seminibus glabratiss, setis lanceolato-subulatis, foliis pinnatis incisiss pilosis. *Russel Beschreib. v. Aleppo.*) Sch.

Quid: *C. tenella* *Delisle* *Descr. de l'Egypte* t. 21. f. 4.

C. Gerardi *pl. Hortt.*?

C. macrocarpa *H. Taurin.* 1813?

1196. DAUCUS.

1. * *D. Carota*; hispidus, foliis tripinnatis opacis, foliolis pinnatifidis, laciniis lanceolatis cuspidatis, involucris involucellisque pinnatifidis umbellam subaequantibus, aculeis rectis latitudinem fructuum aequantibus. *Pastinaca sativa altera et erratica* *Fuchs* p. 683. 684. *P. tennifolia, sativa et sylvestris.* *Dodon.* p. 678. 679. *P. sylvestris et Carota.* *Matthiol. ed. Bauh.* p. 548. 549. *P. sativa* *Lobel* *Hist.* p. 417. *IC.* 723. *Dalech.* p. 720. 722. *Ger. emac.* p. 1029. *J. Bauh. Hist.* III. p. 62. *Par-* *kins.* p. 902. *Tabern.* p. 192. 195. *Moris. Sect.* IX. t. 13.

DAUCUS *Carota* (seminibus hispidis, petiolis subtus nervosis.) *Linn. Hort. Ups.* p. 59. *Lam. Enc.* I. p. 634. *Willd. Spec.* I. p. 1389. *Fl. Dan.* p. 723. (Smith *Brit.* p. 300.) *Engl. bot.* p. 1174.

(*Hall. Helv. n.* 746. *Hoffm. Umb. ed.* 2. I. p. 63. t. 1 f. 10. p. 204. *tab. tit. f. 1. et p. 211. t. 1. B. f. 26 a b.* *Plenck off.* t. 176. *Svensk bot.* p. 104. *Hayne* *term. bot.* t. 2. f. 1. t. 51. f. 1. *D. mauritanicus* *Pall.* *Taur. ind.*

CAUCALIS *Carota* *Crantz et Targ.* β . involucris simplicibus. *Poiret Enc. meth.* II. p. 116. γ . *exigua* *Herrm.* caule brachiato, divaricato.)

Per omnem Europam in pratis et pascuis, (in *Taur. Caucas.*, inque *America et China*, unde in *Cochinchinam.*) σ . Differt pro soli et culturae efficacia. Magis aut minus hispidus est, ut etiam glaber occurrat. Folia laetius aut saturius virent. Umbella interdum radiat, nonnunquam flores aequales, saepe quoque flos centralis abortiens nodulum purpureum sistit. Post anthesin fere semper umbella contrahitur ut hemisphaerica fiat. (In australioribus folia radicalia saepe bipinnata, laciniis anguste linearibus, involucellis subpinnatifidis.)

β . *D. mauritanicus* (seminibus hispidis, flosculo centrali

sterili carnosio, receptaculo communi hemisphaerico.) *Linn. Spec. p. 328.* *Allion. pedem. t. 61.* (*Willd. Spec. l. p. 390.*) *Hort. Kew. 2. ed. II. p. 128.*

D. bicolor (pilis patentibus, involuero trifido umbellâ longiore, involucellis hinc membranaceis, umbellulâ centrali discolore) *Smith Prodr. Fl. gr. l. 184.* (*Sibth. Fl. graec. t. 270.*) non differt nisi magnitudine partium, foliolis inferioribus, parum latioribus, et abortibus florum centralium carnosis.

γ . *D. polygamus* (seminibus hispidis, umbellularum flosculis marginalibus pluribus masculis.) *Gouan Illustr. p. 9.* (*Jacq. Hort. vind. III. t. 78.*) *Lam. Enc. I. p. 635.* (*DAUCUS Gingidium β Willd. Spec. l. p. 1591.* *D. Carota β . Smith Brit. p. 300.* *D. maritimus lucidus Dill. in Raii Syn. p. 218.*) *Pastinaca tenuifolia Oenanthes folio Bocc. sc. t. 40.* *Moris. Sect. IX. t. 13.*

D. involucratus (pilis patentibus, involuero pinnatifido umbellâ longiore, umbellulis paucifloris uniformibus, involucellis angustatis) *Smith Prodr. Fl. graec. l. 184.* (*Sibth. Fl. graec. t. 271.*) differt solummodo floribus radialibus masculis abortientibus, fructuum aculeis paullo longioribus. Hic provenit in Sicilia et Hispania.

δ . *D. maritimus* (involucris brevibus dissectis, umbellis parvis, foliis tenuiter dissectis glabris lucidis, caule subnudo.) *Lam. Enc. I. p. 635.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 529.* *Lois. Fl. gall. I. p. 160.* (*D. maritimus With. p. 290.* *D. Carota γ . Smith Brit. p. 300.*) *Pastinaca tenuifolia marina, Magnol. bot. monsp. p. 199.* *Daucus vulgaris Zannich. t. 190.* caule gracili glabriusculo et umbellis minoribus differt, sed, climate soloque mutatis, abit in *D. Carotam*.

ϵ . *D. pusillus* (retrosum hispidus, foliolis laciniis minimis sublanceolatis, umbellis parvis, umbellulis paucifloris, seminibus 8-fariam cristato-muricatis.) *Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 164.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 199.* *Nuttall Gen. Amer. pl. I. 179.* quem in Carolinae (siccis) invenit *Michaux*, probabiliter varietas *D. Carotae* est, teste *Nuttallio*.

(Obs. a. DAUCI *Carotae* vulgo varietates 4 enumerantur: a. *D. Carota sylvestris*, quae a; b. *D. Carota sativus* radice albâ. c. *D. Carota sativus* radice luteâ. *Pastinaca tenuifolia sativa* radice lutea *Bauh. pin 151.* *Blackw. t. 546.* *Ludw. ectyp. t. 9.* *D. Carota β . Linn. Spec. p. 348.* d. *D. Carota sativus*, radice atroren ente. *Tournef. Inst. p. 307.* *D. Carota γ . Linn. l. c.* *Hoffmann Syllab. Umb. p. 12.* *D. sativi* varietates b. c., sed adhuc rubram *J. Bauh. III. p. 2. 64.*, atro-sanguineam *H. Gorenk.* et praecociorem *Fl. Wetter l. p. 420* distinguit. In subalpinis a & rarius corollis rubentibus occurrit, in Caucaso polygamus, corollis semi-

nibusque flavescentibus, aculeolis longioribus. (*Hoffm. Umb. tab. tit. f. 1.*); *Willdenow l. c.* monet, se in *Prodr. Fl. berol. n. 319 D.* Carotam α a rudimento carnosio rubro in medio umbellae perperam pro *D. mauritanico* habuisse. Varietates α — δ culturâ perstant, nec unquam ζ seminibus α a b vel ζ vel δ tulimus. β *Linnaeus* subscripsit: „Affinis multum *D. Carotae*. Caulis hispidus totus. Involucrum umbellâ brevius, quinquefido-pinnatum. Involucella tridentata. Corolla subradiata, petalis inflexo-bifidis albis.“ *D. mauritanicus* *Allion. l. c.* caule est tuberculato, foliis glabris, laciniis linearibus acutis ut plurimum trifidis, lobis in inferioribus subdentatis; umbella ampla plana, longe pedunculata; folia involucri lobis 5 linearibus, involucelli lobis 3; flosculus centralis carnosus, atropurpureus, longe pedicellatus; fructus ovato-oblongi, aculeolis setaceis flavicantibus seriatim dispositis. Hic ζ . Utrum re verâ idem cum *D. mauritanico* *Linnaeus* dubitat *Decand. Fl. fr. Suppl. p. 512.* *Smith* notat in *bicolore*, in Asia minore lecto: „involucri foliola omnia trifida, umbellam centralem totam purpuream, fertilem, reliquas albas.“ \odot . γ . *Divo Willdenow* *D. polygamus* a *D. Gingidio* parum differre videtur, et praeter flores masculos copiosiores in priore nullam differentiam certam se invenire potuisse. ζ a *Gouan* et *Willd.* dicitur: *D. involucratus* vero, qui in maritimis Cypri, a *Smith* \odot perhibetur. (Specimen nostrum a *Sieber-Gaussi* lectum differt a *polygamo* laciniis involucri et involucelli lineari-setaceis ciliatis.) „*D. polygamus muricato* quadruplo minor, facie ac staturâ *D. sylvestris*, cujus sapore etiam radix. Caulis a ped., striatus, non hispido-aculeatus, sed retrorsum scaber, aculeis circa extremitates caulis ac ramorum tantum conspicuis, ut in *Boccon.* Folia etiam *DAUCI sylvestris* ambitu lanceolato, tripinnata, pinnis pinnullisque deorsum latioribus, more congenerum. Foliola parvula acuta integra, bi-trifidave, superne glabra, subtus nervo hirsuto. Petioli pilis albis confertis, extantibus hispidi. Folia caulina summa rameaque pinnata foliolis longioribus, quibusdam falcatis. Umb. et inv. univ. ut in *Carata*, foliolis trifidis. Umbellulae involucella setaceo-subulata inaequalia, flosculis 24-30, in ramulis multo minores, 18-20, marginalibus abortivis. Flosculus in centro umbellae coloratus sterilis. Fructus exacte *Dauci*, at minores, et aculei longiores, copiosiores.“ *Gouan l. c.* δ . Praecedentibus minor; caulis pedalis; folia laxa tenuia, atroviridia; umbellae vix pollicis diametro, involucri radiis brevioribus; flores parvi albi; semina parva hispida. *Lam.* ad specim. *Monspel.* Hujus varietatem β caule tuberculato notat *Decand. Fl. fr. p. 319* prope *Narbonne.*) *Sch.*

2. *D. gummifer* *Lam.*; hirsutus, foliis subtripinnatis nitidiusculis, foliolis ovatis incisus acutis, involucri involucellorumque foliolis latiusculis margine membranaceis umbellâ multo brevioribus. *Pastinaca tenuifolia gummi manans.* *Boccon. Mas. t. 20.* *P. tenuifolia sicula* *Moris. Sect. IX. t. 13.* *Bertolon.* *Daucus gummifer* *Lam. Enc. I. p. 634.* *Amoen. ital. p. 136.*

In Italia et Sicilia. ζ . Vulneratus fundit laticem tenuem, aëris contactu cito congelascentem, glutinosum, aroma spirantem, qui *Bdelliam siculam* est Arabum et Latinobarbarorum.

A *D. Carota* diversus brevitatem foliorum, divisione multiplice, et involucri margine coloratis. Galli australes *Decand. Fl. fr.* 4. 328 hujus nomine *D. Gingidium* habent, cujus nomen apud ipsos obsoletum in hoc et *D. lucidum* transit. (Fors non esse separandum a *D. Gingidio* L. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 116. Caulis sulcatus 2-3 ped., subhirsutus. Folia fere *Cerefolii*, non nisi petiolis hirsuta. Umbellae amplae umbellulis minimis numerosis. Involucella simplicia dilatata ovata mucronata membranacea margine colorata umbellulas parum superantia. Confer *D. Gingidium*.) Sch.

3. * *D. Gingidium*; foliis bipinnatis lanceolatis nitidis subtus pilosis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis, laciniis obtusiusculis, involucri et involucellorum foliolis latioribus umbellas subaequantibus, laciniis recurvis. *Gingidium* I. *Mathiol. ed. Bauh.* p. 401. *Dalech.* p. 710. *J. Bauh. Hist.* III. p. 79. *Tabern.* p. 286. *Pastinaca tenuifolia, umbellae radius Gingidii longioribus Moris. Sect. IX. t. 13.* *P. tenuifolia marina Magnol. bot. monsp.* p. 199. *Staphylinus folio latiore Riv. pentap.* DAUCUS *Gingidium* (radiis involucri planis, laciniis recurvis.) *Linn. Spec. ed.* I. p. 242. *Gouan Fl. monsp.* p. 286. *Willd. Spec.* I. p. 1391. *Smith in Linn. transact.* IX. p. 131. *Gingidii* nomine tamen in Linnaei herbario esse *AMMI Visnagam. D. lucidus* (foliis lucidis caule hirsuto, petiolis laevibus.) *Linn. Suppl.* p. 179. *Lapeyr. Hist. pyren.* p. 141. *Willd. Spec.* I. p. 1390. *Gerard. prov.* p. 242. (*D. mauritanicus* β *lucidus Pers. Syn.* I. p. 307.) *D. hispanicus* (seminibus aculeatis, flosculo centrali sterili nullo, caule nitido.) *Gouan Ill.* p. 9. ? *D. hispanicus Allion. pedem. n.* 1382. ? *D. maximus* (caule scabro, foliis bi tripinnatisve, inferiorum foliolis ovatis inaequaliter incisis, laciniis obtusis mucronatis, superiorum linearibus acutis, corollis radiantibus, flosculo centrali carneso.) *Desfont. Atl.* I. p. 241. ? *D. gummifer Decand. Fl. fr.* IV. p. 328.

In Gallia australi (et in *Nipon*.) ♂. Distinguitur potissimum a *D. Carota* latitudine et obtuso apice foliolorum, maxime latitudine et longitudine involucrorum et nitida superficie. In hortis plerumque *D. lucidi* nomine occurrit, qui cum *D. gummifero* commutatur.

(Obs. *Linnaeus D. lucido* subscripsit: „Statura *D. Carotae*, sed multo major. Caulis hirtus strigis rigidulis, nec ut in *D. Carota* tantum scaber. Folia grossiora laevia, ut petioli nitida.“ DAUCUS *Gingidium* Monspelio a *Linnaeo* ☉, *lucidus* vero ex *Italia, Hispania, Mauritania* ♂ dicitur. *D. hispanicus* describitur a *Gouan* l. c. radice ☉ sapore *Crithmi*, odore *Carotae* citrato ut tota planta, caule hemagae interdum altitudinis, striato, saepe purpurascente, inferne praecipue hispido, demum calvescente ramosissimo nitido, foliis radicalibus amplis pedalis ambitu fere triangularibus, tripinnatis, foliolis lobato-pinnatifidis, lobulis

ovatis mucronatis integris bi-trifidis glaberrimis, petiolis pilis rigidis albidis; umbellis longe pedunculatis terminalibus confertissimis, radiis 60 — 80 hispidis, praesertim apicem versus; foliolis involucri universalis circiter 12 poll., pinnatis, foliolis 5 lanceolatis mucronatis, infimis duobus in petiolum decurrentibus ad receptaculi basin usque; involucrellis foliolis saepius 8 lanceolatis acutis subaequalibus, exterioribus 2-3 trifidis. Pedunculus sterilis atrorubens apice tumidus carnosus e centro receptaculi, petalis nullis rubris ut in *mauritanico*, subinde etiam deest. Excissis ramis manat gummi albidum subetratum. *D. hispanicus* *Allion.* radice ♂ est, caule toto hirto, tripedali, foliis lucidis. Reliqua conveniunt. *Bertolone Amoen. It. p. 136.* *D. hispanicum* *Gouan* et *All.* ad *D. gummiferum* ducit movens dolere se assentire *Smithio* non posse, qui *D. hispanicum* ad *Gingidium* *L.* ducit, cum *Gingidium* in ora maritima Liguriae orientalis frequens tantam non acquirit altitudinem, quam *hispanicus*, et herba ejus prorsus glabra. *Desfontaines* neutrum ex adductis a *Linnaeo* ad *D. Gingidium* et *lucidum* synonymon *Tourneforti* laudat, sed *Daucum hispanicum* umbellam maximam *Tournef. Inst. 308. Shaw Specim. n. 197.* et, anne *DAUCUS mauritanicus* *Linn.?* quaerit, monens suum affinem esse *DAUCO Carotae*, sed omni parte majorem; differre foliolis inferioribus ovatis obtusis latioribus, petalis radiantibus majoribus. Caulis 3-5-ped., folia nunc glabra nunc hirsuta, invol. maximum, laciniis mucronatis; corpusculum in umbella centrali carnosum violaceum. Algeriae legit plantam hanc ♂. *D. mauritanicum* *Lam.* omnino eundem esse cum *maximo Desfont.* testatur *Decand. Fl. fr. Suppl. p. 512.* simul *D. hispanicum* *Gouan* l. c. et *lucidum* *Linn.* sine dubio esse suum *gummiferum* affirmans.) Sch.

4. * *D. muricatus*; hispidus, foliis tripinnatis opacis, foliolis multifido-incisis, umbellis subradiantibus involucre superantibus, aculeis fructuum glochidatis basi dilatatis, setis brevioribus intermixtis. *Caucalis daucoides tingitana* *Moris.* *Sect. IX. t. 14.* *Herm. parad. p. 111. Ic.* *Echino-phora tingitana* *Riv. pent.* *ARTEDIA muricata* *Linn. Spec. ed. I. p. 242.* *DAUCUS muricatus* (seminibus triglochidi aculeatis.) *Linn. Mant. p. 392.* *Willd. Spec. I. p. 1392. excl. syn. Bauh. et Column.* *Lam. Enc. I. p. 635.* *Desfont. Atl. I. 243.* *D. alatus* (seminibus angulis membranaceis hispidis, flore parvo luteo, foliis laevibus multifariam pinnatis, laciniis lato-incisis, caule hirto.) *Poir. voy. en Barb. II. p. 135. Enc. Suppl. II. p. 118.* *PLATYSPERMUM Hoffm. Umb. p. 64.*

In *Mauritaniae et Numidiae arvis.* ♂. Confudit *Linnaeus* *) cum *CAUCALIDE platycarpo*, quae praesertim involucre haud pinnatifido et aculeis uncinatis, non glochidatis; confudit cum multo dissimiliore *C. maritima*. Confundi tamen facilius

*) (Etiam *Murray*, tum ait *S. v. p. 293.* „sine dubio est eadem planta ac *CAUCAL. platycarpus* *Linn. Spec. p. 347. Syst. XII. p. 205. Jacq. Hort. III. t. 10.*“) Sch.

potest cum *C. hispida Desfont.*, quae differt villositate partium, involucris simplicibus, aculeis provectoribus uncinatis. Nostra in Europa haud provenit.

(Obs. I. *Linnaeus* subscripsit *D. muricato*: „Flores radiati, radio parvo. Involucrum foliis pinnatis, involucellis indivisis. Fructus 5-7. Semina aculeis triplicis seriei, compressis, apice glochidibus,“ Seminibus magnis affinis CAUCALIDI, caule pedali ramoso, pilis albis distantibus rigidis scabro. Folia longa, pollicem lata. Flores irregulares primum rubelli, demum albi. Umbella laxa radiis 10. Aculei longi rufescentes. *Lam.* *Poiret*, qui DAUCOS *Herb. Desfont.* fere omnes vidit, *D. muricatum* minime *alato* suo jungit, et notat pulchram hanc speciem seminum argenteo-alborum angulis membranaceis dentibus brevissimis exasperatis differre; caulem sulcatum hispidum; folia glabra, pinnata vel bipinnata, foliolorum laciniis latis inaequalibus, lobis ovatis inaequalibus obtusiusculis; pedunculos rigidos elongatos; flores parvos; umbellas densas radiis numerosissimis hispidis umbellulis distinctis; involucri foliola linearia, laciniis acutissimis. Ad littora maris Mauritaniae et in incultis.) *Sch.*

(Obs. II. Utrum DAUCUS *muricatus Brotero*; foliis hirsutis, caule sulcato subhispido humilij, umbellâ magnâ radiatâ, umbellulis numerosis, seminibus dentato-aculeatis, aculeis apice glochidiferis *Fl. lusit. p. 445* re verâ hujus loci? Monet figuram *Gaertneri t. 20. f. 4.* bonam quidem esse ratione habitâ ad magnitudinem et formam, sed deficere glochides. Folia radicalia bipinnata aut subbipinnata, hirsuta. Caulis humilis, $1\frac{1}{2}$ ped. aut pedalis in solo duro, $1\frac{1}{3}$ ped. et altior inter segetes, erectus, ramo uno alterove, in altioribus 3-4. Involucrum e foliolis 8-11, quinato-sive septenato-pinnatifidis, basi latioribus marginatis hirsutis, radio singulo externo triplo brevioribus, patentibus, demum reflexis; involucella polyphylla, foliolis quinato-aut ternato-pinnatifidis, radio singulo externo saepius longioribus patulis setaceis. Umbella universalis diametro fere triunciali, radiis 20-30, exterioribus hispidulis, 2-3 poll., subconcava; umbellulae partiales radiis ultra 20, $1\frac{1}{3}$ poll. Cor. universalis radiata, alba, petalis radiantibus bipartito-obcordatis. Flosculi in disco abortivi, masculi. Fructus ovales ultra 40. Semina grandiuscula, hinc convexiuscula alis 4, duabus marginalibus, duabus dorsalibus, crustaceis, latis, aculeis utrinque complanatis apice, lente visis, saepius glochidiferis, glochidibus 3-6, interdum duorum ordinum; inter alas costae 3 minimae, vix elevatae, aculeolis brevissimis, divaricatis ciliatae.) *Sch.*

5. *D. guttatus Smith*; hirsutus, foliis bipinnatis opacis, foliolis lanceolatis tenuissime serrulatis, involucrio universalis abbreviato, involucellis membranaceis, floribus centralibus abortientibus, aculeis fructuum glochidatis elongatis coloratis. (D. pilis caulinis patentibus, involucrio umbellâ breviori, involucellis membranaceis, flosculis centralibus abortivis discoloribus. *Smith Prodr. Fl. gr. 1. p. 184. n. 645.* (*Sibthorp Fl. graec. t. 269.* *Σταφυλιος αγγιος. Diosc. Sibth*) *Spreng. Umb. Spec. p. 143.*

In insulis Archipelagi et Asia minore frequens. ©. (Involucri foliola integra, trifida, vel pinnatifida. Flosculi cen-

trales in umbellulis omnibus, ut et tota umbellula centralis, atro-sanguinei et abortivi. *Smith.* Rad. pallida fibrosa. Caulis 1/2 ped. erectus, a basi ramosus, pilis rigidis albidis patentibus subreflexis. Folia pauca alterna ternato-bipinnata, foliolis pinnatifidis, laciniis remotiusculis lanceolato-linearibus acutis. Umbellae axillares et terminales, pedunculis digitalibus, radiis 10. Inv. univ. foliolis saepe 6 margine serrulatis, partialibus lanceolatis integerrimis. Flores albi. Fructus jugis primariis setis longis glochidatis aureis, secundariis minutis albidis. *Spreng.*) Sch.

6. *D. aureus Desfont.*; caule dichotomo hirsuto, foliis supradecompositis glabris, foliolis remotis lineari-lanceolatis abbreviatis margine revolutis, involuero decomposito reflexo umbellam subaequante, aculeis fructuum glochidatis coloratis. *Desfont. Fl. Atl. I. 242. t. 61.* (D. pilis caulinis deflexis, involuero decomposito umbellâ duplò brevior, involucellis membranaceis.) *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 185. n. 647.* *Spreng. Umb. Spec. 144.* (*Poir. Enc. meth. Suppl. II. p. 117.*)

In Numidia et Lycia. ☉. Flores aurei. (Caulis teres striatus cubitalis et ultra. Petioli hirsuti basi vaginantes. Foliola pinnatifida trifida. Pedunculi oppositifolii hispidi digitales et longiores. Umbellae radiis 40 circiter aequalibus, demum contractis. Invol. univ. foliis bipinnatifidis lineari-filiformibus, demum pendulis, longitudine fere radiorum; parziale simile, sed simplicius. Flores subradiantes. Fructus ovato-prismatici angulati, jugis primariis aculeis validis flavis glochidiatis, secundariis setis brevibus. *Spreng.* „Praecedentibus major, (i. e. *Carota, guttato, bicolore, involacrato, littorali*). Umbella multiradiata. Flores flavi. Involucra pinnatifida angusta, lobis infimis saepius tripartitis. *Smith.*) Sch.

7. *D. littoralis Smith*; caule decumbente pilis reflexis, geniculis barbatis, foliis bipinnatis hispidiusculis, foliolis abbreviatis hispidiusculis, foliolis abbreviatis multifidis cuneiformibus, involucri foliolis trifidis umbellâ brevioribus, involucellis membranaceis, aculeis glochidatis. (D. pilis caulinis deflexis, involuero subtrifido umbellâ triplò brevior, involucellis membranaceis.) *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 185. n. 646.* (*Sibthorp Fl. graec. t. 271.*) *Spreng. Umb. Spec. p. 145.*

In Cypro maritimis. ☉. (Rad. fusiformis pallida, crassitie pennae gallinae. Caules plures digiti aut spithamae longitudine, geniculis sursum barbatis, teretes. Petioli tripartiti hispidi subpollicares filiformes. Umbellae axillares terminales pedunculatae radiis subquinis hispidiusculis. Invol. univ. et part. sub-5-phyll., foliolis margine membranaceis ciliatis dorso hispidis, umbellulâ parum brevioribus. Flores albi. Fructus ovato-prismatici angulati, jugis primariis aculeos validos glochi-

diatos, secundariis setas breviusculas ferentibus. *Spreng.* Sch.

8. *D. hispidus Desfont.*; caule villosa, pilis inferne deflexis, foliis subbipinnatis villosiusculis, foliolis ovatis lobato-dentatis, involucris latiusculis, aculeis fructuum glochidatis basi dilatatis. *Desfont. Fl. Atl. l. p. 243. t. 65. Boucher Fl. Abbev. p. 20. Decand. Fl. fr. IV. p. 328. Loisel. Fl. gall. l. p. 159. Poir. Enc. Suppl. II. p. 117. Spreng. Umb. Spec. p. 147. D. maritimus Engl. bot. p. 2560. Withering arrang. ed. V. l. 2. p. 364. t. 33.*

In rupibus maritimis Cornubiae, Neapolis prope Misenum, Galliae et Africae borealis. ♂. (,,Rad. biennis, pallide flava. Caulis 1 1/2 ped., adscendens ramosus, inferne pilis deflexis, striato-sulcatus. Petioli teretes villosi. Folia oblonga; foliola obtuse dentata mucronulata, lin. 4 longa lataque. Umbellae terminales, radiis fere 20 hispidis, post anthesin contractis. Involucrum e foliolis lanceolatis (linearibus *Poir.*) 3-5-fidis margine membranaceis. Umbellae radiis parum brevioribus, part. simile umbellulas subaequans. Flores subradiantes, initio rubentes, dein pallidi. (Petala minima, pallide flava, subaequalia. *Poir.*) Fructus ovato-prismaticus, jugis primariis aculeis basi dilatatis apice glochidatis, secundariis setulosus. *Spr.* Semina parva, aculeis pilis apice in stellam patentibus. *Poir.*) Sch.

9. *D. meifolius Brotero*; caule hirsuto pilis deflexis, foliis pinnatis, foliolis multifidis subverticillatis divaricatis setaceis, involucris foliolis ciliatis, setis fructuum pectinatis molliusculis. *Caucalis lusitanica mei folio. Tournef. p. 323.* (*D. foliorum pinnis multipartitis, laciniis setaceis, glabris, caule pilis retroflexis hispido, involucris foliolis apice triquenefidis, margine membranaceo, seminibus hispidis.*) *Brotero phytogr. lusit. fasc. I. n. 19. t. 4. Fl. lusit. l. p. 446. Spreng. Umb. Spec. 146.*

Passim in collibus praesertim calcareis, circa Olisiponem, prope Conimbricam. ♀. (,,Rad. fusiformis lactescens crassitie calami scriptorii. Caules plures erecti flexuosi. Petioli canaliculati digitales. Folia radicalia pauca, foliolis oppositis subsessilibus binato-multifidis, laciniis sulcatis; caulina similia. Umbellae terminales radiis elongatis 20. Inv. univ. foliolis 5-5-fidis, margine membranaceis ciliatis, part. foliolis integris. Flores albi. Fructus ovato-prismatici, jugis alternis setis pectinatis elongatis molliusculis, alternis brevioribus. In simili *D. setifolio Desfont. t. 65. caulis laevis folia pubescentia. Gouan cum C. lasit. mei folio Tournef. in Herb. Jussieu vidisset, credidit D. polygamum suum recognoscere, sed descriptio et ic. Bocc. t. 40. Moris. IX. t. 13 insigniter differunt. Spr. Alii D. crinitum Desfont. huc vocant.) Sch.*

10. *D. setifolius* *Desfont.*; caule laevi erecto, foliis decompositis pubescentibus, foliolis trifidis subverticillatis angustissimis, involucri foliolis latiusculis umbellâ brevioribus, setis fructuum abbreviatis. *Desfont. Fl. atl. I. p. 244. t. 65.* (*Poir. Enc. Suppl. II. p. 118.*)

In Mauritania (prope Mascar.) 2. (Rad. fusiformis crassitie digiti; caules 3 ped. ramosi striati; folia caulina distantia; umbellae convexae terminales; involucelli foliola subsimplicia; flores centrales abortivi; petala alba subaequalia; semina crassa ovata semicylindrica cinerea pubescentia angulosa ciliata, angulis aculeatis. *Poir. ad specim. Herb. Desfont.)* Sch.

11. *D. glaberrimus* *Desfont.*; laevis, caule erecto nodoso, foliis pinnatis, foliolis remotis lobatis, pedunculis oppositifoliis elongatis, involucri abbreviato, aculeis fructuum basi dilatatis. *Desfont. Fl. atl. I. p. 244. t. 64.* (*Poir. Enc. Suppl. II. p. 118.*)

In Numidia (prope Tozzer). (Caules graciles, flexuosi, substriati, 2 ped. et ultra; foliola parva, laciniis inaequalibus obtusis; pedunculi subfiliformes, umbella parva umbellulis distinctis, radiis centralibus brevissimis; involucri lacinae subulatae; involucelli foliola setacea subsimplicia; petala alba minima; semina parva semicylindrica aculeis brevibus. *Poir. ad spec. Herb. Desf.)* Sch.

12. *D. parviflorus* *Desfont.*; hirsutiusculus, foliis bipinnatis, foliolis inferioribus ovato-oblongis, superioribus lineari-lanceolatis incisissimis, involucri folioli subulatis abbreviatis, floribus aequalibus minutissimis flavescens, setis fructuum glochidatis. *Desfont. Fl. atl. I. p. 241. t. 68.* (*Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 117.* *Decand. Fl. fr. Suppl. p. 513.*)

In Mauritania ad littora (circa Arzeau: ad littora Britanniae gallicae Loisel.) (Similis *D. Carotae*, sed floribus abunde distinctus. Caulis scaber tuberculatus 3-ped., ramosus; folia glabra, inferiora foliolis incisissimis vel pinnatifidis, superiora tenuius incisa laciniis linearibus acutis. Umbella magna plana, umbellulis distinctis; radiis filiformibus centralibus brevissimis; invol. parziale simplex subulatum; petala subaequalia. Semina parva cylindrica pilis brevibus apice peltatis. *Poiret ad specim. Herb. Desfont.)* Sch.

13. *D. grandiflorus* *Desfont.*; hirsutus, foliis supra-decompositis, foliolis trifidis linearibus cuspidatis, involucri foliolis subulatis umbellam radiantem subaequantibus, aculeis fructuum apice stellatis. *Desfont. Fl. atl. I. p. 240. t. 59.* (*Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 116.*)

Ad Algeriam inter segetes. ☉. (Habitus, praecipue quoad flores, *CAUC. grandiflorae*. Rad. fusiformis; caules 2-5 ped.,

ramosi, striati, pilis longis albidis. Foliola congesta acuta, glabra vel subhirsuta; petioli basi vaginanti; umbellae planae umbellulis distinctis; inferiores sessiles, superiores pedunculatae, foliis breviores; radii centrales brevissimi; cor. alba, petalis exterioribus maximis inaequalibus, centralibus subaequalibus. Semina cylindrica aculeis rigidis numerosis. *Poir. ad spec. Herb. Desf.*) Sch.

14. (*D. cuminoides Lam.*; foliis subtripartitis, laciniis linearibus, longissimis, glabris; umbellis paucifloris, caule erecto humili. *Poir et Enc. meth. Suppl. II. p. 118. Lam. Ill. Gen. t. 192. f. 2.*)

CUMINO *Cymino* maxime affinis, ut facile pro hujus β haberetur, genusque intermedium quasi DAUCUM inter et CUMINUM sistat. Admodum parva, radice simplici gracillimâ; caules basi subflexuosi simplices glabri, 4-6 poll.; folia petiolata; umbellae radiis 3-4; umbellulae flosculis 3-5 sessilibus parvis, petalis subinaequalibus rubellis; fructus parvi ovati obtusi ciliis pluribus rigidis longioribus quam in figura; involuera laciniis setaceis. Colebatur in *H. parisin.* ao. 1785. *Poiret ad specim. Herb. Lamarck.* Habitat?) Sch.

15. (*D. montanus Humb. et Bonpl.*; foliis hispidis, involuero universalis radiis umbellae brevioris. *Reliqu. Willd. MS.*)

In Silla de Caracas. ☉. *Humb et Bonpl.*) Sch.

Quid: *D. rigidus H. Paris. Gorenk. 1812.*

D. macrocarpus Erfort. 1804?

1197. TORILIS.

1. * *T. Anthriscus Gmel.*; strigosa, caule erecto ramoso, foliis bipinnatis, foliolis oblongis inciso-serratis, terminali elongato, involucris minimis. *Caucalis I. Matth. ed. Bauh. p. 404. C. rubello flore Clus. Hist. II. p. 202. Lobel Hist. p. 420. Ic. 728. C. semine aspero, floribus rubentibus, Bauh. Prodr. p. 80. ic. bona. Ger. em. p. 1022. Park. p. 921. Dalech. p. 714. C. lato apii folio Moris. Sect. IX. t. 14. TORDYLIUM Anthriscus Linn. Spec. ed. Re ch. I. p. 663. Jacq. Austr. t. 261. CAUCALIS Anthriscus Scop. Carn. n. 311. Crantz Austr. p. 226. Willd. Spec. I. p. 1588. Fl. Dan. p. 919. (Smith Brit. I. p. 298. Prodr. Fl. graec. p. 183. Curtis Lond. Fasc. VI. t. 22.) Engl. Bot. p. 987. (Brotero Fl. lusit. p. 47. Hayne getr. Darst. t. 36. Term. bot. t. 43. f. 6. Brotero Fl. lusit. p. 447. Roth germ. I. p. 120. Hall. Helv. n. 741.) CAUCALIS aspera Lam. Enc. I. p. 656. Lestib. Fl. belg. II. p. 150. TORILIS Anthriscus Gmel.*

Fl. bad. I. p. 615. *Spreng. Prodr. Umb. p. 24.*
 (T. involucro utroque 5-phyllo, aculeis seminum incurvis
 scabris apiculatis. *Hoffm. Umb. Gen. I. p. 51. t. 1. f. 18.*
t. 1. B. f. XXXV. T. *rubella* *Mönch meth. p. 103.*
 SCANDIX *infesta*, caulibus scabris, fructibus hispidis. *Forsk.*
Descr. aegypt. p. 58 fide Delisle Descr. de l'Égypte n.
329.)

Per totam Europam in sepibus atque dumetis. ♂. X („Caulis
 scaber pilis retropressis et umbellae radii pilis erectis. Ger-
 men hispidum strigositate purpurascente. Umbella subradiata
 flosculis disci umbellarum masculis.“ *Mant. 350.* Rad.
 flavicans. Caulis fere 5 ped., foliosus sulcatus, ramis alternis
 erectiusculis. Pinnae pinnatifidae et incisae scabrae, terminali
 elongatâ. Petiolus communis canaliculatus. Umbellae erectae
 multiradiatae, umbellulae congestae planae. Inv. foliolis su-
 bulatis scabris radio longe brevioribus; part. longitudine fere
 pedicellorum. Flores albi vel rubicundi parvi parum radian-
 tes. Antherae violaceae. Styli reflexi. Fructus ovatus parvus
 setis muricatis, apice violaceus.“ *Smith.* Folia pallide
 et ineleganter viridia, demum fere atropurpurascentia, denti-
 bus subinde mucronatis. Umb. univ. e radiis 5-8. Flores in-
 teriores steriles. *Jacq.) Sch.*

(*Obs.* CAUCALIN s. TORILIN *Anthriscum* equidem hucusque inter tau-
 rico-caucasicas non vidi; caeteroquin in Bessarabiâ et Ucraina minime
 rarae. *Marsch. a Bieb. Suppl. p. 204.* „Duas varietates caucasi-
 cas coram habeo, ait *Hoffmann* l. c. p. 58, alteram petalis et fruc-
 tibus apice cum stylopodio brevi stylisque longis reflexis purpurascenti-
 bus, etiam aculeis breviter apiculatis; aliam circa Coloniam Sareptanam
 teneriorem totam, albescentem, aculeis longioribus sursum incurvis, ad
 lentem hispidis et apiculatis acutissime. Calycis dentes separati albidâ
 circumstant stylopodium brevicolle; in posteriore tamen longitudine et
 formâ lanceolatâ acuminatâ attingunt et superant stylopodium. Spermopodium
 capillare fere, ultra dimidium fissum.“) *Sch.*

2. * T. *helvetica* *Gmel.*; scabra, caule diffuso ramoso,
 foliis bipinnatis, foliolis ovatis, inciso-pinnatifidis serratis,
 extremo elongato, involucro nullo. *Caucalis procumbens*
Riv. pent. CAUCALIS *Hall. Helv. n. 742.* CAUC.
helvetica *Jacq. Hort. vind. III. t. 16.* (*Wulf. ap. Rö-*
mer Arch. III. p. 345. C. invol. univ. subnullo, umbellâ
 a tri- ad decemfidâ, involucellis a 3 ad 5, ramis stricte diva-
 ricatis. *Linn. S. V. ed. Murr. p. 292 e litt. Jacq.)*
 CAUC. *arvensis* *Huds. Fl. Angl. p. 113.* (C. involucro
 universali subnullo, seminibus ova is, stylis reflexis, foliis
 decompositis, foliolo extremo lineari lanceolato, caule ramo-
 sissimo.) *Ait. Hort Kew. ed. I. p. 334.* *Willd. Spec.*
I. p. 1387. (*Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n. 525.*
Suppl. p. 204.) CAUC. *infesta* *Curt. Fl. lond. Fasc. VI.*
t. 23. *Smith Fl. Brit. I. p. 299. Engl. bot. p. 1314.*
 (C. *aspera* β . *Lam. Enc. meth. I. p. 656.* (fide *Poir et Enc.*

Suppl. II. p. 136.) C. *segetum* Thuill. paris. ed. 2. p. 136. SCANDIX *infesta*, semine exteriori hispido, umbellulis confertissimis hemisphaericis. Linn. Syst. Veg. p. 237. auct. Herb. Linn. apud Smith l. c.; ergo etiam Linn. Syst. Veg. ed. Murr. Pers. p. 304. (excl. syn. Jacq. Austr. t. 46.) Willd. Spec. I. p. 1451.) TORILIS *helvetica* Gmel. bad. I. p. 617. Spreng. Prodr. Umb. p. 24. (TORILIS *infesta* involucre submonophyllo, aculeis seminum retrorsum scabris glochidatis. Hoffm. Umb. Gen. I. p. 53. Tab. I. B. f. 35. f. TORDYLIUM *Anthriscus* Pall. ind. Taur. TORDYL. *segetum* H. reg. Paris.)

In sepibus Thuringiae, Palatinatus, (Boemiae, Tauriae, Helvetiae) et Angliae. ♂. Distinguitur a (valde affini) T. *Anthriscus* caule humiliore, ramis divaricatis, scabritie partium, haud strigosâ indole. (Linnaeus SCANDICI *infestae* subscripsit: „Caulis erectus, subpedalis (in olla) scaber. Folia Sc. *Cerefolii*. Umbella 5-fida. Umbellulae hemisphaericae confertae. Involucella 7-phylla subulata non reflexa. Flores subradiati albi. Flosculi circiter 6 fertiles, reliqui masculi. Stamina flosculis longiora, antheris purpurascensibus. Semina bina: exterius semen hispidum spinis articulatis; interius semen scabrum tantum, uti semina ambo flosculi centralis.“ Smith l. c. notat „radicem annuam albidam; caulem fere 1 1/2 ped., foliosum, teretem, striatum, scabriusculum, ramis copiosis divaricatis; folia fere *Anthrisci*; involucella polyphylla; flores albi. flavescens, rarius carnos; antheras flavas, subinde purpurascens; fructum *Anthriscus* majorem, nec apice violaceum.“ Jacquin „folia saturate viridia, umbellas radiis 4-10 scabris, involucelli foliola 3-5, fructus ante maturitatem fusciscentes, dein cinerascens pilis hamosis“ poscit et radicem. ♂.) Sch.

(Obs. Exc. Marsch. a Bieb. Suppl. I. c. huc ducit tanquam synonymon: SCANDICEM *infestam* Linn. (varietatem anomalam ex cultura) TORILIM *infestam* Hoffm. Umb. ed. 2. vol. I. p. 53. TORILIM *helveticam* et *infestam* Spreng. Prodr. Umb. p. 24. n. 3, 5. et synon. umb. in Mem. Soc. bot. Ratisb. a. 1815. p. 87. Varietatem se possidere notabilem addit umbellis omnibus tantum biradiatis ex Tauria meridionali et simillimam lusitanicam ex dono ill. Com. de Hoffmannsegg.) Sch.

3. (T. *neglecta*; umbellulis confertissimis hemisphaericis, seminum exteriorum setis longioribus, petalorum interiorum laciniâ unâ rectâ, alterâ inflexâ, flosculis radii abortivis paucis. CAUCALIS *infesta* Vest Enchirid. p. 495. SCANDIX *infesta* Jacq. Austr. t. 29. (excl. syn.)

„Rad. annua dura sublignosa tenuis ramosa albida, Dauci sapore aliquo; caulis solitarius teres 1/2-3 ped. striatus scabriusculus nec tamen pilosus, in ipso exorta ramis horizontalibus, modo erectus, modo in ramos longos patentes diffusus. Folia pinata e foliolis 5-5-nisve, foliolis in plantis majoribus similiter

pinnatis, modo pinnatifidis et inaequaliter incisiss, ovatis vel lanceolatis, planis subhirsutis, et scabriusculis, sordide virentibus, in senescente planta saepe fusco-sanguineis. Inv. univ. unifolium minutum vel nullum. Radii 3-9. Inv. part. 4-5-phyllum. Umbellulae partiales valde densae, hemisphaericae, ut non raro coni basin exprimant. Flores albi, petalis apice incurvato-cordatis, extimis multo amplioribus, pauci steriles. Petala interiora bina petalum unicum mentiuntur ad basin bifidum sine apice inflexo, hoc nempe in exteriori latere inflexo, lobo altero fere deficiente, unde fere corolla 4-petala. Antherae purpurascens. Semina oblonga obtusa fusca setis uncinatis leviter hispidis, in seminibus exterioribus longis, in reliquis brevissimis." *Jacq.*
In agris et ad fruticeta sylvarumque margines. ☉.

Obs. *Cls. Smith* ad CAUCALIDEM *infestam* suam, quae omnino SCANDIX *infesta* *Linn.*, laudat CAUCALIDEM *helveticam* *Jacq.*, nec hanc SCANDICEM *infestam* *Jacq.*; necesse est ergo hanc *Jacquini* plantam distinctam esse speciem, utpote diversam ab *helvetica* ejusdem.)
Sch.

4. *T. ucranica* *Spr.*; caule aspero erecto dichotomo, foliis bipinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis, argute serratis, involucro polyphylo membranaceo, involucellis umbellulas subaequantibus.

In Ucraina. ☉. *Besser.* Licet ad *T. helveticam* quodammodo accedat, abunde tamen diversa notis indicatis. Planta pedalis.

5. * *T. nodosa* *Gaertn.*; caule scabro erecto, foliis bipinnatis strigosis, foliolis ovatis pinnatifidis, lacinulis lanceolatis acutis, umbellis axillaribus glomeratis subsessilibus.
Caucalis nodosa echinato semine *Bauh. Prodr.* p. 80. *J.*
Bauh. Hist. III. p. 83. *Moris. Sect.* IX. t. 14. *C.*
ad alas florens. Riv. pent. TORDYLIUM *nodosum* *Linn.*
Spec. (346.) *ed. Reich.* I. p. 663. (*Jacq. append. Fl.*
Austr. t. 24.) CAUCALIS *nodosa* *Scop. Carn. n.* 313.
Huds. angl. p. 114. *Willd. Spec.* I. p. 1388. (*Smith*
Brit. p. 299.) *Engl. bot.* p. 199. *Decand. Fl. fr.*
IV. p. 334. (*Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.* p. 207.
Suppl. I. p. 201. *Brotero Fl. lusit.* p. 447. *Wulf.*
ap. Römer Arch. III. p. 344. *C. nodiflora* *Allion.*
Fl. pedem. n. 1387.) CHAEROPHYLLUM *nodosum* *Lam.*
Enc. I. p. 685. (?) TORILIS *nodosa* *Gaertn. fruct.* I. p.
82. (*Hoffm. Umb. ed.* 2. I. p. 53 et 212. t. I. B. J.
35. e.)

In Angliae et Galliae (Carnioliae, Italiae, Graeciae, Tauriae, Mauritaniae) arvis. ☉. (Caules retrorsum scabri, prostrati, teretes, ramosi. Folia glaucescentia, pinulae pinnatifidae et incisae. Umbellae oppositifoliae solitariae simplices congestae albae vel rubicundae. Semina exteriora tantum muricata. *Smith.* „Umbellae florentes terminales

et fere sessiles ad summa folia, fructigerae longius nunc pedunculatae. Inv. univ. nullum, part. foliolis plusculis aculis linearibus, flores densissime congestos fulcientibus. Flores exigui omnes fertiles. Germen setis albis. Petala ovata acuta apice inflexa. Antherae pallidae. Semina (etiam interiora) pilis uncinatis. *Jacq.* „Seminum setae aculeique etiam in hac specie solemnem *Caucalidis* generi ordinem servant; sunt vero costae admodum tenues et minutis tuberculis asperae, ita quidem, ut in iis praesertim seminibus, quorum et valleculae loco spinarum tubercula obtinent, tota superficies inordinatim tuberculato-hispida appareat. Sed semina aculeis praedita structuram suam praecedentis *leptophyllae* seminibus plane respondent.“ *Marsch. a Bieb.* „Aculei fructuum radialium hamato-glochidati, centralium tuberculato-squamati.“ *Hoffm.* l. c.) *Sch.*

(*Obs.* *CHAEROPHYLL. nodosum Lam.* certo non hujus loci, cum *CAUCALIS nodiflora Lam. Enc. meth. I. p. 656. n. 3.* omnino huc spectet monente recte *Poir. et Enc. meth. Suppl. II. p. 136,* aequae ac *Desfont. Fl. Atlant. I. p. 236.*) *Sch.*

6. *T. africana Spreng.*; substrigosa, caule simpliciusculo flexuoso ascendente, foliis bipinnatifidis, foliolis lanceolatis pinnatifidis, pedunculis oppositifoliis, umbellis simplicibus bifidis, involucris setaceis umbellas subaequantibus. *Spreng. pug. II. p. 55.* *CAUCALIS capensis Lam. Enc. I. p. 651.* (?) *CAUCALIS africana* (umbellam trifidam; umbellulis quinis; foliis bipinnatifidis hirsutis.) *Thunb. Prodr. p. 49. (Fl. Cap. II. p. 200.) Willd. Spec. I. p. 1586.*

Ad Promont. b. Spei. C. (Caulis teres striatus erectus inferne glaber superne pubescens pedalis et ultra ramosus. Rami alterni pauci divaricati. Folia supradecomposita hirsuta: lacinae lanceolatae dentatae. Umbellae terminales, universales 2-3-radiatae; partialis 3-5-radiata. Involucrum universale nullum; partialia 4-5-phylla. Semina ovata setis nigris hispida. *Thunb. In Prom. b. Spei. Krumrivier.*) *Sch.*

(*Obs.* *C. capensis* caule humillimo aspero, involucri utroque subtriphyllo, fructibus globosis muricatis *Lam. Enc. meth. I. p. 658* ex descriptione minime eadem planta videtur cum illa *Thunbergi*: Umbelliferarum enim sibi notarum minimam dicit *Lamarck*, vix a poll., caule gracili anguloso flexuoso tectum punctis asperis, ramo uno alterove; folia parva bipinnata, laciniis linearibus acutis; umbellas radiis 4-5 asperrimis, floribus albis exterioribus subirregularibus; fructus parvos globosos didymos tectos punctis asperis.) *Sch.*

7. *T. tuberculata Spr.*; glabra, ramis virgatis, foliis (caulinis) pinnatis, foliolis linearibus integerrimis, involucris (involucellisque) nullis, pistillis basi tuberculatis. *CAUCALIS tuberculata Poir. Enc. Suppl. II. p. 137.*

In Syria Billardierius legit. (Habitu *CAUCAL. virgatae*; caules erecti longi nudiusculi; rami graciles elongati; folia suprema simplicia filiformia; umbellae longe pedunculatae, ra-

diis inaequalibus subpilosus; cor. alba, subirregularis; styli persistentes divergentes apice hamulosi, basi singulus tuberculo ovato acuto insidens; semina parva pilis numerosis rufescentibus vix uncinatis. *Poiret ad Herb. Desfont.*) Sch.

8. *T. crinita* Spr.; caule scabro simplici, foliis bipinnatifidis, foliolis subverticillatis multifidis rigidulis, laciniis linearibus abbreviatis, involucre pinnatifido, setis fructuum pilosis. *Oenanthe altera minor africana Parkins. theat. p. 1233.* *Moris. Sect. IX. t. 7.* DAUCUS *crinitus Desfont. Atl. I. p. 242. t. 62. excl. syn. (Cauc. lusitan. Mei folio) Tournef.* *Poiret Enc. Suppl. II. p. 117.* TORILIS *crinita Spreng. Umb. Spec. p. 141.*

In Atlante (circa *Mascar* et *Flemsen*). ♂. (Notabilis pilis numerosis mollibus longis albis purpurascens. Caules vix ramosi, substriati, 2-3 ped.; folia distantia, longe petiolata, foliolis glabris, laciniis subulato-filiformibus inaequalibus acutis divaricatis; pedunculi simplices laevissimi saepe pedales; involucri foliola 8-10, apice pinnatifida, laciniis acutis inaequalibus; involucella simplicia; umbella plana congesta, flosculis centralibus ut plurimum abortientibus; petala alba subaequalia; semina semicylindrica. Flores aromatici. *Poiret ad specim. Herb. Desf.*) Sch.

9. *T. trichosperma* Spr.; caule debili foliisque decompositis asperis, umbellis oppositifoliis trifidis, involucre nullo, involucellis subtriphyllis subulatis, setis fructuum pilosis brevissimis. SCANDIX *trichosperma Linn. Mant. p. 57.* *Willd. Spec. I. p. 1451.* CHAEROPHYLLUM *trichospermum Lam. Enc. I. p. 685.* ANTHRISCUS *trichosperma Pers. Syn. I. p. 320.* TORILIS *trichosperma Spreng. Umb. Spec. 142.* (CAUCALIS *trichosperma Delit.*)

In Aegypto. ☉. („Caules plures obliqui 1/2 ped. ramosi, flexuosi, fere glabri. Folia bipinnata glabra subtus pallidiora, foliolis ovato-lanceolatis inciso-serratis margine scabris, petiolis subpilosus. Pedunculi oppositifolii. Umb. univ. rad. 3-4 inaequalibus, part. 10-12 subaequalibus. Invol. part. foliolis 7 subulatis longitudine umbellulae. Flores conformes carnei fertiles. Semina pilosissima, pilis semine duplo longioribus.“ *Linn.* Rad fibrosa. Caulis decumbens teres asper fili linteae crassitie, palmaris aut spithamaeus. Folia 2-5 subbipinnata, aspera, petiolis vaginantibus tripartitis; foliola petiolata cuneiformia, pinnatifida, laciniis lanceolatis acutis, ciliatis, 4 fere lin., 2 lin. latis. Umbellae axillares, pedunculis folia superantibus. Fructus ovati solidi undique pilis longissimis mollibus flexuosis albis. *Spr. l. c.*) Sch.

1198. OLIVERIA.

O. decumbens Vent. Hort. Cels. p. 21.

Planta maxime singularis, melius fors ad BUPLEURUM amandanda. *Caulis* glaberrimus, teres, albidus. *Folia* alterna petiolata, simpliciter pinnata, thymi odorem spirantia. *Foliola* sessilia, triquinesida, laciniis trifidis ciliatis. *Umbellae* axillares terminalesque trifidae. *Involucri* foliola cuneiformia trifida. *Involucella* umbellulas superantia polyphylla, quorum foliola similia involucrorum foliolis. *Flores* potius fasciculati quam umbellati, villosi, purpureo-albidi. *Habitat ad Euphratis ripas (circa Bagdad) unde Olivier et Bruguiere attulerunt.* ☉.

1199. A T H A M A N T A.

1. *A. panacifolia Spreng.*; caule sulcato, foliis pinnatis ternatisque asperis, foliolis oblongis obtusis crenatis basi inaequalibus, involucri foliolis lanceolatis. *Thapsia* IV. *Tuero dicta Clus. Hesp. p. 431. Hist. II. p. 192.* *Panax siculum semine hirsuto Boccon. sic. t. 1.* *Cachrys sicula semine fungoso Moris. Sect. IX. t. 1.* *C. pastinacea Lam. Enc. I. p. 260.* *C. panacifolia Vahl Symb. I. p. 26.* *Willd. Spec. I. p. 144.* (C. fol. radicalib. et infimis ellipticis, mediis palmato-pinnatifidis, extremis pinnatis inaequaliter serratis, seminibus hirsutis parum suberosis.) *Brotero Fl. lusit. I. p. 434.* *C. tomentosa Desfont. All. I. p. 249.* (C. lanata Hort. mediol.)
ATHAMANTA *panacifolia Spreng. Umb. Spec. p. 140.*

In Hispania, (prope Castanheira et inter Alemquer et Valladolid) Sicilia et Mauritania. 2. Fructus est prismaticus quinquecostatus villosus-tomentosus; itaque nullo modo CACHRYOS species. (Caulis 3-ped., striatus canescens teres farctus. Folia radicalia pinnata quina, caulina ternata. Foliola sessilia, extima 3 subconfluentia venis villosa scabra subtus pallidiora, terminale reliquis majus. Petioli striati. Umbellae terminales concavae radiis 15, partiales similes. Involucra 7-8 phylla, foliolis lineari-subulatis reflexis villosis, radiis multoties brevioribus. Involucella foliolis copiosioribus, ceterum similibus involucri. Petala minuta alba. Semina oblonga hirsuta incana parum suberosa. Styli reflexi persistentes, seminibus breviores.) *Vahl) Sch.*

(Obs. *Lamarck, Vahl et Willdenow Cachryn hungaricam panacifolio Tournesf.* huc ducunt, quae ex synonymo *Bauhini CRAMEE tatarica.* Fructus subprismaticus 5-costatus villosus-tomentosus. *Spreng.* An huc fors CACHRYOS *Panax siculum Ucria?*) *Sch.*

2. * *A. Libanotis*; caule sulcato, foliis bipinnatifidis, foliolis inciso-pinnatifidis, infimis decussatis, laciniis lanceolatis. *Libanotis* I. *Tabern. p. 309.* *Riv. pent. Hall. stirp. n. 744.* *Apium petraeum s. montanum album J. Bauh. Hist. III. p. 105.* *Daucus montanus Pimpinellae Saxifragae folio. Plukn. t. 173. f. 1.* LIBANOTIS dau-

coides Scop. Carn. n. 317. (? *LIBANOTIS montana Crantz Austr. p. 222.*) *ATHAMANTA Libanotis* (fol. bipinnatis planis, umbellâ hemisphaericâ, seminibus hirsutis.) *Linn. Fl. suec. n. 240.* *Gouan Ill. p. 12.* *Panzer Spec. Obs. bot. p. 19.* *Jacq. Austr. IV. t. 392. (et *) Fl. Dan. p. 754.* *Engl. bot. 138.* *Willd. Spec. I. p. 1400. (excl. β . et syn. Bauh.)* *Smith Brit. I. p. 304.)* *Allion. Fl. pedem. t. 62.* *Lam. Enc. I. p. 324.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 317.* *Besser Fl. galic. I. p. 207.* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 214.* *Spreng. Umb. Spec. p. 137.* (*ATH. Oreoselinum Huds. p. 115. LIBANOTIS Gaertn. fruct. II. p. 184. t. 21.*)

Per omnem Europam in montibus et alpibus. 4. Mira est varietas formarum et pubis. In locis alpestribus est planta digitalis, (quae videtur *A. Libanotis β Decand. Fl. fr. l. c.*) spithamaea, hirsuta, foliolis tenerius divisis. Ubi in planitiem descendit, procerior fit et glabrior, ut tandem omnem deponat pubem. Haec est:

β . *ATHAMANTA condensata* (fol. subpinnatis foliolis deorsum imbricatis, umbellâ lentiformi.) *Linn. Spec. (p. 351.) ed. Reich. I. p. 676.* *Willd. Spec. I. p. 1402.* *Lam. Enc. I. p. 324.* *Angelica foliolis pinnatifidis. Gmel. Sib. I. t. 44.* *LIGUSTICUM vaginatum Spreng. pug. II. p. 57.* quae in Sibiria provenit.

γ . *ATHAMANTA sibirica* (foliis pinnatis inciso-angulatis.) *Linn. Mant. p. 56.* *Gouan Ill. p. 12.* *Willd. Spec. I. p. 1401.* *Lam. Ill. t. 194. f. 1.* (*Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n. 537. excl. syn. monente ipso auctore Suppl. p. 40. n. 7.* *A. Libanotis β . Lam. Enc. I. p. 324.* *CERVARIA Rivini Gaertn. Fr. I. p. 91.)* De hac, cujus infima folia ut plurimum simpliciter pinnata sunt, egregie *Gmelinus Sib. I. p. 186. 187. t. 40. f. 2.* monet, in *ATH. Libanotidem* transire, ut, quae in orientali Sibiria multo procerior sit, et glabros habeat fructus, in Ingria se contra- bat fructusque proferat hirsutos. Equidem ipse in horto vidi talem vicissitudinem.

(*Obs. I. Linnaeus α subscripsit: „styli fructus purpurascens“ et Reichard addidit: „hanc plantam cum A. sibirica confundere videtur h. Haller.“* β . seu *A. condensatam*, describit *Linnaeus*, sequentibus: „Rad. perennis. Caulis simplex pedalis laevis, inferne angulatus, superne sulcatus, praesertim pedunculo. Rami 2-3 floriferi ex summis alis foliorum. Petioli canaliculati basi membranacei subtus angulati. Folia subbipinnata, foliolis alternatim pinnatifidis lobo infimo majore, unde quasi cruciata evadunt: oppositiones ad basin et inferior lacinia se extendit supra folium inferius, subtus nitida. Umbella densissima, utrinque convexa, antequam floret rufescens; flores tamen albi, exceptis antheris fuscis. Petala inflexa. Involucrum univ. saepe deficit

et tantum rudimenta ostendit; parziale longitudine umbellulae. Foliola sunt imbricata nec remota. Germina villosa nec hirta. Antherae et receptacula flosculorum purpurea. γ . vero subscripsit: „Flores subtus rubri.“ γ non aliter differre ab α , quam pinnis primariis vix unquam vere compositis, sed modo varie pinnatifidis atque incisissimis, quare et ipse foliorum ambitus angustior, pinnae vero majores et crebrius incisae, lobo baseos decussatim magis elongato. Non cessat apud me varietatis suspicio.“ *M. a Bieb. Suppl. p. 111.* Interea tamen in *Hort. Kew. ed. 2. l. p. 133. n. 3.* *ATH. sibirica* tanquam distincta species ab *A. Libanotide* ib. p. 152. n. 1. et *condensata* ib. p. 133. n. 4. colitur per 47-49 annos. In α „rad. fusiformis recta lignosa acris amaricans. Caulis subhipedalis erectus parum ramosus glaber angulatus foliosus. Folia rarius opposita bipinnata, foliolis sessilibus oppositis pinnatifidis planis acutis venosis subtus pallidioribus, venis margineque subhirsutis. Petioli basi dilatati margine membranacei. Umbellae erectae hemisphaericae condensatae, quandoque proliferae. Inv. utrumque patenti-deflexum polyphyllum pilosum. Flores albi parvi uniformes regulares. Styli purpurascetes purpurei divaricati.“ *Smith.* „Caulis ratione soli $1\frac{1}{2}$ - 4 ped., nunc simplicissimus, nunc ramosus. Folia radicalia et caulina pinnata, aut bipinnata, pinnis subovatis sessilibus serrato-incisis, ad costam principem decussantibus, quae tamen in pluribus quandoque foliis etiam plantis integris desiderantur.“ Involueri foliola subulata integra villosula. Flores omnes fertiles, ochroleuci. Petala inflexa, vix cordata. Semina cinerea ovata, striis 3 parum elevatis. Deslorata perit.“ *Jacq.* In γ apud *Gouan* „caulis orgyalis, valde sulcatus atque angulatus. Folia caulina summa saepius bina terna quaterna, e quorum alis tot prodeunt rami. Involucrum e foliolis circiter 12, canis, tenuissimis. Fructus non ovati aut suborbiculati ut in *Libanotide*, *Cervaria*, *condensata*, sed fere cylindrici incani et minimi pro magnitudine plantae.“ An ergo *Gouani* planta hujus loci?

(*Obs. II.* *Cl. de Vest* in litt. nos monuit, specimina *ATH. Libanotidis sibirica* *Herb. Pallas.* in *Johanneo norico* omnino convenire cum *carinthiacis*, sed omnes foliorum partes latiores esse et robustiores. Specimina *Pallasiana* *ATH. sibiricae* parum differre a *Libanotide*; folia omnia, praeter apicem simpliciter pinnatum, esse bipinnata, pinnas secundarias iterum pinnatas petiolo gracili costae primariae esse junctas, nec foliola prima ita esse approximata, ut decussata dici possint, sed distare potius ab axi, praecipue in caulinis; lacinias denique foliolorum lineares acutas esse siua magno divisas. Propria attamen illi species

*) (*Jacquin* l. c. et *Host* citant ad *ATHAMANT. Libanotidem* *LIBANOTIDEM Rivinianam* *Scop. Carn. II. n. 316*, nec *LIBANOTIDEM daucoidem* *Scop. ib. n. 317*, quam *ATHAMANTAM daucoidem* dixit *Gmelin* in *S. V. p. 477*. *LIBANOTIS daucoides* ex albis vohinensis differt a *Riviniana*, pinnis primis ramulorum primorum cruciformibus et verticillatis, quae in hac desunt. Caeterum, licet, alpina, cubitalis, foliis 3-4 poll., pinnis unciâ vix longioribus. Caulis exiguis villis tanquam polline inspersus. Umbellae densissimae radiis ad 40 villosulis. Involucella pedunculis longiora et erecta. Petala alba fere aequalia. Styli albi non deflexi.) *Sch.*

videtur *ATH. condensata Herb. Pall.*, quae illi „*ATH. Pallasiana*, foliis bipinnatis, foliolis pinnatifidis sinuatis dentatis basi angustatis, primariis axi approximatis.“ Planta rigida. Folia glabra omnino bipinnata. Costa principalis ex intervallis sat longis edit petiolos secundarios remote pinnatos, sed versus apicem foliola tantum simpliciter pinnata. Foliola sat magna, plus quam pollicaria, paribus 2-3 laciniarum lateralium, satis latorum, dentatarum, versus apicem in dentes folioli abeuntium. Umbella multiradiata, ut videtur, hemisphaerica. Involucr. utrumque polyphyllum, foliolis setaceis. Convenit potius cum *sibirica*, quam cum *Libanotide*, a qua diversissima foliolis non alternatim sed opposite pinnatifidis, foliolis primariis longe distantibus. — An quaedam ex hisce *ATH. sibirica davurica Hort. Dorpat 1819.* Krzemin. 1816.?

3. * *A. macedonica Spr.*; caule villosulo paniculato, foliis decompositis glabriusculis, foliolis ovatis subtrilobis mucronato-dentatis, umbellis numerosissimis. *Petroselinum macedonicum Matthiol. ed. Bauh. p. 563.* Lobel Hist. 406. Ic. 708. Ex Lobelio Dodon. p. 697. Ger. emac. 1016. Dalech. p. 703. Tabern. p. 254. J. Bauh. Hist. III. p. 102. Park. p. 924. Apium macedonicum Moris. Sect. IX. t. 9. Tournef. Inst. p. 305. *Daucus macedonicus Riv. pentap.* BUBON macedonicum Linn. Hort. Ups. p. 62. Spec. ed. Reich. I. p. 697. Lam. Enc. I. p. 498. Willd. Spec. I. p. 1439. Desfont. Atl. I. p. 256. (Decand. Fl. fr. IV. p. 298. Regn. bot.)

In *Atlante et Macedonia*, (in Italia prope Nizzam). 4. (♂. Linn. Caulis 1/2-2 ped., teres, ramis plurimis pubescentibus albidis. Folia fere *Apii Petroselini*, sed petioli pubescentes; umbellae parvae, pedunculis involucellisque pubescentibus. Flores albi. Semina ovata villosa sulcata. Lam.) Sch.

(Obs. BUBON macedonicum Lour. Cochinch. I. p. 224, retentâ licet diagnosi Linnaeanâ, et ad quod Rumph Amb. I. 8. c. 60. t. 93. f. 3. laudat tanquam non optimam, vix hujus loci esse videtur. „Caulis illi annuus erectus 2 ped., ramis multis adscendentibus. Folia caulina rhombico-ovata incisa, ramea oblonga minuscula irregularia. Umbellae plurimae subplanae, involuero univ. partialique. Cor. petalis lanceolato-ovatis subinflexis. Fructus oblongo-ovatus striatus villosus tenuis fuscus odoratissimus.“ In hortis Huacae Cochinch.) Sch.

4. * *A. sicula*; caule simpliciusculo incano-pubescente, foliis triternato-decompositis villosiusculis, foliolis ovatis pinnatifidis abbreviatis obtusiusculis, petalis cuspidatis. *Daucus sicula* con foglie di Sofia. Zanoni istor. t. 48. Pastinaca hirsuta crispa. Boccon. sic. t. 14. Apium siculum tenifolium Moris. Sect. IX. t. 9. ATHAMANTA sicula Linn. Spec. 352. Gouan Ill. p. 12. Lam. Enc. I. 324. Willd. Spec. I. p. 1403. Desfont. Atl.

I. p. 247. (Spreng. Umb. Spec. p. 138.) BUBON garganicum (foliulis ovatis, pinnatifido-incisis, lobis obtusiusculis late vaginatis pubescentibus, seminibus hirtis, caule sulcato pubescenti herbaceo. Tenore Fl. Nap. Prodr. p. XIX.) Fl. Nap. Vol. I. p. 123. t. XXV. (Synopsis. p. 39. n. 40.)

In monte Gargano Apuliae, in Sicilia et in Atlante. 2.

(„Folia inferiora nitida, superiora villosa. Caulis pubescens.“

Linn. „Caulis cubitalis teres leviter striatus purpurascens, calami scriptorii crassitie, strictus, superne ramis paucis. Petioli late vaginantes purpurei striati villosiusculi. Folia supradecomposita, primi anni glabra nitida, florentis plantae semper incana villosa, foliolis 2 lin. longis latisque, laciniis mucronulatis: caulina pauciora. Umbellae centrales brevius, laterales longius pedunculatae, radiis subduodenis, villosis. Inv. univ. et part. sub-5-phyllum, foliolis lanceolatis patentibus ciliatis breviusculis. Flores albi. Fructus ovatus tomentosus.

Spreng. l. c. Lamarck folia caulina superiora similia dicit SISYMBRII Sophiae; involucri univ. tantum diphyllum; pedunculos pubescentes. Sempervirentem et cretensi sextuplo majorem notat Gouan, caule digiti auricularis crassitie inv. univ. subnullum, aut e foliolis 1-5, subulatis planis; umbellam radiis 24 pubescentibus. Involucella 9-10-phylla, foliolis subulatis longitudine umbellulae 20-florae. Petala primum ochroleuca, dein alba, extus villosa.) Sch.

5. * A. Matthioli Wulf.; caule tereti glabro flexuoso, foliis supradecompositis glabris, foliolis lineari-filiformibus divaricatis, involucri oligophyllo. Meum Matthiol. ed. Valgris. p. 21. Spurrum alterum Lob. Hist. IV. p. 50. Ic. p. 779. Dalech. p. 759. Ger. emac. p. 1052. Park. theatr. p. 889. Tabern. p. 189. J. Bauh. Hist. III. p. 15. Daucus alpinus cretico similis. Park. p. 895. Daucus foliis foeniculi tenuissimis Hall. opusc. p. 143. SESELI Turbith (involucri universalis monophyllo, seminibus striatis villosis stylatis.) Linn. Amoen. acad. IV. 310. Spec. ed. Reich. I. p. 715. Willd. Spec. I. p. 1462. LIBANORIS rupestris Scop. Carn. n. 315. t. 9. ATHAMANTA

Matthioli (fol. supradecompositis tri-quadrupinnatisve diffusis, foliolis elongato-subsetaceis, seminibus ovato-acutis striatis hirsutis suaveolentibus (stylis persistentibus erectis.) Wulf. ap. Jacq. Coll. I. p. 211. Jacq. Ic. rar. I. t. 57. Willd. Spec. I. p. 1493. Decand. Fl. fr. IV. p. 318. Spreng. Umb. Spec. p. 139. ATHAMANTA matellinoides Lam. Enc. I. p. 325. ATH. rupestris Vill. delph. II. p. 643. Ath. Turbith (involucri univ. monophyllo, seminibus villosis striatis.) Brotero Fl. lusit. p. 435. (quo teste: Thapsia foeniculi folio Bauh. pin. p. 184. Seseli tertium Boerh. Lugdb. I. p. 50.)

in alpinis noricis, rhaeticis, (croaticis) creticis, Vo.

contiorum et (prope Cintram) in Lusitania. 2. (Rad. crassa, fuscescens, sapore Pastinacae; caules 1-5, cubitales et sesquicubitales, laevigati, exsuccii, rigidi. Folia radicalia et caulina infima longe petiolata, summa arcte vaginantia. Foliola foeniculacea pollicaria setacea rigidula. Umbella radiis 16 pubescentibus aequalibus. Involucr. foliis 5-7, caducis, lanceolatis, striatis, duplo quam radii brevioribus. Umbellulae multiradiatae, involucella polyphylla, similia involucri, persistentia. Corollae albae petalis obovatis subaequalibus, cuspidula emarginaturae exigua, sursum reflexa. Styli divergentes albi. Semen oblongo-ovatum acutiusculum striatum nigro-fuscum villulis albis, amoenissimi dulcis saporis.)
Walf. l. c. Sch.

(Obs. *A. Turbith Brotero* els. *Link A. ramosissimam* dixit, monens, plures *SESELI tortuosi* synonymias hujus esse loci. Etiam els. *Sprengel Umb. Spec. p. 140.* monet plantam ex Odessa nomine *SESELI Turbith* in *Herb. Willd.* e Descriptione ill. de *Schlechtendal* se suspicari *SESELI tortuosum*. *Brotero* suae *ATH. Turbith* caulem 1/2-1-ped. dicit; folia supradecomposita linearia divaricatissima fere setacea. Inv. univ. saepe monophyllum, ut parviale umbellulis brevius. Flores albos. Haec prope Cintra.) *Sch.*

6. * *A. cretensis*; caule villosiusculo, foliis tripartitodecompositis hirsutiusculis, foliolis linearibus trifidis cuspidatis, involucrio monophyllo, involucellis subpentaphyllis lanceolatis margine scariosis. *Daucus* I. *Matthiol. ed. Bauh. p. 569.* *Tabern. p. 191.* *Daucus cretensis verus*
Lobel Hist. p. 416. Ic. 722. *Camerar. epit. p. 536.*
Gerard. emac. p. 1029. *J. Bauh. Hist. III. p. 56.*
Parkins. p. 396. *Myrrhis annua, semine villosa* *Morison. Sect. IX. t. 10.* *Figura, quae tot movit dubia, e*
Camerario hausta, quam repetiit et Casp. Bauh. ed.
Matthiol. p. 569. Dauci cretici II. nomine. *D. Matthioli minor* *Barrel. Ic. p. 1241.* *ATHAMANTA annua*
 (foliis multipartitis, laciniis linearibus teretiusculis acuminatis. *Roy. Lugdb. p. 98.*) *Linn. Spec. p. 353. ed. Reich. Ic. 678.* *Willd. Spec. I. p. 1404. (n. 10. ubi huc synonymon allatum a Morison.* *ATHAMANTA cretensis* (foliolis linearibus planis hirsutis, petalis bipartitis, seminibus oblongis hirsutis.) *Linn. Spec. p. 245. ed. Reich. I. p. 678.* *Willd. Spec. I. p. 1404. n. 9.* *Jacq. Austr. t. 62.* *Lam. Enc. I. p. 324. (Illustr. t. 194. f. 2. Plenck t. 184.)* *Libanotis* *Hall. stirp. u. 745.* *LIB. cretensis* *Scop. Carn. n. 314.* *Crantz Austr. p. 219.*
 221. uberrima plantae historia et de synonymis disceptatio. *Allion. Fl. pedem. n. 1379.* (*LIBANOTIS hirsuta* *Lam. Fl. fr. III. p. 428.*) *ATHAMANTA cretensis* *Vill. delph. II. p. 648.* *Baumgart. transsylv. I. p. 219.* *Lapeyr. Hist. pyren. p. 148.*
ATH. annua *Smith Prodr. Fl. graec. p. 188. excl. syn.*

Fuchsii, (quod ad *MEUM athamanticum* monente *Spreng.*
Umb. Spec. p. 140.)

In alpibus mediae Europae et australis. ♂. *ATH. annua*, quam
in *Creta* lectam, sedulo examinavi, profecto nil est, nisi *ATH.*
cretensis.

(*Obs.* *Linnaeus* in *Spec.* subscripsit *ATH. cretensi*: „Caulis striatus
pubescens. Folia subhirsuta: laciniis ultimis linearibus plaviusculis, ut
in culta succulentis, fragilibus, nitidissimis. Sem. oblonga hirsuta.”
Hanc ♀ dixit, cum *annua* sit illi ☉. In *Herbario Fahlii* cl.
Sprengel (*Umb. Spec. p. 141.*) vidit *A. annuam* esse *A. Matthioli*,
quam etiam *divus Jaquin* suspicatus est l. c. esse *annuam* l. In
Hort. Kew. ed. 2. p. 134. *A. cretensis* et *annua* tanquam species
distinctae per 90 fere annos coluntur. Idem et in horto parisino, ubi
Lamarck Enc. 1. p. 325. *ATHAMANTAM capillaceam* (quae eadem
ac *ATH. annua Linn.*, licet perennis) distinxit: foliis triplicato-pin-
natis laciniis capillaribus, pedunculis subtomentosis, et in descriptione
monet caulem esse, quam in *cretensi*, strictiorem, pedalem et ultra,
cum in *cretensi* tantum 6-7 poll.; umbellam radiis 20 circiter, quae
in *cretensi* tantum 8-12; involucr. diphyllum, in *cretensi* 1-6. phyl-
lum. „*A. cretensis* in alpibus hirsuta, in humilioribus glabrior, eula
nitida glaberrima. Rad. subfusiformis, longissima, nigricans, intus al-
bida, vix aeris. Folia radicalia e vaginis latis purpurascensibus, mul-
tiplicato-pinnata, (pinnulae 3 et 5-fidae.) Caulis plerumque 1/2 ped.
ramis paucis vel pluribus simplicioribus. Umbellae planae. Involucr.
aut nullum, aut e foliolis 1-6 angusto-lanceolatis, subinde horum loco
folium bipinnatum; involucellorum foliola 4-7 lanceolata acuminata con-
cava. Petala alba subaequalia dorso hirsutula. Flores masculi herma-
phroditis intermixti. Semina ovalia hirsuta quadrisulcata, angulis et si-
nibus obtusis, cinerascens, stylis persistentibus, inodora, acria.”
Jaeg.) Sch.

7. *A. lasiantha Willd.*; foliis radicalibus bipinnatis,
foliolis petiolatis subrotundo-cuneatis basi integerrimis, fruc-
tibus petalisque hirsutis. *Willd. Herb. n. 6.*

In Lusitania. ♀. (Comes ab *Hoffmannsegg.*)

(*Obs.* Anne haec eadem cum *PIMPINELLA bubonoide Brot.*, (*TRAGIO*
Broteri) quam cl. *Link* *ATH. lasiantham* dixit? Confer *Hömer Col-*
lect. p. 182. n. 2.? Male ibidem tamen p. 265. *BUBON tortuosus*
Desfont. dicitur.) Sch.

8. *A. incana Willd.*; pubescens incana, foliis suprade-
compositis, foliolis minutissimis cuneiformibus quadridentatis,
involucris involucellisque linearibus, umbellâ multiradiatâ.
Willd. Spec. 1. p. 1402. *Sweet Hort. suburb. p. 36.*

In Sibiria. ♀. („Caulis folia pedunculi umbellae radii,
involucra et involucella tomento tenui denso incano tecta.
Caulis 2 ped., crassitie pennae Cygni, medullâ levi faretus,
ramis aliquot. Folia radicalia triplicato-pinnata, pinnis pri-
mordialibus non simpliciter oppositis, ut in plerisque *Umbelli-*
feris, sed quaternis: foliola tri- vel quadridentata acutissima.
Folia caulina minora bipinnata, foliolis imbricatis. Umbella

ampla multiradiata, radiis in umbella terminali circiter 50 sesquiuncialibus. Umbellulae radiis numerosissimis capitatae. Inv. univ. e foliolis paucis linearibus, unicum foliaceum; partiale polyphyllum, foliolis lineari-lanceolatis. Similis *condensatae*, sed tomento tenui incano, caule crassiori, foliolorum formâ et parvitate distincta." *Willd.* qui a divo *Stephan* in litt.) Sch.

9. *A. tortuosa Spreng.*; caule fruticoso nodoso aphyllulo, ramis tortuosis divaricatis basi stipulatis, involucris minimis. *BUBON tortuosum Desfont. Atl. I. p. 257. t. 73. (Poiret Enc. Suppl. I. p. 733.)*

In regno tunetano, (prope *Herouan.*) h. Cespitosa, aroma spirans. Caules glauci sublignosi glabri substriati; rami tortuosi divaricati; umbellae parvae planae e radiis 4-8-filiiformibus, inaequalibus, umbellulis congestis; involucrum utrumque caducum, polyphyllum. Cor. alba. Antherae subrotundae. Styli persistentes, patenti-reflexi. Semina breviter parva ovata striata pilis aliquot brevibus. *Poiret* ad *Herb. Desfont.* Specimina nostra lecta a *D. Sieber* ad *Pyramides gyzenses* caulibus sunt manifeste striatis, striis sub lente subtuberculatis; stipulis ad ramorum basin latis membranaceis margine candidissimis sine minimo folii vestigio facile dignoscuntur. *Delisle Aeg. CRITHMUM pyrenaicum Forsk.* synonymon dicit.) Sch.

10. (*A. verticillata Sibth.*; foliolis multipartitis verticillato-divaricatis glabris, seminibus oblongis nudis *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 188. n. 654. Sibthorp Fl. graec. t. 275.*

In monte *Parnasso.* 4. *Cls. Sprengel* non recepit; nequidem ut synonymon. An *SESELI verticillatum Desf.?*) Sch.

11. (*A. monstrosa Willd.*; involucro universaliter latissimo membranaceo, foliis pinnatis *Reliqu. Willd. MS.*

Caulis simplex; folia 2-3, vaginis latis, pinnata, pinnis lobatis serratis, extremâ trilobâ glabrâ; in foliis supremis vaginae decoloratae folio vix parvo trilobo; in summis vaginae abeunt in involucrum magnûm coloratum venosum 2-3-phyllum. Umbellulae numerosae involucellis coloratis acutis hirsutis. Planta sicca odorem fortem aromaticum spirat. Semina desunt. *De Schlechtendal in litt. ad div. Römer. In Sibiria. 4. Stephan.Cls. Sprengel* non recepit.) Sch.

12. (*A. tenuifolia Pall.*; foliis supradecompositis, pinnis linearibus divaricatis, vaginis incrassatis tumidis. *Reliqu. Willd. MS.*

Caulis simplex 1-2 ped., teres, glaber; folia radicalia et caulina tri-vel quadruplicato-pinnata, pinnis obtusiusculis; vaginae summae rudimento tantum folii, coloratae, tumescentes, infimis triplo latiores. Involucrum univ. nullum, sed vagina summa saepe umbellae approximata, unde involucrum monophyllum. Um-

bellae radii 6-8 inaequales, unciales vel minores; involucella setacea. Umbellulae multiflorae; flores albi pedunculis capillaceis. Semina desunt. An generis? *De Schlechtendal. In Sibiria versus Ochotsk. Pallas. Cls. Sprengel non recepit.*) Sch.

13. (*A. carvifolia Steph.*; involucre dimidiato, foliolis pinnatifidis linearibus incanis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Sibiria 2. Stephan. Vix hujus generis. De Schlechtendal in litt. ad div. Römer. Cls. Sprengel non recepit.) Sch.

14. (*A. ramosissima Portenschlag*; foliis triplicatopinnatis, foliolis filiformibus mucronulatis rigidis glabris, caule ramosissimo, ramis verticillatis, seminibus hirsutis. *De Portenschlag in litt.*

Specimen nostrum a clo. *de Portenschlag* benigne communicatum ramum sistit pedalem, crassitie pennae anserinae, teretem, profunde striatum, pubescentem, et, ut videtur, olim purpurascens, paribus duobus foliorum oppositorum vestitum. Vaginae latae membranaceae amplexicaules. Folia descripta, margine cartilaginea. Involucri foliola 16 et fors plura, linearia, subdeflexa. Umbella hemisphaerica, radiis ultra 50, 1 1/2 poll., pubescentibus, sulcatis. Umbellulae sub-20-florae, involucello foliolis e 7-9 radiolos hirsutos breves excedentibus, lineari-subulatis, pubescentibus. Petala, in nostro specimine omnia conniventia, videntur aequalia et ochroleuca. Flores centrales plures steriles. Germina clavato-cylindrica, hirsuta. Semina? ATHAMANTAE omnino species, et quidem *cretensi* affinis. *In rupibus versus valle di Breno et in valle d'Ombia legit D. de Portenschlag, J. U. D.*) Sch.

(Quid: *ATH. major Hoffm. Krzem. 1816?*

— *caucasica Catal. Viln. 1815?*) Sch.

1200. B U B O N.

1. *B. buchtornensis Fisch.*; caule angulato ramoso, foliis bipinnatifidis lucidis, foliolis oblongis pinnatifidis mucronato-dentatis, pedunculis rigidis proliferis. *Spreng. Pugill. II. p. 55.* ATHAMANTA *rigida Hornem. Hort. Havn. II. p. 960.* *A. cervariaefolia Schrad. in litt. apud Spreng. l. c.*

In Sibiria. 2.

2. *B. glaucus Spreng.*; caule inferne glabro, ramis patentis imis, foliis subbipinnatis glaucescentibus, laciniis lanceolatis basi attenuatis, umbellae radiis rigidis pubescentibus. *SESELI petraeum* (pinnulis lanceolatis ternis quinisque basi confluentibus, involucellis germina aequantibus, caule

umbellisque pubescentibus.) *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 235. (Suppl. p. 243.) Hornem. Hort. Havn. II. p. 961.* BUBON *glaucus* *Spreng. Umb. Spec. I. p. 136.*

In *Tauriae et Caucasi subalpinis*. 4. („Planta pygmaea, plerumque vix pollicaris, umbellis ad radicem subsessilibus, radiis circiter 20. Involucella pedicellis longiora, foliolis subulatis. Umbellulae densae. Semina pube albicantia.“ - *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. c.* „Calycis denticuli longiusculi in hoc et in *rigido*. In hortis cultum fit elatius et ramosum, ut spontaneum vix agnoscas.“ *Idem Suppl. l. c.* In culta, quae adhuc succo flavo scatet Elemi spirante, radix pedalis; caulis do-drantalibus et 1 1/2 ped., teres, sulcatus, subpurpurascens, crassitie calami scriptorii, superne pubescens. Folia patentissima e vaginis laxis striatis amplexicaulibus subpollicaribus. Petiolus communis supra sulcatus, subangulatus. Foliola remota, in petiolum decurrentia, acuta, integerrima subincisa, extremum trifidum, pollicaria, 3 lin. lata. Umbellae in apicibus ramorum, foliis quandoque suffultae, laterales altiores, radiis 20 et ultra. Inv. univ. nullum, part. foliolis pluribus lineari-subulatis umbellas aequantibus. Flores albi. Fructus oblongo-cylindrici, villosi-tomentosi. *Spreng.) Sch.*

3. *B. rigidus* *Spreng.*; caule rigido folioso superne pubescente, foliis glaucis bipinnatis, foliolis trifidis linearibus acutis, vaginis truncatis, umbellis axillaribus terminalibusque, involucellis connatis. *Spreng. pug. II. p. 53. (n. 101.)*

In *Banatu, Podolia, Bessarabia, Tauria, Caucaso et Sibiria solo calcareo*. ♂. Tres satis distinctae mihi occurrerunt varietates:

α. Caule digiti crassitie albo, undique vaginis latissimis striatis truncatis, apice in foliola aliquot exrescentibus ac umbellis sterilibus obsesso, foliolis latioribus glaucis reticulatis acutiusculis. *SESELI gummiferum* *Pall. Smith exot. bot. I. I. 120.* BUBON *eriocephalus* (umbellis trichotomis, seminibus tomentosiss sessilibus.) *Willd. Herb. n. 6.* BUBON *rigidior* *ibid. n. 5.*

β. Caule pennae columbinae crassitie, pubescente, foliolis angustissimis subtortuosis. *SESELI dichotomum* (foliolis linearibus confertis basi confluentibus, vaginis truncatis, involucellis connato-monophyllis, ramis ramulisque suboppositis caule altioribus.) *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 235. (Suppl. p. 245.)* *Hornem. Hort. Havn. II. p. 960. (Bot. Mag. p. 2073.)*

γ. Caule ejusdem molis, vaginis angustioribus, foliolis strictis longioribus subpungentibus. *SESELI peucedanifolium* *Besser in litt.* *SESELI rigidum* (caule foliosissimo vaginisque rigidis, foliolis linearibus mucronatis, umbellis densis,

involucellis basi connatis.) *Kit.* (et *Waldst.*) *Hung.* 2. t. 146.

BUBON rigidus (foliis linearibus.) *Linn. Hort. Cliff.* p. 95. *Spec. ed. Reich.* I. p. 698. *Willd. Spec.* I. p. 1440. *Lam. Enc.* I. p. 499 potius ad *FERULAM nodifloram* transferendum, praesertim e descriptione *Lamarckii* et synonymis *Barrel.* et *Bocconi.*

(*Obs.* I. α describitur a *Smith* l. c. affino *SESELI Hippomarathro*, a quo differt involucellis polyphyllis, foliolis brevibus acutis, basi tantum latiore coalitis, et gummi foetido, quod deplorat laesum. Caules crassi glabri ramosi striati subpubescentes, 3-4-ped. Folia alterna basi membranacea, subtripinnata, glauca, subpubescentia, foliolis oblongis linearibus acutis decurrentibus; umbella erecta terminalis plana subpubescentia multiradiata; involucr. univ. polyphyllum; foliolis linearibus acutis. Umbellulae floribus numerosissimis subsessilibus; petala rubella vel alba, aequalia, incurva; stamina petalis longiora; styli breves; fructus elliptici. In β , caulis 1/2 ped., firmus, ramis brevibus. Pinnulae angustissimae. Vaginae latae margine membranaceae apice truncatae, summae subaphyllae. Umbellae radiis 6-8. Involucelli laciniae plures breves acutae. Umbellulae glomeratae. *M. a Bieb. Taur. Cauc.* p. 236. γ . *SESELI rigidum* *W. γ.* differre a β monet *M. a B. Suppl. l. c.*: umbellae radiis multo longioribus et numerosioribus minusque inaequalibus, intermediis haud ita abbreviatis. „Rad. spithamaea et pedalis, extus fusca. Caulis spithamaeus, vix unquam pedalis, digitum auricularem, non raro indicem, ad minimum pennam anserinam crassus, erectus substriatus pallidus hinc inde purpurascens, fragilis, uti rami. Folia glauca rigidula, radicalia caulinis multo minor, brevius petiolata, tri-quadripinnata, superiora minus composita, sed longiora, summa digitato-pinnata. Vaginae truncatae, crassae rigidae striatae. Foliola linearia plana rigidula simplicia bi- et trifida. Umbella erecta subconvexa rigida diametro 2 fere poll., primaria saepe sessilis in axilla ramorum, radiis 15-25 pollicaribus basi connatis subangulatis tomentoso-canis. Umbellulae convexae densissimae pedicellis rigidis crassis germine ipso brevioribus. Invol. univ. nullum, involucella umbellulas aequantia, cano-tomentosa, folioli lineari-subulatis mucronatis. Cal. dentibus 5 obtusis albidis. Cor. petalis albis ovatis acumine inflexo inaequaliter emarginato, marginibus reflexis, subtus ad lentem subtomentosis. Filamenta petalis longiora, antheris ochroleucis. Germen subangulatum, cano-tomentosum, stylis 2 brevibus erectis. Odor radicis et herbae *APII* graveolentis. In calcareis Banatus. *Waldst. Kit.* Specimen *SESELI peucedanifolii* ab amicis. *Besser* nobiscum communicatum et comparatum cum specimine misso a divo *Kitabel* primo intuitu videtur diversissima, *Kitabelianum*, ut ex descriptione, caule spithamaeo crassitie digiti, toto foliis oblecto, *Besserianum* 2 ped., caule crassitie pennae cygnae, foliis remotis: attamen foliis, involucris, umbellis, involucellis et umbellulis in siccis maximâ curâ collatis nullum invenire potuimus praeter habitum discrimen.) *Sch.*

(*Obs.* II. *BUB. eriocephalum* *Pall.* apud *Willd.* sequentibus descripsit de *Schlechtendal* in litt. ad divum *Römer*: „Rad. crassitie pollicis. Caules a basi ramosi canescentes scabriusculi striati; vaginae breves striatae, superiores aphyllae, vel folio simplicissimo rigido striato

apice terminatae. Umbellae numerosae e vaginarum axillis solitariae longe pedunculatae, constanter triradiatae. Invol. univ. nullum, part. monophyllo - connatum multifidum persistens. Flosculi minuti sessiles in receptaculo globoso; semina ovato-globosa tomento albo villosa tecta." Sch.

4. *B. sculus Spreng.*; foliis ternato decompositis, foliolis obovato-cuneiformibus tridentatis, superioribus oblongis integris, involucellis connatis brevissimis. *Crithmum siculum Bocc. sicul. S. 27. 28.* *Crithmum s. Foeniculum majus, Moris. Sect. IX. t. 7.* *SESELI cuneifolium Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 236. (Suppl. p. 244.)*

In monte Pellegrino prope Panormum et in Caucaso orientali (circa Kurt Balak.) 4.

(Obs. „In hoc petala quoque hirsuta. Cum icone Bocconi conveniunt omnino folia, sed dubium circa fructum oritur, qui Coriandro aequiparatur subrotundus, nec pubis vestigium monstrat." M. a Bieb. Suppl. l. c.) Sch.

(BUBONIS speciem dubiam ob defectum seminum possidet cl. Lichtenstein e Prom. b. Spei, et in H. gorenk. Cat. 1812 occurrit ex parisiens. *B. glabrum*, in Monsp. 1804 *B. roseum* (an MYRRHIS?) Sch.

1201. B U N I U M.

1. * *B. aromaticum*; foliis decompositis foliolis subverticillatis lineari-lanceolatis inciso-trifidis. *Ammi I. Matthiol. ed. Bauh. p. 558.* *A. creticum aromaticum. Lobel Hist. p. 414. Ic. 724.* *Gerard. emac. p. 1036.* *Tabern. p. 294.* *Park. p. 912.* *A. odore Origani J. Bauh. Hist. III. p. 25.* *A. Matthioli Moris. Sect. IX. t. 8. sed non Dalech., quod Seseli ammoides. BUNUM aromaticum Linn. Mant. p. 218.* *Willd. Spec. l. p. 1394.* *Poir. Enc. Suppl. VII. p. 600.*

Descriptio Linnaei haud omnino cum iconibus veterum quadrat; videtur fere *BUNUM copticum* ante oculos habuisse: nec *Tournefortius* nec *Sibthorpius* memorant. Una tamen est planta, quam patres describunt. In Creta. ☉.

(Obs. Descriptio Linnaei sequens: „Caulis erectus laevis alterne ramosus. Folia (CARI Carvi) supradecomposita, foliolis s. lacinulis filiformibus laevibus, umbellam longius pedunculatam striatam: radiis 10-12. Umbellae breves, radiis totidem. Involucr. subhexaphyllum, brevissimum, subulatum. Involucella 2-3. phylla, longitudine umbellulae. Cor. alba. Petala aequalia, inflexo-cordata. Semina ovata minuta, torulis 5 scabriusculis." Descriptio ab illo dato B. s. *AMMI copticum* longe alia: nec videtur vir immortalis eandem plantam bis descripsisse.) Sch.

2. * *B. copticum Spr.*; foliis supradecompositis, folio-

lis lineari-filiformibus, umbellis oppositifoliis, involucri foliolis inaequalibus. *Ammi parvum foliis foeniculi.* *Moris Sect. IX. t. 8.* *Ammi Riv. pentap.* *AMMI copticum Linn. Mant. p. 56.* *Jacq. Hort. vind. t. 196.* *Willd. Spec. I. p. 1395.* *DAUCUS copticus Pers. Syn. I. p. 307. (et Poir. Suppl. V. p. 330.)* *Sweet Hort. suburb. p. 56.* *BUNIUM copticum Spreng. Prodr. Umb. p. 28.*

In Aegypto. ☉. („Statura *Anethi*, viridis. Caulis laevis striatus. Folia tripinnata oblonga laevia linearia. Umbella et umbellulae radiis 10, non magnae. Involucrum foliolis 5 linearibus longitudine radiorum: variis trifidis. Involucella foliolis 7 acutis linearibus indivisis, interioribus 4 brevissimis; reliquis longitudine radiorum. Corollae albae aequales quinquangulae. Fructus ovatus, undique muricatus. Semina striata, 5 torulis, undique muricata, magis gibba quam lata, aromatica.“ *Linn. H. V.* *Culta 2-ped.* Rad. calamum crassa. Caulis ramosus glaber teres aequalis. Rami similes. Foliola linearia dorso sulcata. Umbellae planiusculae, diametro 1 1/2 unc., erectae nec densae, umbellulis 7-14 convexis densioribus. Involucri foliola 4-7, inaequalia, patula, radiis breviora quaedam subinde tri-pinnatifida, involucelli 5-8. Germen albo-muricatum. Petala dorso hispida. Filamenta longitudine corollae, antheris atropurpureis. Semina fusca, obsolete muricata. *Jacq.) Sch.*

3. * *B. rigens Spr.*; caule rigido vaginato, ramis patentissimis, foliis bipinnatis, foliolis obtusis conduplicatis crenulatis, involucri polyphyllis abbreviatis. *CONIUM rigens* (seminibus submuricatis; pedunculis sulcatis; foliolis canaliculatis obtusis.) *Linn. Mant. p. 352.* *Willd. Spec. I. p. 1395.* *Thunb. Prodr. p. 50. (Fl. cap. II. p. 203.)*

In Prom. b. Spei et insula Franciae, unde Commersonius attulit. (Caulis brevis. Rami longiores, remoti. Pedunculi sulcati (*Con. africana*) laeves.) Folia dura. *Ratae* colore. Umbella rigida brevis conferta. Involucrum 5-phyllum, umbellulis brevibus: foliolo uno alterove, foliaceo, diviso. Involucella 7-phylla: foliolis paucis crenatis. Flosculi omnes fertiles albi, petalis lanceolatis involutis aequalibus. Styli albi filiformes. Semina muricata. *Linn.* Ad littora maris, in locis arenosis hinc inde rarius. *b.) Sch.*

4. *B. pumilum Sibth.*; involucri submonophyllo, foliis bipinnatis pilosis incisissimis: laciniis acutis (fructu ovato-oblongo.) *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 187. n. 652.* *Sibthorp Fl. gr. t. 274.*

In monte Parnasso. 2.

5. (*B. pilosum Hoffmannsegg.*; involucri universali nullo, vaginis cauleque superne pilosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Lusitania. Comes ab *Hoffmannsegg.* *Cls. Sprengel non recepit.) Sch.*

1202. CAPNOPHYLLUM.

* *C. africanum Gaertn.*; umbellis oppositifoliis paucira-
diatis, involucris involucellisque subtriphyllis brevissimis, caule
diffuso glabro, vaginis laxis abbreviatis, foliis ternato-decompo-
sitis glaucis, foliolis trifidis linearibus. *Caucalis asra, foliis rutae*
minoribus. Boerh. Lugdb. I. p. 63. Ic. CONIUM afri-
canum (seminibus muricatis, petiolis pedunculisque laevibus.)
Linn. Mant. p. 352. (Spec. p. 750.) Jacq. Hort.
vind. t. 194. Thunb. Prodr. Cap. p. 50. (Fl. Cap.
II. p. 202.) Willd. Spec. I. p. 1396. CAPNOPH. afri-
canum Gaertn, fruct. II. p. 32. t. 85. (CAPNOPH. sim-
plex, caule simplici, umbellis terminalibus. Lagasc. Gen.
et. Spec. nov. diagn. p. 12. n. 164.)

In *Africa australi.* ☉. Hucne *CONIUM suffruticosum*
Berg. Cap. 77. CONIUM rugosum Thunb. Prodr. Cap. 50.
Willd. Spec. I. p. 1395.? Descriptio Bergii quadrat
maximam partem, nisi quod caulis dicatur basi suffruticosus.
In sicco exemplari id erroris facile gignitur.

(*Obs.* Haud tamen *C. rugosum Thunb.* hujus videtur loci, cum auctor
ipse idem et in *Fl. cap.* ab *africano* distinxisset, cui *Linnaeus* sub-
scripsit: „Foliola planiuscula, nec canaliculata. Odor *APII graveo-*
lentis. Pedunculi oppositifolii non sulcati. Flosculi plures steriles.
Fructus centralis sessilis.“ — *Thunberg* legit in arenosis prope
Groene Kloof, et ☉ testatur. *Jacquin* describit totam glabram glau-
cam aroma narcoticum spirantem; folia radicalia multiplicato-pinnata,
foliolis obtusis planis confluentibus, petiolis longis lineatis subcompres-
sis inanibus; caulina similia. Caulis brevissimus vix pollicaris aphyllus
striatus, umbellâ 8-radiatâ, rarâ, praecoci. Serius ex axillis foliorum
radicalium caules alii adscendentes, 1/2 ped. et ultra, medullâ albâ,
umbellâ centrali praecoci minore. Involucr. univ. et part. e foliis fere
6 lanceolatis acuminatis brevibus patentibus. Umbella convexa. Flores
in umbella centrali fere omnes fertiles, in aliis steriles. Petala alba
ovalia patentissima biconcava. Germen muricatum. Styli breves postea
reflexi. Filamenta petalis duplo longiora. Antherae cum purpura viren-
tes. Fructus odore *Levistici*, striis obsolete muricatis, *Jacq. C. suf-*
fruticosum seminibus angulato-striatis, caule suffruticoso, *Berg. Fl.*
Cap. 77 describitur caule spithamaeo superne diviso vaginato; fol. pe-
tiolatis duplicato-pinnatis, pinnis oblongis obtusiusculis incisiss glabris
succulentis. Umbella radiis 9-12, umbellulae radiis brevibus, sub-12.
Involucella brevia 3-5-phylla. Petala alba.) Sch.

1203. SCANDIX.

1. * *S. Pecten*; caule aspero, foliis ternato-decomposi-
tis, foliolis linearibus abbreviatis multifidis acutis, fructibus
scabriusculis. *Pecten veneris Matth. ed. Bauh. p. 403.*
Dodon. p. 701. Lobel Hist. p. 419. Ic. 726. Da-
lech. p. 713. Ger. emac. p. 1040. Tabern. p.
288. J. Bauh. Hist. III. p. 71. Park. theatr. p. 916.

Scandix vulgaris Moris. Sect. IX. t. 11. Rivin. pentapet. Sc. *Pecten* Linn. Hort. Ups. p. 64. Jacq. Austr. t. 263. Fl. Dan. p. 844. Willd. Spec. I. p. 1449. Engl. bot. p. 1397. Curtis lond. fasc. V. t. 21. Smith Brit. I. p. 324. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n. 569. Suppl. p. 235. Sc. foliis tripinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis mucronulatis, involucellis incis. Hoffm. Umb. 2. I. p. 24. t. 1. f. 22. Martyn t. 38. MYRRHIS *Pecten veneris* Allion. Fl. pedem. II. p. 29. Hall. Helv. n. 754. CHAEROPHYLLUM *Pecten veneris* Crantz Austr. p. 189. CHAEROPHYLLUM *rostratum* Lam. Enc. I. p. 685. α.

Inter segetes Europae mediae et australis. (et Taur. Cauc., et Cypro.) ☉. β occurrit in vineis Galliae australis varietas caulibus foliisque villosiusculis, fructibus brevioribus hispidis. Haec est: *Anthriscus* Plinii Hist. II. p. 199. *Pecten veneris tenuissime dissectis foliis* J. Bauh. Hist. III. p. 75. Nonnulli eandem cum Sc. australi commutant. (Rad. parva. Caules patuli. Folia tripinnata, foliolis multipartitis, laciniis alternis linearibus laeviusculis. Umbellae radii 2-5, umbellulae multiflorae. Involucella apice biteri-vel pinnatifida, margine scabra. Flores albi. Semina cylindrica scabriuscula, rostro communi longissimo ancipiti, angulis scabro. Smith. Caulis 1/2 ped. vel parum ultra, striatus, glaber. Folia multiplicato-pinnata, lacte virentia, sub lente pilosa. Inv. univ. nullum, part. e foliolis plerumque 5, bis vel ter dentatis. Umbella bi-etiam uniradiata: umbellulae pauciflorae. Petala obovata subemarginata patentissima, in floribus exterioribus extima longiora. Filamenta longitudine corollae. Styli breves. Germen subhirsutum, in centralibus nullum. Jacq. „Umbellae simplices bi-rarius trifidae. Involucella 5-7-phylla, incisa, laciniata, ciliata. Umbellulae 5-7-florae, fertiles. Semina costis 5 corticosis, torulosis, subaculeatis, valleculis bistriatis nigricantibus, rostro, exceptis marginibus, bifariam et decussatim raphen efformantibus, glabra. Apex costatus, terminatus stylopodio cylindrico cavo marginato subcrenulato, stylis duplo triplo longioribus. Basis stylopodii quasi circumscissa. Spermapodophor. appendiculis utrinque ad latus fructus membranaceis, longe acuminatis. Hoffm. l. c.) Sch.

(Obs. Brotero nomine CHAEROPHYLLI *rostrati*, seminibus rostro longissimo ad margines scabro subvilloso Fl. lusit. p. 460 jungit SCANDICEM *Pecten* et australem Linn. Varietatem β a clo. Sprengel indicatam etiam clis. Hoffmann l. c. p. 15. ex Herb. exc. Marsch. a Bieb. tulisse videtur nomine Sc. *Pectinis minoris* fructibus triplo minoribus et gracilioribus, excepto rostro hispidioribus. Varietatem aliam, CHAEROPH. *rostratum* γ, quorsum SCANDIX cretica major Bauh. pin. 152. Prodr. 78., notavit Lamarck l. c.) Sch.

2. * Sc. australis; caule simplici basi piloso superne glabro, foliis decompositis, foliolis inferioribus linearibus in-

cisis, superioribus fasciculatis filiformibus, fructibus hispidis sublinearibus. *Scandix semine rostrato italica* *Casp. Bauh. Prodr. p. 78.* *Matthiol. ed. Bauh. p. 403.* *Anisomarathrum apulum* *Column. eophras. l. p. 90.* *Scandix cretica minor* *Ger. emac. p. 1040.* *Parkins. p. 916.* *Moris. Sect. IX. t. 11.* *Garidel Aix. p. 431.* *Sc. australis* *Linn. Spec. ed. Reich. l. p. 707.* *Willd. Spec. l. p. 1450.* *Gouan Fl. monsp. p. 289.* *Gerard. prov. p. 251.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 292.* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 229. (Suppl. p. 255.)* *Smith Prodr. Fl. graec. l. p. 197. (Fl. graec. t. 285.)* *WYLIA australis* (caule petiolis umbellisque hirsutis, corollis petalisque radiantibus obovatis integris.) *Hoffm. Umb. p. 5. (t. 2. f. 1.)* *CHAEROPHYLLUM rostratum* *β* *Lam. Enc. l. p. 685.* *MYRRHIS australis* *Allion. pedem. n. 1377.* *CHAEROPHYLLUM australe* *Crantz Umb. p. 76.)*

In arvis Europae australis (et Asiae minoris). ☉. Dubitant clari viri de differentia specifica hujus et *Sc. Pectinis*, maxime quod *J. Bauhinus* e seminibus a *Casabona* acceptis referat, se *Sc. Pecten* educasse. Idem testatur *C. G. Gmelin Fl. bad. l. p. 696.* (Etiam *Ger. l. c.* varietatem esse *Sc. Pectinis* e sterili vult.) Sed haec, quam icone expressit *J. Bauh.*, dubia pariter est ac ea planta, quam *Clasius* delineavit, magnopere saltem diversa ab *Anisomarathro Column.* Folia nostrae filiformia, fasciculata, fructus praesertim haud pyramidati, sed lineares; haud scabri, sed hispidi. (Variare longitudine pedunculorum: *Smith. l. c.* A maxime affini *Pectine* differre potissimum habitu graciliore, foliis minus numerosis, laciniis angustissimis, fructu graciliore, non compresso, scabro; stylis post anthesin purpurascensibus. *Decand. l. c.* „Statura *Pectinis*. Umbellulae plerumque solitariae, rarius geminae, pedunculis longissimis filiformibus. Corollulae vix radiantibus albae. *M. a. Bieb.) Sch.*

(*Obs.* *Hoffmann*, qui dubitat de exemplaribus gallicis, utrum eadem cum tauricis circa *Sudak* lectis, describit suam caule inferne subvillosa, superne pilis vagis vel penitus glabro. Vaginae inferiores margine villosae. Folia bi-tripinnata, pinnulis digitato-partitis, inter divisiones sparsim pilosis, laciniis lineari-lanceolatis incisis, in foliis supremis angustioribus margine hispidulis apice mucronulatis. Inv. nullum aut folio unico lanceolato acuto ciliato; part. foliolis 5 ovatis margine membranaceis hyalinis ciliatis, apice acute bi-tridentatis, maculis triangularibus striatis, nervis 2-3. Umbellae laterales vel terminales pedunculatae, frequenter biradiatae, rarius filiformes vel brevissime triradiatae, in fructiferis hirsutae, passim glabrae. Umbellulae a flosculis femineis et hermaphroditis 6-12, falcatae multo minoribus. Flores masculi pedunculati intermixti. Petalum exterius obovato-obcordatum integerrimum planum, brevissime unguiculatum, reliqua triplo quadruplo minora; petala in masculis aequalia. Fructus oblongo-linearis rostratus, rostro sensim subulato incurvo, fructu duplo longiore: raphe subnuda. Semina

lineari - oblonga hirsuta, undique striata. — Occurrit passim nomine SCANDICIS *petraeae*.) Sch.

3. *S. falcata* *Londes*; caule pubescente, foliis bipinnatis, foliolis inferioribus ovatis incis, superioribus abbreviatis linearibus divaricatis, floribus radiantibus, fructibus sub-linearibus falcatis bifariam asperis. *Sc. cretica major* *C. Bauh. Prodr. p. 78.* *Matthiol. ed. C. Bauh. p. 404.* *Moris. Sect. IX. t. 11.* *Park. p. 906.* *Sc. australis* *β. M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. app. p. 424. (Suppl. p. 235.)* *Sc. falcata* *Londes Journ. de la Soc. d. Natur. de Moscou. Ann. I. p. 87. t. 5.* *WYLIA radians* (caule petiolisque pilosis, umbellis glabris, corollis petalis fructibusque radiantibus.) *Hoffm. Umb. p. 11. t. 2. (f. 2.)*

In Creta et Tauria. (Caulis inferne pilis patentibus longis, superne vage pubescens. Vaginae foliorum superiorum fere sessilium laxae, apice basique pilis flexuosis subfasciculatis. Folia ut in *Pectine taurica*, laciniis bi-trifidis lineari-lanceolatis, angustioribus et longioribus quam in aliis speciebus, apicem versus ad lentem aculeis brevissimis hispidis, mucronulatis. Involucr. folio unico ovato truncato semiamplexicauli membranaceo, apice et margine ciliato piloso; part. foliolis 5 obovatis undique ciliatis margine hyalinis, apice bidentulatis, nervis 2. Umbellae 2-5-radiatae, radiis glabris, saepe alternis subdivisis inaequalibus. Umbellulae multiradiatae, flosculis femineis vel hermaphroditis 4-5, radiantibus, masculis pedunculatis intermixtis. Petalum exterius rarius emarginatum, longe unguiculatum, nervo medio rufescente; reliqua sextuplo minora; petala in masculis aequalia. *Hoffm.* Fructus cylindrici scabriusculi, rostro longissimo incurvato. *Londes.*) Sch.

4. * *S. grandiflora*; caule inferne hirsuto, foliis bipinnatis, foliolis omnibus multifidis linearibus acutis, umbellae radiis villosissimis, floribus radiantibus, fructibus undique asperis, stylis divergentibus persistentibus. *Sc. orientalis flore maximo.* *Tourn. Cor. p. 23.* *Sc. grandiflora* (seminibus pedunculo villosio brevioribus. *Linn. Spec. p. 369. Linn.) Spec. ed. Reich. I. p. 708.* *Willd. Spec. I. p. 1452.* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 230. excl. syn. Bauh.* *WYLIA grandiflora* (caule foliis umbellisque hirsutis, corollis radiantibus emarginatis.) *Hoffm. Umb. p. 15. (t. 2. f. 3.* *CHAEROPHYLLUM grandiflorum* *Lam. Enc. I. p. 686.)*

In Graeciae, Tauriae et Iberiae campis. ☉ (Caulis radiante humilior, rigidior, magis diffusus, inferne pilis longis patentibus. Vaginae foliorum superiorum sessilium fere laxae, pilis flexuosis. Folia bi-tripinnata, laciniis infimis lato-lanceolatis, angustissimis linearibus in foliis superioribus, undique piloso-hispidis. Involucr. ovato-lanceolatum, semiam-

plexicaule, acutum, pilosum, vel ejus loco vaginula foliorum. Involucella ovata 2-5, nervis saturatissime coloratis, maculis striatis viridibus, triangularibus, margine membranaceo hyalino, subdenticulato. Umbellae 2-4-radiatae, radiis patentissimis, dense villosis, sterilibus hinc inde glabris. Umbellulae multiradiatae, flosculis femineis 5 in radio, hermaphroditis masculisque longius pedunculatis interjectis. Petalum exterius maximum obcordatum longe unguiculatum, nervo medio fuscescente, petalis lateralibus triplo quadruplo majus. Flosculi hermaphroditi radiantes, minores tamen, masculi aequales. Rostrum lineare 5-10-striatum subincurvum, setis latis brevibus. Styli stylopodio quadruplo longiores. *Hoffm. l. c.*
 „Styli cum stylopodio patellaeformi lobato in hac et in *australi* ex violaceo rubent. Culturâ tentandae species, quum utraque, mediante *falcata Londes*, quam pro β *australis* posuimus, conjungatur.“ (*M. a B. Suppl. p. 207*) Sch.

5. *S. iberica M. a B.*; caule glabriusculo, foliis subbipinnatis hispidulis, laciniis lineari-lanceolatis obtusiusculis, umbellae radiis glaberrimis, floribus radiantibus, petalis exterioribus emarginatis lacinulâ auctis. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 425. (Suppl. p. 237.)* WYLIA *iberica* (caule unifariam hirsuto, umbellis glabris, corollis radiantibus bilobis.) *Hoffm. Umb. p. 19. (t. 2. f. 4.)*

In *Iberia*. ☉. („Caulis inferne nudus, medio unifariam pilosiusculus, pilis rigidis patentibus. Vaginae ventricosae, basi apiceque pilosae. Folia bi-tripinnata, pinnulis laciniatis, laciniis subaequalibus mucronulatis. Involucr. nullum vel rudimentum folioli involucrantis ovato-lanceolati ciliati. Involucella 5 obovata longa concava, margine membranaceo-ciliata, nervis distantibus 2 virentibus. Umbellae 4-5 radiatae, umbellulae 10-12-florae, femineis 5 in radio, petalo exteriori majore emarginato-bilobo, lacinulâ in sinu subulatâ inflexâ, longe unguiculato, lateralibus paulo minoribus inaequaliter bilobis; intimis sextuplo minoribus. Styli longi aequales. Germen oblongo-lineare. Flores masculi petalis subaequalibus. *Hoffm. l. c.* Stylopodium valde undulato-lobatum cum stylis pallidum subpurpurascens. Fructus cum rostro, praeter hujus suturam laevissime exasperatam glabri. *M. a Bieb. Suppl. l. c.* qui huc *Sc. falcata Spreng. Prodr. I. p. 29 n. 6.*, silente nunc interea ipso clo. *Sprengel*“ ducit.) Sch.

6. *S. pinnatifida Vent.*; caule scabro dichotome ramoso, foliis decompositis glabris, foliolis linearibus subdivaricatis elongatis, umbellis fasciculatis folio suffaltis, fructuum rostris undique asperis, stylis conniventibus. (*Sc. fol. tripinnatis, pinnulis involucrisque pinnatifidis.*) *Venten. Hort. Cels. l. 14. Poir. Enc. V. p. 144. Marsch. a Bieb. Willd. Fl. Taur. Cauc. I. p. 229. (Suppl. p. 235) Enum. I. p. 318. (Hoffm. Umb. 2. I. p. 26.)*

In *Tauria et Persia*. (Amadan inter et Tebran) ☉. Cau-

les suberecti teretes sulcati, basi fuscescentes, 1 1/2 ped., crassitie pennae corvi. Rami axillares patentissimi, foliis alternis erectis subsessilibus (foliolis acutis, saturate virentibus, marginem versus pilis rigidis) internodia excedentibus. Petioli vaginantes membranacei ciliati. Umbellae minimae axillares simplices pedunculatae. Involucrum e foliolis 8, laciniis ut in foliolis, flores excedentibus, fructu brevioribus. Pedunculi solitarii patentis teretes striati longitudine foliorum. Flores 6-18 subsessiles vel brevissime pedicellati, albi, omnes fertiles. Cal. tubulosus integer scaber. Petala cordata patentia inaequalia, supremum majus. Filamenta capillaria albida petalis breviora. Antherae purpureae. Germen cylindricum, stylis 2 brevissimis, stygmatis obtusis. *Ventenat l. c.* „Semina nigricantia tricostata, costis seu verius striis elevatis in rostrum excurrentibus. Rraphe subcostata submarginata. Rostrum antrosum aculeato hispidum. Valleculae convexiores latiores bistriatae. Commissura rostri sub stylopodio paullo incrassati excavata substriata. Stylopodium brevissimum subundulatum emarginatum, styli vix eo longiores. Petala in fig. *Vent.* nimis lata, lacinula nimis obtusa. Spermaphorophori processus abbreviati triangulati. „*Hoffm. l. c.*“ Statura *Pectinis*, cui proxima. Folia latiora quam affinium, ob pinnas primarias laterales intermediâ vix minores, hinc quasi digitata s. ternata; lacinulae etiam longiores quam in affinibus. Umbellae aequales pedunculo folio longiore subtatae, radiis brevissimis. Involucella composita, pinnis foliorum consimilia. Umbellulae confertae. Semina 8-10 in quavis umbellula formâ *Pectinis*, sed rostro undique pubescenti scabro styloque persistente brevissimo terminata, nec lineae dimidium fere longo, ut in affinibus.“ *M. a Bieb.) Sch.*

(*Obs.* Anne hinc *Sc. Stella*, seminibus rostratis, involucellis pinnatis, laciniis linearibus. *Hussel Beschreib. v. Aleppo?*) *Sch.*

7. (*S. parviflora Retz jun.*; rostro longissimo tetragono aspero, seminibus apice scabris, foliis tripinnatis, foliolis laciniatis, fructibus sessilibus. *Retz jun. pugill. Obs. bot. p. 12.*

Cls. Retzius cum? quidem adducit *Sc. pinnatifidam Willd. En. H. Berol.*, sed collatâ descriptione cum illa quam *Marsch. a Bieberst.* de sua *pinnatifida* dedit, minime eadem est planta: „umbellam enim minime subtrifidam esse observat *Retzius l. c.*“ Caulis pedalis flexuosus, laevissime striatus, ex tenui tomento albidus. Folia radicalia et inferiora caulis villosa, laciniis lanceolatis; caulina superiora similia, sed lacinae angustiores; ramea multifido-linearia, laciniis subtus convexis, supra sulco acuto exaratis. Umbellae simplices 6-12-florae, floribus sessilibus vel saltem brevissime pedicellatis. Involucrum polyphyllum erectum persistens, foliolis bi-trifidis subulatis longitudine germinis hispiduli. Flosculi minuti albi minime radiati, saepe persistentes. Semina striata, apice breviter muricata, rostro ipsis seminibus longiore scabro, extremo incrassato. ☉. *Habitat?* *Cls. Sprengel* non recepit) *Sch.*

8. *S. chilensis* *Molin.*; foliis decompositis, foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, rostro fructus longissimo. *Molin. Chil. p. 125.* *Willd. Spec. I. p. 1449.* (CHAEROPHYLLUM chilense.) *Poir. Enc. V. p. 145.*

In pratis Chili. (Ab affini *Pectine* diversa odore aromatico, caulibus non striatis, foliis multo majoribus, foliolis carnosis praeter characteres datos. Fructus idem.) *Sch.*

9. *S. macrosperma* *Willd.*; foliis supradecompositis filiformibus, fructibus longissimis clavatis. *Myrrhis orientalis* *mei folio, semine longissimo. Tourn. Cor. p. 22.* *Willd. Herb. n. 6.*

In Armenia.

(Quid: *Sc. aegyptiaca* *Gmel. H. Carlsruh. 1811?*) *Sch.*

1204. MYRRHIS.

1. * *M. odorata* *Pers. (Scop.)*; villosa, foliis ternatim decompositis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis, laciniis serrato-pinnatifidis, involucellis lanceolatis ciliatis, floribus centralibus masculis. *Myrrhis Dodon. p. 701.* *Matthiol. ed. Bauh. p. 814.* *Lobel Hist. p. 423. Ic. 734.* *Cereseolum magnum Ger. emac. p. 1039.* *Cereseolum hispanicum Tabern. p. 284.* *Myrrhis magno semine J. Bauh. Hist. III. p. 77.* *M. major vulgaris Park. p. 955.* *M. perennis alba odorata Moris. Sect. IX. t. 10. Odorata Riv. pentap. SCANDIX odorata Linn. Hort. Ups. p. 64. Spec. ed. Reich. I. p. 705. Jacq. Austr. app. t. 37. Willd. Spec. I. p. 1449. (Smith Brit. I. p. 319.) Engl. bot. p. 697. Gmel. bad. I. p. 693. Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 196. Lapeyr. Hist. pl. pyren. p. 160. Baumgart. transsylv. I. p. 251. (Plench off. t. 206.) MYRRHIS odorata Scop. Carn. n. 341. (Roth Fl. germ. I. p. 123, II. p. 314. Pers. Syn. I. p. 319. Hoffm. t. 1. f. 23. A. B. M. foliis subtus villosulis, involucellis lanceolato-subulatis, seminibus sulcatis. Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn. p. 13. n. 168. Hall. Helv. n. 753. CHAEROPHYLLUM odoratum Lam. Enc. I. p. 683. Vill. delph. II. p. 646. Decand. Fl. franc. IV. p. 290.)*

In sylvaticis Europae mediae (et australis, inque Asia minore.)

2. Tota planta Anisum redolet. („Radix fusiformis aromatica. Caules 1 1/2 ped. subaequales striati foliosi. Folia sessilia subtripinnata, foliolis pinnatifidis acutis serratis pilosis, pallide virentibus. Umbellae terminales erectae multiradiatae. Involucella lanceolata acuminata membranacea albida deslexa.

Flores parvi nivei, disci numerosiores masculi, pistillis abortientibus. Semina maxima erecta fere uncialia lanceolata acuta non rostrata sulcata nitida fusca dulcia aromatica, stylis divaricatis. *Smith*. Rad. saepe difformis, dulcis, odore quasi *Cerefolii*. Caulis fistulosus, villosulus. Folia multiplicato-pinnata, ampla, subtus ad lentem sericeo-villosula. Umbella planiuscula radiis circiter 5, involucro nullo. Involucella 5-phylla, longitudine umbellulae. Petala patentissima alba, exteriora majora. Semina pentagona, 5-sulcata. *Jacq.*

(*Obs.* „Forsan novam speciem hujus generis ibericam coram habeo ex *Herb. H. Gorenk.* (ubi *M. brevipedunculata*) seminibus undique hispidis minoribus 5-jugatis, rostro glabro, striato, stylopodio brevi circumscisso in stylos subulato.“) *Sch.*

2. *M. Claytoni Michaux*; caule superne glabro, geniculis tumidis, foliis biternatis pubescentibus, foliolis ovato-oblongis inciso-lobatis dentatis, involucris involucellisque subtriphyllis ciliatis, fructibus basi attenuatis, stylis persistentibus. *Cerefolium latifolium canadense Moris. Sect. IX. t. 11.* *Myrrhis foliis trilobatis. Gronov. virg. II. p. 148.* *M. Claytoni Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 170.* *Spreng. Umb. Spec. p. 129. t. 3. f. 6.* *CHAEROPHYLLUM Claytoni Pers. Syn. I. p. 320.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 195.* *SCANDIX dulcis Mühlenb. Catal. p. 31.* (*Herb. Willd. CHAEROPH. dulce H. Gorenk. 1812.*) *UROSPERMUM Claytoni Nuttall Gen. Americ. pl. I. p. 193 (?)* *Barton Comp. Fl. philadelph. I. p. 144. (?)*

Ad ripas Schuylkill prope a Philadelphia. 4. *Proxima M. odoratae* (Rad. fusiformis suaveolens dulcis; caulis teres erectus inferne pilosiusculus. Petioli patentes glabri teretiusculi. Folia venis pubescentibus, tenuissime ciliata. Foliola pollicem longa, basi cuneatâ integerrima, acuta. Umbellae subaxillares pedunculatae bis-triradiatae, radiis divaricatis 2 poll. Inv. univ. et part. subtriphyllum, foliolis oblongo-lanceolatis viridibus ciliatis reflexis. Flores albi. Fructus prismatici apice incrassati basi attenuati, substrigosi, jugis 5 acutis, stylis persistentibus.“ *Sprengel l. c.* ubi montes *Alleghany et Carolina* patria. Non ex omni parte cum hac quadrat, quod *Cls. Nuttall* describit, *UROSPERMUM Claytoni*: caule circiter pedali striato, semper plus minus pubescente: junior albo-pilosus. Folia plerumque in caule duo, ternata subdivisa in foliola 5-5, quorum terminale rhomboideum acutum, lateralia oblonga, magis irregularia, subinde subpinnatifido-lobata, plerumque vero inciso-dentata, dentibus obtusis acumine parvo. Umbellae axillares et terminales 5-radiatae. Involucrum nullum, aut foliolo uno alterove. Umbella parva, floribus exterioribus circiter 5 hermaphroditis, masculis circiter 10, omnibus pedunculatis, pedicellis, masculorum capillaribus. Involucella foliolis quinque lineari lanceolatis acuminatis, brevi post anthesin deflexis. Styli filiformes longitudine germinis erecti divaricatique. Germen basi villosum. Cal. nullus. Fruc-

tus lineari-lanceolatus, ater nitidus, subulatus, erostris. Semina caudata, cum cauda, quae 5 linear., pollicaria, tetraquetra, sine omni costâ striâve, tenuissime punctata, caudâ angulique seminum acuti aculeolato-hispidi. — In *M. Claytoni Mich.* caules 2-ped., folia tripinnata, pinnulis e foliolis 3-5 ovato-oblongis, subpinnatifidis lobatisve subpubescentibus. Pedunculi fere gemini terminales; radii pauci patentissimi elongati 3-5. Umbellulae saepius tantum dispermae, fructu laevi elongato cylindrico. Haec e montibus *Alleghanis.*) Sch.

3. * *M. aromatica Spr.*; caule inferne hirto, foliis ternatis subbipinnatis hirsutiusculis, foliolis basi inaequalibus oblongis serratis, involucris subnullis, involucellis pentaphyllis ciliatis reflexis, stylis persistentibus. *Myrrhis Dalech.* p. 760. *Cerefolium rugoso angelicae folio Boec. Mus.* t. 19
Myrrhis foliis podagrariae Riv. pent. CHAEROPHYLLUM
aromaticum Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 711. *Jacq.*
Anstr. t. 150. *Lam. Enc.* I. p. 683. *Willd. Spec.*
 I. p. 1656. *Bucher Fl. Dresd.* p. 64. *Mattuschk.*
Fl. siles. n. 209. *Besser Fl. galic.* I. p. 220. *Wahlenb. Fl. Carpath.* p. 87. *Baumgart. transsylv.* I. p. 259. *Jundzill Fl. lithuan.* p. 91. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 198. (SCANDIX tinctoria Scop. *Carn.* n. 351.)

In *Misnia, Silesia, Austria, Polonia, Hungaria, Transsylvania et Graecia.* 4. („Caulis petiolique hirti. Folia AEGOPODII Podagrariae. Flores plerique masculi non radiati. Involucella foliolis 7-9 lanceolatis reflexis.“ *Linn.* cui instar β . *Myrrhis orientalis angelicae folio tuberosa radice Tourn. Cor.* 22., quam monet *Willdenow* „differre tantum foliolis latioribus obtusioribus, ceterum convenire involucellis floribus masculis plerisque, seminibus et stylis.“ At tamen haec nunc species propria exc. *M. a Bieb.*, *Ch. angelicaefolium.* — Trita aromatica. Rad. ramosa foris nigricans. Caulis unus alterve 2-3 ped., teres striatus scabriusculus, medullâ albâ paucâ, subfistulosâ, pilis rigidis, basi digitum crassus, maculis punctisve atropurpureis, infra genicula parum intumescens. Vaginae foliorum striatae pilosae. Costae antice sulcatae teretes pilosae. Folia omnia subbiternata pinnulis acutis subrugosis atrovirentibus, subtus scabriusculis ad venas pilosis, majoribus 3-4 unc. Umbellae terminales radiis 12-18, planiusculae, haud densae, involucr. nullum, aut mono- aut polyphyllum, foliolis lanceolatis, acuminatis reflexis; part. e foliolis 6-10. Flores subodorati petalis niveis, apice subbifidis. Antherae sulphureae. Germina subinde desunt. Semina oblonga fusca glabra subacuta obsolete quadrisulcata, vix odora, pauci saporis. *Jacq.*) Sch.

(Obs. In alpibus *Bereghiensibus* hirsutam, alibi glabram, geniculis nunc tumidis, nunc aequalibus legit *div. Kitaibel.*) Sch.

4. (*M. angelicaefolia*; caule aequali, foliolis inferioribus

cordato-ovatis grosse serratis, superioribus lanceolatis, sum-
 mis lineari-subulatis. *CHAEROPHYLLUM angelicaefolium* M. a
Bieb. Fl. Taar. Cauc. Suppl. I. p. 240. Myrrh. orient-
 talis *Angelicae folio, tuberosâ radice.* *Tournef. Cor. p. 22.*
CHAEROPH. aromaticum Linn. *Spec. p. 371. ed. Willd. l.*
p. 1656.

„Affinem sane *Ch. aromatico* (MYRRH), praeunte summo *Tour-
 nefortio*, ab hoc specie separandam puto ob characteres da-
 tos caulemque graciliorem, foliola inferiora latiora breviora-
 que, serraturis paucioribus majoribus, summa tenuiora; invo-
 lucellorum foliola basi magis dilatata et stylos breviores.
 Radicem non vidi, nec maturos fructus.“ *M. a. Bieb.* qui
 post *humilem* posuit. *In Iberia. Steven.) Sch.*

5. * *M. hirsuta* Spr.; caule hirto, foliis ternato-decom-
 positis nudiusculis, foliolis cordato-ovatis acutis pinnatifidis,
 laciniis oblongis pinnatifidis inciso-serratis ciliatis, involu-
 celis glabriusculis reflexis, pistillis persistentibus divaricatis.
Cicutaria alba et rubra Dalech. p. 789. *Cerefolium*
latifolium hispidam Moris. Sect. IX. t. 10. Myrrhis
palustris Riv. pent. (Hall. Helv. n. 751.) CHAERO-
 PHYLLUM *hirsutum* Linn. *Spec. ed. Reich. t. 710.* Gouan
Ill. p. 15. Jacq. Austr. t. 148. Crantz Austr. p.
194. Willd. Spec. I. p. 1455. Lam. Enc. I. p. 683.
(Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 198. CHAEROPH. palustre
Lam. Enc. β. I. p. 683. SCANDIX hirsuta Scop. Carn.
n. 350. Roth germ. I. 122. II. p. 315.)

In nemoribus montosis per mediam Europam (et australem).
 4. Occurrit varietas glabra speciosa in alpibus helveticis,
 CHAEROPHYLLUM *Cicutaria* (fol. bipinnatis, foliolis cordato-ob-
 longis incisiss, petalis emarginatis, caule glabro.) *Vill.*
Delph. II. p. 644. Marith guide du Botaniste dans le Valais
p. 60. (Decand. Fl. fr. Suppl. p. 506. n. 3428 a. Ch.
hirsutam β., caule altiore glabriusculo, foliis subvillosis, corol-
lis albis rubellisque. Gmel. Fl. bad. I. p. 704. Ch. palustre
a. glabram Lam. l. c. MYRRH. Cicutaria H. Dorpat. 1819.)
 (Variat etiam floribus albis plurimis sterilibus, et rubris fere
 omnibus fertilibus, quae videtur *Cicutaria palustris rubra* *Bauh.*
pin. 161., uti prior ejusdem alba l. c. „Planta pubescens. Caulis
fistulosus teres valde hirtus pilis rigidiusculis. Folia decom-
posita nudiuscula subtus scabra venis ciliatis. Foliola in sin-
gulis foliorum ramulis vix ultra quinque. (Folia punctis albis
supra serraturis Gouan.). Umbella convexa ante anthesin nu-
tans. Involucella 5-phylla lanceolata acuminata viridia longi-
tudine umbellulae. Flores albidis non radiati, multi steriles.
Petala inflexo-cordata. Stamina erecta corollâ longiora. Fruc-
tus subcylindrici laeviter striati, terminati aristis 2 distinctis
rectis apice obtusatis, magis rigidis, quam in C. aromatico.
Linn. S. V. 238.“ Linnaeus qui huc instar β misit C. cana-
dense latifolium flore parvascente. Corn. canad. 177. cui, mo-

nente *Willdenow*, foliola duplo longiora et latiora, omnia basi confluentia, margine ciliata, ciliis albis longis." *CHAEROPH. Cicutaria Vill.* differt caule glabro duplo tenuiore, foliorum segmentis glabris multo longioribus, umbellae radiis paucioribus, petalis glabris minus profunde bifidis. *M. hirsuta* trita ingrata odora. Rad. praelonga, fuscescens. Caules ascendentes teretes aequales, substulosi, saepe purpurascens, 1 1/2 ped., digitum minimum crassi. Vaginae membranaceae latae. Folia fere biternata, foliolis oblongis, facie glabris, dorso pallidioribus lucidis ad venas pilosis. Umbellae 15 radiatae, involucri nullo; involucella 5-10-phylla. Flores odorati albentes cum virore vel purpura suffusi. Petala ad oras ciliata, in exterioribus patentissima, petalo extimo saepius producto. Flosculi fertiles in ambitu, et unicus tantum in centro. Filamenta petalis triplo longiora, caduca. *Jacq.* Sch.

(*Obs.* *CHAEROPHYLLUM bulbosum Flor. ticin.* hujus tantum esse varietatem monuit nos *amiciss. Balbis in litt.*; valere interea tamen adnotationem scriptam in *CH. bulbosum et torquatum.* In *CH. hirsuto* flosculi radii feminei, steriles et hermaphroditi, disci masculi. Petala obcordata emarginata, undique margine hirsuta. Lacinula brevissima inflexa, cordata, acuta. Styli fere petalorum longitudine, in maturis fructibus stylopodio sessili triplo fere longiores. Stylopodio parum intercepto, acutissimis subulatis rigidisque stylis proxime huic *CH. Cicutaria Vill.*; accessoriis striis concomitantur costae. Vittae planiusculae inaequaliter geniculatae, fere decolores. *Hoffm. Umb. Gen. 2. l. p. 35.* De *CHAEROPHYLLI Cicutariae* specie se adhuc dubium haerere nos monuit *divus Kitaibel*, cum idem ad catarractas Szluinczichae infra arcem Szluin eodem loco partim hirsutum, partim glabriusculum, in alpe Plissivicza glaberrimum, in subalpino monte Merszni hirsutissimum, ceteris simillimum legisset.) Sch.

6. * *M. aurea Spr.*; caule hirsuto angulato maculato, foliis supradecompositis pilosis, foliolis lanceolatis pinnatifidis inciso-serratis apice attenuatis elongatis, fructibus muticis coloratis. *Myrrhis altera parva Lobel Hist. p. 423. Ic. 734. Dalech. p. 761. Ger. emac. p. 1039. Tabern. p. 292. Parkins. p. 935. M. alba minor, foliis hirsutis Moris. Sect. IX. t. 10. Cerefolium foliis hirsutis Rupp. sen. t. 5. Hall. Stirp. Helv. n. 749. CHAEROPHYLLUM aureum Linn. Spec. (2. ed. I. p. 370 nec Mant. 356, quod, fide Smith Transact. Linn. Soc. X. p. 339. ad CHAEROPHYLLUM (MYRRH.) temulum, qui Linnaeum hanc quoque speciem cum CHAEROPH. (MYRRH.) hirsuto commutasse monet) ed. Reich. I. p. 712. Pollich pulat. n. 301. Jacq. Austr. t. 64. Lam. Enc. I. p. 683. Vill. delph. II. p. 645. Decand. Fl. franc. IV. p. 389. Baumg. transsylov. I. p. 259. Engl. bot. p. 2103. (Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n. 581. Suppl. p. 238.) Hoffm. Umb. 2. I. p. 33. t. 1. f. 20. 23. t. 1. B. f. 28.) CHAEROPHYLLUM maculatum Willd. Suppl. enum. p. 15. (Scandix aurea Roth germ. I. p. 125. II. p. 319.)*

In Germania, Gallia, Anglia, Transsylvania. 4. (Caulis pubescens, pube deflexa, pilis hinc inde longioribus deflexis magis quam in CHAER. (MYRRH.) *hirsuto*; foliola angustiora, magis elongata; petioli margine minus dilatati; flores flavido-lactei, subinde rubelli; subinde involucri foliolum unum alterumve, involucelli foliola ovata acuta ciliato albo-marginata; seminae flavo fuscescentia, oblonga, costis 5 obtusis pallidioribus. *Smith.* Culta glabrescit. Semina in australibus non flavicant. *Gmel. Fl. bad. I. p. 707.* Rad. extus nigricans. Caulis 3-4-ped., substriatus, glaber pilisve raris ad basin, sub geniculis intumescens, in parte folium proximum superne spectante sulcatus, angulatus, pallide incanus, aut purpurâ variegatus. Folia subaromatica, valde varia, petiolis vaginantibus inferne pilis albis, ad foliorum divisuras ultimas hirsutiores. Foliola subtus hirsutula, pallide virentia, extrema longe confluentia. Involucr. plerumque monophyllum, aut nullum, involucella e foliolis 5-6 margine pilosa, lanceolato acuminata, reflexa. Umbellae planae, partiales parvae. Petala alba semibifida, extima majora. Antherae purpurascentes. Flos centralis et in radio fertilis. *Jacq.) Sch.*

(*Obs.* Descriptio, quam *Linnaeus* huic speciei subjunxit, sequens: „Planta pubescens. Caulis angulatus striatus maculatus inferne hirtus faretus. Folia pallida, supra glabra, subtus hirsuta, foliolis extrema confluentibus. Flores albi extus subrubri. Fructus fusiformi-cylindrici. Semina flava sulcis 4, obtusis, remotis.“ *M. a Bieb. Suppl. I. c.* addit: styli longi divaricatissimi. Seminibus longioribus (qualia sistit *Jacquini* tabula) et brevioribus basi crassioribus magis minusve profunde sulcatis variat.“ *Anne haec CH. aureum caucasicum H. Gorenk. 1812?) Sch.*

7. *M. aristata Spreng.*; caule tereti glabro, foliis ternato-decompositis utrinque hirsutiusculis, foliolis ovato-acuminatis pinnatifido-incisis serratis, fructibus substrigosis, pistillis persistentibus divaricatis. CHAEROPHYLLUM *aristatum Thunb. japon. p. 119.* (*Willd. Spec. I. p. 1454*)
MYRRHIS *aristata Spreng. Umb. Spec. p. 133.*

In Japonia. (Caulis striatus erectus, geniculis tumidis. Folia bipinnata villosa, vaginis petiolorum ciliatis. Umbellae terminales compositae. Involucr. et involucella subulata reflexa. Semina oblonga, stylis divaricatis aristata, albo-villosa. Differt a *bulboso*, foliis hirtis scabris, seminibus villosis aristatis. *Thunb.* Caulis crassitie fili linteae. Petioli e vaginis margine membranaceis patentes tripartiti subdigitales. Foliola inferiora petiolata, media sessilia, suprema confluentia, fere pollicaria, 1/2 poll. lata. Umbellae axillares pedunculatae 5-8-radiatae. Inv. nullum; partiale e foliolis linearilanceolatis subulatis margine membranaceis ciliatis patentissimis reflexis. Flores albi. Fructus prismatici elongati basi attenuati strigosi apice pistillis rostrati, jugis 5 acutis. Accedit ad *M. Claytoni*, foliis, involucri et umbellis optime distinctam. *Spreng. l. c.) Sch.*

8. *M. capensis* Spreng.; caule tereti glabro, foliis ternatis hirsutiusculis, laciniis remotiusculis lineari-lanceolatis subtrifidis cuspidatis, involucellis glabris, pistillis persistentibus reflexis. CHAEROPHYLLUM capense (caule laevi aequali, seminibus sulcatis, foliolis trifidis glabris.) Thunb. Prodr. p. 51. (Fl. cap. II. p. 204.) Willd. Spec. I. p. 1455. MYRRH. capensis Spreng. Umb. Spec. p. 152.

In Promont. b. Spei. (Caulis totus glaber obsolete-striatus, erectus, pedalis et ultra. Rami alterni filiformes ramulosi. Folia tripinnatifida glabra (pilis brevissimis rigidiusculis Spreng.); pinnae laciniis lanceolatis subtus rugosae. (Foliola ovata pinnatifida subtus punctato-rugosa, laciniis remotiusculis abbreviatis, vix 3-4 lin., trifidis, cuspidatis. Spr) Petiolus striatus. Umbellae compositae terminales. (radiis 8 laevibus filiformibus. Spreng.) Involucr. univ. nullum; partialia circiter 5-phylla lanceolata glabra. Pedunculi et pedicelli filiformes laeves glabri. (Flores albid.) Styli et stigmata persistentia reflexa. (Fructus obverse pyramidales, subrostrati, jugis 5 acutis, valleculis profunde sulcatis. Spreng) Semina obovato-oblonga obtusa cum acumine et mucronibus 5 a basibus corollae persistentibus glabra undique profunde sulcata. Thunb. Prope Luris rivier.) Sch.

9. * *M. bulbosa* Spreng.; radice tuberosâ, caule maculato inferne hirto, superne glabro, geniculis tumido, foliis supradecompositis glabriusculis, foliolis linearibus multifidis, involucellis glabris cuspidatis. Cicutaria bulbosa J. Bauh. Hist. III. p. 183. Boccon. Mus. t. 123. Myrrhis annua erecta nodosa tuberosa Moris. Sect. IX. t. 10. M. cicutaria Pluk. t. 206. f. 2. Barrel. Ic. p. 555? M. joetens Riv. pentap. (Hall. Helv. n. 752.) CHAEROPHYLLUM bulbosum Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 709. (Willd. Spec. I. p. 1453.) Jacq. Austr. t. 63. Cronz. Austr. p. 189. Lam. Enc. I. p. 683. (Marsch. Bieb. Fl. Taur. Canc. n. 579. Suppl. p. 238. Hoffm. Umb. I. p. 35. Hayne getr. Darst. t. 32. Plenck off. t. 207. SCANDIX bulbosa Roth germ. I. p. 123. II. p. 318.)

Per omnem Europam et Asiam borealem in sylvaticis humidis.

♂. („Rad. turbinata s. obovata. Caulis 1/2 ped. laevis, rufo-maculatus: articulis glabris apice tumentibus, et infimis hispidis. Folia incisa, supra glabra, petiolis et carinâ pilis albis vagis subtus adpersa. Involucella foliolis 5 s. 7 subulatis inaequalibus basi fere coadunatis. Petala alba obcordata inaequalia. Flosculi disci nonnulli abortientes.“ Linn. Rad. primo post sationem vere napiformis, insipida, edulis. Caulis 4-7 ped., teres, fistulosus. Foliola pinnatifide incisa, acuta, laciniis in foliis superioribus et rameis interdum angustissimis fere capillaceis. Involucr., univ. nullum aut monophyllum, part. e foliolis paucis acutis. Umbella parum convexa. Semen 2-3

lin. longum, fuscum, aciculare, striis 5 parum elevatis. *Jacq.* „Stylopodium brevius marginatum interceptum. Styli patuli divaricati reflexi vix stylopodio longiores. Valleculae 2-5-striatae. Vittae ad lentem articulatae ut in vulgari aureo.“ *Hoffm.* l. c.) Sch.

Obs. „Varietatem caucasicam seminibus minoribus basi magis ovatis commemorant *Hoffm.* l. c. *Hort. Gorenk.* a. 1812. p. 45. *Ch. bulbosum Fl. ticin.*, monente amiciss. *Balbis* in litt., nonnisi hirsutae varietas.) Sch.

10. (*M. torquata*; glabra, foliis bi-tripinnatis, lobis ovatis inciso-dentatis oblongis submucronatis, umbellis oppositis, seminibus basi hirsutis. *CHAEROPHYLLUM torquatum* *Poiret Enc. meth. Suppl. V.* p. 602. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 505. *MYRRHIS bulbosa* *Allion. Fl. Pedem. n.* 1373. (quae, monente *Balbis* in litt. fors hirsutae varietas.)

Caulis erectus subsimplex 2-4-ped., cavus, internodiis vix incrassatis; folia fere *CHAEROPHYLLI sylvestris*, lobis saepe confluentibus, dentibus oblongis. Rami superiores foliaque supra opposita. Umbellae 5-6 radiatae involucri nullo, umbellulae radiis 8-10, involucri e foliolis 4-5 ovato-oblongis acutis reflexis ciliatis; flores albi; radiales majores fertiles, centrales minores steriles; fructus laeves subnitentes elongati apice elongati striati, utrinque basi serie pilorum brevium regularium. *In alpibus Provinciae gallicae et reg. pedemontani. Decand.* 4. *Cls. Sprengel* non recepit, nequidem ut synonym. 4.) Sch.

11. *M. temula Gaertn.*; caule aspero maculato, geniculis tumidis, foliis subbipinnatis utrinque hirsutiusculis, foliolis ovatis oblongis incisiss denticulatis, involucellis reflexis ciliatis, umbellis nubilibus cernuis. *Cerfolium sylvestre* *Ger. em.* p. 1038. *Tabern.* p. 284. *Park.* p. 915. *Myrrhis annua vulgaris* *Moris. Sect. IX.* t. 11. *Myrrhis Riv. pent.* (Hall. *Helv.* p. 750.) *CHAEROPHYLLUM temulum* *Linn. Spec. ed. Reich.* I. p. 710. *Jacq. Austr.* t. 65. *Crantz Austr.* p. 190. *Fl. Dan.* p. 918. *Willd. Spec.* I. p. 1454. *Lam. Enc.* I. p. 684. *Engl. bot.* p. 1521. (*Curt. lond. fasc.* VI. t. 65. *Smith Brit.* p. 326. *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n.* 580. *Suppl.* p. 238. *Hayne, getr. Darst.* t. 3/4. *Hoffm. Umb.* 2. I. p. 33. t. 1. f. 20. 212. t. 1. B. f. 28. *CHAEROPHYLLUM hirsutum* *Pall. ind. Taur.* *SCANDIX temula* *Roth germ.* I. p. 122. II. p. 317. *SCANDIX nutans* *Mönch meth.* p. 101. *MYRRHIS temula Gaertn.* I. t. 25. f. 10.)

In sepibus et dametis per omnem Europam. ♂. *Umbellae virgines dormientes cernuae. Umbellulae in medio abortientes.* *Linn.* „Rad. subramosa. Caulis fere 3-ped. erectus ramosus foliosus teres obsolete striatus scaber purpureo-ma-

culatus, sub foliorum insertione tumidus. Folia bipinnata hirsuta subtus pallidiora. Umbellae fere CHAEROPHYLLI *sylvestris*, sed ante florescentiam cernuae. Radii scabri. Involucella basi subconnata lanceolata, margine et carinâ scabra. Flores nivei. Petala inaequalia, profunde biloba. Fructus vix striatus glaberrimus.“ *Smith*. Caulis solidus, inferne compressus, subangulatus. Folia obscure virentia. Umbella 5-12-radiata, radiis inaequalibus. Inv. nullum aut foliolum unum alterumve. Involucella subsena, reflexa. Antherae pallent. Flos centralis et extimi fructiferi. Sem. oblonga glabra fusca 2 lin., extus sulcis 5 obsoletis et obtusis cum angulis pallentibus. *Jacq.* „Involucella frequenter 8-phylla. Petala nervo medio subfusco vel rubro in lacinulam usque acutissimam inferius notata. Styli vix stylopodio longiores. Semina lineari-subulata. Valleculae angustiores costis, cum commissura nigro-griseae. Stylopodium sessile basi vix coarctatum et circumlinitum a costis prominentibus. Styli patuli.“ *Hoffm.*) *Sch.*

12. *M. scabra Spr.*; caule angulato, inferne glabro, superne hirsuto, foliis bipinnatis hirtis, foliolis inciso-serratis, pedunculis hirsutis, fructibus ovato-oblongis. *Jumma Ninsin Kaempfer, Amoen. exot. p. 822.* CHAEROPHYLLUM *scabrum Thunb. jap. p. 119.* *Willd. Spec. I. p. 1455.* *Poir. Enc. V. p. 145.*

Prope Jedo in Japonia. (Rad. fibrosa. Caulis subflexuosus erectus striatus pedalis et ultra. Rami alterni patuli subfastigiati cauli similes. Foliola acuta. Umbellae terminales. Petioli et pedunculi pilis albis adpressis valde hirsuti et scabri. Semina ovato-oblonga. Differt a *Ch. hirsuto*: foliolis minoribus et magis divisis, nec vaginis dilatatis, umbellis minoribus. *Thunb. l. c.*) *Sch.*

13. * *M. colorata Spr.*; caule tereti petiolisque pilosis, foliis ternato-decompositis, foliolis divaricatis laciniisque remotiusculis pinnatifidis, involucellis glabris coloratis. *M. lutea daucoides Moris. Sect. IX. t. 10.* *Plukn. t. 100. J. 5.* CHAEROPHYLLUM *coloratum Linn. Mant. p. 57.* *Jacq. Hort. vind. t. 51.* *Willd. Spec. I. p. 1457.* *Lam. Enc. I. p. 684.*

In Dalmatia. ♂. („Caulis teres hirsutus, imprimis inferne. Folia SELINI *Thysselini*, aspersa pilis raris. Umbella CHAEROPH. *sylvestris*. Involucella ovata acuminata luteo-colorata, ut in BUPLEURIS, longitudine pedicellorum. Flosculi varii steriles. Fructus *Ch. aurei*, sed tenuius striati, a quo differt omnino foliolis pilisque diversis.“ *Linn.* „Caulis striatus 1 1/2 ped.; folia bi-tripinnata, laciniis tenuibus, pilis raris. Flosculi flavi. Umbellae laxae umbellulis parvis. Involucella e foliolis 6-7, longitudine pedicellorum et parum ultra. Flores subcylindrici substriati. Variat foliis glabriusculis, laciniis longioribus. *Lam. Inv. nullum. Semina sulcis fuscis, marginibus 4 elevatis, coloris straminei. Jacq.*) *Sch.*

14. *M. canadensis* *Moris*; foliis ternatis glabris, foliolis radicalibus subtrilobis, caulinis rhombico-ovatis subincisis argute serratis, involucellis minimis subulatis. *M. canadensis* *Moris*. *Sect. IX. t. 11.* *Riv. pentap.* *Sisyr. canadense* *Linnaeus*. *Spec. ed. Reich. I. p. 696.* *Willd. Spec. I. p. 1436.* *Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 168.* *Sium canadense* *Lam. Enc. I. p. 407.* *Chaerophyllum canadense* *Pers. Syn. I. p. 320.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 195.* *Myrrhis canadensis* *Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 192.* *Barton Compend. Fl. philadelph. I. p. 141.* *Catal. plant. nov. Eborac. p. 32.* (*Gaertn. t. 25.* *Myrrhis ternata* *Mönch p. 101.*)

In sylvis Americae septentrionalis. 2. („Folia radicalia folio medio trifido, lateralibus bifidis, foliola caulina lanceolata lucida. Umbella quadrifida inaequalis, involucre nullo. Umbellulae subseptemflorae, involucello minimo. Petala alba, aequalia.“ *Linnaeus*. „Caulis erectus, quidquam debilis, striatus, foliosus, tantum 1 1/2 ped. Foliola lata, fere *Angelicae*. Flores parvi. Umbellae radii 3-5.“ *Lam.* *Semen* figurâ superne gibbâ, deorsum angustiori, potissimum vero petalis, membranâ sparganophorâ, et spermapodio capillari fere bifido a *CHAEROPHYLLIS* diversa.“ *Hoffm. Umb. 2. ed. I. p. 37.*) *Sch.*

15. * *M. procumbens* *Spr.*; caule pilosiusculo decumbente, foliis bipinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusiusculis, umbellâ simplici pauciflorâ, involucellis ciliatis. *Cerofolium virginianum* *Moris*. *Sect. IX. t. 11.* *Scandix seminibus nitidis* *Gronov. virg. II. p. 147.* *Scandix procumbens* (seminibus nitidis ovato-subulatis, foliis decompositis. *Linnaeus*. *Spec. p. 369.*) *Linnaeus*. *Spec. ed. Reich. I. p. 708.* *Willd. Spec. I. p. 1452.* *Mühlenb. Catal. p. 31.* *Chaerophyllum procumbens* *Lam. Enc. I. p. 685.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 195.* *Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 94.* *Barton Comp. Fl. philadelph. I. p. 145.* (*Chaerophyllum bifidum* *Willd. Herb. n. 12.*) *Myrrhis bifida* *Spreng. Prodr. Umb. p. 29.* *Nuttall Gen. Amer. pl. p. 192.* *M. procumbens* *Spreng. Pug. II. p. 56.* *Umb. Spec. p. 130.*

In Virginia, Pennsylvania et Marylandia. (in umbrosis humidis.) ©. („Caulis debilis. Folia ternata glabra; foliola ovata pinnatifida, lacinae tenuissime ciliatae, fere 1/2 poll. Pedunculi oppositifolii plerumque bifidi divaricati biunciales. Umbellae simplices 3-4-florae. Involucra subtriphyl- la, foliolis ovatis obtusis ciliatis viridibus brevissimis. Fructus prismatici glabri, stylis coronati, jugis 5 acutis, valleculis sulcatis. *Spreng. Umb. l. c.*“ *Barton l. c.* describit plantam gracilem tenuem, vix pedalem, floribus albis parvis, fructu ultra 1/4 poll. longo. Raram ad littora *Schuykill* supra pontem *Market-Street* in umbrosis humidis; *Pursh* in *Maryland* prope *Hager's town.*) *Sch.*

16. * *M. Bunium*; radice tuberosâ, caule simplici flexuoso basi nudo, foliis decompositis, laciniis linearibus incis, involuero submonophyllo. *Oenanthes species Dalech.* p. 785. *Bulbocastanum minus Gerard emac.* p. 1064. *J. Bauh. Hist.* III. p. 30. *Magnol. bot. monsp.* p. 41. *BUNIMUM majus* (fol. caulinis angustissimis, inv. univ. nullo, fructibus ovatis acuminatis, stylis persistentibus.) *Gouan Ill.* p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 1394. *Loisel. Fl. gall.* I. p. 160. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.* I. p. 210. ((excl. syn. *Barrel.* monente *Spreng. Umb. l. c.*) *Suppl.* p. 206.) *Vill. Delph.* II. p. 602. (*B. majus* β *Pers. Syn.* I. p. 308.) *BUN. Bulbocastanum* *Huds. Angl.* p. 122. *Curt. Fl. lond. fasc.* p. 4. t. 24. *BUN. flexuosum* (*Smith Brit.* p. 501.) *Engl. bot.* p. 988. (*Hoffm. Umb.* I. p. 108. p. 211. t. 1. B. f. 33.) *Lapeyr. Hist. pl. pyren.* p. 146. *BUN. denudatum* *Decand. Fl. fr.* IV. p. 325. *Poir. Enc.* VII. p. 600. *MYRRHIS Bunium Spreng. Umb.* *Spec.* I. p. 131.

In pascuis anglicis, in montibus arvernis, in Aquitania et Pyrenaeis, denique in Tauria. 4. (Rad. subrotunda. Caulis basi sub terra elongatus, attenuatus, albidus, superne erectus ramosus foliosus striatus glaber. Folia radicalia tripinnata, laciniis pinnatifidis et incis, petiolo basi flexuoso attenuato, caulina subsessilia triternata. Umbellae terminales erectae multiradiatae, umbellulae congestae albae. Involucrum 1-3-phyllum, saepe nullum. Involucella polyphylla. *Smith.* „Folia SESELI glauco similia. Involucella unilateralia brevissima. Semina *Carvi.* „*M. a Bieb.* Differre a *Sio Bulbocastano* fructu vero MYRRHIDIS, stylis persistentibus, pyramidalis, jugis 5 valleculisque acutis, involuero subnullo, rarissime triphylo, caule debili, crassitie fili linteï, praeter characteres datos, cum in *Sio Bulbocastano* fructus prismaticus apice nudus obtusus, involucrum polyphyllum, caulis firmior, folia radicalia multo magis divisa. *Spreng. Hoffmann l. c.* distinguit specie *B. flexuosum* *Smith* et *B. majus* *M. a Bieb.* hoc in *Suppl. l. c.* non consentiente. Nec, fatendum, *Gouan* descriptio quadrat cum illa *Smithi.* Conferenda utriusque specimina.) *Sch.*

17. *M. ammoides* *Spr.*; radice globosâ, caule tereti dichotomo, foliis subbipinnatis longe petiolatis, foliolis remotis linearibus divaricatis, involuero subtriphyllo, involucellis subulatis. *BUNIMUM ammoides* *Link* apud *Spreng. Umb. Spec.* p. 132. (*B. flexuosum* *Brot.*; radice globosâ, foliis radicalibus multiplici-pinnatis, petiolis cauleque ad basin subflexuosis, involuero mono-triphyllo, deciduo, stylis persistentibus. *Brotero Fl. lusit.* p. 437. (excl. *Curtis lond. V. n. 46.*) *Bulbocastanum tenuiter inciso folio lusitan.* *Grist. virid. lusit. n. 234.*)

In Lusitania. C., Nimis affine B. *majori* Gouan Ill. p. 10., sed radix non angulata; folia radicalia non Apii *Petroselini* facie; caulina non sessilia, sed petiolata, et petiolorum vaginae longae; involucrum, etsi deciduum, attamen mono-di-triphyllum; umbellae universalis radii semper plures quam 8; involucrum partiale saepius non dimidiatum sed integrum, foliolis plurimis, et ultra 2 lin. longis; umbellularum radii saepius in nostro numerosiores quam 14-16; fructus non ovatus et fere duplo minor. Radicis sapor, quasi Castaneae, subdulcis, subadstringens, leviter acris, tuberosa, cortice fusco, magnitudine Avellanae et duplo major. Folia radicalia quasi tritermata, foliolis subcuneatis, bi-quinquepartitis, lacinulis acutis integerrimis setaceo-sublanceolatis, saepius $1\frac{1}{2}$ -5 lin. longis, $\frac{1}{2}$ lin. et ultra latis. Petiolus communis setaceus, striatus, inferne prope radicem tenuior, subflexuosus, 5-8 poll.; petioli partiales oppositi, primarii 1-2 poll., sub anthesi emortui, ut folia. Folia caulina pauca, glabra, inferiora variabilia, saepe bipinnata, foliolis laxis linearibus aut sublanceolatis, subtus subcarinatis, integerrimis, angustissimis s-setaceis, paulo ultra $\frac{1}{2}$ lin. latis, $\frac{1}{2}$ -2 poll. longis, singulo terminali semper 2 lateralibus longiori, raro tripinnata. Petioli $1\frac{1}{2}$ -2 poll., basi vaginantes, subamplexicaules, vagina $\frac{1}{2}$ poll. Folia intermedia ternata aut quinato-pinnata, foliolis 2-3-poll., petiolo $\frac{1}{2}$ -1 poll. Caulis pedalis aut fere 2 ped., crassitudine pennae gallinae, erectus, subflexuosus, teres, glaber, aut basi subvillosus, nodosus, simpliciusculus, ramis uno-quatuor, erecto-patulis, plerumque simplicissimis. Umbellae oppositifoliae terminales, pedunculis 4-6 poll.; involucrum 1-5 phyllum, foliolis setaceis, inaequalibus, brevissimis, majoribus umbellae triplo brevioribus, maximo lin. 4., viridibus, saepe caducis. Involucellum 3-11 foliolis, interdum dimidiatum, foliolis setaceo-subulatis, viridibus, nonnullis interdum detruncatis basi, majoribus longitudine umbellulae. Umbella radiis 12-18, diametro $1\frac{1}{2}$ -2 poll., radiis externis pollicaribus; umbellulae externae radiis 20-30, radiis 2 linear. Flosculi omnes fertiles, corolla petalis 5 albis aut subpurpurascensibus, omnibus subaequalibus, inflexo-cordatis. Antherae subrotundae albae; styli erecti, lineam longi, stigmata crassiuscula hyalina. Fructus leviter compressus, subovalis, $\frac{1}{2}$ lin. latus, $1\frac{1}{2}$ lin. longus, stylis persistentibus reflexiusculis. Semina hinc convexa, ovali-acuminata, saturate viridia, obsolete tricostata. In pascuis et dumetis humosis montanis ad pinetum de Marocos prope Conimbricam. 4) Sch.

18. *M. pyrenaea* Spreng.; caule recto, vaginis ciliatis, foliis pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis incis. *Bunium pyrenaicum* Loisel. Fl. gall. p. 161, t. 5. Lapeyr. Hist. pyren. p. 146. (*Bunium denudatum* β *pyrenaicum* Decand. Fl. gall. Suppl. p. 511, n. 3496.)

In pascuis siccis Pyrenaeorum (à Caunterets.) 2. Clo. De-candolle a M. Bunio nonnisi foliis latioribus minus incis differre videtur. Rad. tuberosa subrotunda. Caulis teres

glaber. Folia inferiora pinnata, superiora ternato-multifida. Petioli amplexicaules subvaginantes margine ciliati. Umbella subsolitaria terminalis. Involucr. utrumque nullum. Flores albi. Styli in fructu persistentes." *Lois.*) Sch.

19. *M. millefolia* Spr.; foliis supradecompositis filiformibus, (involucris filiformibus) involucellis subtrifidis. *Myrrhis orientalis mei folio semine brevi. Tournef. Cor. p. 22.*

SCANDIX *millefolia* Willd. Herb. n. 7.

In Armenia. (Div. Willdenow habuit a D. Vieweg Synonymon *Tourneforti* ab exc. *M. a Bieb.* sequenti *roseae* β subscribitur. An ergo *M. millefolia* et *rosea* β eadem planta?) Sch.

20. *M. rosea* Spr.; caule inferne geniculisque hirtis, foliis ternatim decompositis glabris, foliolis erecto-divaricatis, linearibus, involucris monophyllis involucellisque unilateribus acuminatis hirsutissimis. CHAEROPHYLLUM *roseum* (caule aequali foliisque multipartitis glabris etc.) *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 234. (Suppl. p. 259. Hoffm. Umb. 2. l. p. 35. et 212. t. 1. B. f. 33.)*

In Iberia. ♂. (Hujus nunc duas in *Suppl. l. c.* varietates distinxit exc. *Marsch. a Bieb. β .* elatius, tenuifolium involucellis brevibus; CHAEROPHYLL. *tenuifolium* *Steven Hoffm. umb. l. p. 180. ed. 2. l. p. 212. Besser Krzem. Catal. 1816. p. 56. Myrrh. orient. Mei folio semine brevi Tournef. Cor. p. 22. γ .* elatius ramosius seminibus minoribus. CHAEROPHYLL. *brachycarpum* *Marsch. Hoffm. l. c. p. 212.* „Planta facie CARVI, umbellis CHAEROPHYLLI. Involucr. monophyllum pilis elongatis albis valde hirsutum. Involucella polyphylla subulata umbellulâ longiora, sicut involucrum hirsuta. Corollae eleganter roseae.“ *Fl. taur. cauc. l. c.* „Umbella fructifera contracta. Styli fructus recurvi breves. Fructus formâ CHE-ROPH. (MYRRH.) *aurei* vix 5 lin. longi. Seminum costae obtusae, valleculae striâ protuberante insignitae, ante maturitatem praeter striam spadiceae. In Caucasi orientalis subalpinis etiam occurrit teste *Steven Mem. Soc. nat. cur. mosq. III. p. 260.* Quo magis in planiora descendit, eo fit elatior et foliorum laciniis tenuioribus praedita; et haec quidem ad latera montis *Beshtau* lecta est nostra β , similisque ramis ramosis elongatis, seminibus parvis, magnitudine circiter seminum *Bulhocastani* in glareosis ad torrentem *Podhumok* prope *Georgiewsk* nostram γ ulterius comprobendam constituit.“ *M. a Bieb.* „*Suppl. l. c.* Folia WYLIIS similia, involucella AN-THRISCIS, petala CHAEROPHYLLIS. Involucella unilateralia, plerumque triphylla, basi lanuginosa, in lacinulas angustata margine hispida, apice acuta. Corollae eleganter roseae. Petala exteriora fere biloba, lobis conniventibus planiusculis subundulatis. Lacinula inflexa obliqua, extus carinata acuta emarginata. Flores radiantes steriles, disci masculi.“ *Hoffm. l. c.* Confer *M. millefoliam.*) Sch.

21. (*M?* *humilis*; caulibus aggregatis declinatis aequali-

bus pubescentibus, foliolis pinnatifidis, lacinulis oblongis brevissimis. CHAEROPHYLLUM *humile* Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. suppl. p. 240. Steven MS.

„Rad. multicaulis. Caules digitales dodrantaesque quaqua-versum declinati tenues aequales, villis brevibus, basi subramosi. Folia radicalia decomposita leniter pubescentia petiolata, vaginis membranaceis oblongis, foliolis parvis profunde pinnatifidis lacinulis acutis; caulina de more simpliciora minora. Umbellae in singulis cauliculis singulae terminales pedunculatae, radiis 5-8 villosis. Involucrum foliolo uno alterove caduco. Involucella subpentaphylla, foliolis lanceolatis albo-marginatis, margine pilis albis longiusculis ciliatis, umbellula confertâ paullo brevioribus, demum reflexis. Petala aequalia inflexo-emarginata alba. Styli non longi reflexi. Fructus generis (maturum non vidi) obtuse costatus sulcatusque glaber.“
M. a Bieb., qui post *M. roseam* posuit. *In Iberia ad fluvium Hsani.*) Sch.

22. *M. sulcata* Lagasca; foliis subtus cano tomentosis, involucellis oblongis concavis setaceo-mucronatis, seminibus profunde sulcatis. Lagasca Gen. et Spec. nov. Diagn. p. 13. n. 169.

In montibus Cantabricis (ad tractum Pennanmayor de Mena, ubi legit D. B. Salcedo.)

23. (*M. tenuifolia*; foliis compositis glabris, foliolis tenuiter incisus acutis, seminibus subglabris profunde costatis. CHAEROPHYLLUM *tenuifolium* Poir. Enc. Suppl. IV. p. 342.

Caules, ut tota planta, glabri; folia ampla, foliolis angustis lanceolatis pinnatifidis aut profunde incisus, laciniis angustissimis subsimplicibus submucronatis; flores numerosi; fructus cylindrico-subovati profunde sulcati, costis prominulis. Poir. et. *In imperio Maroccano Broussonet.* Herb. Desfont. Cls. Sprengel non recepit, nequidem ut synonymon.) Sch.

24. (*M. gilanica*; seminibus laevibus, caulibus ramosis striatis. SCANDIX *gilanica* S. G. Gmelin it. III. p. 304. t. 31. J. 2. Gmel. S. V. p. 486.

In Persia boreali. Cls. Sprengel non recepit, nequidem ut synonymon.) Sch.

1205. CHAEROPHYLLUM.

1. * *C. sativum* Bauh.; caule glabro, foliis tripartito-decompositis, foliolis ovatis pinnatifidis, laciniis obtusiusculis, pedunculis axillaribus pubescentibus ternis. *Gingidium* Fuchs p. 216. *Cerrefolium* Matthiol. ed. Bauh. p. 402. *Chaerifolium* Dod. p. 700. *Cerrefolium* Lobel ic. II. p. 280. *Dalech.* p. 711. *Tabern.* p. 283.

Moris, Sect. IX. t. 11. Riv. pent. (Hall. Helv. n. 747.)
SCANDIX Cerefolium Linn. Fl. suec. n. 242. Jacq. Fl. Austr. t. 390. (Smith Brit. p. 1394.) Engl. bot. p. 1268. Schkuhr t. 73. (Plenck l. 205.)
 CHAEROPHYLLUM *Cerefolium Crantz Austr. p. 191. (Roth germ. II. p. 310.)* CHAEROPHYLLUM *sativum C. Bauh. pin. p. 152. Lam. Enc. I. p. 684. Pers. Syn. I. p. 320. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 232. Decand. Fl. franc. IV. p. 290. (Brotero Fl. lusit. p. 453.)*
 ANTHRISCUS *Cerefolium, caule aequali seminibusque glabris, rostri costis acutis. Hoffm. Umb. 2. l. p. 41. 47. t. 1. f. 21. p. 210. t. 1. B. f. 26. Marsch. a Bieb. Suppl. p. 237. CEREFOLIUM sativum Besser gal. l. p. 218.)*

In arvis et hortis Europae australioris. ☉. („Habitus Anthrisci, sed foliis paululum latioribus, glabrioribus, seminibusque laevibus glaberrimis striatis differt. Herba tenera pallida dulcis grate aromatica. Caulis 1-2 ped. teres ramosus striatus, geniculis superne pubescentibus, caeterum glaber. Folia patentia bipinnata incisa, inferiora tripinnata et longius petiolata. Umbellae laterales et terminales sessiles subquadriradiatae basilanatae. Umbellulae fere 10-florae. Involuer. nullum; involucella dimidiata acuta. Flores regulares albi. Semina lanceolata, rostro brevissimo. Smith. Semina ad microscopium punctata, et quaedam minimis albidisque aculeis rariter hispida sunt. Jacq., qui hic videtur commutasse sativum cum ANTHR. trichospermo). Sch.

(Obs. „Nostrati germina hispida setulis parvis adpressis, quae passim in maturo quoque semine persistunt. Fortasse distincta species a sativa, sicut CHAEROPHYLLUM nemorosum a sylvestri. Sed et in hortensi Cerefolio semina quandoque sparsim setifera.“ *M. a Bieb. Suppl. l. c.) Sch.*

2. * *C. sylvestre; caule sulcato striato glabro, geniculis tumidiusculis, foliis tripartito-decompositis, foliolis ovatis pinnatifidis, lacinulis oblongis obtusiusculis, extremis elongatis, umbellis terminalibus, pedunculis glabris. Myrrhis Fuchs p. 525. Dalech. p. 71. Cicutaria vulgaris Clus. Hist. II. p. 200. Dodon. p. 701. Daucus telinoides Barrel. Icon. p. 1177. Cerefolium sylvestre perenne Moris. Sect. IX. t. 11. Riv. pent. (Hall. Helv. n. 748. Besser Primit. Fl. gall. I. p. 218.)*
 CHAEROPHYLLUM *sylvestre Linn. Fl. suec. n. 257. Jacq. Austr. t. 149. Crantz Austr. p. 192. (Curt. lond. IV. t. 25. Smith Brit. p. 326.) Engl. bot. p. 752. Lam. Enc. I. p. 631. Willd. Spec. I. p. 1452. (Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 231. Svensk. Bot. p. 124. Plenck off. t. 208.) Hayne getr. Darst. t. 33. ANTHRISCUS*

sylvestris, caule sulcato geniculis, tumido, seminibus laevibus, rostri costis obtusis. *Hoffm. Umb. 2. I. p. 40. 46. t. 1. f. 19. p. 210. t. 1. B. f. 17.* *Marsch. a Bieb. Suppl. p. 236.*)

Per omnem Europam in cultis. (et in Caucaso.) 4. *Huc*
Ch. monogonum, angulatum Hit.; verticillatum (glaberrimum, foliis variis, radicalibus pinnatis, foliolis majusculis cordatis subobliquis serratis, ceteris decompositis). *Pers. Syn. 1. p. 320.* (quod, praeter folia radicalia, *CHAEROPH. sylvestri* simile, sed minus) praesertim vero *Ch. nitidum* (seminibus laevissimis nitidis ovato-oblongis, stylis divaricatis, latitudine seminis longioribus, fol. bipinnatis, pinnulis subovatis serratis, petioliis hirsutis) *Wahlenb. Fl. carp. p. 85.* diversum petioliis hirsutiusculis pistillisque longioribus. Sed haec differentia culta evanescit. Singularis est varietas: *CHAER. alpinum* (caule subsimplici, geniculis tumidiusculis, foliolis laciniisque distantibus) *Vill. Delph. II. p. 642.* *Decand. Fl. fr. IV. p. 288.* *Murith guide du Botaniste p. 60,* quae distinguitur foliolis angustioribus, extremis magis elongatis attenuatis, pistillis deciduis. Sed et haec haud constantia, nec tanti sunt, ut speciem veram sistant. Tandem accepi a *Günthero* Wratislaviensi varietatem, quam olim *CHAEROPHYLLUM cadonense* dixi in Comitatu Glazensi repertum, magis habitu, quam certis notis distinguendam.

(*Obs. I. Linnaeus* *CHAEROPHYLLO sylvestri* subscripsit: „Caulis subsulcatus. Pedunculus communis teres. Petala integra plana exteriora majora.“ „Umbella subradiata.“ — „Flores flosculosos fertiles esse, uti et *Ch. aurei, bulbosi, temuli et hirsuti* *Grimm. Fl. isen. nov. Act. N. C. III. app. 292*“ adjecit *Reich.* „Rad. fusiformis subramosa lactescens. Caulis subtripedalis erectus ramosus foliosus, teres, striatus, laevis, inferne pubescens, sub foliorum insertionem tumidiusculus. Folia tripinnata, foliolis acute incisim margine scabris, petioliis brevibus dilatatis costatis. Umbellae erectae terminales. Involucella ovata membranacea albida ciliata pilis longis crebris. Flores albi parum radiantes. Petala planiuscula emarginata vel integra. Fructus elliptico-oblongus teretiusculus laeviusculus vel obsolete striatus, glaberrimus.“ *Smith.* Semina in alpino basi magis ventricosa, laevia, non calcata, stylo, ubi matura, nullo; petala plana integerrima; caules simplices vel vix ramosi 1-1 1/2 ped; folia elabra laciniis angustioribus remotioribus, caulis simplex vel parum ramosus, pedalis vel parum ultra. *Decand l. c.) Sch*

(*Obs. II. Besser in litt. monet ANTHRISCUM sylvestrem* *M. B. esse* suum *ANTHRISC. humilem* *Catal. Suppl. IV. et Ch. lactescens* *Roche* (ad quod *Jacquini* icon, in descriptione monet lactescens cum *sylvestri* esse confusum) et *Ch. sylvestre* *Schkuhr* esse suum *ANTHRISCUM elatiorem.* Hunc l. c. seminibus gracillioribus longioribus, involucellis persistentibus, foliolisque angustioribus acute incisim, caule (in cultis) 4-5 ped. lactescente, anthesi 2-3 septimanis tardiore distinguit a praecociore *humili*, cui semina breviora, magis gibba, a rostro ad medium subangulosa, involucella emarcida et foliola latiora serraturis obtusioribus. Specimen *A. elatioris* amiciss. *Besser* ab

illis, quae *bulbosi* nomine tuli a divo *Kitaibel* distinguere nequeo. CH. *monogonum* et *angulatum* *Kitaib.* nobis plane ignotum, licet divus *Kitaibel* pro sua in nos amicitia omnes fere suas species novas nobiscum communicasset. Ad CHAEROPH. *sylvestre* movuit variare petiolis, foliolis, geniculisque plus minus pubescentibus, involucellis acuminatis et muticis, ciliatis et subnudis.) Sch.

3. (*C. ciliatum* *Kitaib.*; caule inferne hirto, vaginis ad insertionem pilis patentibus, foliolis ciliatis, involucellorum apicibus elongatis. *Kitaib. in litt.*

CH. *sylvestri* simile, et post hoc ponendum. *Ad Modruss in Croatia. Div. Kitaibel olim in litt.)* Sch.

4. *C. glaberrimum* *Spreng.*; caule glaberrimo striato, foliis inferioribus biternatis, foliolis ovatis lobatis dentatis, superioribus pinnatis, foliolis lanceolatis integerrimis, involucellis oligophyllis linearibus, pistillis basi tumidis. SCANDIX *glaberrima* *Desfont. Atl. 1. p. 260. t. 74.* (CHAEROPHYLLUM *glaberrimum* *Poiret Enc. V. p. 146.)*

In Atlante. (prope Tlemsen.) (Caules erecti ramosi 1-2 ped., et ultra; folia radicalia et caulina inferiora bi- et triternata, longe petiolata; umbellae oppositifoliae pedunculatae subconvexae uniformes, radiis filiformibus. Involucr. univ. et part. e foliolo uno alterove angusto, saepe nulla. Flores albi, centrales abortivi. Styli 2 recti. Semina angusta elongata glaberrima acuta. *Poiret.)* Sch.

5. * *C. arborescens* *Linnaeus Spec. ed. Reich. 1. p. 712. Willd. Spec. 1. p. 1457.* sine differentia speciifica (si excipis adjectivum: fruticosum) vocavit *Cicutam arborem virginianam* *Pluk. Mant. p. 49.* (et *Cicutariam arborem virginianam* *Raj. Suppl. p. 257.)* Nec *Linnaeus* nec posteriorum aliquis recognovit plantam maxime dubiam.

(*Linnaeus* attamen l. c. sequentem dedit descriptionem: „Caulis frutescens; folia CHAEROPHYLLI *sylvestris* ampla supradecomposita, pinnis patentissimis, laevia, inciso-serrata; umbellae tenues albae, involucreo partiali. Flosculi omnes fertiles. *In Virginia.*“ h.)

6. *C. hybridum* *Tenore*; caule glabro striato scabriusculo, foliis tripinnatis, foliolis lanceolato-oblongis, profunde inciso-serratis, laciniis acuminatis, (superficie superiore glabra) subtus hispidulis (inferiori rachide tantum hispidâ) pistillis divaricatis. *Fl. Nap. Prodr. p. LXVI. (Suppl. II.)*

Habitat in sylvis Magellae. 4.

7. (*C. divaricatum* *Poiret*; caule ramoso divaricato glaberrimo, foliis decompositis inferioribus latioribus, superioribus minutissime dissectis, seminibus (sub) cylindricis brevibus glabris. *Poiret Enc. Suppl. IV. p. 343.*

Caules crassi fistulosi ramis rigidis. Folia glaberrima, inferiora

ampla foliolis acutis linearibus incisissimis dentatisve, superiora angustissima foeniculacea; umbellae laxiusculae; involucria partialia tenuissima; flores albi parvi; semina basi attenuata vix striata. Styli divergentes. Culta in Hort. parisin. patriâ ignota. In *Herb. Desfont. Poirët. Cls. Sprengel* non recepit, nequidem ut synonymon.) Sch.

8. (*C. minimum Vandell.*; caule unifolio, floribus fertilibus paucis. *Vandell. fasc. Vitmann Suppl. p. 369.*

Rad. crassa, subdivisa. Caules plures in cespitem congesti, 1 1/2 poll., hirsuti. Folia radicalia plurima humifusa vix caule breviora, biternata, lobis subtrilobis, profunde incisissimis, hirsuta. Folium caulinum petiolo membranaceo amplexicauli. Invol. univ. nullum, parziale plerumque 7-phyll., foliolis brevissime ciliatis reflexis. Petala semibifida, obtusa, albida. *Vitm. In montibus mediolanens. Cls. Sprengel* non recepit.)

1206. ANTHRISCUS.

1. *A. vulgaris Pers.*; caule laevi, foliis ternato-decompositis, foliolis pinnatifidis, laciniis obtusis, petiolis pilosis, umbellis oppositifoliis ovato-conicis. *Myrrhis sylvestris novae Aequicolorum Colum. Ephr. l. p. 112. Moris. Sect. IX. t. 90. Anthriscus Plinii Dalech. p. 791. J. Bauh. Hist. III. p. 70. Carcalis foliis Chaerophylli Riv. pent. (Hall. Helv. n. 743.) SCANDIX Anthriscus Linn. Fl. suec. n. 241. Spec. ed. Reich. I. p. 706. Willd. Spec. I. p. 1450. Jacq. Austr. t. 154. (Curt. lond. I. t. 3. Smith Brit. p. 329.) Engl. bot. p. 818. CAUCALIS Scandix Scop. carn. n. 312. TORILIS scandicina Adans. CAUCALIS scandicina Roth germ. I. p. 121. II. p. 312. Gmel. S. V. p. 473. MYRRHIS chaerophyllea Fl. fr. Fl. Dan. p. 863. Decand. Fl. franc. IV. p. 334. CHAEROPHYLLUM Anthriscus Lam. Enc. I. p. 685. (Brotero lusit. p. 400. ANTHRISCUS vulgaris Pers. Syn. I. p. 320. Hoffm. Umb. 2. I. p. 45. 47. t. 1. f. 24. p. 211. t. 1. B. f. 27. Marsch. a Rieb. Suppl. p. 236. ANTHRISC. Caucalis Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n. 574.)*

In pagis Europae (et Tauriae meridion., Asiae min.)
 (.,Caulis 2-3-pedalis teres gibbosus striatus glaber nitidus. Folia petiolata laete viridia hirsuta tripinnata, foliolis ovatis lobatis. Umbellae laterales et terminales sub-5-radiatae. Umbellulae 5-florae. Invol. nullum. Involucella parva ovata. Flores exigui, regulares, albi. Semina lanceolata, aculeis sursum curvatis aspera, rostro brevissimo laevi. Smith. Vaginarum margo albicans, ciliatus, petiolis rariter pilosis. Foliola interdum glabra, laciniis ultimis oblongis cum exiguo acumine. Pedunculi glabri, tandem stricle patentes. Involucella e foliolis 4-5 lanceolato-acuminatis, parvis ciliatis. Petala alba.

exteriora paulo majora. *Jacq.* „Semina oblonga, omnium brevissima, in rostrum angustata 5-costatum, sub stylopodio intercepto brevi conico paulisper dilatatum. Superficies magis exasperata. Aculeoli quasi seriatim coordinati, uncinati, glabri, e vaginula cylindrica scabriuscula. Spermaphodoph. ciliatum. Evittata et insipida dignoscuntur statim a TORILIS seminibus amaricantibus.“ *Hoffm. l. c. p. 47.*) Sch.

2. *A. trichosperma*; caule glabro, umbellis lateralibus pedunculatis, seminibus pilosis. *CHAEROPHYLLUM trichospermum Schult. Oester. Fl. 2. 1. p. 504.*

Differt a maxime affini *CHAEROPH. sativo* praecipue seminibus albido-pilosis, umbellis pedunculatis: odore et usu convenit cum *CHAEROPH. sativo*, et eadem *ANTHR. trichospermae* ratio ad *CHAEROPHYLLUM sativum*, ut *ANTHR. nemorosae* ad *CH. sylvestre*. *In Pannonia, ubi frequentior CH. sativo.*) Sch.

(*Obs.* *A. trichosperma* nostra minime est *ANTHR. vulgaris*, ut videtur clo. *Sprengel Umb. Spec. p. 143*; pedunculi in *A. vulgari* fere pollicares, in nostra vix 2 lin.; semina longitudine *CH. sativi*, nec *ANTH. vulgaris* potius illa, de qua exc. *M. a Bieberstein Suppl. p. 237* dubitat, an varietas tantum seminibus hispidis.) Sch.

3. *A. nemorosa Spr.*; caule sulcato, foliis ternato-decompositis, foliolis pinnatifidis, laciniis lato-lanceolatis acutis, petiolis pilosis, umbellis oppositifoliis, fructibus subcylindricis elongatis. *Chaerophyllum seminibus nitidis Gmel. Sib. 1. t. 49.*

CHAEROPHYLLUM nemorosum (caule geniculis tumidiusculis, foliolis ovato-lanceolatis inciso-serratis nitidis, nervis subtus pilosiusculis, fructibus tuberculato-hispidis.) *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. 1. p. 232. (Suppl. p. 237.* *A. caule geniculis tumidis, seminum aculeolis basi tuberculatis. Hoffm. Umb. 2. 1. p. 45. p. 210. t. 1. B. f. 19.)*

In Pannonia (inferiore), Caucaso et Hamtschatka. 2. Simillimum *A. vulgari* differt radice perenni et characteribus datis. („Simillimum *CHAEROPH. sylvestri*, ut foliis solis vix distinguas, sed seminibus hispidis abunde distinctum. „*M. a Bieb. l. c.*“ Costae breviores, obscuriores stylopodium angustius.“ *Hoffm. l. c.* Nos idem nomine *lactescens* tulimus a divo *Kitaibel*, qui in umbrosis Banatus legit, nomine *ambrosi* ab aliis. Pinnae obtusiores, magis remotae.) Sch.

4. *A. fumarioides Spr.*; caule striato ramoso glabro, foliis ternato-supradecompositis, foliolis pinnatifidis, laciniis linearibus remotis incisis ciliatis, vaginis membranaceis, umbellis terminalibus, involucellis reflexis. *Scandix fumarioides (Waldst.) et Kit. Hung. III. p. 249. t. 224. Hornem.*

Hort. Havn. 1. 285. (A. caule aequali, seminum aculeolis hispidis. *Hoffm. Umb. 2. ed. 1. p. 44.*)

In montibus calcareis alpium Juliarum Croatiae. (in monte

Urlay.) ♂. (Rad. fusiformis; caulis erectus 1-2 ped., subflexuosus, ramis subdivisis paniculatus nudus obtuse sulcato-angulatus, inferne livescens, infra foliorum insertionem oblique tumidiusculus, carne viridi fistulosâ. Folia quadripinnata; pinnulis cuneiformibus, laciniis lanceolato-linearibus, setula mucronatis; petioli ad divisiones subrefracti; vaginae livescen-tes. Umbellae laxae subfastigiatae terminales et e dichotomia, radiis 5-10 inaequalibus, 1/2 poll. Umbellulae 14-16-florae, pedicellis capillaribus vix 1 1/2 lin. Inv. univ. nullum, parziale e foliolis 5 lanceolatis acuminatis. Cal. margo virens. Petala alba oblonga cuneata, exteriora majora integerrima. Stamina petalis breviora. Flores in umbellis lateralibus plerumque abortivi. Semina stylis persistentibus coronata, receptaculo pilis sub lente brevissimis. Junior pube incanâ tenuissimâ cin- rascit. Odor Petroselinii. *Waldst. Kit* „Flosculi disci steriles, semina aculeolis brevissimis lacinulatis tuberculatis muricata, reliquâ parte, costis acutis in rostrum productis, nudâ; spermapodophorum subciliatum.“ *Hoffm. l. c.*) Sch.

5. *A. capensis Spreng.*; caule ramoso striato hispidius- culo, foliis subtripinnatis subtus petiolisque hispidis, foliolis abbreviatis multifido-linearibus, umbellis oppositifoliis, invo- lucro subpentaphyllo. (*Sium hispidum* foliis tripinnatis; pe- tiolis pedunculisque scabris; ramis hispidis.) *Thunb. Prodr.* p. 51. (*Fl. cap. II. p. 210.*) *Willd. Spec. I. p. 1435.* *Spreng. Umb. Spec. p. 96.*

In Prom. b. Spei. (Radix fusiformis alte descendens. (al- bida, aciae fere crassitie). Caulis subdecumbens brevissimus. (2-poll. et subdigitalis, teretiusculus, inferne glaber, pilis al- bis ad nodos.) Rami patuli subdiffusi vix palmares. Foliorum (ambitu lanceolatorum) pinnulae lanceolatae hispidae (foliola conferta erectiuscula pinnatifida, laciniis abbreviatis, vix 2 lin., margine revolutis ciliatis acutis.) Petioli semiteretes supra sulcati hispidi basi vaginantes, vagina scariosa. Umbellae la- terales (oppositifoliae, numerosae, radiis 6.) Pedunculi et pedicelli sulcati aculeato-hispidi (breves). Involucra lanceolata acuminato-setacea aspera, (sub-5-phylla. Flores albi.) *Thunb. et Spreng. Prope urbem Cap.) Sch.*

6. (*A. nodosa Pers.*; seminibus subcylindricis hispidis, caule hispido, geniculis tumidis. *Linna. Mant. p. 355.* et *Willd. Spec. I. p. 1451.* (uterque sub SCANDICE.) *CHAB- ROPH.* articulis tumidis, umbellâ universali trifidâ. *Hort. Cliff. p. 102.* *Roy. Lugdb. p. 112.* *Cereseolium an- num nodosum, semine aspero majore. Moris. Hist. III. p. 303. f. 9. t. 10. f. 4.* *Myrrh. nodosa annua semine aspero. Moris. bloef. p. 283.* Haec auctoritate *Lin- naei. Marsch. a Bieb. Suppl. p. 233,* praeter *suara ANTHR. Scandicem Taur. Cauc. p. 251.* (ubi synonyma *Lin- naei* laudat, et SCANDICEM nodosam *Jacq. Hort. vind. III. t. 25,* et *TOBILIN macrocarpon Gaertn. de Fruct. I. p. 85. t.*

20.) adducit quoque *SCANDICEM nodosam Hoffm. Umb. 2. l. p. 36. p. 212. t. 1. B. f. 30.* (qui *TORILIN tumidam Monch* huc ducit.)

CHAEROPHYLLUM nodosum Lam. Enc. I. p.

685. *ANTHRISC. nodosam Spreng. Umb. Prodr. p. 27. n. 3.*

Caulis scaber aculeis mollibus reflexis, articulis superne incrassatis. Folia triternata scabra incisa patula. Involucr. nullum. Involucella 2-3-phylla, subulata, parva. Fructus hispidi pilis adscendentibus." *Linn.* Caulis 1 1/2 ped., ramosus, fistulosus; folia ad lentem pilosula, foliola inciso-serrata, etiam pinnatifido-lobata, obtusa, ovata vel lanceolata apice confluentia. Umbellae radiis plerumque ternis scabris; involucr. subinde monophyllum; umbellulae 5-10-florae, involucelli foliolis circiter 5, lanceolatis acuminatis reflexis. Petala alba, obverse ovata, emarginata. Flores omnes fertiles. Fructus subulatus, acutus, fuscus, hispidus. *Jacq.* *In Sicilia; in fruticetis montis Badatson Pannoniae, div. Kitaibel; in Tauria.* ©) Sch.

(Obs. „Ab *ANTHRISCI* genere revocant: *spermapodophorum marginatum*, rostri defectus, nisi seminis partem elongatam intus cavam pro eo sumere velis, potissimum vero vittarum praesentia, eleganter rubentium et moniferarum, intra latas aculeolis tectas costas vallecularum. Involucella tetrachyllum. Semina subcylindrica undique satis rigidis compressis unguatis, inferne vaginatis globosis, adscendentibus. Stylopodium cum stylo brevi conicum sulcatum. Stigmata oblique truncata. Vittae dorsales 4, commissurales 2." *Hoffm.* An peculiaris generis? Habitus *SCANDICIS*, sed semina vittata *CHAEROPHYLLI* s. *MYRRH. Spreng.* *Besser* in litt. *Cls. Sprengel* non recepit, et synonyma quaedam duxit ad *TORILIN nodosam.*) Sch.

7. (*A. tuberculata*; caule aequali, foliolis acute incisis glabris, seminibus tuberculis adspersis. *CHAEROPHYLLUM tuberculatum Poiret Enc. Suppl. IV. p. 342.*

Caules recti glabri teretes; folia glabra supradecomposita, foliolis subpinnatifidis vel profunde et irregulariter incisis, basi cuneiformibus, laciniis acutissimis integris vel pluries divisis; involucr. univ. nullo, part. e foliolis pluribus brevibus lanceolatis acutiusculis reflexis; flores parvi albidi numerosi. Umbellulae ante anthesin capitula parva subhemisphaerica sistunt. *Poiret.* Colitur in H. parisin., patria ignota. — *Cls. Sprengel* nequidem ut synonymon recepit) Sch.

(Quid: *ANTHRISCUS taurica Hort. Gorenk. 1812? Brouss.*
— *hispidum Hort. Monsp. 1804?*) Sch.

1207. SCHULTZIA.

S. crinita Spreng. Prodr. Umb. p. 3. Umb. Spec. p.
102. *SISON crinitum* (fol. omnibus tripinnatis capillari-

bus, involucris decomposito setaceis.) *Pall. Act. Petrop.* 1779. II. p. 250. t. 7. (S. fol. radicalibus triplicato-pinnatis, caulinis bipinnatis, foliolis setaceis, involucreo universali polyphylo bipinnato.) *Willd. Spec. I. p. 1438.*

In altissimis montium altaicorum jugis! ♂. Folia subtripinnata, laciniis linearibus cuspidatis. Umbella terminalis speciosa ob involucra et involucella bipinnata subcapillaria umbellas subaequantia. (Rad. fusiformis, digitum minorem longa et crassa, extus fusca, intus flavida, subdulcis. Caulis subpedalis, simpliciusculus teres striatus, crassitie pennae gallicae, glaber, subviolaceus. Petioli radicales glabri subdigitales, caulini subnulli. Folia ambitu ovata, foliola omnia sessilia, inferiora decussata, erectiuscula, pinnatifida. Umbella rigidiuscula, concava, radiis subtricenis. Involuer. univ. subdecaphyllum. Flores albi, omnes fertiles. Juga seminum acutiuscula. *Spreng.*) Sch.

1208. A M M I.

1. * *A. majus*; caule angulato, foliis omnibus margine cartilagineo argute serrulatis, inferioribus pinnatis lanceolatis, superioribus multifidis linearibus. *Ammi Dodon. p. 301.* *A. vulgatus Lobel Hist. p. 415. Ic. p. 721.* *Ger. emac. p. 1076.* *Dalechamp. p. 695.* *Parkins. p. 912.* *Moris. Sect. IX. t. 8.* *Ammioselinum Tabern. p. 279.* *Riv. pent. AMMI majus Linn. Hort. Ups. p. 59.* *Spec. ed. Reich. I. p. 670.* *Willd. Spec. I. p. 1392.* *Gerard prov. p. 242.* *Vill. Delph. II. p. 591.* *Lam. Enc. I. p. 131.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 326.* *Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 185. (Icon. t. 273.)* *Regn. bot.) Lapeyr. Hist. pyren. I. p. 144.* *Nocc. et Balb. Fl. ticiu. I. p. 129.* (APIUM ammi *Crantz Austr. p. 217. n. 6.*)

In Gallia, Germania australi, Helvetia et Graecia Aegyptol. ☉. ♂. (Rad. fusiformis. Caulis erectus subramosus teres striatus glaber 2 ped. Folia inferiora e foliolis 5 ovato-lanceolatis serratis, ut plurimum integris basi lobatis, superiora fere bipinnatifida, laciniis angusto-lanceolatis dentatis. Flores albi parvi, umbellis terminalibus, laxiusculis, plus minus amplis. Involuceri univ. foliolis, ut plurimum, trifidis. *Lam. I. e.*) Sch.

(*Obs. Brotero, qui in Fl. lusit. p. 443 A. majus foliis inferioribus pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis serratis, superioribus subbipinnatis, foliolis lineari-lanceolatis distinguit, notavit varietatem β tenuifoliam, fol. radicalibus et inferioribus bi-tripinnatisve, foliolis valde minoribus, quae inter segetes in agris circa Conimbricam et ☉.*) Sch.

2. * *A. Visnaga Lam.*; caule tereti striato glabro, foliis decompositis, foliolis pinnatifidis, laciniis lineari-cuspidatis remotiusculis subdivaricatis, umbellae radiis persistentibus.

Seseli massiliense Fuchs p. 786. Matth. p. 395. Dalech. p. 748. Ger. emac. p. 1051. Visnaga Lobel Hist. p. 419. Ic. 726. Dalech. p. 711. J. Bauh. Hist. III. p. 31. 32. Park. p. 890. Gingidium II. Dodon. p. 791. Tabern. p. 287. G. umbellâ oblongâ. Moris. Sect. IX. t. 2. Ammi odore Camini. Riv. pent. Foeniculum annum umbellâ contractâ oblongâ Tournef. Inst. p. 311. Garidel Aix t. 36. DAUCUS Visnaga Linn. Mant. p. 352. Gerard prov. p. 242. Gouan Fl. monsp. p. 286. Jacq. Hort. vind. III. t. 26. Lapeyr. Hist. pyren. p. 144. Willd. Spec. I. p. 1391. AMMI Visnaga Lam. Enc. I. p. 132. Pers. Syn. I. p. 307. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 210. Decand. Fl. fr. IV. p. 327. Loisel. Fl. gall. I. p. 160. Desfont. Atl. I. p. 245. (A. caule superne flexuoso, foliolorum laciniis linearibus angustis nitidis, receptaculo communi solido subrotundo, umbellae radiis numerosissimis maturitate valde contractis. Brotero Fl. lusit. p. 445. A. foliorum omnium laciniis linearibus integerrimis.) Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 186. (VISNAGA daucoides Gaertn. de Fruct. I. p. 92. t. 21. f. 12.)

In Gallia australi, Italia (Lusitania, Aegypto), Nubidia et Asia minore (et in Caucaso) ☉. („Caulis laevis. Umbellae basis est receptaculum commune solidum subrotundum. Involucrum (tanquam basi monophyllum) polyphyllum, unitum cum receptaculo, foliolis trifidis. Involucella polyphylla simplicia. Umbellae numerosissimae. Flores aequales hermaphroditi. Petala inflexa biloba alba. Antherae purpurascens. Receptacula propria fusco-purpurascens. Fructus compressus transverse, oblongus, striatus laevis.“ Linn. Caulis erectus 2-3 ped., lineatus viridis, medullâ molli albâ. Foliola ad lentem albo mucronata. Involucrum longitudine umbellae, foliolis multifidis linearibus. Umbella convexa densissima. Involucella plus minus 10. Jacq. Differt ab AMMI daucifolio W. (LIGUSTICO athamantoide), cum quo passim commutatur, uti et cum glaucifolio, praeter characteres datos, foliis omnibus conformibus, involuero multo magis profundiusque diviso, radiis umbellae rigidis cum maturo fructu lignescentibus, basi in nodum callosum coalitis; fructibus subprismatico-oblongis, jugis quinque obtusiusculis, valleculis convexis. Spreng. Caulis erectus durus superne subflexuosus, 2-3 ped. Folia supradecomposita, lacinulis lineari-filiformibus. Flores albi.) Sch.

3. * *A. glaucifolium* Lapeyr.; foliis glaucis, radicalibus pinnatis, foliolis cuneatis lobatis obtuse dentatis, caulinis bipinnatis, foliolis semidecussatis oblique lobatis mucronatis, involucri foliolis bipinnatis aristatis. ? Visnaga Riv. pent. Ammi foliorum omnium lacinulis lanceolatis Guett. Obs. II.

p. 433. *AMMI glaucifolium* Lapeyr. Fl. pyren. t. 75. Hist. pl. pyren. p. 144. Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 185. (ergo: *AMMI glaucifolium* foliorum omnium lacinulis lanceolatis. Linn. Spec. p. 349. Willd. Spec. I. p. 1393. Villars Delph. II. p. 592? Guettard Obs. II. p. 435. synonymis forte alienis, auctoritate Smith, qui haec synonyma adduxit.) Spreng. Umb. Spec. p. 128.

In Gallia australi et Graecia. ♂? (Willdenow subscripsit: „Est planta valde dubia a Linnaeo non visa, et tandem a Guettard descripta, qui secundum sententiam cl. Villars *SELINUM Carvifolia* pro specie *AMMIOS* sumsit. Villars Delph. II. p. 592. sub hoc nomine plantam annuam a Morison et Bauhin forte nominatam descripsit, quam vix diversam ab *A. majore* credit.“ Contra vero Smith l. c.: Plantam a Guettardo optime descriptam, a Lachenalio missam, in herbario Davallii possideo. Confer Willd. l. c. Vix *A. majoris* varietas. In Graecia e MS. Sibth., at in herbario desideratur. Icon nulla. ☉.“ „Differre a *majore* et *Visnaga*, quae passim hoc nomine veniunt, praeter characteres datos; colore omnium partium glauco; foliolis caulinis oblique lobatis semidecussatis, lobis aristatis, nec argute serratis, ut in *majore*, involucri foliolis bipinnatis aristatis. Synonyma J. Bauhini et Morisoni a Guettardo huc tracta et a Willdenow et Decandolle exscripta, male applicantur, cum potius ad *SESELI glaucum* pertineant. Nec *Thuillerii* homonymam plantam veram esse, cum ipse varietatem *majoris* habeat.“ Sprengel l. c.) Sch.

4. *A. anethifolium* Lam.; caule sulcato, foliis compositis, foliolis multifidis capillaribus, petiolis canaliculatis, involucri trifido capillari. Enc. meth. I. p. 132. *AMMI meoides* Pers. Syn. I. p. 308. *DAUCUS meoides* Desfont. tabl. de l'école de Bot. ed. II. p. 143.

In Oriente? 4. („Caulis 2-ped., erectus simplex glaber rubescens. Folia ambitu oblonga acuta, pinnulis oppositis multifidis brevibus, ad insertionem rubellis. Umbella terminalis plana mediocris, floribus parvis. Involucrum umbellae brevius. Receptaculum commune quidquam incrassatum purpurascens.“ Lamarck.) Sch.

5. *A. acaule* Spreng.; foliis radicalibus bipinnatifidis, foliolis verticillatis multifidis lineari-setaceis, umbellis simplicibus radicalibus pedunculatis, involucri umbellas aequantibus. *Carvi orientale acaulon*, foliis *Chamaemeli* Tournef. Cor. p. 21. *BUNUM acaule* Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 212. (Hoffm. Umb. Gen. 2. I. p. 108.)

In Caucaso. ♂. Scapi radicales. Flores lutei. („Refert *BUN. peucedanoidis*“ (Sive *peucedanoidis*) „varietatem monstrosam; folia radicalia eadem, et umbella, sed involucella foliolis apice auctis lacinulis pinnulis consimilibus abbreviatis.“ M. a Bieb. „Rad. digitum minimum crassa, fusca, fusiformis. Petioli om-

nes fere radicales, basi dilatati, margine membranacei glabri striati patentissimi pollicares et ultra. Folia ambitu lanceolata; foliola vix 4 lin. longa. Scapi digitales, teretiusculi, filii linteae crassitie. Umbellae terminales, radiis 10-12, vix 2 lin. longae. Involucrum e foliolis fere 8, pinnatifidis, pedunculos subaequantibus. Fructus minuti, oblongo-prismatici, jugis 5 obtusiusculis, valleculis convexis." *Spreng. l. c.*) Sch.

6. *A. cicutae-folium Willd.*; foliolis omnibus lanceolatis serratis. *Ligusticum creticum cicutae folio. Tournef. Cor. p. 23.* *Willd. Herb. n. 2.* *AMMI Boeberi Hökert in Diss. Spec. Abo. 1810.*

In Creta.

7. *A. cicutarium Willd.*; involucris bipinnatis, foliolis linearibus inciso-dentatis. *Willd. Herb. n. 4.*

In America meridionali. Humb. (et Bonpl.)

(Quid: *AMMI rubricaule H. Gorenk.?*) Sch.

1209. CUMINUM.

* *C. Cyminum. Cuminum sativum. Dodon. p. 300. Matthiol. ed. Bauh. p. 555. Camer. epit. p. 518. Lobel Hist. p. 428. Icon 742. Dalech. p. 697. Gerard. emac. p. 1066. J. Bauh. Hist. III. p. 22. Park. p. 887. Moris. Sect. IX. t. 2. Riv. pentap. C. Cyminum Linn. Spec. p. 365. ed. Reich. I. p. 698. Gouan Ill. p. 18. Willd. Spec. I. p. 1440. Lam. Enc. II. p. 224. (Hoffm. Umb. 2. I. p. 196. Schkuhr t. 84. Plenck off. t. 192.) (β. seminibus villosis. Lam. l. c.)*

Planta annua. Caulis dichotome ramosus, (6-10 poll.) inferne laevis, superne hirsutiusculus. Folia subbiternata glabra, foliola ovato-lanceolata, inciso-pinnatifida, superiora linearia cuspidata (capillaria, fere *Anethi*). Involucra di-triphylla linearia. (Umbella 4-5-radiata.) Petala alba. Fructus quandoque villosus, plerumque glaber. *In Aegypto (Aethiopia. ☉)*

(Obs. *Gouan l. c.* corollas purpurascens describit, et *Cuminum semine longiore glabro Moris. Sect. IX. t. 2.* pro β habet. In specimenibus nostris aegyptiacis petala rubra, semina hispida.) Sch.

1210. SIUM.

1. * *S. latifolium*; caule angulato, foliis submersis bipinnatifidis, foliolis infimis decussatis pinnatifidis acuminatis,

emersis pinnatis, foliolis lanceolatis basi inaequalibus argute serrulatis, umbellis terminalibus. *Sium* *Dodon.* p. 789. *Sium verum* *Matthiol.* ed. *Bauh.* p. 377. *Lobel Hist.* p. 105. *Ic.* 208. *Gerard. emac.* p. 256. *Tubern.* p. 202. 203. *Sium medium et maximum latifolium* *J. Bauh. Hist.* III. p. 174. 175. *Moris. Sect.* IX. t. 5. *Riv. pent.* *SIUM latifolium* *Linn.* *Fl. suec.* n. 247. *Spec. ed. Reich.* I. 697. *Fl. Dan.* p. 246. *Jacq. Fl. Austr.* t. 66. *Willd. Spec.* I. p. 1431. (*Smith Brit.* p. 313.) *Engl. bot.* p. 204. *Lam. Enc.* I. p. 404. (*Hayne getr. Darst.* t. 38. *Svensk. bot.* p. 178. *Plenck off.* t. 190. *Hall. Helv.* n. 777. *S. latifolium (sulcatum)* *Pers.* *Syn.* p. 316.)
DREPANOPHYLLUM palustre *Hoffm. Umb.* p. 110. (?) (*COBIANDRUM latifolium* *Crantz Austr.* p. 212. *Roth germ.* I. p. 133. II. p. 349.)

Per totam Europam in fossis et aquis. 2. (*Willdenow l. c.* subiecit: „folia radicalia primo vere sunt supradecomposita et bipinnata, caulina vero, et quae aestate gignuntur, simpliciter pinnata.“ „Rad. repens. Caules erecti angulati cavi glabri parum ramosi foliosi. Folia alterna impari-pinnata foliolis plerumque 7, oppositis sessilibus ovatis vel lanceolatis aequaliter serratis venosis glabris, immersis saepe laciniatis. Umbellae solitariae terminales et laterales erectae magnae planiusculae. Involucr. e foliolis plurimis lanceolatis inaequalibus, quandoque lobatis vel serratis: involucella ovata brevia. Calyx 5-dentatus, parvus. Petala acuminata inflexo-cordata alba uniformia, parum inaequalia. Fructus parvus striatus. Acris, radice imprimis venenata. *Smith.* Caulis subinde 6 ped., angulis plus minus 6. Foliola lanceolata vel magis oblonga, modo valde angusta, modo latiora, semper tamen angustiora quam in *latifolio*, 3-6 poll. longa, costâ interdum 2 ped. Umbellae e radiis 500 et ultra. Foliola involucri circiter 8 angusta acuminata, umbellâ duplo triplove breviora. Involucella similia. Perianthium proprium notabile. Antherae purpurascunt. Fructus ovali-oblongus, neutiquam globosus. Semina fusca striis elevatis. *Jacq.*) *Sch.*

(*Obs.* *Gmelin S. V.* p. 485. *S. latifolium* *Jacq.* a *Linnaeana* distinguit nomine *Sii Berulae*. Simili modo etiam *Murray S. V.* p. 284 *SIUM angustifolium* *Jacq.* iungit cum *latifolia* *Linn.* et *Fl. Dan.* t. 246. excl. β , et *S. angustifolium* *S.* cum *latifolia* *Jacq.* *Persoon* in ed. XV. p. 300. de his synonymis dubitat, quae falsa esse, licet *Host. Syn.* I. p. 157 confusionem auxisset, evicit ex *Herb. Linn. cl. Smith*) *Sch.*

2. (*S. lancifolium* *Marsch. a Bieb.*; foliolis lanceolatis aequaliter argute serratis, caule erecto ramoso, umbellis terminalibus, calycis denticulis brevissimis, seminum costis valleculis angustioribus. *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl.* p. 230. *S. latifolium* *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.* n. 502.)

(excl. syn. praeter *Pall. ind. Taur. et Hablitz Taur. p. 158. monente auctore.*) *S. latifolium ucranicum Catal. Hort. Gorenk. a. 1812.*

Differt a *latifolio*, praeter characteres datos, habitu graciliore, foliorum serraturis parum rarioribus, majoribus, seminibus minus nauseoso-aromaticis. „Nostrum intelligere videtur *Hoffmann*, dum sibi *S. latifolium Jacq.* a cognomine Botanicorum germanicorum plantam diversum videri notat *illustr. umb. p. 22.* Ego vero *Jacquinianum* ob denticulos calycis ab illo longos praedicatos, ad vulgare germanicum refero. Culturam utrumque nuper tentavit *Besser*, qui in litteris ad me datis vulgare *latifolium* illico folia pinnata bipinnataque dedisse, tauricum vero cordata serrata, mox ternata, demum pinnata proferre observat.“ *M. a Bieb.* qui, quid ejus *latifolium* β . foliis angustioribus lineari-lanceolatis. *Gmel. Sib. I. p. 201. n. 114. t. 47 in Fl. Taur. Cauc. l. c.*, non amplius addit. *In paludosis inter saliceta et opulam, nec, uti latifolium, ex ipsis stagnis per Rossiam australiorem usque in Ucraniam, latifolio multo vulgatius.*) Sch.

(*Obs. S. lancifolium* fol. pinnatis, foliolis lanceolatis aequalibus, umbellis terminalibus *Schrank Fl. bavar. I. p. 656*, quod in *Gmel. Syst. V. p. 748 S. lunifolium* dicitur, nil nisi *latifolium Linn.*) Sch.

3. * *S. angustifolium Linn.*; caule tereti erecto, foliis pinnatis, foliolis incisissimis inaequaliter serratis, umbellis pedunculatis oppositifoliis, involucri foliaceo subpinnatifido. *Apium palustre Fuchs p. 270. Dalech. p. 701. Sium minus alterum Park. theatr. p. 1241. S. medium Tabern. p. 202. S. umbelliferum J. Bauh. Hist. III. p. 172. S. aquaticum humilissimum Moris. Sect. IX. t. 5. Riv. pent. S. angustifolium Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 695. Jacq. Austr. t. 67. (Smith Brit. p. 313.) Engl. bot. t. 139. Willd. Spec. I. p. 1431. Lam. Enc. I. p. 404. (Thunb. Prodr. p. 50. Fl. cap. II. p. 208. sine descriptione. Hayne getr. Darst. t. 39. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. n. 563. Suppl. p. 231. Hoffm. Umb. 2. I. p. 208. t. 1. J. 26. Plenck off. t. 191. S. angustifolium (incisum) Pers. Syn. I. p. 316.) SIUM nodiflorum Fl. Dan. p. 247. (SIUM erectum Huds. angl. p. 103. SIUM Berula Gouan monsp. p. 218. Hall. Helv. n. 778. APIUM Sium Crantz austr. p. 215.)*

In fossis et aquis per omnem Europam (Caucasum, et in Pro-mont. b. Spei prope Kabeljau R.) 2. (Hujus β quibusdam videtur: *S. nodiflorum Fl. suec. et y. minimum Desv. Journ. II. p. 314.* „Foliorum pinnarum par secundum ita distat a primo, ut deficere videatur. Umbellae oppositifoliae.“ *Gouan.* quod interdum tantum sic invenimus. Denticulos calycis longiusculis notat *M. a Bieb.* „*Latifolio* minus et debilius. Rad. repens. Caulis teres striatus ramosus foliosus. Folia impari-pinnata,

foliolis numerosis glaberrimis, varie incisus et inaequaliter serratis, impari saepius trifido. Umbellae oppositifoliae solitariae pedunculatae erectae hemisphaericae. Involucrum polyphyllum deflexum, quandoque incisum. Involucella ovata plerumque integra. Calyx vix conspicuus. Petala alba uniformia et fere aequalia. Fructus parvus." *Smith*. Caulis nunc procumbens, nunc erectissimus. Caulis saepe purpurascens, superne interdum parum angulatus. Foliola sessilia, lanceolato-oblonga aut magis subovata, subinde basi auriculata. Umbellae primo terminales, serius oppositifoliae. Involucrum univ. foliola 6 lanceolata acuta. Umbellae 10-17-radiatae. Fructus nigro-fuscus rugosulus, seminibus 3-4 angulatis. *Jacq.*) *Sch.*

4. * *S. nodiflorum*; caule procumbente striato, foliis pinnatis, foliolis oblongis aequaliter serratis, umbellis axillaribus pedunculatis, involucro nullo. *Sium aquaticum repens Moris. Sect. IX. t. 5.* *S. nodiflorum Linn. Fl. suec. n. 248.* *Spec. ed. Reich. I. p. 692.* *Willd. Spec. I. p. 1432.* (excl. *Weigel Obs. p. 26*, quod ad *angustifolium*.) *Smith Brit. p. 313.* *Engl. bot. p. 639.* *Lam. Enc. I. p. 405.* *Ger. prov. p. 248.* *Gouan Fl. monsp. p. 219.* *Vill. delph. II. p. 598.* *Pollich palat. n. 288.* *Baumgart. transsylv. I. p. 248.* *Lapeyr. Hist. pyr. p. 157.* *Sav. pis. I. p. 302.* *Bertolon. Amoen. ital. p. 139.* *Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 194.* (*Sison nodiflorum Brotero lusit. p. 423.* *SESELI nodiflorum Scop. Carn. II. n. 353.* *β. S. nanum Decand. Fl. fr. IV. p. 300.*)

In Wetteravia, Gallia, Anglia, Italia, Transsylvania et Graecia. 4. („Involucrum univ. in hac specie saepe deest" *Linn.*, quia, ante florescentiam licet polyphyllum, caducum. „Rad. repens. Caules procumbentes vel natantes ramosi teretes substriati foliosi. Folia impari-pinnata foliolis 5-9, sessilibus, ovatis, concinne et aequaliter serratis. Umbellae oppositifoliae solitariae subsessiles. Umbellulae 5-7 divaricatae sub-12-florae. Involucr. monophyllum, saepe nullum. Involucella ovata concava longitudine pedicellorum. Cal. obsoletus. Fructus ovatus." *Smith.*) *Sch.*

5. * *S. repens*; caule prostrato radicante, foliis pinnatis, foliolis subrotundis angulato-dentatis, involucro oligophyllo lanceolato. *Sium repens Linn. Suppl. p. 181.* (*Willd. Spec. I. p. 1432.*) *Jacq. austr. III. t. 260.* *Fl. Dan. p. 1514.* (*Smith Brit. p. 314.*) *Engl. bot. p. 1431.* (*Gmel. Fl. bad. I. p. 671. T. V.*) (*β. S. ochreatum, caule ramoso, foliis sublanceolatis, involucro diphylo. Decand. Fl. fr. IV. p. 300.*)

In Bohemiae, (Austriae) Angliae, Daniae aquis. 2. („*Sison inundatum* huic simile, sed in *S. repente* folia latiora obtusiora uniformia et umbellae quadriradiatae involucro univ. versali instructae." *Willd. l. c.* „Caules teretes striati fo-

liosi. Folia impari-pinnata, foliolis subrotundis, subinde cuneatis, incisus et varie lobatis, venosis, terminali tripartito. Umbellae oppositifoliae pedunculatae; umbellulae paucae divaricatae multiflorae. Inv. utrumque polyphyllum, foliolis ovatis nervosis deflexis. Cal. obsoletus. Fructus subrotundus compressus." *Herb. Linn. fil. apud Smith l. c.* Rad. praemorsa, vix calamum crassa. Caules nitidi. Foliola opposita 6-12. Umbellae, si vis, radicales, involucri foliolis 5-6, lanceolatis acutis brevibus. Umbellulae hemisphaericae 10-25-florae, omnes fertiles, involucello 6-phylo, longitudine eorundem. Petala alba. Antherae purpurascunt. *Jacq.* β . prope Lugdun. Allobrog. (*aux Brotteaux*) intermedium quasi repens inter et *nodiflorum*, fors distincta species: caulis repens, umbellae pedunculatae, folium terminale trilobum, fere ut in *repente*, sed foliola sublanceolata, petioli basi in ochream membranâ dilatati, folia crassiora, involucrum diphyllum, subinde nullum.) Sch.

6. * *S. Falcaria*; caule striato, ramis divergentibus, foliis decursive pinnatis glaucescentibus, foliolis lineari lanceolatis argute (cartilagineo-) serrulatis, involucri subulatis. *Eryngium* IV. *Dodon.* p. 732. *C. Gesner Ic. lign. t. 18. f. 161.* *Lobel Hist. p. 191. Ic. II. p. 24.* *Ammi quorundam Dalech. p. 696.* *Crithmus* IV. *Tabern. p. 300.* *J. Bauh. Hist. III. p. 196.* *Ammi perenne repens Moris. Sect. IX. t. 8.* *Falcaria Riv. pent. Sinm Falcaria Linn. Spec. I. p. 362.* *Pollich palat. n. 289.* *Jacq. austr. t. 257.* *Willd. Spec. I. 1434.* *Lam. Enc. I. p. 406.* (*Desfont. Atl. I. p. 255.* *Hall. Helv. n. 782.*) **BUNIUM** *Falcaria Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 211. (Suppl. p. 207.* **SIUM** *fulcatum Dub. Orl. p. 442.)* **DREPANOPHYLLUM** *agreste Hoffm. Umb. p. 109. (et Illustr. Umb. p. 22.* **SESELI** *Falcaria Crantz Austr. p. 208.* *Scop. Carn. II. n. 354.)*

In campis editis et arvis Europae mediae vulgatissimum, (inque Asia minore et Sibiria, e M. Britannia exul.) 4. Tota glaberrima; radix longissima, inodora, succum subroceum stillans, urens, nauseosa. Caulis demum ramosissimus, nitidus, teres, gracilis. Folia radicalia ternata, aut simplicia, aut difformiter pinnatifida. Costa compressa ex vagina membranacea. Pinnae lineari-ensiformes acutae planae firmiores, utrinque glauco-virentes, 5-6 poll., per costas peculiare decurrentes. Invol. univ. e foliolis circiter 8 subsetaceis inaequalibus, unico plerumque reliquis duplo longiore, subreflexis, radiis multo brevioribus; partialia similia sed pauciora. Umbella plana nec densa. Petala albida aequalia ovata apice inflexa. Antherae pallide sulphureae. Germen nitidum, in plerisque nullum, et ibi cal. subcampanulatus acutus semi-5-fidus, in fertilibus 5-dentatus. Semina parva glabra pallide fusca. *Jacq.) Sch.*

7. (*S. oppositifolium* *Kitaib.*; foliis plurimis oppositis duplicato-pinnatis, foliolis linearibus acuminatis margine integerrimis. *Kitaibel* apud *Schult. Fl. austr.* 2. ed. I. p. 495.

In montibus Zoliensibus Ungariae.) Sch.

8. * *S. Sisarum*; radice tuberosâ fusiformi fasciculatâ, foliis pinnatis ternatisque, foliolis subcordato-oblongis serratis, umbellis terminalibus. *Siler Fuchs* p. 751. *I. Matth. ed. Bauh.* p. 351. *Vulgare* p. 945. *Sisarum* *Don.* p. 631. *Lobel adv.* p. 317. *Hist.* p. 408. *Ic.* 710. *Dalech.* p. 723. *Ger. emac.* p. 1026. *Tabern.* p. 200. *J. Bauh. Hist.* III. p. 153. *Zanon. Ist.* t. 104. *Moris. Sect. IX.* t. 4. *Elaphoboscon* *Column. phytobas.* t. 20. *Sium sisarum* *Linn. Hort. Ups.* p. 62. (*S. fol. pinnatis, floralibus ternatis.*) *Willd. Spec.* I. p. 1433. *Lam. Enc.* I. p. 405. *Schk.* t. 69. *Gmel. Fl. bad.* I. p. 672. *Decand. Fl. fr.* IV. p. 301. β . *Sium Ninsi* (foliis pinnatis, quinatis ternatisque serratis.) *Thunb. jap.* p. 118. caule bulbifero solummodo diversum. *Ninsi* *Kaempfer. Amoen.* p. 818. *Ic.* *Sium Ninsi* *Burm. Fl. ind.* t. 29. (*Lam. Enc.* I. p. 405. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* II. p. 228.)

In (China) *Japonia, Corea et Mongolia (et Cochinchina) spontaneum.*)

Cum Germanis antiquissimis migrasse ad Rhenum videtur, cum Tiberius jam flagitare annum tributum eam radicem a Germanis Rhenum accolentibus soleret: *Plin.* 19. S. 38. *Retz om Rom. matvaext.* p. 173. Qui sponte eam in Gallia narbonensi, *Lobelio* teste, ferunt, negligenter eum legerunt. Namque ali solummodo, i. e. coli frequenter in agro Narbonensi vescendi gratia dicit: *Advers.* p. 317. Nec, qui vellet spontaneam facere c. c. *Gmelinus*, (*Fl. bad.* p. 672) testimonia adfert, nisi e rejectamentis horti circa Carolsrubam gigni. Differentia omnis inter japonicum *Ninsi* et germanicum *Sisarum* in bulbis versatur, quos axillae foliorum in illo producunt. (*SISARI* radix e tuberibus 6-7 poll., crassitie digiti minimi, rugosis, fragilibus, carne albidâ, dulcibus, subaromaticis. Caulis unicus pluresve 2-3 ped., striati foliosi subramosi. Folia e foliolis 7-9 lanceolatis acutis oppositis argute denticulatis. Umbellae 9-12 radiatae, terminales, involucre e foliolis 9-12 linearibus inaequalibus. Flores parvi, albi.) *Lam. Descriptio SISARI a Loureiro data Fl. Cochinch.* I. p. 213 non discedit, si addis ex illa: caulem suberectum teretem album, folia glabra, semina ovata striata. Alia vero descriptio *Ninsi* ab immortalis *Kaempfer*: „Odorem habet radix *Ninsi* *Pastinacae* luteae, saporem *Sisari*, (ergo *Sisarum* illi notum erat), adulta palmata. Caulis sesquicubitalis, crassitie digiti minimi, inaequaliter teres, geniculis protuberantibus, et in circulum punctatis. Petioli amplexantes, 1 1/2 poll. Folia diversa, in adultiore *Sii* vel *Sisari*, ex 5 lobis pinnata,

pinnis ovato-acuminatis, $1\frac{1}{2}$ unc., acute denseque serratis, tenuibus, lacte virentibus; in planta perfectione trilobata. Umbellae e basi foliolis angustis brevibus laciniatâ radiis 10-15 tenuibus uncialibus in radiolos 15-20 perbreves divisas. Flos albus, parvus, magnitudine seminis Coriandri, stylo vix conspicuo. Semen aniso simile obscure rufens. Inter ramulorum axillas nascuntur Gemmae, una vel plures, turbinatae pisi magnitudine verrucosae, carnosae, quibus planta tanquam semine propagatur. Sch.

(Obs. Thunberg Fl. jap. p. 118 diagnosi Linnaeanâ receptâ ad S. Sisarum et Ninsi, illud hinc inde in insula Nippon crescere, Ninsi vero e China boreali afferri in Japoniam, ubi vidit libram radicis 600 imperialibus vendi.) Sch.

9. * *S. siculum*; foliis pinnatis, foliolis oblique cordatis subauriculatis dentato-mucronatis, umbellis terminalibus rigidis. *Dauco con foglie di pastinaca Zanon. Istor. t. 128.* *Seseli sbrotando selini folio. Barrel. Ic. p. 241.* *Myrrhis pastinacae foliis Tourn. Cor. p. 22.* *SIUM siculum* (fol. radicalibus ternatis, caulinis bipinnatis *Roy. Lugdb. p. 105.*) *Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 695.* *Jacq. Hort. vind. t. 133.* *Lam. Enc. I. p. 406.* *Willd. Spec. I. p. 1433.* *Desfont. Atl. I. p. 256.* *Journ. de Bot. II. p. 270. (t. 4. p. 76.)* *Spreng. Umb. Spec. p. 100.)* *LIGUSTICUM balearicum* (fol. pinnatis, foliolis infimis auctis foliolo.) *Linn. Mant. p. 218.* *Spec. ed. Reich. I. p. 690.* *Willd. Spec. I. p. 1427.* *Lam. Enc. III. p. 758.* Descriptio saltem *Linnaei* certum me facit huc pertinere.

In *Corsica, Sicilia, Balearibus, (Romae) Mauritania et Oriente.* 4. Flores lutei. (Descriptio *LIGUSTICI balearici Linn. l. c.* sequens: „Caulis teres, substriatus, ratione umbellae parvus, pedalis, unicâ umbellâ. Folia radicalia spithamea, pinnata; foliola 5-7 subcordata sessilia serrata obtusa glabra subtus nitidiora: impari latiore vix lobato; infimiparis petiolati basi deorsum aucta foliolo minuto. (Folia *Sisari.*) Petiolus communis teres, sed inter paria foliorum canaliculatus. Folia caulina 2-3, parva, petiolata, tripartita laciniata linearia. Umbella magna rigidula: umbellulae circiter 13. Involucrum polyphyllum lineare subulatum reflexum, numero umbellae. Involucella similia radiis 7, sed interiora 1-2. Flosculi umbellulae 8-10, lutei, hermaphroditi omnes, petalis parvis inflexis. Semina oblonga, subcylindrica, striata. Generis dubii planta, cum semina non mihi perfecerit.“ — *Bertolone* *) describit plantam spontaneam radice fusiformi, foliis

*) (*Bertolone Amoen. ital. p. 97.* Genus inde proprium constituit: *BRIGNOLIA* dictum, sequenti caractere essent.: Involucrum universale et involucella polyphylla, simplicia filiformia reflexa. Corollae aequales inflexae. Fructus cylindricus elongatus striatus glaber calyculo proprio

radicalibus et caulinis inferioribus variis, simplicibus, pinnatis, bipinnatisque, petiolis basi dilatato-membranaceis; pinnis foliorum paucis foliolisque oppositis ovatis basi obliquis inaequaliter arguteque serratis, infimis ad pinnas quandoque bifidis bipartitisve, superioribus successive minoribus, terminali plus minus trifido. Folia caulina alterna, superiora trifida tripartita, multifido-laciniata, laciniis linearibus, vaginâ membranaceâ petiolari loco petioli. Caulis teres erectus striatus 1 1/2 - 2 ped., nunc simplicissimus, nunc alterne ramosus. Umbellae terminales amplae, radiis 10-16. Involucr. univ. polyphyllum, reflexum, foliolis filiformibus elongatis simplicissimis, basi paululum latioribus; radii exteriores longiores, etiam 3 poll. Involucella similia, foliolis exterioribus longioribus. Umbellularum radii inaequales tenues. Petala 5 aequalia involuta crocea. Germen apice rudimentis squamularum 5. Styli 2, receptaculo fungoso.) Sch.

10. *S. lineare Mich.*; caule sulcato, foliis inferioribus pinnatis, superioribus ternatis, foliolis linearibus elongatis dentato-serratis, involucris oligophyllis. *Sium suave Walt. Carol. p. 115. S. lineare Mich. bor. Amer. I. p. 167. Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 186.* (S. foliis pinnatis, foliolis longis sublanceolato-linearibus remotiuscule serratis, involucro oligophyllo, involucellis linearibus polyphyllis, umbellâ breviter radiatâ.) *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 194. Mühlenb. Catal. p. 31. Barton. Comp. Fl. philad. I. p. 141. Catal. Nov. Eborac. p. 32. S. tenuifolium Mühlenb. Catal. p. 31. S. longifolium* (foliis pinnatis, foliolis inferioribus longissimis falcato-linearibus rariter dentatis, caule oligophyllo superne nudo, umbellis subgeminis nudiusculis.) *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 194.*

In aquis et paludibus Canadae (New-Jersey) Virginiae et Carolinae. 4. (Pursh l. c. S. lineare a Canada ad Pensylvaniam, longifolium in New-Jersey invenit. Hoc gracillimum esse monet: ad lineare, quod venenatissimum dicit, tanquam synonymon addidit: S. suave Walt. Fl. carol. p. 115, neutri descriptionem adjecit. In S. lineari, notante Michaux, caulis erectus.) Sch.

11. *S. Bulbocastanum Spreng.*; radice tuberosâ globosâ, caule tereti ramoso, foliis decompositis, foliolis linearibus cuspidatis integerrimis canaliculatis subbifidis, involucro polyphylo subulato. *Nucula terrestris Lobel Hist. p. 429. Ic. 745. Park. theatr. p. 893. Bulbocastanum grandius Dodon. p. 334. Dalech. p. 774. Gerard emac. p. 1064. Tabern. p. 421. Cyminum bulbo-*

coronatus. Hanc BRIGNOLIAM *pastinacaefoliam* dixit, quo nomine etiam apud *Sebast. Rom. pl. fasc. alt. p. 8. t. 2. Sium siculum Decand. Fl. fr. VI. p. 507. n. 3446. non nisi cum? huc retulit.) Seb.*

Column. ecphras. II. t. 20. *Bulbocastanum Mo-*
ris. Sect. IX. t. 2. *Barrel. Ic. p. 244.* BUNIUM
Bulbocastanum Linn. Spec. I. p. 349. *Fl. Dan. p. 220.*
Pollich palat. n. 274. (*Smith Brit. p. 301.*) *Willd.*
Spec. I. p. 1394. *Gorter Fl. belg. p. 74.* *Poir. Enc.*
Vll. p. 599. *Decand. Fl. fr. IV. p. 325.* *Baumg.*
transsylv. I. p. 249. (*Brotero Fl. lusit. p. 437.*
Hoffm. Umb. Gen. 2. I. p. 107. t. 1. f. 4. *Plenck*
t. 182. *Hayne term. bot. I. f. 44.* *Hall. Helv.*
n. 783. SCANDIX *Bulbocastanum Mönch meth. p. 101.*

BUNIUM minus fol. uniformibus, inv. polyphyllo, fructibus
 subcylindricis apice crassioribus, stylis reflexis deciduis.
Gouan Ill. p. 10.)

In campis et vineis per Germaniam occidentalem, Galliam,
Italiam et Transsylvaniam. 4. (., Caulis e basi
 rectus alternatim ramosus foliosus striatus glaber. Folia tri-
 pinnata laciniis linearibus saepe trifidis. Umbellae terminales
 erectae multiradiatae, umbellulae congestae albae. Involucrum
 radiis triplo brevius. *Smith.* Foliorum radicalium foliola
 cuneata, interdum quasi *Cerefolii*, stylosque deciduos notat
Brotero l. c. Tubera radiceis magnitudine Cerasi, extus ni-
 gra, intus alba. Caulis $1\frac{1}{2}$ - 2 ped.) *Sch.*

12. *S. ferulaefolium Spreng.*; radice tuberosâ subglo-
 bosâ, foliis omnibus subtriteratis, foliolis linearibus obtusius-
 culis, involucris oligophyllis subulatis. *Bulbocastanum creti-*
cum ferulae folio, semine oblongo. Tournef. Cor. p. 21.
 BUNIUM *ferulaefolium Desfont. Ann. Mus. XI. p. 275. t. 30.*
B. ferulaceum (involucro submonophyllo, foliis supradecom-
 positis glabris; laciniis linearibus obtusis, fructu ovato-oblon-
 go.) *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 186. n. 651.* (*Spreng.*
Umb. Spec. p. 95.) *Topana Turc.* Nomen a Graecis
 hodie usurpatum. Radix cocta esculenta.

In insulae Cyprî arvis et in Creta (et in Atlante.) 4. (Rad.
 magnitudine fere *Avellanae*, extus rufa, intus alba. Caulis te-
 retiusculus striatus flexuosus dichotome ramosus, pennae galli-
 naceae crassitie, glaber, uti foliola trifida, subpollicaria, $1 - 1\frac{1}{2}$
 lin. lata. Pedunculi oppositifolii patentes digitales teretes,
 umbellâ nubili pendulâ radiis suboctonis. Involucrum et invo-
 lucella foliolis fere sex linearibus angustissimis umbellâ multo
 brevioribus. Petala alba involuta. Fructus prismatici, juga quin-
 que obtusa. Simili *S. Bulbocastanum* differt foliis difformibus,
 foliolis inferioribus sublanceolato-linearibus abbreviatis, superio-
 ribus linearibus elongatis, fructuum etiam valleculis planiusculis.
Spreng. Caulis $1 - 1\frac{1}{2}$ ped.; folia multifariam trifida. Um-
 bella radiis 6-10 plana. Antherae albae. *Desfont.* Speci-
 mina lecta *Canaeae* a *Do. Sieber* exactissime conveniunt.) *Sch.*

13. (*S. napiforme*; involucro nullo, foliis superioribus
 simplicibus. BUNIUM *napiforme. Reliqu. Willd. MS.*

Bulbocastanum creticum radice napiformi. Tournef. Cor. p. 21.

„*Sio ferulaefolio* simillima species est *BUNUM napiforme* Willd. *Herb. n. 5.*, quae differt: radice fusi- s. napiformi, et characteribus supra datis. Forte haec species *CARI* nova.“ *Spreng. Umb. Spec. p. 92.*; attamen in hac enumeratione non recepit. *In Creta. 4. Vieweg.)* Sch.

14. *S. luteum* *Spreng.*; radice tuberosâ subglobosâ, foliis radicalibus supradecompositis caducis, pinnulis alternis remotiusculis pinnatifidis, laciniis angustissimis setaceis subtrifidis, caule aphylo, vaginis nudis, involucris setaceis. *BUNUM luteum* *Hermann* ap. *Hoffm. Umb. p. 108.* (B. pinnis decussatis, pinnulis linearibus basi confluentibus, involucri utriusque foliolis margine membranaceis, fructibus linearibus. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 207.*) *SIUM luteum* *Spreng. Umb. Spec. p. 92.*

Ad Sareptam. (*Tanain inferiorem Hennings*, in *Podolia Andrzejowski.*) 4. Simillimum *SILERI* *salso*, sed radice tuberosâ et fructibus foliisque descriptis longe diversum. („Rad. ut in *BUNIO* *majore*, cui staturâ et habitu respondet. Caulis striatus, praeter umbellas simplex. Folia tenuiter laciniata fere *peucedanoidis*. Umbellae laterales terminalibus brevius pedunculatis altiores. Involucrum utrumque foliolis circiter 5 brevibus lanceolato-subulatis. Petala amoene lutea. Calycis lobi obtusiusculi. Fructus lineari-oblongi, demum nigricantes. Spermopodium bipartitum. Semina magnitudine *Cari* adhuc tenuiora vix curvula, costis angustissimis, valleculis striato-rugulosis, commissurâ lineari concaviusculâ. Quoad calycis stylopodiique lobos undulatos magis protuberantes simillimum *S. Falcariae*. „*M. a Bieb. l. c.*“ Fructus prismatici, juga 5 obtusa.“ *Spreng.)* Sch.

15. *S. peucedanoides* *Spreng.*; radice fusiformi, caule ramosissimo folioso, foliis decompositis glaucescentibus, foliolis linearibus decussatis subdivaricatis, involucris setaceis. *BUNUM peucedanoides* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 211.* (B. pinnis decussatis, pinnulis linearibus confluentibus, involucri utriusque foliolis subulatis, fructibus subovatis. *Marsch. a Bieb. Suppl. p. 208.* *Hoffm. Umb. ed. 2. I. p. 108.*) *SIUM peucedanoides* *Spreng. Umb. Spec. p. 92.*

In subalpinis *Caucasi*, (circa *Narzana.*) 4. Facies *ANETHI* *segetum*. Caulis 1 1/2 ped., gracilis, superne ramosus. Folia circumscriptione lanceolata, pinnis divaricatis, laciniis angustis lin. 3-4. longis. Petioli inferiores elongati vaginis oblongis. Umbella radiis 8-10 longis. Involucrum univ. et part. breve, foliolis subulatis. Petala pallide lutea. Fructus *Carvi*. *M. a Bieb. l. c.* Fructus cinerascens breviores quam in congenere et argutius costati. Valleculae evidenter striato-rugulo-

sae, sicut commissura plana seminum. Spermapodium bipartitum. Fortassis ad CNIDIUM referendum. „Marsch. a Bieb. Suppl.“ Simile lateo differt „(praeter characteres datos)“ caule etiam subbrachiali „foliis saltem 3-4 ad cubiti altitudinem in caule vaginis superne aphyllis stipulaceis, foliolis longioribus remotioribus, floribus sulfureis numerosissimis. Fructus ejusdem formae.“ Spreng. l. c.) Sch.

16. *S. verticillatum* Lam.; radice tuberosâ, foliis pinnatis, foliolis verticillatis multifido-linearibus filiformibus. *Daucus pratensis* Dalech. p. 718. J. Bauh. Hist. III. p. 9. descriptio, haud icon. *Oenanthe millefolii palustris* folio Moris. Sect. IX. t. 7. *Carvi foliis tenuissimis asphodeli radice.* Tourn. Inst. p. 306. *Oenanthe foliis verticillatis* Guettard Obs. II. p. 62. Dalib. paris. p. 90. *Sison verticillatum* Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 697. *Gonan* Fl. monsp. p. 219. Lightf. Scot. t. 35. Willd. Spec. I. p. 1437. Enc. bot. p. 395. Lapeyr. Hist. pyren. p. 158. *Brotero* Fl. lusit. I. p. 423. SIUM *verticillatum* Lam. Enc. I. p. 407. Decand. Fl. franc. IV. p. 302. (Roth germ. II. p. 336. Smith Fl. Brit. p. 314.)

In pratis humidis subsalsis Cambriae Scotiae, Galliae, Corsicae et Lusitaniae. 4. („Involucrum huic (SISONI!) universale et partiale. Foliola verticillatim in petiolo communi disposita.“ Linn. „Rad. e tuberibus pluribus napiformibus. Caulis 1 1/2 ped. erectus, parum ramosus, teres, striatus, glaber nudiusculus. Folia plerumque radicalia pinnata multijuga, foliolis oppositis, digitato-multifidis, laciniis linearibus, subinde dichotomis, acutis, divaricato-patentibus, inde verticillum formantibus. Umbellae terminales erectae multiradiatae. Umbellulae multiflorae planiusculae. Involucr. e foliolis 5-6 ovatis deflexis brevibus; part. polyphyllum deflexum. Cal. obsoletus. Petala alba inflexo-cordata, uniformia et fere aequalia. Fructus ovato-subrotundus, compressus.“ Smith.) Sch.

17. *S. bulbosum* Thore; radice bulbosâ stoloniferâ, caule filiformi adscendente, foliis pinnatis, foliolis subverticillatis abbreviatis subtrifidis, umbellis pauciradiatis. *Sium minimum umbellatum aquaticum* Herm. parad. p. 231. *Sium verticillato-inundatum* Thore Chlor. d. Land. p. 101. Loisel. Fl. gall. I. p. 170. *Sium intermedium* Decand. Fl. franc. IV. p. 302. Poir. Enc. Suppl. I. p. 621. *Sium bulbosum* Thore in Journ. de Bot. I. p. 193. t. 7. f. 1. 2. Spreng. Umb. Spec. p. 93.

In inundatis Aquitaniae prope Dax. 4. („Stolones horizontales hinc inde in bulbillos pisorum fere mole intumescens, e quibus sursum caules digitales aut spithamaei; petioli ejusdem longitudinis, glabri, filiformes; folia ambitu lanceolata, foliola erectiuscula, laciniis brevibus lanceolato-linearibus,

Pedunculi oppositifolii unciales filiformes. Umbellae quinque-radiatae, involucri et involucellis e foliolis 5-(6) lanceolatis submucronatis. Flosculi albi antheris purpurascens. Fructus parvi prismatici jugis 5 obtusis. *Spreng.* Caules dichotomi, subinde bis dichotomi; foliorum paria 8-10, profunde tripartita in lobos lineares, unde fere verticillata. *Thore.) Sch.*

(*Obs.* Ne nunc confundatur cum *Sio bulboso Poir. Enc. VII. p. 611.* quod *SISON bulbosum Mich.) Sch.*

18. * *S. graecum*; foliis bipinnatis, foliolis lanceolatis serratis, summis confluentibus, floribus luteis. *Ligusticum graecum folio apii. Tourn. Cor. p. 23.* *SIUM graecum Linn. Hort. Cliff. p. 98.* *Willd. Spec. I. p. 1434.*

In Graecia. Caulis erectus, superne ramis alternis longis umbelliferis. Flores flavi. Folia radicalia 1-1 1/2 ped., pari foliolorum primo pinnato. *Linn. Planta Tourneforti clo. Lamarck ignota.* Sii *graeci* specimina lecta Chalepae a Do. *Sieber* folia radicalia nobis exhibent duplicato-pinnata, 5 poll.; foliolis sessilibus glabris ovato-rotundis, basi inaequalibus, subinde lobatis, dentato-serratis, dentibus obtusis mucronatis, extimo subtrilobo, vix 4 lin. longis latisque: caulina pinnata, foliolis similibus, sed triplo majoribus, utrinque 2 cum impari, tum in radicalibus 3-5 utrinque. Vaginae angustae truncatae. Caulis crassitie fili emporii, basi pilis deslexis. Umbellae 5-6 radiatae. Involucr. univ. foliolis 7-12, lineari-lanceolatis acuminatis, radiis pollicaribus et ultra quadruplo brevioribus. Involucella 5-7-phylla, foliolis subulatis, radiolos excedentibus. Flores 4-5 e 9-15 fertiles. Styli breves deslexi. Semina immatura.) *Sch.*

(*Obs.* *S. graecum Lour. Fl. Cochinch. I. p. 213.* recepta licet diagnosi Linnaeana alia videtur planta. Ipse auctor in observatione monet: „defectu involucri universalis ad *CHAEROPHYLLUM* accedere; saporem, odorem, semina *SII* esse; *SIUM decumbens Thunb. jap.* eandem fore esse plantam.“ Contra vero *Willdenow* fors esse *S. repens Thunb.* in *graeco* enim caulis articulatus, flores lutei. Descriptio, quam *Loureiro* de *graeco* suo dedit, sequens: „Caulis annuus pedalis, ramis procumbentibus aliquando repentibus. Folia pinnata pinnatifida glabra. Flos albus; umbellis compositis parvis; involucrio universali nullo; partialibus 1-phyllis, reflexis. Petala cordata subinflexa. Semina ovata striata glabra“ *Lour.* In hortis Cochinchinae incultum et alibi.) *Sch.*

19. *S. virescens Spreng.*; caule sulcato angulato striato, foliis bipinnatis, foliolis pinnatifidis divaricatis remotiusculis, umbellae decoloris radiis inaequalibus. *Spreng. Umb. Spec. p. 94.?* *Apium sylvestre Dodonaei. Dalech. p. 701.*

Patriae ignotae. 2. Hyemes nostras sub Dio durat. (Caulis plures ramosi 3-4 ped., inferne crassitie calami scriptorii; petioli canaliculati digitales et ultra, tripartiti; folia ambitu ovata, foliola laciniis lanceolatis mucronatis margine subdia-

phanis scabris. Umbellae terminales et axillares pedunculis digitalibus, radiis subduodenis valde inaequalibus. Involucrum utrumque foliolis linearibus rigidiusculis viridibus cuspidatis umbellâ multo brevioribus. Flores virides petalis involutis. Fructus subprismaticus jugis 5 acutis. *Spreng.* cui nomine *PHELLANDRII (MEI) mutellinae* missum.) *Sch.*

20. *S. asperum Thunb.*; foliis subtripinnatis glabris, foliolis multifidis lanceolatis, petiolis pedunculisque scabris. *Spreng. Umb. Spec. p. 96.* (S. foliis tripinnatis; pedunculis pedicellisque scabris; ramis glabris.) *Thunb. Prodr. p. 51. Fl. cap. II. p. 210.* *Willd. Spec. I. p. 1435.*

In Promont. b. Spei. Caulis teres striatus erectus glaber pedalis. Rami alterni pauci similes. Folia supradecompositopinnata, petiolis vaginantibus; pinnulae (pinnatifidae) lanceolatae. Umbellae terminales. Involucra sub-6-phylla laevia glabra; foliola lanceolata margine scariosa subreflexa unguicularia. Petioli et pedicelli supra sulcati scabri. *Thunb.) Sch.*

21. *S. villosum Thunb.*; foliis tripinnatifidis; laciniis ovatis inciso-serratis villosis. *Thunb. Prodr. p. 51. (Fl. cap. II. p. 210.)* *Willd. Spec. I. p. 1435.* *Spreng. Umb. Spec. p. 97.*

Ad Promont. b. Spei. Caulis erectus 2-ped. Rami superne alterni filiformes obsolete striato divaricati erectiusculi subfastigiati. Folia ternato-tripinnatifida; lacinae ciliato-villosae. Petioli sulcati striati ciliato-pilosi. Umbellae terminales. Pedunculi inaequales filiformes obsolete striati glabri digitales. Pedicelli capillares glabri lineam longi. Involucra sub-6-phylla glabra breviter; foliola ovata acuta margine scariosa, pedicellis paulo breviora. *Thunb.) Sch.*

22. *S. patulum Thunb.*; ramis divaricatis, foliis bipinnatis subfasciculatis, foliolis trifidis linearibus. *Spreng. Umb. Spec. p. 98.* (S. foliis bipinnatis; foliolis (sub) trifidis; ramis diffusis.) *Thunb. Prodr. p. 51. (Fl. cap. II. p. 209.)* *Willd. Spec. I. p. 1434.*

In Promont. b. Spei. (Caulis teres striato-angulatus glaber. Rami similes horizontales. Ramuli filiformes patentiss. Folia in articulis aggregata; foliola linearia glabra. Umbellae terminales. Involucra sub-6-phylla glabra laevia; foliola lanceolata margine scariosa. *Thunb. In littore Houtbay.) Sch.*

23. *S. paniculatum Thunb.*; caule paniculato, foliis bipinnatis glabris, foliolis inciso-pinnatifidis linearibus canaliculatis. *Spreng. Umb. Spec. p. 98.* (S. foliis bipinnatis, foliolis linearibus inciso-pinnatifidis.) *Thunb. Prodr. p. 51. (Fl. cap. II. p. 209.)* *Willd. Spec. I. p. 1434.*

Ad Promontor. b. Spei. (Caulis teres obsolete striatus glaber superne paniculato-ramosus 2-ped. Rami a medio ad

apicem alterni divaricato - patentes, apice erecti filiformes. Folia radicalia plura aggregata alternatim vaginantia petiolata glabra, pinnae et pinnulae lineari-lanceolatae acutae sulcatae; caulina inferiora similia, superiora simplicia, sub ramis solitaria. Umbellae terminales. Involucra glabra breviter; foliola circiter 5 vel lanceolata (abbreviata, glabra). *Thunb.*) Sch.

24. *S. grandiflorum* *Thunb.*; foliis bipinnatis, foliolis subrotundis inciso-dentatis. *Thunb. Prodr. p. 50. (Fl. cap. II. p. 208.) Willd. Spec. I. p. 1434. Spreng. Umb. Spec. p. 99.*

In Promont. b. Spei.

(Folia radicalia trichotomo-bipinnata; pinnulae inferne attenuatae inciso-sublobatae venosae glabrae. Petioli universales et partiales striati laeves. Caulis inanis digitum crassus striatus glaber erectus 2 ped. Rami pauci. Umbellae terminales. Involucrum universale et partialia sub-6-pbylla glabra laevia; foliola ovata, acuminata, margine membranacea breviora lineam longa. Semina obovata glabra striata. *Thunb.*) Sch.

25. *S. japonicum* *Thunb.*; foliis pinnatis, foliolis inaequalibus oblongo-ovatis incisis, supremis lanceolatis integerrimis, umbellis terminalibus. *Thunb. jap. p. 118. Willd. Spec. I. p. 1433.*

In Japonia.

Caulis erectus flexuosus superne ramosus. Folia glabra, infima maxima; pinnae difformes oblongae ovatae integrae patentes, superiora minuta, foliolis lanceolatis integerrimis. Umbellae in ramis terminales compositae. *Thunb. l. c.) Sch.*

26. *S. decumbens* *Thunb.*; caule decumbente, foliis bipinnatis, foliolis trifidis. *Thunb. jap. p. 118. Willd. Spec. I. p. 1435.*

In Japonia.

Hujus generis haud videtur. (Caulis pusillus. Folia radicalia longe petiolata glabra bipinnata. Umbella terminalis subsimplex. Semina ovata obtusa, stylis persistentibus, striata, glabra. *Thunb. l. c.) Sch.*

27. *S. filifolium* *Thunb.*; foliis simplicibus lineari-filiformibus elongatis, involucris umbellas aequantibus. *Spreng. Umb. Spec. p. 99.* *S. foliis filiformibus; involucris elongatis. Thunb. Prodr. p. 50. (Fl. cap. II. p. 207.) Willd. Spec. I. p. 1431.* *CONIUM tenuifolium; (foliis radicalibus caulisque simplicibus linearibus.) Vahl Symb. III. p. 49. (fide Willd. et Spreng., tacente Thunb.)*

In Promont. b. Spei.

Anieswortel incolarum haud est, sed *OENANTHE interrupta* *Thunb.*, teste *Hassio*, qui diu ad CBS moratus hanc attulit. (Folia radicalia plurima, caulina pauca lineari-filiformia striata glabra flexuosa, longitudine fere caulibus. Caulis teres striatus glaber flexuoso-erectus 2 ped. Rami alterni pauci similes. Umbellae terminales, (radiis subquinis.)

involucra polyphylla: Univ. circiter 8-phyllum, foliolis lineari-lanceolatis setaceo-acutis laevibus longitudine fere umbellae. Partialia circiter 6-phylla lanceolata setaceo-acuminata, umbellulis longiora laevia glabra. (Flores albi.) *Thunb.* In Prom. b. Spei regionibus Verloren Valley.) *Sch.*

(*Obs.* Non ex integro quadrat descriptio *CONII tenuifolii Vahl* l. c., cui caulis erectus pedalis tenuis. Folia omnia simplicia basi parum latiora, subvaginantia, inferiora 4-poll. Pedunculi terminales et laterales pauci. Involucr. 5-phyll., foliolis subulatis rigidiusculis umbellâ brevioribus, involuella longitudine umbellulae. Umbella parva 5-radiata, umbellulae 8-10-florae. Semina oblonga striata parva glabra, stylis divaricatis.) *Sch.*

1211. C O N I U M.

1. * *C. maculatum*; caule glaberrimo maculato, foliis tripinnatis, foliolis lanceolatis pinnatifidis, lacinulis lanceolatis subintegris. *CICUTA Fuchs* p. 405. *Dodon.*
Lobel Hist. p. 422. *lc.* 732. *Matthiol*
 p. 461. *Bauh.* p. 772. *Ger. emac.* p. 1061. *Park-*
 ed. *Bauh.* p. 772. *Zannichell* t. 284. *Riv. pent.*
Mor. p. 953. *(Hall. Helv. n. 766.)* *Co-*
Moris. Sect. IX. t. 6. *NUM maculatum Linn. Spec. I. p. 349.* *Jacq. Fl. austr.*
t. 156. *Willd. Spec. I. p. 1395.* *Schkuhr* t. 62.
(Curt. lond. I. t. 17. *Smith Brit. p. 302.)* *Engl.*
bot. p. 1191. *(Plenck t. 183.* *Bulliard Herb.*
t. 53. *Hayne getr. Darst. t. 31.* *Hoffm. Umb.*
 2. *I. p. 101. t. 1. f. 3. p. 210. t. 1. B. f. 13. t. 3. f. 2. M.*
CICUTA maculata Lam. Fl. fr. III. p. 104.) *CICUTA ma-*
ior Lam. Enc. II. p. 3. *(Decand. Fl. fr. IV. p. 324.)*
CORIANDRUM Cicuta Crantz austr. p. 24. *(CORIANDRUM*
maculatum Roth germ. I. p. 130. II. p. 348.)

Per omnem Europam mediam (et australem, Graeciam) et Asiam in hortis et cultis: (in alpinis rarissimum. In America boreali non nisi in cultis) ♂. Varietas orientalis foliolis gaudet et lacinulis obtusioribus remotiusculis. Haec est *C. croaticum* *Kit. Willd. Enum.* 305. Falsa tamen est differentia involucellorum umbellulas aequantium, breviora enim sunt ut in *C. maculato* vulgari. (*Willdenow* nempe in *Enum.* p. 306 distinxit *C. maculatum* involucellis umbellulae radiis multo brevioribus lanceolatis, *C. croaticum* vero involucellis umbellulae radios subaequantibus linearibus.) Odor foliorum ingratus murinus. Caulis ramorumque maculae fusco-rubrae (Maculae in caule subinde desunt, ut et odor, praecipue in planta deflorente. „Rad. fusiformis, saepe ramosa, albida, carnosus. Caulis 3-4-ped., erectus, teres, cavus, sulcatus, glaber, nitidus, purpureo maculatus, superne praecipue ramosissimus, foliosus. Folia supradecomposita, incisa, nitida, glabra, deflexo-patentia. Umbellae et umbellulae multiradiatae. Involucrum plerumque polyphyllum, breve, deflexum. Involuella

5-4-phylla, secunda. Petala cordata inflexa subaequalia alba. Fructus ovatus sulcatus glaber." *Smith*. Caulis subinde etiam 7-ped. rore glauco tectus. Costa foliorum fistulosa, nec sulcata antice. Folia atrovirentia, foliolis inciso-serratis. Umbellae haud densae 12-18-radiatae. Involucrum univ. foliolis plerumque 7 inaequalibus. Semina striis 5 elevatis inaequalibus. *Jacq.*) *Sch.*

(*Obs. I.* „Quatenus sibirica individua differunt a germanicis, et haec iterum ab hispanicis et neapolitanis, eatenus se distinguunt caucasica ab omnibus aliis: vaginis petiolorum amplioribus, crispioribus, foliorum laciniis angustioribus argutius incisus. Involucrum saepius monophyllum. Pinnulae lacinaeque multo breviores et latiores in *CONIO nodoso H. Paris.* (*Cat. Gorenk. p. 46.*) *CONIUM croaticum Wald. Hit.* semina habet gibbosiore, albido-costata, subundulata, valleculis argute striatis, quae striae in *nodoso* magis oblitteratae, costis altius undulatis," *Hoffm. l. c. p. 102.* In speciminibus nostris in Croatia lectis involucella non tantum umbellulae radios subaequantia, sed saepe longiora iisdem, lanceolata, nec subovata ut in *maculato*, foliorum pinnae magis remotae, angustiores, simpliciores, dentibus magis obtusis, umbellae minores, laxiores, radiis flexuosis fere capillaribus, habitus denique totius plantae tenerior, gracilior, laxior. *C. sibiricum*, quod nos per annos decem in horto colimus, et nunc ibidem spontaneum, seu immo octo pedes superat caule ad basin brachii fere crassitie. Hinc folia qualia *Hoffmann* supra in caucasico descripsit: discrimen ceteroquin nullum a nostro bavarico.) *Sch.*

(*Obs. II.* *C. strictum Trattinn.*; caulibus diffusis ramosissimis strictissimis, umbellis umbellulisque depauperatis proliferis, dentibus foliorum acutissimis. *Trattinn. Arch. l. n. 44. p. 24.*, cui caulis 2 ped. potius punctatus quam maculatus, punctis purpurascens lineolatis. et quod a *CONIO maculato*, praeter characteres datos, foliis tenerioribus, pedicellis strictissimis, floribus minoribus candidissimis, pallore herbae sine punctulis hyalinis potissimum differt, nobis saltem ex statione inter segetes, (*ultra Leytham prope Bruck*) novisi varietas videtur.) *Sch.*

2. (*C. rugosum Thunb.*; seminibus rugosis, pinnis (sub) triangularibus inciso-dentatis. *Thunb. Prodr. p. 50. Fl. cap. II. p. 203.* *Willd. Spec. I. p. 1395.* *C. suffruticosum*; seminibus angulato-striatis, caule suffruticoso. *Berg. cap. p. 77.* (fide *Willd.* tacente *Thunb.*)

Caulis teres inferne purpureo-maculatus superne ramosissimus glaber 1 1/2 ped. Rami alterni divaricati ultimi filiformes. Folia aggregata juxta exortum ramorum alternantia petiolata pinnata glabra. Petioli, et saepe folia, glauci teretes striati supra sulcati glabri. Umbellae terminales. Pedunculi filiformes glabri inaequales pollicares. Pedicelli brevissimi. Involucra breviter glabra; foliola ovato-lanceolata. Semina ovata compressiuscula costata glabra, stylis persistentibus coronata didyma. *Thunb.* In *Prom. b. Spei.*, in *Hantum montibus.* *Cls. Sprengel* junxit cum *CAPNOPHYLLO* dubitans; nos interea huc reposuimus, quia ipse auctor, *Thunberg.* (*Flor. cap. l. c. C. rugosum* denuo specie distinxisset) *Sch.*

1212. LIGUSTICUM.

1. * *L. Levisticum*; caule tereti striato, foliis ternato-decompositis, foliolis obovatis cuneatis inciso dentatis lucidis subcoriaceis. *Levisticum Brunf.* Ill. p. 116. 3. *Levisticum Dodon.* p. 311. *Gerard En.* p. 1008. *Park.* p. 936. *L. adulterinum Tabern.* p. 206. *L. vulgare Matth. ed. Bauh.* p. 564. *Moris. Sect. IX.* l. 3. *Riv. pent.* *L. Levisticum Linn. Hort. Ups.* p. 62. *Willd. Spec. I.* p. 1424. *Schk. t.* 68. *Vill. delph. II.* p. 608. *Baumg. transsylo. I.* p. 227. *Lapeyr. Hist. plant. pyren.* p. 154. *Gmel. Fl. bad. I.* p. 662. (Plenck t. 196.) *ANGELICA paludapifolia Lam. Enc. I.* p. 173. *ANGEL. Levisticum Allion. pedem. n.* 1309. *Decand. Fl. fr. IV* p. 306.

In (Apenninis Liguria), Gallia, Germania occidentali et Transsylvania. 4. Flores flavidi. (Rad. fusiformis, extus ferruginea. Caules plures 5-7 ped. Umbellae terminales mediocres radiis sub 15. Invol. e foliolis 6-8 lanceolatis membranaceis reflexis ut involucella minora. Semina subincurva, sulcis 5 parallelis, margine submembranacea.) Sch.

2. * *L. scoticum*; caule simpliciusculo striato, foliis biter-natis opacis, foliolis subrhombico-ovatis dentato-serratis, involu-bris lineari-lanceolatis. *Imperatoriae affinis umbellifera maritima Sibbald. Scot. Ill. f.* 3. *Siler maritimum scoticum Breyn Prodr. II.* p. 97. *Ligusticum humilius scoticum Plukn. t.* 96. f. 2. *SESELI scoticum Riv. pent. Herm. parad. p.* 227. *LIGUSTICUM scoticum Linn. Fl. suec. p.* 244. *Fl. Dan. p.* 207. *Lightfoot Fl. scot. p.* 159. (Smith Brit. p. 309.) *Engl. bot. p.* 1207. *Wahlenb. Fl. lapp. p.* 71. *Michaux Fl. bor. Amer. I.* p. 166. *Pursh Fl. Sept. Amer. p.* 193. *Nuttall Gen. Amer. pl. I.* p. 185. (*ANGELICA scotica Lam. Enc. I.* p. 173.)

In extrema Scotia, Orcadibus, Norvegia, Lapponia et ipsa Canada. 4. Flores flavidi, extus purpurascens. („Folia subtus lucida.“ *Linn.* — „Caules erecti, superne parum ramosi, teretes, glabri. Folia superiora tantum ternata, foliola subrhombica, antice serrata vel incisa glabra subcar-nosa. Petiolus communis basi dilatatus membranaceus nervosus amplexicaulis. Umbellae terminales solitariae erectae glabrae, radiis multis angulatis. Involucrum, 4-5 phyllum, foliolis inaequalibus, involucella polyphylla linearia subaequalia. Flores regulares aequales parvi albi vel extus rubicundi. Calycis fo-liola deltoidea acuta. Petala involuta. Fructus oblongus co-stis membranaceis. Virose aromatica. *Smith.*) Sch.

(Obs. Longe alia planta *LIGUSTICUM scoticum Lour. Cochinch. I.* p. 228 videtur, recepta licet diagnosi *Linnaeana*. Huic nempe est:

„Caulis erectus teres crassiusculus striatus subfuscus 2-ped. Folia bi-ternata decomposita, alia acute incisa, pauca, coloris obscure-viridis nitidi. Flos albus, umbellis compositis planis magnis; involucris linearibus universali et partiali. Fructus oblongus utrinque 5-sulcatus; calyce 5-fido, permanente cinctus. Corollae aequales, petalis integris. Planta esculenta, odore et sapore *Sil graeci. Lour.* Colitur in Cochinchina. Sch.

3. *L. nodiflorum Vill.*; foliis multoties ternatis, foliolis oblongis acutis profunde serratis, ramis verticillatis, umbellis paniculatis numerosissimis, involucris linearibus abbreviatis. *Angelica Rich. de Bellev. Ic. p. 209.* *Ligusticum quorundam, foliis Angelicae J. Bauh. Hist. III. p. 147.* *SMYRNIUM nodiflorum Allion pedem. t. 72.* *LIGUSTICUM nodiflorum Vill. delph. II. p. 608.* *Willd. Spec. I. p. 1425.* *Nocc. et Balb. Fl. ticin. I. p. 129.* *ANGELICA paniculata Lam. Enc. I. 172.* *LASERPITIUM verticillatum Kit. (et Waldst.) Hung. II. p. 186. t. 171.* *(IMPERATORIA nodiflora Lam. Fl. fr. III. p. 417.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 287.)*

In alpibus cottiis, penninis, et Apennino et Gasparo monte. 4. Flores albidi. („Ex forma seminis media planta inter *SMYRNIUM* et *LIGUSTICUM*, sed ad *SMYRNIUM* potius videtur accedere. Semina incurva dorso potius costato quam striato, nigra, magna, non acuminata. *Allion l. c. II. p. 22.* Hinc *Waldst. et Kit. l. c.* „*SMYRN. nodiflorum All.* huius nostrae plantae adeo simile est, ut nisi auctor semen ab illo stirpis nostrae diversissimum (in qua semina oblonga latere exteriore 4-sulcata angulataque, angulis alis membranaceis fuscis subundulatis, marginalibus 2 paulo latioribus) descripsisset depinxissetque, utrumque vegetabile pro eodem habuissemus. „Attamen aliae adsunt differentiae. *Allionius* petit“ involucr. univ. monophyllum, lineare, aristatum, simile foliolo quod subjectum pedunculis umbellas gerentibus; umbellas partiales 3-4 cum flore solitario in medio 5-4-floras; petala herbacei coloris unco inflexo cordata; filamenta longitudine petalorum antheris albescens, stylos brevissimos;“ cum *Waldst. et Kitaib.* petant: involucr. univ. 4-10-phyllum breve patens, foliolis inaequalibus linearibus acutis integerrimis, raro apice tridentatis, margine membranaceis, involucella 2-5-phylla, umbellulas 13-15-floras in terminali, 5-6-floras in laterali umbella; petala alba ante anthesin extus purpurascentia, ovata, apice emarginata, inflexa; stamina corollis longiora, antheris ochroleucis, stylis primum erectis, demum incurvis. Caule vere erecto 2-3 pedali laevi, ramis verticillatis, foliis inferius subtri- superius subbipinnatis glabris plantae *Allioni et Waldst. Kit. conveniunt.*) Sch.

4. *L. peloponnesiacum Scop.*; caule sulcato, foliis ternatim decompositis, foliolis lanceolatis elongatis nitidis decursive pinnatis, laciniis argute pinnatifidis, apice attenuatis, umbellis lateralibus masculis, involucri foliolis elongatis. Se-

seli peloponnense. *Matth. ed. Bauh. p. 551.* *Lobel Hist. p. 423.* *Dalech, p. 750.* *J. Bauh. Hist. III. p. 184.* *Park, p. 907.* **LIGUSTICUM peloponnesiacum** *Scop. Carn. n. 338.* *Jacq. Fl. austr. app. t. 13. (Wulf. in Röm. arch. III. p. 350.)* **LIGUST. peloponnense** *Linn. Spec. I. p. 360.* *Allion Fl. pedem. n. 1322. Vill. delph. II. p. 612.* *Willd. Spec. I. p. 1425.* *Lapeyr. Hist. pyren. p. 154.* *Lam. Enc. III. p. 576.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 307.* (*Hall. Helv. n. 758. (Hall. Helv. n. 758.)*) **LIGUSTIC. cicutarium** *Lam. Fl. fr. III. p. 453.* **ATHAMANTA Golaka** *Hacq. Carn. t. 5?* (quae male in *S. V. ed. Gmel. p. 476.* *ATH. Galatta* dicitur et adscribitur *Jacquinio.*)

In alpihus rhaeticis, noricis, helveticis, Delphinatus et Pyrenaeis. 4. In Peloponneso inventum haud fuit. (Umbella terminalis fertilis, laterales in meis masculae. Fructus totus angulis tribus compressis. Semine altero ovali, altero angulo affixo alterius lateri. Corculum compressi seminis pentagonum, depressi vero 4-gonum, cinctum punctis 4 fuscis." *Linn.* „Rad. odora, acris, brachiata, albicans, cortice facile solubili. Caulis pollicem et ultra crassus, ampliter fistulosus, teres, striatus, intus niveus, parum ramosus, erectiusculus, 3-5 ped. Folia caulina bipinnata. Costae teretes fistulosae. Umbella terminalis ampla densa, axillares verticillatae minores, terminali saepius altiores. Radii striati 24-30. Involucrum utrumque e foliolis circiter 5, angustis, inaequalibus. Petala pallida patentissima vel reflexa, apice inflexa, nec cordata. Filamenta corollae longiora. Antherae et vertex germinis flavent. Styli subulati erecti. Semina fusca extus alis 3." *Jacq.* ad specimen cultum. *ATH. Golaka Hacq.* l. c. nobis fons spontanea videtur; sed descriptione non quadrat cum icone, in qua involuera integerrima, tum describuntur foliola circiter 8-9 lanceolata multumque incisa. Semina bina clavata marginibus 4 elevatis, extus membranaceis; ovatis, glabris, in medio striatis, albescentia.) *Sch.*

5. *L. Sprengelii Sieber*; caule sulcato, foliis biternatis nitidis, foliolis oblongis decursive pinnatis, laciniis subsalcatiss, incisis, mucronatis, involucris latiusculis. *Spreng. Umb. Spec. p. 124.*

Ad Lovianam Italiae invenit Sieber. 4. Proximum **PLEUROSPERMO (LIGUSTICO) austriaco.** Rad. fusiformis crassitie digiti. Caulis erectus rigidus ramosus, basi crassitie digiti medii, cubitalis, glaber; petioli patentes, spithamaei. Folia ampla, foliola subdivaricata, altero semper majori, laciniis pollicaribus, 1/2 poll. latis. Umbellae radiis 12 subaequalibus, digitalibus. Invol. univ. sub-10-phyllum, foliolis lato-lanceolatis glabris pollicaribus; parziale simile, foliolis angustioribus, brevioribus. Flores albi. Fructus ovato-prismatici, jugis 5 acutis, subalatis. *Spreng.) Sch.*

6. *L. obtusifolium* Hornem.; foliis bipinnatis, foliolis cordato - suborbiculatis argute dentatis. Hornem. Hort. Havn. 1. p. 270. Willd. Enum. p. 312.

In ditone Tingitana Africae. 4. (Foliola sessilia. Involucrum utrumque polyphyllum.) Sch.

7. *L. Cervaria* Spreng.; caule simpliciusculo, foliis biternatis rigidiusculis, nitidis, foliolis ovatis subsessilibus mucronato - denticulatis, inferioribus basi pinnatifidis, laciniis reflexis. Daucus II. Fuchs p. 232. Dalechamp. p. 716. Seseli II. montanum pannonicum. Clus. Hist. II. p. 193. J. Bauh. Hist. III. p. 167. Daucus selinoides II. Lobel Hist. p. 414. Ic. 720. Park. theatr. p. 897. Ligusticum II. Dalech. p. 766. Libanotis nigra Ger. emac. p. 1010. Tabern. p. 313. Apium montanum nigrum J. Bauh. Hist. III. p. 104. Seseli montanum majus apii folio. Moris. Sect. IX. t. 6. Libanotis foliis lobatis. Moris. Sect. 9. t. 17. Cervaria Rivin. pent. Oreoselinum apii folio majus Garidel Art. p. 345. t. 116. ATHAMANTA Cervaria Linn. Spec. I. p. 352. Jacq. austr. t. 69. Pollich palat. n. 2-8. Willd. Spec. I. p. 1401. Bertolon. Amoen. p. 157. (Plenck t. 185. SELINUM Hall, p. 804.) SELINUM Cervaria (Linn. Spec. ed. I. p. 1194.) Scop. Carn. n. 331. Crantz austr. p. 167. t. 3. f. 1. (Roth germ. I. p. 132. II. p. 354. Pers. Syn. I. p. 309.) Decand. Fl. fr. IV. p. 319. (SELINUM glaucum Lam. Fl. fr. III. p. 419. Poir et Enc. meth. VII. p. 64.) ATH. latifolia Vivian. ital. fragm. fasc. 1. p. 18. t. 23. (CERVARIA rigida Mönch meth. p. 95. CERVARIA Rivini Gaertn. Fruct. t. 21. f. 10. fide Decand. l. c. CERVARIA nigra Bernh.)

In nemoribus montosis Europae mediae. 4. (Tota glaberrima, odorata. Rad. saepe pedalis, cortice nigro, intus albigans, succo acri flavicante. Caulis 1-5 ped., teres, substriatus, pallide virens, subcompressus, medullam albam. Folia radicalia tri-, caulina bipinnata, foliolo extremo plerumque semitri-lobato, dorso glauca. Petioli longi subcompressi. Involucrum foliola circiter 10, lanceolato-linearibus, in setulam acuminata, reflexa, margine membranacea, alba undulata, partialis foliola setacea. Umbella univ. ampla, parum convexa, ex umbellulis 20 circiter valde convexis. Petala nivea, subinde extus purascentia, apice antrorsum flexo et serrulato subcordata. Semina subrotunda extus compresso-plana, fusca, in marginem membranaceum attenuata. Jacq. l. c.) Sch.

8. *L. athamantoides* Spreng.; caule sulcato, foliis bipinnatis, foliolis remote pinnatifidis, infimis deessatis, laciniis subtrifidis subsalcatis margine scabris, involucri pinnati-

fido. *Seseli pyrenaicum thapsiae facie*. *Herm. parad.* p. 209.
Apium pyrenaicum thapsiae facie. *Tourn. Inst.* p. 305.
CRITHMUM pyrenaicum *Linn. Hort. Cliff.* p. 98. *Spec. ed.*
Reich. l. p. 681. (*Syst. Veg. XV. p. 296.*) *AMMI dauci-*
folium *Scop. Carn. n. 342. t. 10.* *Willd. Spec. l. p.*
 1393. *ATHAMANTA pyrenaica* *Jacq. Hort. vind. II. t. 197.*
Willd. Enum. p. 307. (*ATHAMANTA Libanotis* β .)
Willd. Spec. l. p. 1401. *Murray S. V. XV. p. 295.*
ATHAMANTA Libanotis γ . *pubescens* *Decand. Fl. fr. n. 3481.*
ATHAMANTA pubescens *Retz Obs. III. p. 28.* *Decand.*
Fl. fr. Suppl. p. 511.) *ATHAMANTA crithmoides* *Lapeyr.*
Hist. pyren. p. 148. *LIGUSTICUM athamantoides* *Spreng.*
Umb. Spec. p. 126.

In Carnioliâ et Pyrenaeis. 4. (Habitus patentissimus
 diffusus. Rad. pollicem crassa, foris fuscescens, intus pallens.
 Caulis 2-ped., erectus, basi pollicem aequans, medullâ albidâ,
 subvillosus, quam maxime angulatus, ramis striato-sulcatis,
 saepe subtriangularibus. Folia radicalia multiplicato-pinnata,
 costâ subvillosa; pinnulae ultimae lanceolatae acuminatae pla-
 nae, margine ad lentem ciliatae, integerrimae. E costis par-
 ticularibus ad ortum e costa principe foliola utrinque pinnata
 minora cruciatim posita. Umbellae univ. amplae convexae ra-
 diis numerosis angulatis; partiales hemisphaericae densissimae.
 Involucri utriusque foliola 10 aut plura linearia acuta, univer-
 salis reflexa, partialis patentissima. Petala ex ochroleuco albida,
 ovato-subcordata apice acuto antrorsum inflexo, dorso pilis
 paucissimis subaequalia patentissima. Antherae pallent. Ger-
 men pilis albis. Styli breves. Semina cinerea hispido-villosa
 et quadrisulcata vix odora. *Jacq. Sprengel l. c.* ait: semina
 hirsuta in planta culta nunquam vidi. Nostrae semina et no-
 bis et amiciss. *Besser in litt.* omnino *Athamantae* videntur.

(Obs. *Murray l. c.* olim monuit: „Ipse *Jacquin* in litt. jam *ATHA-*
MANTAM pyrenaicam Hort. vind. II. t. 197. fere varietatem *ATH.*
Libanotis agnoscit.“ *Div. Haller* eandem cum *Libanotide* plantam,
 at senescentem, credidit. *Lamarck* nequidem ut varietatem *ATHAM.*
Libanotidis distinxit.) *Sch.*

9. *L. alatum* *Spreng.*; caule angulato superne alato,
 foliis supradecompositis, foliolis petiolatis ovatis decursive
 pinnatis, laciniis inciso-serratis, mucronatis, oblongis, invo-
 lucellis angustissimis umbellulis subaequantibus. *Umb. Spec.*
 p. 125. *ATHAMANTA alata* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur.*
Cauc. I. p. 214. (*CYDIDIUM myrrhifolium* *M. a Bieb.*
Suppl. Taur. Cauc. p. 212.)

In Caucaso subalpino ad thermas Narzanas. 4. („Planta
 facie *Chaerophylli*, glaberrima. Pinnularum serraturae argutae,
 quasi mucronatae. Caulis inprimis sub umbella angulis mem-
 branaceis. Umbellae umbellulaeque radiis ad 40. Involucrum
 foliolo uno alterove subulato. Involucella polyphylla. Petala
 ante explicationem rosea, dein alba. Antherae atropurpureae.

Semina exacte ATHAMANTAE Libanotidis glabra. Marsch. & Bieb. l. c. „Semina eò quoque ATHAMANTAE respondent, quod commissura instruat vitta 4-6 protuberantibus, nec duabus tenuissimis, uti CN. Monnieri. Caeterum videtur cum CN. apioidi Spreng. affinitate naturali proximà conjungi.“ Idem Suppl. l. c. Rad. multiceps, digiti minimi crassitie. Caulis brachialis, inferne pollicis crassitie, subrubicundus. Spreng. Clo. Besser quoad semina SELINO Seguieri congener videtur.) Sch.

10. L. Gingidium Forst.; caule striato, petiolis vaginantibus laxis, foliis pinnatis, foliolis suboblique cordatis, oblongo-ovatis obtusis crenatis nervosis. GINGIDIUM montanum Forst. char. Gen. p. 42. t. 21. (Poir. Enc. Suppl. II. p. 778.) LIGUSTICUM Gingidium Forst. Fl. austral. p. 140. (Willd. Spec. I. p. 1428.)

In novae Zeelandiae (montibus.) 4.

11. L. apioides Lam.; caule ramoso angulato, foliis supradecompositis, foliolis pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusiusculis mucronatis, involucrio universalis subnullo. Pyrethrum alterum Lobel Hist. p. 447. Ic. 775. Dalech. p. 1170. Tabern. p. 296. L. umbelliferum C. Bauh. pin. p. 148. J. Bauh. Hist. III. p. 20. Parkins. p. 892. Ligusticum alpinum excl. syn. Matth. Sill. pis. t. 39. f. 2. LASERPITIUM silaifolium Jacq. austr. app. t. 44. (L. foliolis pinnatifidis, laciniis lanceolatis, involucrio universalis subnullo, caule glabro.) Willd. Spec. I. p. 1417. Enum. p. 310. Baumgart. trans-sylv. I. p. 226. LIGUSTICUM cicutaefolium Vill. delph. II. t. 15. Loisel. Fl. gall. p. 167. LIGUSTICUM apioides Lam. Enc. III. p. 577. Decand. Fl. fr. IV. p. 308. Nocc. et Balb. Fl. ticin. I. p. 136. Spreng. Umb. p. 122. SELINUM peregrinum (caule striato, foliis radicalibus triplicato-pinnatis, pinnis linearibus acutis, caulinis bipinnatis, pinnis cuneato-lanceolatis tripartitis, involucrio subnullo, involucellis polyphyllis.) Willd. Enum. p. 306. (LIGUSTICUM Lobelii Vill. prosp. p. 24. (excl. syn.) CNDIUM apioides Hoffm. Umb. 2. ed. I. p. 157.)

In alpestribus Austriae, Transsylvaniæ et Galliae in alpebus Avernis, Vacontiorum. 4. (Willdenow Spec. l. c. subscripsit: „Involucrum universale saepius nullum, interdum foliolis 1-5 usque 5, linearibus inaequalibus brevibus. Involucella polyphylla.“ — „Rad. intus et extus alba, aetate fuscescens, rarius fusiformis et perpendicularis, saepius transversa et ramosa, inaequalis, crassitie digiti, subacris, odoris aromatici. Caulis in siccis tenuis, vix lineam crassus, spithameus, in fertilibus crassitie calami scriptorii, 4 ped., subinde solitarius, nunc 2-5, erectus striatus glaber flexuosus ramosus. Petioli membranacei amplexicaules, striati, canaliculati. Folia

multiplicato-pinnata, glabra, foliolis profunde incisus planis, laciniis oblongis breviter mucronatis. Pedunculi oppositifolii erecti striati. Umbellae densae planiusculae e radiis numerosis. Umbellulae similes. Involucri universalis foliola pauca, subinde 1, linearia, rarius pinnatifida, umbellâ duplo breviora, particularis plura, linearia, longitudine umbellulae. Flores omnes hermaphroditi. Petala alba vel ex-albo-flavescentia, subaequalia, apice inflexo oblongo-cordata erectiuscula. Filamenta petalis multo-longiora. Antherae pallidae. Styli erecti albi. Semina elliptica glabra hinc plana, illinc convexa, alis 5 membranaceis. *Jacq.*) Sch.

12. *L. simplex* Allion.; caule simplici aphylo, foliis bipinnatifidis oblongis, foliolis sessilibus multifidis linearibus subdecussatis, involucri foliolis trifidis. *Laserpitium* Hall. *stirp. n.* 796. *LASERP. mutellinoides* Crantz *Umb. p.* 67. *LASERPITIUM simplex* Linn. *Mant. p.* 56. *Spec. ed. Reich. l. p.* 686. *Jacq. Misc. II. p.* 40. *t.* 2. *Willd. Spec. l. p.* 1421. *Lam. Enc. III. p.* 426. *Lapeyr. Hist. pyren. p.* 152. *Decand. Fl. franc. IV. p.* 314. (*Römer Fl. Eur. F.* 8.) *LASERPITIUM lucidum*, foliis supradecompositis lineari-subulatis glabris, involucris universalibus pinnatis. *Ait. Kew. ed. 1. l. p.* 345. *Willd. Spec. l. p.* 1419. *LIGUSTICUM simplex* Allion *Fl. pedem. n.* 1324. *t.* 71. *Vill. delph. II. p.* 618. *t.* 14.

In alpinis austriacis helveticis gallicis et italicis. 2. Meo *Mutellinae* simillimum. (*LASERPITIUM simplex* in *H. Kew.* ♂ dicitur, — Rad. lignosa, crassitie digiti minimi, nigricans, apice saepius bi-triceps. Folia omnia radicalia, ut plurimum 2 poll., glabra, laevia, subinde simpliciter pinnata, foliolis 5-7. Caulis 2-3 poll. Umbella densa, radiis 12-15, vix 1/2 poll. Inv. univ. e foliolis 5-7 longitudine fere radiorum, simplicibus aut 3-5-lobis. Flores albi vel purpurascetes. Semina parva ovata alis 4, apice atropurpurea. *Decand. l. c.*) Sch.

13. *L. ferulaceum* Allion.; caule ramoso striato submaculato, foliis ternatim supradecompositis, foliolis remotiusculis linearibus cuspidatis, involucri foliaceo pinnatifido. *Libanotis tenuifolia*, foeniculi semine italica. *Moris. Sect. IX. l.* 15. *Barrel. Ic. p.* 836. *LASERPITIUM dauricum* *Jacq Hort. vind. III. t.* 38. *Willd. Spec. l. p.* 1417. *LIGUSTICUM ferulaceum* Allion. *Fl. pedem. n.* 1319. *t.* 60. *J. l.* (*Decand. Fl. fr. IV. p.* 308. *Lam. Fl. fr. III. p.* 453 (excl. syn.) *LIGUST. Seguieri* *Vill. delph. II. p.* 615. excl. syn.?)

In alpinis penninis (vinadiensibus): an et in Sibiria? ♂. *Cnidio pyrenaeo* simillimum, differt involucri foliaceo pinnatifido. (Caulis cubitales statim ramosi, ramis 2-3-angulis magnis divergentibus, nunc nudis, nunc folio uno alterove

stipatis, *Angelicae* odoris, firmi, glabri, medullâ faretî. Folia caulina sub ramo petiolo semiamplexicauli membranaceo orâ albente, intus sulcato, sulco per mediam pinnulam porrecto. Pinnulae primariae 7-8, secundae 5, tertiae 6, ultimae pinnatifidae, dentibus linearibus acutis, extremâ bi-trifidâve: omnes succulentae, expansae, dentibus erectis, nitide virentes, glaberrimae ut tota planta. Petala cordata alba *profunde incisa*, antheris didymis albescentibus, uno majore. Involucr. univ. e foliolis orâ albicantibus, viridibus, profunde trifidis bifidisve, quandoque unico pari pinnularum, quod producto nervo trifidum fit. Umbellae radiis plerumque 15. Invol. part. numero simile et formâ, sed saepius foliola tantum bidentata. Flosculi circiter 20. Styli persistentes divergentes, reflexi, demum rubentes. Semina magna ovalia gibba, costis 3 subalatis.

Allion. Jacquin in planta culta e seminibus Dauriae caulem describit et depingit purpureo-maculatum, ramis radiisque asperiusculis; folia radicalia et caulina inferiora tripinnata, foliola pinnatifida, facie saturate virentia, laciniis omnibus lanceolatis acutis plerisque integerrimis. Involucri foliola subsenapatula; subulata, acuta, brevi fusciscentia. Umbellulae parvae convexae distantes 12-20. Petala aequalia ovalia, apice angustato, inflexo, *nec tamen inde notabiliter cordata*, patentissima, tandem reflexa, alba, aut omnia alterumve semipurpureum. Filamenta inferne purpurea. Antherae flavae, ut germinis vertex. Semina glabra fusca, inde convexa trialata, ad oras alâ membranaceâ. Quae haud ita bene quadrant.) Sch.

14. *L. cyprium Spreng.*; caule tereti ramosissimo paniculato, foliis tripinnatis, foliolis incisissimis obtusiusculis glabris, involucre oligophyllo. *Umb. Spec. p. 125.* *ATHAMANTA multiflora*; (foliis tripinnatis incisissimis obtusiusculis glabris, seminibus ovatis nudis, caule ramosissimo paniculato.) *Smith Prodr. Fl. gr. l. p. 188. n. 655.* (*Sibthorp Fl. graec. t. 276.*)

In insula Cypro. 4. (Fructus certe Ligustici. *Spreng. l. c.*) Sch.

15. *L. candicans Ait.*; foliis supradecompositis, foliolis cuneiformibus incisissimis glabris, involucre universali diphylo (subfoliaceo), costis fructuum membranaceis (glabris). *Ait. Kew. ed. 1. l. p. 348. 2. ed. 11. p. 142.* *Willd. Spec. l. p. 1427.*

Patria ignota. 4. Fucrit ne CNIDIUM?

16. *L. Aciphylla Spr.*; caule vaginato, foliis flabelliformibus multifido-compositis, foliolis linearibus rigidis integerrimis nervosis pungentibus, fructibus tricostatis. *ACIPHYLLA squarrosa Forst. Char. Gen. p. 136. t. 68.* (*Juss. Gen. p. 222.* *Poir. Enc. meth. Suppl. l. p. 131.*) *LASEPITIUM Aciphylla Linn. Suppl. p. 131.* *Forst. Fl. austral. n. 139.* *Willd. Spec. l. p. 1413.*

In nova Zeelandia. CNIDIUM forte („Umbellae axillares plures, vix petiolis majores.“ *Linn. Suppl.*) Sch.

17. *L. ternatum Willd. Herb. n. 3.*; foliis ternatis subincisis, involucris polyphyllis.

In America meridionali. Humboldt (et Bonpl. 2. Involucr. univ. pentaphyllum, foliolis linearibus. Umbellulae 4-7; involucella similia. Petala patentia alba. Flores omnes fertiles. Semina glabra compressa striato-costata, costis 8-10. Herba pedalis odore *Petroseliní.* *De Schlechtendahl in litt. ad div. Römer.*) Sch.

18. *L. diffusum Roxb. Willd. Herb. n. 3.*; caule diffuso, foliis pinnatis, foliolis tripartitis, laciniis cuneiformibus apice dentatis.

In India orientali. (h. Roxburgh.)

19. *L. actaeifolium Mich.*; foliis biternatis, foliolis ovalibus aequaliter dentatis, umbellis subverticillatis, lateralibus sterilibus, involucellis setaceis, costis fructuum subalatis. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 166.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 193.* *Nuttall Gen. Amer. pl. p. 197* nomine THASPII.

Ad ripas fluminis Laurentii in Canada. (et in Virginia. 2. Ultra 3-ped. Fructus oblongo-ovales subulati 10-costati.) Sch.

20. *L. Fontanesii Spr.*; foliis ternato-decompositis, foliolis subtrifidis linearibus obtusiusculis, involucris linearibus acuminatis. LASERPITIUM *pencedanoides Desfont. atl. I. p. 254. t. 71.* LASERP. *Fontanesii Pers. Syn. I. p. 313.* LASERP. *atlanticum Poir et Enc. meth. Suppl. III. p. 304.* CNIDIUM *Fontanesii Spreng. Umb. Spec. p. 41.*

In ditione Algeriensi, (prope Sbibam. 2.) (Caulis cubitalis erectus leviter striatus subdichotomus. Folia radicalia longius petiolata, caulina petiolis brevibus vaginantibus, omnia erecta ternata, bipinnata glabra, 2 poll.; lacinae lineares obtusiusculae, 2-3 lin. Pedunculi axillares, terminales, nudi. Umbella radiis 12 glabris. Involucr. utrumque e foliolis circiter 8 linearibus acuminatis. Flosculi uniformes albidi, petalis inflexis. Fructus ovalis subcompressus, jugis omnibus breviter alatis. *Spreng.*) Sch.

21. (*L. pusillum Mich.*; annum, foliis biternatim multipartitis, umbellulis 3-5 floris, fructibus subscabris. *Mich. Flor. bor. Amer. I. p. 168.*)

In sabulosis aridis Carolinae. Nec cl. *Sprengel* nec *Pursh* receperunt hanc speciem; nec sequentem *bulbosum.*) Sch.

22. (*L. bulbosum? Mich.*; pusillum, radice globosâ, caule debili diphylo, folio laterali tripartito, pinnulis divisis. *Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 168.*)

Ad ripas prope Knoxville. Martio solo nivoso floret. An distinctum genus? Sch.

23. (L. *Ajawain Roxb.*; erectum, foliis supradecompositis, foliolis filiformibus, seminibus costatis tuberculatis. *Roxb. MS. Fleming ind. Medicin. in Asiat. Research. I. p. 170. Ajava-Seed Percival Essays I. p. 433.*

*In Ind. orient. C.) *) Sch.*

1213. WALLROTHIA,

1. *W. tuberosa Spreng.*; (radice tuberosâ polymorphâ, caule flexuoso plerumque dichotomo, folioso; foliis subbipinnatis, foliolis oblongis subcarnosis mucronatis, involucris involucellisque 3-5-phyllis lineari-subulatis.) *Spreng. pag. II. p. 52. BUNIUM alpinum Kit. Hung. II. p. 199. t. 182. (Hoffm. Umb. Spec. 2. ed. I. p. 103. B. petraeum (involucro pentaphyllo; foliis biternato-pinnatis carnosis, foliolis cuneiformibus subtripartitis, laciniis linearibus obtusis, caulibus numerosis filiformibus debilibus subnudis ramosis, radice turbinatâ.) Tenore Fl. Nap. Prodr. Suppl. I. p. LX. Catal. pl. 1813. p. 39. Synops. p. 39. n. 41.*

In montibus calcareis Croatiae (Debelo-berdo) et Neapol. (Magellae.) 4. Rad. tuberosa. Caules laeves 2 poll. Folia subbipinnata, foliolis subtripartitis lanceolatis obtusiusculis mucronatis subcarnosis. Umbellae subternae. (Rad. exus fusca, carne durâ albidâ, Avellanam majorem aequans, senescendo juglandem. Caulis 2-3 poll., purpurascens, angulatus, laevis, ramis binis oppositis, umbellam primariam superantibus, in debili planta simplicissimus. Folium radicale unicum, raro 2, saepe caulis longitudine, subtripinnatum, caulina ramos stipantia plerumque duo. Pinnulae bi-tripartitae simplicesque, laterales decurrentes. Petiolus radicalis uti caulis inter lapides flexuosus. Vaginae striatae margine membranaceae. Flores parvi in umbellis planis vel convexiusculis, radiis 6-8 firmis, rigidulis, angulatis, umbellulis 10-12 floris, pedicellis brevibus firmis. Inv. univ. radiis triplo brevius, foliolis lanceolatis acuminatis integerrimis, unico nonnunquam trifido; partiale pedicellos subaequans, foliolis lineari-subulatis. Cal. obsolete 5-dentatus. Cor. aequales albae, nonnunquam pur-

*) *LIGUSTICUM dubium*, foliis pinnatis, pinnis oblongis pinnatifidis basi cuneatis, laciniis incisissimis, involucri foliolis linearibus *Spreng. Mant. I. p. 38* a viro clarissimo non amplius, nequidem ut synonymon, adducitur. Nolimus tamen hic omittere: „alta“ addit l. c. „videtur; folia dodrantalia, glabra, petiolis subsuleatis glabris; pinnae ultimae petiolatae, reliquae 6-7 sessiles, pollicares et ultra, acutae, pinnatifidae, laciniis acutis, ultimis confluentibus. Pedunculus terminalis nudus teres glaber. Involucri utriusque foliola angustissima. Floresculi albi petalis integris. Fructus costati.“ *Sch.*

purascentes, petalis usque ad basin inflexis, obtusis. Stamina corollâ paulo longiora, antheris purpurascensibus. Styli erecti, in fructu longiores divaricati. Fructus ovato-oblongus, superne tenuior, extus sulcato-angulatus nudus laevis. *Waldst. Kit.) Sch.*

2. *W. splendens Spreng.*; radice fusiformi, caule flexuoso simplici subaphyllo, foliis supradecompositis lucidis, foliolis capillaribus, involucre scarioso subdiphyllo, involucrellis lanceolato-acuminatis. *LIGUSTICUM tenuifolium Ramond Decand. Fl. franc. IV. p. 309. Ligust. splendens Lapeyr. Fl. pyren. t. 83. Hist. pl. pyren. 156. (et hoc teste: L. pyrenaicum foeniculi folio lucidum. Tournef. Herb. et J. R. H. p. 324.)*

In rupibus calcareis Pyrenaeorum. 2. (Caulis plures 8-12 poll.; fol. radicalia 4 fere poll., petiolo tripartito, foliolis linearibus tri-multifidisve; caulina e petiolo tenui foliolis 4-5 linearibus. Umbella e radiis 8-9 parum patentibus, floribus albis regularibus. Inv. univ. e foliolo oblongo scarioso caduco, part. e foliolis 8-9 linearibus acutis vix scariosis radio parum longioribus. Fructus oblongi, costis 6, laevibus prominulis, sulcis 2 sat magnis. Similis *ATHAMANTAE Matthioli* habitu. *Decand. l. c.) Sch.*

(*Obs.* An huc *BUNIMUM Saxatile* foliis tripartitis filiformibus linearibus. *Mill. dict. n. 3.?* quod ex alpebus.) *Sch.*

1214. SELINUM.

1. *S. Oreoselinum Scop.*; caule tereti, foliis tripinnatis, petiolis refractis, foliolis remotis ovatis inciso-pinnatifidis divaricatis nitidis, involucre reflexis. *Oreoselinum s. Veeltgutta Fuchs p. 574. Dodon. p. 696. Lobel Hist. p. 406. Ic. 707. Clus. Hist. II. p. 195. Primum Tabern. p. 276. Apium montanum Dalech. p. 702. Vulgatus Parkins. theatr. p. 927. Oreoselinum majus Moris, Sect. IX, t. 17. Riv. pent. (OREOSELINUM nigrum Delarbre Fl. d'Auvergne I. p. 428. OREOSELINUM legitimum M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 210.) ATHAMANTA Oreoselinum Linn. Fl. suec. n. 241. Jacq. austr. t. 68. Schk. t. 64. Willd. Spec. I. p. 1403. SELINUM Oreoselinum Scop. carn. n. 330. Crantz austr. p. 169. (Roth germ. I. 133. II. 355. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 215.) Poir. Enc. VII. p. 63. (Hall. Helv. n. 803.)*

In collibus apricis per Europam mediam (et in Caucasi subalpinis) 2. (Tota glabra, trita odorata. Rad. albida, plerumque simplicissima, pedalis, digitum vel pollicem crassa. Caulis plerumque unicus, solidus, 1-3 ped., calamum vel digitum crassus. Folia multiplicato-pinnata, costâ in ramos

rectangulos divisâ ad nodos, ac si fracta, retortâ; foliola aut semitriloba, aut solo apice trifida, aut alia. Vaginae plerumque purpurascens, ut saepe caulis. Involucr. univ. foliolis 1, 2, 3, 9 et ultra, anguste lanceolata, reflexa, margine alba et undulata; particulare pluribus, interioribus brevissimis. Umbella univ. ampla planiuscula, umbellulis convexis densioribus. Petala ovata apicibus inflexis, vix cordata, aequalia, nivea, interdum rosea; antherae pallidae. Fructus immaturus eleganter ruber, maturus pallens, disco fusco. Semina, orbicularia, interdum basi magis elongata, plana, striis 3 pallidis, margine membranaceo. (Jacq. Varietatem β : caule angulato e Pyrenaeis enumerat Decand. Fl. fr. Suppl. p. 511. quae illi fors species distincta.) Sch.

(Obs. „Hoc, nec ut autumant Hoffmann (Umb. Spec. p. 155.) et Besser SELINUM Chabraei, enumeravi in Fl. Taur. Cauc.: involucrum utrumque polyphyllum, foliolis subulatis; calycis denticuli patuli subulati admodum conspicui; styli etiam florentis stylopodio longiores; seminum nucleus latior quam reliquorum, unde striae commissurales margini contiguae magis inter se distant.“ M. a Bieb. Suppl. l. c.) Sch.

2. * *S. austriacum* Jacq.; caule sulcato, foliis tripartito-decompositis, foliolis ovatis pinnatifidis, laciniis obtusiusculis macrone albo terminatis, involucri linearibus. *Seseli montanum* Ill. Clus. pann. p. 691. Hist. II. p. 194. Parkins theatr. p. 906. Moris. Sect. IX. t. 6. SELINUM austriacum Jacq. Enum. vindob. p. 220. austr. t. 71. Scop. carn. n. 329. Willd. Spec. I. 1397. Decand. Fl. franc. IV. p. 321. Spreng. Umb. Spec. p. 75. (excl. syn. Hacquet.) SEL. argenteum Crantz austr. p. 174. t. 14. f. 2. Allion. pedemont. n. 1304. Vill. delph. II. p. 636. (SEL. nigrum Lam. Fl. fr. III. p. 420. (excl. syn. Gouan.) OREOSELINUM austriacum Hoffm. Umb. Gen. p. 155.)

In montibus badensibus Austriae, in Pannonia, Delphinata, Gallia australi et Italia. 4. Varietas occurrit involucri involucriisque subdentatis: SELINUM montanum Schlech. Willd. Enum. p. 506. SELINUM nigricans Gaud. apud Marrith guide p. 96, quae saepe integerrima habet foliola involucri.

(Obs. SELINUM montanum Schleich. apud Willd. l. c. differt, ex diagnosi Willdenowiana, foliis tripartito-triplicato-pinnatis, in austriaco tripartito-bipinnatis, laciniis subincisis, involucri involucriisque subdentatis in austriaco cuneiformibus incisis. Agnoscit hanc speciem sub OREOSELINO montano Hoffmann Umb. Gen. p. 155 et hujus distinguit varietatem vittis commissurae hinc inde duplicatis. Contra eis Sprengel l. c.: „Male Willdenow in Enum. involucri S. montani esse subdentata, pessime, foliola involucri austriaci gaudere foliolis cuneiformibus incisis,“ ut etiam ex descriptione Jacquini liquet. Austriaco apud Jacquin l. c. caulis e radice praemorsa plerumque simplicissimus, rarius ramosus, 2-5 ped., vitidus, virens, striis elevatis pallentibus, foliosus, medullâ albâ, calami cras-

sitie, solitarius pluresve. Petioli teretes, radicales saepe pedales. Folia radicalia multiplicato-pinnata, facie saturate, dorso pallide virentia, foliola nunc lata, nunc angusta, varia. Involucr. univ. foliolis subdenis, lanceolato-linearibus, vix $1\frac{1}{2}$ poll., acuminatis integris reflexis persistentibus ora albidis, involucella similia, foliolis in extimis umbellulis exterioribus longioribus. Umbella ampla patens convexa unciar. 4-5 in diametro, radiis superne villosiusculis 20-30, umbellulae densae, magis convexae. Petala aequalia alba, ob apicem inflexum late cordiformia, cum lateribus parum reflexis. Antherae pallide sulphureae. Styli in fructu divergentes. Flores centrales plures abortivi. Seminum nuclei fusci elliptici striis 3-4 elevatis, margine membranaceo tenui pallente. *Jacq.* SELINUM *nigricans* *Gaud. e Hort. Gorenk.* distinctam esse speciem sub OREOSELINI genere jubet *Hoffmann* l. c. p. 155.) Sch.

3. *S. sibiricum* *Retz*; caule terete laevi, foliis tripinnatis, foliolis remotiusculis cuneatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis, involucri membranaceis subincisis. SELINUM *sibiricum* *Retz* *Obs.* 11. p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 1398. *Poir. Enc.* VII. p. 63. *Spreng. Umb. Spec.* p. 71.

In Sibiria. ♂. (Rad. fusiformis. Caulis 3-ped., glaber, leviter striatus, glaucus, ramosus, ramis petiolisque tripartitis angulatis. Foliola tertii ordinis remotiuscula, laciniis integerimis, apice albidis, pollicaribus, $1\frac{1}{2}$ poll. latis. Pedunculi sulcati, foliis suffulti. Invol. univ. e foliolis suboctonis, lato-membranaceis albidis apice viridi inciso aut pinnatifido; part. simile, utraque longa, umbellas ante anthesin obtegentia. Flores albi. Fructus vittis interpositis quaternis parallelis, raphes binis superficialibus. *Spreng.*) Sch.

4. *S. polymorphum* *Spreng.*; caule angulato ramoso, foliis triternatis nitidis, laciniis remotiusculis lineari-lanceolatis margine membranaceis subserrulatis cuspidatis, involucri foliolis serrulatis. *Pug.* II. p. 50.

In imperio rathenico. ♀. Cum *S. sibirico* haud confundendum: hoc enim caulem teretem habet, folia margine glabra, involucri foliola latiuscula. (Caulis 2 ped., glaber, obtuse angulatus subflexuosus, ramis erecto-patentibus. Folia radicalia petiolis teretiusculo-compressis, foliolis ovatis bipinnatifidis utrinque glabris nitidiusculis, laciniis ovatis pinnatifidis, laciniis apicibus fuscis. Folia caulina petiolis vaginantibus, radicalibus similia, parum angustiora. Umbellae longe pedunculatae. Inv. univ. vel pinnatifidum foliaceum, vel membranaceum polyphyllum, foliolis linearibus; part. simile. Corollae albae, conformes emarginatae plicatae. Fructus oblongus alatus, tricostatus. Foliola in aliis magis divergentia nitida, lacinulae obtusiores, involucri minus membranacea. Longe diversum a *S. sylvestri* *Decand. Fl. gall.* p. 314. *Spreng.*) Sch.

5. *S. baicalense* *Willd. (Redowsky)*; caule tereti superne angulato ramosissimo, foliis bipinnatis, foliolis pinna-

tifidis linearibus, infimis deflexis, involucris polyphylli foliolis subdenticulatis, involucellis basi cohaerentibus umbellulas superantibus. *Willd. Enum. p. 306. Spreng. Umb. Spec. p. 72. S. collinum Hit. Willd. Herb. n. 2.*

In Hungaria et Sibiria. 4. (Caulis 1 1/2 ped. glaber, leviter striatus, crassitie pennae anserinae, ramis patentibus foliosis, glabris subangulatis. Folia dodrantalia, digitum lata; foliola opposita glabra, laciniis margine revolutis. Umbellae terminales e radiis sub-20-angulatis scabris. Flosculi albi. Semina sibirici. *Spreng. l. c. S. collinum* sequentibus descripsit ill. de *Schlechtendal*: Caulis 2 ped. sulcatus erectus; foliolorum lacinae lineares acutae albo-mucronatae, margine incrassatae. Involucris foliola lineari-lanceolata canaliculata subdentata, margine membranacea. Semina elliptica basi emarginata, marginata, trisulca. Specimen nostrum, cui div. *Kitabel* adscripsit: „SELINUM mihi ignotum ex alpebus *Velebich*,“ quoad descriptionem ill. de *Schlechtendal* idem cum *S. collino*, descriptio vero cli. *Sprengel* minus quadrat.) *Sch.*

6. *S. lineare Schumacher*; caule sulcato ramoso, foliis ternato-decompositis, laciniis linearibus c. spidatis, involucris lineari-subulatis, integerrimis, fructuum margine lato membranaceo. *FERULA rablensis Wulff. in Jacq. Coll. IV. p. 312. Willd. Spec. I. p. 1412. Poiret in Enc. Suppl. II. p. 631.* (S. pinnis pinnatifido-partitis, laciniis linearibus.) *Schum. Sael. I. p. 95. Flor. Dan. t. 1330. Spreng. Umb. Spec. p. 74. (Poiret Enc. meth. VII. p. 66.) S. elegans et Bellardi (?) Balb. Cat. Hort. Taur. 1813.* (S. caule subtereti striato, pedunculo aphylo longissimo, seminibus latis ovatis. *Balb. Hort. acad. taurin. stirp. minus cognit. icon. et descript. p. 23. t. 4.) S. rablense Spreng. pug. II. p. 51. (OREOSELINUM rablense Hoffm. Umb. Gen. p. 155.)*

In Saelandia (et in Oelandia), Carinthia, Pedemontia. 4. („Caulis strictus 2 ped.; foliorum vaginae membranaceae glaucae; involucra setaceo-capillacea.“ *Schumach. in Ferula rablensi radix crassa torosa brachiata oblique horizontalis extus tandem nigra. Caulis 1 1/2 cubit. teres multistriatus faretus nitens viridis. Folia radicalia plurima, plus quam spithamea, e longis petiolis quadripinnata, petiolo communi terete, vagina oblonga integra, foliolis vix 1/5-1/4 lin. latis trifidis simplicibusque laevibus nitentibus saturate viridibus: caulina similia, sed tripinnata, vagina apice bifida. Rami nunc nulli, nunc plures, longiusculi, umbelliferi. Umbella magna, radiis longis striatis 20 et ultra, involucro polyphylo persistente, foliolis lineari-lanceolatis angustis 1/2 poll. et ultra, deflexis, supra canaliculatis: involucella similia, sed longitudine radiolorum. Cal. parvus, denticulis 5. Petala oblonga, extus primum alba, dein rubra, acumine sursum inflexo. Filamenta alba, petalis longiora, antheris albis. Styli albi re-*

flexi. Fructus ovali-oblongus; semina magna, margine membranaceo-alata, striis 3 elevatis. *Wulff. l. c.* „Vittae commissurales omnium tenuissimae. „*Hoffm. l. c.* qui *S. elegans Balb.*, nomine *OREOSELINI elegantis*, specie distinguit *l. c.*, monens vittas commissurales esse breviores, et fructus omnium minores. Descriptio sane *δ. elegantis Balb.* plurimis convenit cum *FERULA rablensi Wulf.*; sed herbam pallide virentem, petala cordata alba petit amicissimus *Balbis*, et semina lata laevia ovata, de alis striisque silens. *SELINUM Bellardi* suum: caule subtereti striato, pedunculo aphylo longissimo, foliis triplicato-pinnatis linearibus apice acutis scariosis, a *Bellardi* sub nomine *SELINI cervariae* horto 7-8 abhinc (1810) annis illatum, differre praeter characteres datos foliolis latioribus, colore intensius viridi, semine dimidio fere breviori, alis angustioribus „distinctam certe speciem“ esse monet *Balbis l. c.* Sunt qui *S. lineare Schumach.* *S. carvifoliam* esse dicunt.) *Sch.*

7. *S. peucedanoides Desfont.*; caule angulato sulcato ramoso, foliis ternato-d-compositis, foliolis pinnatifidis, laciniis linearibus cuspidatis margine scabris, involucri foliolis incisissimis, umbellis subproliferis. *Seseli massiliense alteram Park. theatr. p. 904. n. 2.* *SELINUM peucedanoides Desfont. tabl. de l'école de bot. 1813. p. 142.* *Hor-nem. H. Havn. II. p. 960.* *Spreng. Umb. Spec. p. 75.* (*OREOSELINUM peucedanoides Hoffm. Umb. Gen. p. 155.*)

Patria ignota. 4. (Caulis 2 ped., foliosus; petioli sulcati; folia superiora laciniis magis elongatis. Umbellae terminales radiis 20-30 scabris, valde inaequalibus. Invol. univ. foliolis pluribus linearibus pinnatifidis, parziale lineari filiforme umbellulas subaequans. Flores albi. *Spreng.*) *Sch.*

8. *S. venetum Spreng.*; caule angulato ramoso, foliis ternato-bipinnatis, foliolis pinnatifidis basi attenuatis obtusiusculis mucronulatis margine scabris, involucri caducis. *Spreng. Umb. Spec. p. 73.* (*PEUCEDANUM palustre Sieber in litt. ad clm. Spreng. l. c.*) *SELIN. alsaticum Crantz austr. p. 159* exacte ita describitur, ut ad nostram plantam referenda sit: maxime fructus purpurei compresso-plani margine alati.

In agro austriaco *Simeringer Walde* (nunc exciso) in agro veneto, *tergestino. 4.* Cum *CNIDIO alsatico* propter fructum uniri nequit. Forte et huc *SELINUM alsaticum Vill. delph. II. p. 634*, et *PEUCEDANUM alsaticum Gmel. Fl. bad. I. p. 653* trahenda. Video et *Villarsiam* distinguere *SELINUM alsaticum* floribus albis et involucri univ. alibus a *CNIDIO alsatico* *Précis d'un voyage botan. en Suisse p. 52. Paris 1812.* In alpi-bus grajis, in valle Lepontina idem *SELINUM* floribus albis ab alsatico diversum indicat *Gaudinus apud Murrith guide de Botan. dans le Valais. p. 85.* (Caulis 2-5 ped. sulcatus glaber superne rubescens, ut rami patentes, nudiusculi. Petioli subtriquetri digitales spithamaei tripartiti. Foliola primi et

secundi ordinis opposita, haec ovato-oblonga cuneato nervoso-venosa, venis margineque hispidiusculis, apice rotundata, mucronulata, pollicem longa lataque, laciniis oblongis; folia summa vaginis longis amplexantibus, minus divisis. Pedunculi umbellati quaterni rubentes angulati glabri aphylli digitales aut spithamaei. Umbella radiis subdenis angulatis glabris. Involucr. univ. e foliolis subdenis linearibus acuminatis umbellâ multo brevioribus, post anthesin deciduis: parziale simile umbellulis parum brevius. Flores albi. Fructus maturus subrubicundus, margine alatus, jugis dorsalibus ternis acutiusculis, vittis parum conspicuis. Simile PEUCEDANO (CNIDIO) *alsatico*, sed hoc differt laciniis foliorum lanceolatis, margine glabris, pedunculis paniculatis, floribus luteis, fructibus denique ovatis solidiusculis, jugis 5 acutis subalatis. *Spreng. l. c.) Sch.*

9. *S. paniculatum Spreng.*; caule tereti ramoso, foliis bipinnatis lanceolatis, foliolis pinnatifidis, subsessilibus, laciniis lanceolatis mucronatis venosis margine serrulato-scabris, ramis floriferis paniculatis. (*Spreng. Pug. II. p. 50.*)

Patria ignota. Flores lutei. (Caulis glaber, cubitalis. Folia radicalia cum petiolis $1\frac{1}{2}$ dodrant., palmum lata, opaca; foliola ovata. Petioli spithamaei rubescentes glabri, supra plani, subtus convexi subtriquetri. Folia caulina petiolis vaginantibus, foliolis cuspidatis linearibus. Rami floriferi axillares patentés. Umbella radiis 6-8. Involucr. utrumque polyphyllum, foliolis univ. linearibus, part. setaceis, radiis umbellarum multo brevioribus. Fructus margine alatus, jugis 5 obsolete, valleculis plano-convexis. *Spreng.) Sch.*

10. *S. rigidulum Viv.*; caule teretiusculo superne nudo, foliis bipinnatifidis lanceolatis, foliolis decussatis, laciniis linearibus cuspidatis, involucreo universali monophyllo. SELINUM *rigidulum Vivian. Fl. ital. fragm. I. p. 14. t. 15. (Annal. bot. I. p. 2. p. 164. Spreng. Umb. Spec. p. 76. Bertolon. Amoen. ital. p. 348. S. apuanum non appianum Pers. Syn. I. p. 309. Poir. Enc. VII. p. 67.*

In montibus Carrarae et lapicidinis Lunensium. 2. (Caulis dodrantalis semel aut bis dichotomus, inferne aciae vulgaris crassitie foliosus glaber, Folia radicalia et pauca caulina similia, petiolis brevissimis; foliola approximata, ut fere multifolii, caulina nonnunquam simplicia. Umbella unica in singulis ramis, radiis 7. Invol. part. foliolis setaceis 6, umbellula brevioribus. Flores albidi. Spreng. In umbrosis non rigidulam. Folia pinnata, inferiora pinnis sessilibus, multipartitis decussatis, laciniis tenuissimis, superiora pinnis simplicissimis mucronulatis. Caulis striatus, ad summum $1\frac{1}{2}$ -2 ped. Fructus ovatus basi turgidior, utrinque costis dorsalibus 3, praeter marginales duas. Styli divaricatissimi. Bertol. l. c.

11. *S. decipiens Wendl.*; caule inferne lignoso, ramis petiolisque vaginantibus hirsutis, foliis pinnatis nitidis, folio-

lis ovato-oblongis pinnatifido-incisis argute serratis, involu-
eris subfoliaceis serratis ciliatis. *Wendl. Sert. Hannover.*
III. p. 23. t. 13. *Willd. Spec. I. p. 1400.*

Patria ignota. h. Fructus hirsuti, margine denticulati. MELA-
NOSELINUM *Hoffm. Umb. p. 156.* („Caulis inferne crassi-
tie pollicis nudus. Folia fere *Angelicae* ampla bipinnata, folio-
lis lanceolatis serratis terminali inciso; floralia pinnata, foliolo
terminali et inferioribus incisis. Vaginae dilatatae dentatae.
Involucrum univers. polyphyllum, foliolis latis lanceolato-cu-
neiformibus trifidis margine membranaceis. Involucella poly-
phylla lanceolata.“ *Willd.*) Sch.

12. *S. scabrum Lapeyr.*; subacaule, foliis triplicato-
pinnatis, foliolis obtusis incisis, vaginis amplissimis, caule
pedunculisque sulcatis asperis, involucellis linearibus ciliatis.
Flor. pyren. t. 77. Hist. pl. pyren. p. 147. Poir. Enc.
Suppl. V. p. 127.

Ad terminos nivis aeternae in Pyrenaeis. (citra cueillade de
Nourî) 4. (Radices subsimplices longissimae rufescentes;
caulis pedunculique punctis albis; folia omnia radicalia. bre-
via, basi vaginâ amplâ rubrâ; umbella centralis radiis 14-15,
umbellae laterales 3-4 ejusdem cum centrali altitudinis: omnes
densae involucri destitutae; involucella umbellulis breviora;
cor. alba petalis involutis; styli reflexi; fructus glabri parvi
costis 3 profundis. *Lapeyr.*) Sch.

13. * *S. Galbanum Spreng.*; caule frutescente prui-
noso glauco, foliis triternatis glabris, foliolis ovato-cunei-
formibus inaequaliter serratis rigidulis, extremis trifidis acu-
tis, involucri lineari polyphylo. *Anisum africanum frutes-
cens Plukn. t. 12. f. 2. Ferula africana galbanifera*
Herm. parad. p. 163. Oreoselinum anisoides Breyn.
Herm. p. 88. Bubon Galbanum Linn. Spec. p. 364. Berg.
cap. p. 77. Thunb. Prodr. cap. p. 51. (Fl. cap. II. p.
203.) Willd. Spec. I. p. 1439. Lam. Enc. I. p. 499.

In Promont. b. Spei. h. Cur *Linnaeus*, et post eum
Lamarckius fructibus alas abdicaverint, nescio. Equidem
e cap. b. spei acceptos genuinos fructus cum SELINI fructibus
congruos invenio, ut et *Hermannius* et *Breynius*. *Galba-
num* inde provenire magnopere dubito, siquidem veteres, a
Mose inde, quibus Caput bonae spei incognitum erat, gummi-
resinam eam probe cognorunt, frequenter usurpatam. („Cau-
lis frutescens rore glauco, foliola argute serrata rigidula.
Umbellae densae magnae. Involucra polyphylla. Fructus teres
non striatus. Semina laevia absque alâ membranaceâ.“ *Linn.*
Murray in S. V. XV. p. 302 huc duxit *Jacq. Hort. III.*
t. 56, quem neque *Willdenow* neque *cls. Sprengel* lauda-
vit, sed hujus omnino loci, licet semina contra *Linnaeum*,
describat et depingat striis 3 elevatis, ore membranaceo albi-
do. *Persoon* eodem loco adjecit: „Folia flabelliformia glau-
ca.“ *Thunberg* in *Fl. cap. l. c.* petit caulem orgyalem errec-

tum glabrum teretem striatum simplicem. Folia glabra bipinnata; pinnis pollicaribus; petiolos basi latâ vaginantes; umbellas terminales amplas compositas, et monet provenire in colibus infra *Taffelberg*. Petala late ovata aequalia, cum virore flavescentia, apice acuto inflexo. *Jacq.*) Sch.

14. *S. gummiferum Spreng.*; caule frutescente foliisque decompositis glaucis, foliolis ovato-oblongis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis, vaginis petiolorum membranaceis, involucri foliolis lineari-subulatis. *Ferula africana galbanifera Commel. Hort. II. p. 115. t. 58.* BUBON gummiferum (foliolis glabris, inferioribus rhombeis serratis, superioribus pinnatifidis tridentatis.) *Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 698.* *Lam. Enc. meth. I. p. 499.* *Willd. Spec. I. p. 1440.*

In Africa. b. (Affine *Galbano*, sed majus, 7 ped., caule 2 poll., articulato, medullâ albâ, parum ramoso, apice folioso, demum fuscescente, nubeculâ glaucâ. Folia ampla bi-tripinnata, glabra, dilute viridia, foliolis apice magis quam in *Galbano* elongatis, profundius incisis, dentibus acutioribus. Umbellae terminales solitariae, involucellis brevibus polyphyllis, flosculis parvis flavescentibus. Fructus oblongi striati. *Lam.*) Sch.

15. *S. latifolium MB.*; caule striato, foliis pinnatis subcoriaceis, foliolis ovato-oblongis basi sursum excisis cartilagineo-serratis, vaginis superioribus ampliatis aphyllis. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 215.* (OREOSELINUM *latifolium Marsch. a Bieb. Suppl. p. 211.* *Angelica laevigata. Flor. Taur. Cauc. I. app. p. 424.*)

Ad Volgam (circa Sareptam) et in Caucaso. SEL. dimidiatum *Decandolle Fl. fr. 4. p. 325* in alpibus lepontiis ad descriptionem ost *SESELA annuum*, nec potuerant alii in iisdem locis praeter hanc aliam plantam reperire. *Marith guide du Botaniste dans le Valais p. 96.*

(Obs. SELINUM *latifolium* describit *Marsch. a Bieb. l. c.* „statum et habitu LASERPITII *latifolii*, foliola lata rigida reticulato-venosa, sicut tota planta glaberrima, serraturis minutis argutis, mucrone cartilagineo obliquo, inferiora ternata, superiora solitaria; foliolum terminale basi decurrente cum pari lateralium proximo saepe confluens; vaginae amplae patentes, superiores foliolis obsoletis. Umbellae umbellulaeque radius circiter 20; involucri et involucella polyphylla, foliolis subulatis. Petala alba. Semina quam in congeneribus majora, fere ut in *Ferula*. Hoc „addit in *Suppl. l. c.*“ distinguendum esse ab OREOSELINI genere monuit *Hoffmann Umb. Spec. II. p. 155*: conveniunt tamen fructui characteres generici, sicut *Chabraei*, involucri utrumque et styli longi.“) Sch.

(Quid: SELINUM *Pseudo-Carvisolia Crantz Hort. Paris. OREOSELINUM Hoffm. Umb. Gen. p. 155.*) Sch.

1215. PEUCEDANUM.

1. * *P. officinale*; caule tereti ramoso, foliis quinquies tripartitis, foliolis lineari-filiformibus laccidis, involuero ca-
duco oligophyllo, (pedicellis fructu longioribus. *M. a B.*)
P. majus italicum *Lob. Hist. p. 454. Ic. 782. Peucedanum*
Fuchs p. 599. Matth. ed. Valgris. p. 416. Do-
don. p. 317. Tabern. p. 163. Ger. emac. p. 1054.
J. Bauh. Hist. III. p. 36. Park. theatr. p. 880. Mo-
ris. Sect. IX. t. 15. Riv. pent. PEUCEDANUM offi-
cinale Linn. Spec. I. p. 353. Willd. Spec. I. p. 1405.
(excl. β.) Smith Brit. p. 304. Decand. Fl. fr. IV.
p. 336. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 215.
Suppl. p. 214. PEUCED. altissimum Desfont. Catal. p.
119. PEUCED. alsaticum Poir. Enc. V. p. 227. SELI-
NUM Peucedanum Crantz Umb. p. 60. Roth germ. I.
p. 133.) Schk. t. 63. Engl. bot. 1767. Plenck
t. 108.

*In pratis humidis passim per universam Europam (et in umbrosis circa Gandscham Steven.) 2. Huc trahere haud dubito P. ternatum Nuttall gen. amer. plant. I. p. 182 cujus descrip-
tio in aliam plantam mihi notam haud quadrat. In pratis Carolinae crescere dicitur. („Radix fusiformis, resinosa, odore sulphureo. Herba glabra. Caulis erectus striatus ramosus foliosus. Folia strigosa, foliolis acutis indivisis integerrimis. Umbellae magnae, radiis numerosissimis, exterioribus elongatis. Involucrum e foliolis paucis brevibus setaceis. Involucella pedicellis capillaribus duplo breviora. Flores lutei. Dentes calycini acuti inflexi. Petala aequalia incurva. Styli desflexi. Fructus ellipticus, utrinque sulcatus.“ *Smith.) Sch.**

(*Obs. PEUCEDANUM alsaticum Poir. Enc. meth. quoad folia hujus est loci, monente Poir et Enc. Suppl. IV. p. 376.) Sch.*

2. (*P. paniculatum Lois.;* foliis subsepties ternatis, foliolis filiformibus subsetaceis, caule superne paniculato. *Loisel. Fl. gall. p. 722. Decand. Fl. franc. Suppl. p. 513.*

In saxosis Corsicae. Robert. 2. Glabrum foliisque sub-
simile P. gallico β. Caulis erectus substriatus 2-4-ped., et ul-
tra. Folia radicalia maxima, caulina quater quinquiesque, su-
prema simpliciter ternata, petiolis dilatatis membranaceis sub-
vaginantibus, saepe aphyllis. Umbellae numerosae terminales
axillares paniculatae: hae radiis 6-8, illae 15-20. Involucrum
utrumque in umbella principe subdiphyllum, in reliquis nullum,
nisi parziale e foliolis 2-6. Flores flavi. Decand. et Lois.
Cls. Sprengel non recepit: nequidem ut synonymon.) Sch.

3. *P. gallicum Tourn.;* foliis triternatis, foliolis linea-
ribus nervosis divaricatis, involuero polyphyllo, fructibus ob-
longis, subalatis.

α . floribus albis, ante anthesin purpurascens. PEUCEDANUM gallicum Tourn. Inst. p. 318. Hist. d. plant. d. Paris. II. p. 478. Lapeyr. Hist. pyren. p. 149. (Pers. Syn. I. p. 310. n. 1*. PEUCEDANUM Gmel. Sib. I. t. 41. P. officinale Thuill. paris. p. 140. Poir. Enc. V. p. 226. (P. refractum Vill. fid. Spreng. l. c.) P. parisiense Decand. Fl. franc. IV. p. 336. Loisel. Fl. gall. I. p. 163. (St. Hilaire Fasc. p. 39. t. 5.)

In Sibiria, agro parisiensi et Gallia australi. 2.

β . floribus luteis. Peucedanum narbonense Lobel Hist. p. 453. Ic. 781. P. minus germanicum, J. Bauh. Hist. III. p. 36. P. 1. Ger. emac. p. 1054. P. vulgare Park. theatr. p. 880. P. majus germanicum Moris. Sect. IX. t. 15. M. italicum Barrel. p. 78. Magnol. bot. monsp. p. 201. P. officinale Gouan Fl. monsp. p. 216. (P. italicum foliis tripartitis filiformibus longioribus, umbellis difformibus. Mill. Dict. n. 2. Pers. Syn. I. p. 310. n. 3. P. officinale β . Bertolon Amoen. p. 157. P. officinale β . Willd. Spec. I. p. 1405.)

In agro narbonensi. Nuperi vero id commutant cum P. officinali et cum ipsa PIMPINELLA dioica, ut e PEUCEDANI minoris synonymis apud Poiretum Enc. Suppl. V. p. 228. elucet.

(Obs. P. gallicum non occurrere in regione pedemontana amicissimus. Balbis in litteris nos monuit. α sequentibus describit Sprengel Umb. Spec. p. 52.: caulis subcubitalis teres striatus glaber, inferne crassitie pennae anserinae, superne in ramos erectos liquescens. Folia radicalia petiolis spithamaeis teretibus, quaedam quinquies tripartita. Foliola $1\frac{1}{2}$ poll., 2 lin. lata, acuminata, marginibus revolutis, lateralibus divaricata, pleraque ternata, nonnulla bijugo-pinnata, superiora subternata. Umbellae terminales radiis 20. Invol. univ. caducum, foliolis subulatis, part. simile. Flores nunquam lutei. Fructus oblongus compressus margine alatus, jugis 5 obtusiusculis, valléculis ab apice ad basin vittatis. Decandolle l. c. notavit folia radicalia pedalia, invol. univ. foliolis 8-10. — In β folia radicalia cespitosa, una cum petiolis plusquam cubitalia, tri-quintuplicato-ternata, foliolis coriaceis linearibus canaliculatis praelongis integerrimis, dorso nervosis, margine incrassatis. Petioli teretes stricti striati, basi paululum dilatati in vaginam. Caulis teres striatus erectus dichotomus 8 ped., vaginis aphyllis. Umbella ampla concava radiis 12-20. Invol. univ. e foliolis 3-4 inaequalibus, deciduis, integris, 2-3 lin.; part. e foliolis pluribus linearibus subulatis inaequalibus umbellulâ brevioribus. Flores omnes fertiles. Petala luteola ovata inflexa, terminata squamulâ lacera, receptaculum fungosum lutescens. Germen oblongum cylindraceum, apice veluti truncatum, in semina dehiscens vix striata. Styli reflexi persistentes. Bertolon l. c.) Sch.

4. P. ruthenicum MB.; foliis triternatis, foliolis linearibus nervosis acuminatis patentibus, involucre subnullo, fructibus oblongis solidiusculis. (P. foliis triternatis, pinnulis

linearibus acutis longissimis, pedicellis longitudine fructus.)
Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 215. (Suppl. p. 214.) *P. tauricum Spreng. Umb. Spec. p. 53. (P. officinale Pall. ind. Taur. fide M. a B.)*

In *Russia meridionali et Tauria*. 4. A *P. officinali* differt latitudine et brevitatem foliorum, minus etiam multiplici divisione; a *P. gallico* defectu involucrorum et marginibus fructuum alatis. Forte huc pertinet *LIGUSTICUM longifolium* (foliis biternatis, radicalibus decompositis, foliolis lineari lanceolatis integerrimis.) *Willd. Spec. I. p. 1428*, ad quod perperam *Sweet Hort. subarb. p. 57*, citat *Moris. Sect. IX. t. 15. f. 1.*, quae est *FERULA Ferulago*. (Statura habitusque omnis *P. officinalis*. Differt foliis minus compositis et praecipue umbellarum radiis brevibus. Involucrum utrumque brevissimum. *M. a Bieb. Taur. Cauc. I. c.*“ Rami laterales umbelliferi in hoc et *taurico* semper alterni ut plurimum oppositi in *P. officinali*.” *M. a Bieb. Suppl. l. c.*) Sch.

(Obs. Occurrit passim nomine *FERULAE ruthenicae*, sub quo etiam *Spreng. Pug. I. n. 46. In Spreng. Umb. l. c.* legimus *PEUCEDANUM ruthenicum*, nec *tauricum*; sed junxit ibidem vir clarissimus *P. ruthenicum* MB. cum ejusdem *taurico*, utrumque denuo distinguente ipso auctore *Marsch. a Bieberst.* Videtur quidem cl. *Sprengel Umb. l. c. P. tauricum* adumbrare, sed, cum simul *L. longifolium Willd.* nunc huc quoque traxisset, dubii haeremus, quale ex *Biebersteinianis PEUCEDANIS* intelligi vult. Hinc diagnoses exc. *M. a Bieberstein* huc adscripsimus. *Willdenow* describit *l. c.* suum *LIGUSTICUM longifolium* sequentibus: „Folia radicalia decomposita, caulina biternata, foliolis petiolatis 6-7-uncialibus, 3 lin. latis, linearibus utrinque attenuatis integerrimis. Involucr. univ. nullum, parziale polyphyllum, foliolis setaceis. Semina vidi immatura. Figura *Peucedani majoris italici Moris. III. S. IX. t. 15. f. 1.* „addit“ cum nostra planta convenire videtur.” Specimina nostra *P. ruthenici* et *L. longifolii* quae clo. *Besser* debemus, distinctae omnino species, diagnosi a *Willdenow* et *M. a Bieb.* datis facile distinctu, et omnino quadrantes cum descriptionibus. *Besser in litt. LIGUSTICUM longifolium* nomine *PEUCEDANI Morisoni* distinguit a *ruthenico*, quocum *P. officinale Rochel exsicc.* e Banatu eadem planta. „Semina *FERULAE Besserianae Spreng.* „addit“ quae 1816 ex Odessa attuli, *ruthenico* simillima, ut distingui nequeant.“) Sch.

5. (*P. tauricum M. a Bieb.*; foliis quinquies tripartitis, pinnulis linearibus acutis brevibus, pedicellis longitudine fructus. *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 215.*

„*Ruthenico* paullo minus graciliusque. Folia multo minora, quamvis magis composita, pinnulis quadruplo brevioribus. An varietas?“ *M. a B. l. c.* Confer *P. ruthenicum. In Tauriae pratis montanis varius. 4.)* Sch.

6. *P. longifolium Waldst. Kit.*; foliis ternato-supradecompositis, foliolis subtriquetro-setaceis canaliculatis elongatis, involucreo subnullo, fructibus angustissime alatis.

Waldst. Hit, Hung. t. 251.
p. 54. excl. syn. *Poiret.*

Spreng. Umb. Spec. I.

In rupibus calcareis Banatus (ad Therm. Herculis). 4.
Flores lutei. (Tota glabra laevis odore ANETHI graveolentis, exsucca. Rad. pedalis, digitum crassa, extus obscure fusca, intus alba. Caulis solitarius erectus 4-5-ped., crassitie pennae cygneae, ramis alternis, summis binis plerumque oppositis, teres, striatus, glaber, rore caedo. Folia radicalia quintu-sex-tuplicato-pinnata, divisione ultimâ ternata, caulina minus composita, foliolis angusto-linearibus, acutissimis, apice fuscis, radicalium fere 1 1/2 poll., superiorum 3-poll. Petioli radicales teretes, intra divisionem subquadrangolo-ancipites. Vaginae caulinae purpureo-striatae, intus purpurascentes. Petioli compresso-ancipites, basi incrassati callosi. Umbella ampla rara subfastigiata, radiis 18-25, exterioribus bi-interioribus subsesquipollicaribus: pedicelli triceni in umbellulis. Involuer, univ, nullum, aut foliolo unico lineari-subulato: involucella subdodecaphylla. Cal. brevissime 5-dentatus. Petala inflexa obtusa emarginata aequalia, staminibus duplo breviora. Styli brevissimi. Semina oblongo-ovalia, lineis 3 elevatis, caeterum laevia. *Waldst. Hit.* Fructus alâ angustâ marginali, dorso jugis 5 obtusis, vittis 4 ab apice ad basin percurrentibus, rhaphe vittis 2 superficialibus. *Spreng.*) Sch.

7. *P. arenarium Waldst. Hit.*; foliis ternato-decompositis, foliolis linearibus obtusis rigidiusculis abbreviatis, involuero universalis subnullo. *Waldst. Hit. Hungar. I. t. 20.*
Willd. Enum. p. 303. *Spreng. Umb. Spec. p. 51.*
Baumg. transsylv. I. p. 317.

In clivis arenosis Hungariae (Pestini) et montibus calcareis Transsylvanicae, (Podoliae australis). 4. Flores flavi. (Rad. bi-triennis, saepe ultra 2 ped., extus nigro-fusca, intus alba, succo flavescente gravem odorem resinose spirante. Caulis 4-6 ped., crassitie digiti teres substriatus, rore caedo, superne alternatim ramosus. Folia radicalia cum petiolo 1/2-1-ped., tri-quadrupinnata, foliolis circiter pollicaribus, apice fusco-rubris, crassis. Petioli purpurascentes, inter pinnas angulati. Folia caulina bipinnata, petiolis brevibus aut nullis; in apice ramorum vaginae aphyllae. Umbellae 2-3 in singulo ramo, radiis valde inaequalibus, 1-3 poll., rectis, teretibus, 6-7 in principe, 5 in lateralibus. Umbellulae densae planiusculae pedicellis brevibus. Involuer. univ. in umbella tantum principali 1-2-phyllum, in reliquis nullum; parziale polyphyllum, lineari-subulatum, umbellulâ brevius. Petala aequalia integra acuta incurva, filamentis breviora. Semina fusca obovata apice emarginata, lineis 3-5 elevatis, margine latiusculo crassiusculo, nec membranaceo. *Waldst. Hit.* Occurrit MEUM sibiricum passim hoc nomine. *Spreng.*) Sch.

(Obs. „*P. arenarium*, dubia hujus generis species, mihi magis ad FERULAS adpropinquare videtur, cum tantum officinale, ruthenicum, longifolium *Hit.*, et LIGUSTICUM longifolium *Willd.* (*P. Morisoni nobis*) Peucedana e nostratibus genuina.“ *Besser in litt.*) Sch.

8. *P. Matthioli* Spreng.; foliis ternato-decompositis, foliolis trifidis pinnatifidisque patentibus, laciniis linearibus cuspidatis, umbellâ primordiali sessili, involucre nullo. *Peucedanum Matthioli* ad Valgris. p. 416. ed. Bauhin. p. 579. *Tabern.* p. 163. *P. tenuifolium* Poir. Enc. V. p. 228. *P. serotinum* Pers. Syn. I. p. 310.

In Italia crescere videtur. 4. Flores flavi. (Habitus *Ane-thi*. Caules erecti striati glabri ramosi 3-4 ped., foliis amplissimis; foliola ad minimum pollicaria, plana, ultimum trifidum bifidumve. Umbella univers. medioeris, radiis umbellularum numerosis inaequalibus, involucellis e foliolis setaceis inaequalibus dimidia fere radiorum longitudinis. Flores parvi flavicantes. Semina subovata subcompressa, dorso sulcata.) Sch.

(Obs. PEUC. *tenuifolium* Hort. Paris. esse SESELI *Pallasii* Spreng. monuit Besser in litt) Sch.

9. * *P. alpestre*; foliis ternato-decompositis, foliolis trifidis pinnatifidisque, laciniis lanceolatis subfalcatis venosis cuspidatis, involucre subnullo. *Ferula foliis libanotidis brevioribus alpestris*. Boerh. Lugdb. p. 65. PEUCEDANUM *alpestre* (foliolis linearibus ramosis.) Linn. Hort. Cliff. p. 93. Willd. Spec. I. p. 1405. Enum. p. 308 excl. synonym. (*tenuifolia* et *serotini* ad *P. Matthioli* spect.) Poir. Enc. meth. V. p. 228. Spreng. Umb. Spec. p. 56.

E *Bessarabia* Besser. (Linnaeo patria ignota). 4. (Rad. fusiformis albida, digitum crassa, 1 1/2 ped. Caulis cubitalis teres striatus glaber foliosus, ramis patentibus. Petioli communes teretes, pennae gallinaceae crassitie, partiales subangulati. Folia glabra, foliola remotiuscula basi cuneata aut in petiolos decurrentia, laciniis pollicaribus, 1 1/2 lin. latis. Umbellae omnes terminales, radiis 30. Invol. partiale foliolis pluribus linearibus. Flores albi. Fructus ovalis compressus, dorso jugis 5 obsolete vittisque quaternis linearibus, margine subalatus. Spreng. Poiret l. c. flores flavos dicit.) Sch.

10. *P. isetense* Spreng.; caule angulato ramosissimo, foliis ternato-decompositis, foliolis trifidis pinnatifidisque, laciniis lanceolatis cuspidatis venosis, umbellis axillaribus, involucre polyphyllo. *Peucedanum Gmel. Sibir. I. p. 190. 191. t. 42. 43.* *P. isetense* Spreng. Umb. Spec. p. 57.

In Sibiria; (provincia Isetensi). ♂. Flores ochroleuci. (Habitum ab omnibus *Peucedani* speciebus recedit, propius *Pimpin. dioicae*. Caulis cubitalis teretiusculus angulato-striatus, ramis erecto-patentibus. Folia numerosa glabra rigidiuscula, laciniis divaricatis. Umbellae axillares oppositifoliae, radiis 8 glabris, valde inaequalibus. Inv. univ. e foliolis 8 lanceolato-linearibus persistentibus, part. simile longitudine fere umbellulae. Fruct. ovalis compressus, jugis 5 obtusiusculis, margine subalatus. Spreng.) Sch.

11. * *P. nodosum*; caule ramisque pubescentibus nodosis, foliis ternato-decompositis, foliolis linearibus subtrifidis cuspidatis, involucri oligophyllo. *Daucus* III. *Honor. Bell. ad Clus. Hist.* II. p. 301. *Pon. bald.* p. 46. *J. Bauh. Hist.* III. p. 57. *Park. theatr.* p. 897. *Meum alexiterium* *P. Alpin. exot.* p. 338. *Park. theatr.* p. 888. *Libanotis minor apii folio.* *Moris. Sect.* IX. t. 17. *Ligusticum creticum joeniculi folio.* *Tourn. Cor.* p. 25. **PEUCEDANUM nodosum** (foliolis alternatim multifidis.) *Linn. H. Cliff.* p. 94. *Willd. Spec.* I. p. 1407. *Poir. Enc.* V. p. 229. *Spreng. Umb. Spec.* p. 57. **LI- GUSTICUM nodosum** *Willd. Herb.* n. 11.

In Creta et circa Ragusam. 4. (Rad. fusiformis alba, crassitie digiti minimi. Caulis cubitalis foliosus. Umbellae numerosae in apicibus ramorum, radiis 10-15. Inv. univ. foliolis linearibus, part. setaceis. Flosculi albi. Fructus non maturi videntur generis. *Spreng. l. c.*) *Sch.*

12. *P. aureum* *Ait.*; foliis ternato-supradecompositis flaccidis, foliolis pinnatifidis teneris, laciniis linearibus acutis, involucri subpinnatifido. (*P. fol. tripinnatis, foliolis caulinis lineari-lanceolatis, radicalibus oblongis multifidis.*) *Ait. Hort. Kew. ed. 1. I. p. 341. ed. 2. II. p. 135.* *Willd. Spec.* I. p. 1407. *Spreng. Umb. Spec.* p. 58.

In Teneriffa. 4. Flores flavi. (Caulis 3-ped. teres glaber subramosus foliosus, digiti medii crassitie; folia petiolis flaccidis vaginantibus quinques tripartitis; foliola tenera flaccida fere *Trichomanes*, laciniis brevibus: siccata fuscescunt. Umbellae terminales radiis 40-50 subinaequalibus glabris. Inv. univ. e. foliis aliquot imperfectis; part. polyphyllum, setaceum, umbellulis parum brevius. Fructus ovales compressi, dorso jugis 5 obsolete, vittis 4 stylis coronati. *Spreng. l. c.*) *Sch.*

13. *P. tenuifolium* *Thunb.*; foliis bipinnatifidis; laciniis lanceolatis oppositis alternisque marginatis involucri subhexaphyllo. *Spreng. Umb. Spec.* p. 59. *Thunb. Prodr.* p. 50. (*Fl. cap. II. p. 202.*) *Willd. Spec.* I. p. 1406.

Ad oppidum C. B. S. (Caulis teres erectus striatus subramosus totus glaber 2 ped. Rami alterni pauci patentes, caulis similes. Folia alterna, basi lata membranâ stipuliformi vaginantia; lacinae integrae margine reflexo-marginatae sensim breviores. Umbellae terminales multiradiatae. Involucrium utrumque 6-phyllum vel ultra, lanceolatum. Semina ovata marginato-alata; costis 5 elevatis utrinque laevia. *Thunb. In Prom. b. spei, prope urbem Cap et alibi.*) *Sch.*

14. *P. capillaceum* *Thunb.*; foliis bipinnatis; foliolis capillaribus sulcatis divaricatis, involucri polyphylo. *Spreng.*

Umb. Spec. p. 60. Thunb. Prodr. p. 50. (Fl. cap. II. p. 201.) Willd. Spec. I. p. 1406.

In valle lactis dulcis ad C. B. S. Flores lutei. (Caulis teres inanis striatus erectus totus glaber pedalis. Folia radicalia petiolata trichotome supradecomposita; foliola angulata reticulata. Petiolus striatus spithamaeus. Umbellae terminales multiradiatae. Involucrum utrumque 6-phyllum lanceolatum. Petala ovata. Semina ovata compressa marginato alata utrinque sulcata, costis tribus elevatis. Thunb. In Prom. b. Spei, in montibus prope Zoete Melks valley.) Sch.

15. *P. japonicum Thunb.*; foliis quinquies tripartitis, foliolis cuneiformibus incisissimis, tri- aut quinquefidis. *Thunb. Fl. cap. p. 117. Willd. Spec. I. p. 1406. Apium litorale K. a e m p f. Amoen. p. 825.*

In Japoniae maritimis. (Tota glabra. Caulis teres flexuosus erectus ramosus, crassitie pennae anserinae vix pedalis. Rami alterni divaricati ramulosi cauli similes. Folia petiolata. Petioli vagina amplexicaulis lata striata. Umbellae in ramis et ramulis terminales multiradiatae compositae subfastigiatae. Semina ovata compressa, lineis elevatis exarata, margine parum alata. Thunb.) Sch.

16. *P. Vocontiorum Spreng.*; caule adscendente, foliis bipinnatifidis glabris, laciniis oblongo-lanceolatis mucronatis subincisis, involucri submonophyllo, involucellis nullis. *HERACLEUM pumilum Vill. Delph. II. p. 640. t. 14. Willd. Spec. I. p. 1424. Loisel. Fl. gall. I. p. 166. HERACL. minimum Lam. Enc. I. p. 403. Decand Fl. franc. IV. p. 316. PEUCEDANUM Vocontirum Spreng. Umb. Spec. p. 51.*

In alpibus cottiis, antiqua Vocontiorum sede. 4. (Rad. horizontalis, alba. Caulis basi prostratus, spithamaeus vel dodrantalis, glaber, angulato-sulcatus, aciae sutoriae crassitie, ramis patentibus. Folia ternata utrinque glabra; foliola petiolata, laciniis subunguicularibus cuneatis. Pedunculi axillares oppositifolii patentibus, digitales. Umbella composita, radiis subquinis aequalibus: flosculi aliquot steriles. Petala alba subirregularia. Fructus glaber compressus, dorso striis 5 tenuissimis, apice attenuatus, ut ad Peucedani genus proxime accedat. Spreng. Sem. plana, striis 5 mediocribus.) Sch.

17. *P. verticillatum Rafin.*; foliis decompositis, foliolis filiformibus, inferioribus subverticillatis. *Robin. II. Louis. III. p. 461. Rafinesque Fl. Ludovic. p. 81.*

In humidis Louisianae.

18. (*P. lusitanicum Hoffmannsegg*; foliis supradecompositis, foliolis pinnatis linearibus angustissimis, involucris involucellisque polyphyllis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Lusitania. 4. Comes a Hoffmannsegg.) Sch.

19. (*P. rupestre Hoffmannsegg*; foliis supradecompositis, foliolis linearibus angustissimis tripartitis, involucris involucellisque polyphyllis, umbellulis subquinquefloris. *Reliqu. Willd. MS.*)

In Lusitania. 4. Comes ab *Hoffmannsegg*.) Sch.

20. (*P. junceum Humb. et Bonpl.*; foliolis triternatis linearibus, caule subaphyllo. *Reliqu. Willd. MS.*)

In America merid. 4. *Humb. et Bonpl.*) Sch.

(Quid: PEUCEDANUM album *Hollw. Hort. Copenh. et Gorenk.* p. 46, quod OREOSELINUM jubet *Hoffmann Umb.* p. 155.)

1216. HERACLEUM.

1. * *H. Sphondylium*; foliis pinnatis bijugis scabro-hirsutis dentatis, foliolis lateralibus sinuatis, extremo trilobo palmato acutiusculo, floribus albidis subdifformibus, fructibus glabriusculis. *Acanthus germanica Fuchs* p. 53. *Sphondylium Dodon.* p. 307. *Lob. Ic.* p. 703. *J. Bauh. III.* p. 160. *Dalech.* p. 734. *Tabern.* p. 280. *Ger. emac.* p. 1009. *Park. theatr.* p. 953. *Sph. vulgare hirsutum. Moris. Sect. IX. t. 16.* *Riv. pent. (Hall. Helv.) n. 809.* HERACLEUM *Sphondylium Linn. Fl. suec. n. 243.* *Willd. Spec. I.* p. 1421. (*Smith Brit. p. 939.*) *Engl. bot. p. 939.* (*Plenck t. 175. Schkuhr t. 67.* *H. proteiforme Crantz austr. III. p. 11.* HERACLEUM *Branca ursina Allion ped. n. 1391.* SPHONDYLIIUM *Branca Scop. carn. n. 335.* *Mönch meth. p. 83.* SPHONDYLIIUM *Branca Ursina Hoffm. Umb. Gen. p. 132. t. 1. f. 11.)*

In pratis per omnem Europam. ♂.

β. *H. angustifolium Jacq. vindob. p. 217. t. 2. f. 1. 2.* merito a *Crantzio austr. 151. t. 2.* varietas vulgaris habetur. (Ipissimus vero auctor, *Jacquin H. angustifolium f. 1.* idem asserit esse cum suo, seu potius *Crantziano*, HERACLEO elegante, quod infra sub γ.; f. 2. vero longifolium dicit *Fl. Austr. II. p. 46.*) Similis varietas in sylvis nostris occurrit, floribus magis radiatis, quam primus *C. Bauh. Prodr. p. 83. n. 1.* memorat, dein *Plukn. t. 63. f. 3.* icone expressit. *Linnaeus* vero *Fl. suec. n. 243.* et *Halter stirp. n. 809* inconstantiam formae probarunt. Huc *WENDIA Chorodanum Hoffm. Umb. I. p. 139. (?)*

γ. elegans *Jacq. austr. t. 2. 175.* (*H. foliolis decussive pinnatifidis dentatis.*) *Willd. Spec. I. p. 1422.* *Baumg. transsylo. I. p. 215* non minus huc pertinet.

(Obs. *Linnaeus* SPHONDYLIO subscripsit: „foliola utrinque hirsuta ac scabra.“ — „Rad. fusiformis. Caulis 4-ped., erectus, ramosus, foliosus angulatus sulcatus scaber. Folia ternata vel pinnata, varie pinnatifida et incisa, subtus pubescentia. Stipula petiolo adnata, ventricosa, extus hirsuta. Umbellae planiusculae albae, interdum rubicundae radiatae. Involucrum utrumque foliolis lanceolatis deciduis. Petala inflexo-cordata. Fructus latissimus glaber utrinque trinervis.“ *Smith*. *Smith*, qui huc instar β duxit, cum? licet, HERACL. *longifolium* *Jacq. austr. t. 175*, HERACL. *angustifolium* suum: foliolis linearibus longissimis decurrentibus, basi lobatis cruciatis laevibus margine scabris, floribus haud radiatis virescentibus, *Fl. brit. p. 307*, ad quod *H. angustifolium* *Linnae. Mant.* prius, et sine dubio distinctum dixit a *Sphondylia*, serius, p. 1394, *Sphondylia* varietatem jubet, et ab *H. angustifolio* *Linnae.* diversum asserit. WENDIAM quod attinet vide sub *angustifolio*. γ subscripsit *Willdenow*: „foliola pinnatifida, laciniis distantibus, angulo intermedio subovato.“ *Jacquini l. c. p. 46. t. 175.* de *H. elegante* *Crantz fasc. p. 155. t. 2. f. 1.* (quod ipse asserit *Jacquinius* cum suo *angustifolio vindob. p. 117 t. 1. f. 1.* esse unum idemque) dicit: „planta 1-4 ped., habitu *longifolii* et *angustifolii*. Convenit fructificatione cum *H. longifolio*; foliis propius accedit ad *H. angustifolium*; tamen ab hoc etiam sic, magisque a reliquis, diversum: scilicet lacinae valde angustae, nec longae, tum multum confluentes. Folia plerumque ternata, sed inveniuntur etiam ultra divisa in individuis majoribus.“ Praeterea nihil addidit div. *Jacquini*. Hoc *Jacquinianum* s. potius *Crantzianum* *H. elegans* nobis saltem videtur *H. angustifolium* *Deeand. Fl. fr. Suppl. p. 510.*) Sch.

2. *H. angustifolium* *Linnae.*; foliis decursive pinnatis subdecussatis lanceolato-linearibus subtus asperis, floribus uniformibus viridiusculis, fructibus glabris. *Sphondylium folio angustiori Riv. pent. Panax Heracleum Barrel. p. 707.* HERACLEUM *angustifolium* (foliis cruciato-pinnatis, foliolis linearibus, corollis flosculosis.) *Linnae. Mant. p. 56. Jacq. austr. II. t. 173. Willd. Spec. I. p. 1422. Lam. Enc. I. p. 402 excl. synom. Plukn. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 222. (??) Besser galic. I. p. 210. Baumgart. transsylv. I. p. 214. H. longifolium Jacq. austr. II. t. 374. Host Syn. 155. (H. foliorum pinnis longissimis. Murr. S. V. p. 282. H. angustifolium β . Willd. Spec. I. p. 1422.) H. flavescens (fol. pinnatis, foliolis quinque oblongis pinnatifidis acuminatis dentatis, margine scabris, floribus radiantibus.) Willd. Spec. I. p. 1421. Baumgart. transsylv. I. p. 214.*

In Germania australi, Italia, Galicia, Transsylvania et Tauria. ♂. („Statura *H. Sphondylia*, sed foliola angustissima, linearia, ad petiolum communem pinnata cruciatim, scilicet ad singula genicula quaterna; anteriore foliolo basi lobato. Flores uniformes, virides, albi.“ *Linnae.*)

(Obs. I. *Murray S. V. XV. p. 299* dubitavit, utrum *H. angustifolium* *Jacq.* hujus sit loci. *Sphondylium* vero *hirsutum minus*, foliis tenuiter laciniatis *Pluk. phyt. t. 63. f. 3* sine dubio huc duxit. *H. lon-*

gifolium Jacq. distinctam esse speciem jussit. — Willdenow et Persoon ll. cc. HERACLEUM *longifolium Jacq.* fecere β . *angustifolii Linn.*, et HERACLEUM *angustifolium Jacq.* quod propriam constituere speciem monent, dixere HERACLEUM *flavescens*. — HERACLEUM *angustifolium et longifolium Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.* l. c. sunt varietates WENDIAE *Chorodani*, monente ipso M. a Bieb. *Suppl. p. 228.* H. *angustifolium et longifolium* distinctissimae sane species. Primum, ad quod *Jacquin H. angustifolium Linn. S. V. p. 210. Mant. p. 57.* non nisi cum? duxit: „staturá *Sphondylii*, caulis striato-sulcatus pilis albis, 3-4-ped.; foliorum laciniae quam in *Sphondylia* angustiores, acutae, facie glabrae, dorso imprimis ad nervos hirsutulae. Petala viridia, idque modo saturate, modo cum aliqua flavedine dilutius, subaequalia totius umbellulae omnia, nulla vero unquam radiata a me visa aut alba, caeteram subovata, quandoque latiora, patentissima, propter inflexum obtusum apicem subcordata. Germina virent, pallent filamenta, antherae cum virore flavent. Semina *Sphondylii*. Involucr. univ. aut nullum, aut simile partiali e foliolis linearibus acutis reflexis. Hoc in alpinis.“ *Jacq. l. c.* Alterum vero (ad quod *Jacquin* suum H. *angustifolium vind p. 217. t. 2. f. 2. Riv. pent. t. 5. et, cum? H. palmatum Crantz fasc. p. 155.*) „longitudine insigni laciniarum foliorum omnium magis abscedit a *Sphondylia* quam reliqua, sunt enim hae laciniae primariae semipedales, in culta pedales etiam, ex lanceolato-oblongae, acutae, superne glabrae, subtus asperae, parum et breviter subdivisae: et vel in tenella adhuc plantula folia sunt palmata in lacinias longas. Caulis pilis albis asper, 2-4-ped., striato-sulcatus. Involucr. univ. saepe nullum vel polyphyllum foliolis linearibus acutis particulari simile. Petala alba, subovata, ob inflexum apicem subcordata, exteriora radiantia majora et semibiloba. Fructus idem cum aliis.“ *Jacq.* Divus Willdenow HERACLEUM *angustifolium*, quod ad suum *flavescens* traxit, non videtur nec in icone nec in sicco specimine vidisse, cum in *flavescente* flores radiantes peteret, quos „nullos unquam radiatos vidit“ div. *Jacquin*, nec nos in *angustifolio.*) Sch.

(Obs. II. WENDIAE *Chorodani Hoffm. Umb. 2. I. p. 139. lit. f. 12. 13. t. B. f. 8. et Illustr. Umb. p. 24. tres* nunc distinxit varietates excell. M. a Bieb. *Fl. Taur. Cauc. Suppl.*

α . HERACLEUM *longifolium*, foliolis inferioribus ovatis sublobatis serratis, superioribus cruciatis pinnatis linearibus, umbellis radiantibus. *Fl. Taur. Cauc. p. 223. (exclus. synonym.) Catal. Hort. Gorenk. 1813. p. 46.*

β . *humilior*; foliorum superiorum pinnulis minus elongatis, radio minus amplo. HERACL. *angustifolium* foliolis lanceolatis decussive pinnatifidis dentatis, umbellis aequalibus *Flor. Taur. Cauc. p. 222. (excl. synonym.)*

γ . *humilior*; foliorum superiorum pinnulis vix elongatis, corollis roseis valde radiantibus. HERACLEUM *roseum*, foliolis omnibus ovato-lanceolatis sublobatis serratis, umbellis radiantibus. *Stev. Mem. Soc. Nat. Cur. Mosq. III. p. 260.*

Rad. longa daucina albicans ♂. Caulis erectus 1-1 $\frac{1}{3}$ ped. striato-angulatus, inferne pilis rigidis pellucidis retroversis copiosis, superne minus hirtus, ramis umbelliferis alternis. Folia pinnis plerumque cum

impari-bijugis, subinde loco imi paris pedicelli breves oppositi, singuli pinnulis 3; in superioribus foliis pinnae ternatae. Petioli hispidi vaginis oblongis striatis subvillosis. Pinnae polymorphae ovatae sublobatae inciso-serratae, mox lanceolatae, superiorum foliorum lineari-lanceolatae acuminatae, basi saepe lobo elongato consimili deussatim auctae, omnes supra sature virides pilis sparsis hirtae, subtus pallidae villisque crebrioribus subcanescentes. Umbellae radiis 8-15, pubescentibus. Involucrum foliolo uno alterove caduco. Involucella brevia, in vulgari paucifolia cito evanida, in β et γ polyphylla diutius, ut videtur, persistentia. Flosculi in vulgari valde difformes, ambitus eximie radiantes, petalis 3 exterioribus bipartitis, intermedio maximo, omnibus niveis, ante explicationem carneis; in β radius umbellae minus amplus, in γ perquam speciosus: petalis radiantibus latioribus. Germen leviter pubescens. Fructus formâ *Heraclei*, omnibus generis minor, vittis latis clavatis plerumque dimidiam fructus longitudinem haud attingentibus, apice ad carinam coeuntibus, dorsalibus omnium varietatum constanter nullis. Habitu *H. austriaco* proximum et insigni umbellae radio. De *H. roseo* in alpe *Kaischaur* haud penitus certus sum, quum fructus deficiant. *M. a Bieb.* Semina in α fragrantia monet *els. Hoffmann* l. c. In *Caucaso*. α ad acidalam *Narzana* *Caucasi*.) Sch.

3. * *H. sibiricum*; foliis pinnatis bijugis, foliolis remotiusculis sinuato-lobatis obtusis utrinque fructibusque obcordatis glabris, floribus virentibus uniformibus. *Panax Gmel. Sibir. l. t. 50.* *HERACLEUM sibiricum Linn. Mant. p. 354.* *Willd. Spec. l. p. 1422.* *Lam. Enc. l. p. 402.* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 223. (Suppl. p. 223.* *H. austriacum Pall. ind. Taur. Habl. Taur. p. 162.)*

In *Tauria* et in *omni Sibiria*. 4. (♂. *Linn. et Marsch. a Bieb.* „Caulis profunde sulcatus hispidus. Folia convexa laevia. Flores flosculosi, minime radiati. Petala viridia, incurvata, minime emarginata. Involucrum univ. nullum. Pedicelli s. pedunculi partiales scabri. Foliorum vaginae basis barbâ albâ densâ.“ *Linn.* „Folia composita, foliolis ovatis angulatis sublobatis, baseos petiolatis, tribus supremis ternatis confluentibus, intermediis simplicibus. Petala luteo-viridia.“ *M. a Bieb. Taur. Cauc. l. c.*) Sch.

(Obs. „Hoc non solum in *Sibiria*, sed et per omnem *Rossiam* abundare refert *Gmelin* l. c. praef. II. p. 23; nostri autem, quod ipsissima delineata et descripta in *Flora sibirica* planta, nil nisi varietas minus latifolia atque hispida videtur *H. flavescens* (*Besser galic. n. 345. Schult. Obs. p. 56. Hoffm. Umb. 2. l. p. 144. H. angustifolium Jacq. austr. t. 173. Wahlb. carp. 272.*)^{c)} cui iterum

^{c)} *HERACLEUM flavescens* nostrum (*angustifolium* *Jacq.* nec *Willd.*) non est varietas *sibirici*. Prioris folia quinata, paria nempe duo cum impari, folia *H. Sphondylii* referentia; hujus vero constanter ternata. Nec semina eadem. *H. Sibirici* duas possideo varietates, culturâ examinandas, anne species distinctae? In vulgari foliorum lobi ovati, semina magis subrotunda obovata, leviter emarginata, margine angustiori com-

per affine *H. angustifolium* Linn. hispiditate minore, pinnis superioribus admodum elongatis subintegerrimis, radiis umbellularum magis elongatis, corollis magis virentibus dignoscendum. Fructus nullius constantis notae; nec repugnant *H. Sibirici* semina depicta in *Hoffm. l. c. p. 143. t. 1. B. f. a. b.* Nullum ex dictis esse potest *H. flavescens* Willd. *Spec. (excl. syn. Jacq)* ob flores radiantēs ex mente *Sprengelii* (*Prodr. p. 12.*) ad *H. Sphondylii* varietates angustifolias referendum. Aequè diversum est *Heracleum* illud, ab incolis Sibiriae maxime orientalis inter eupedines habitum, *herba dulcis Rossorum* *Gmel. (Sib. 1. p. 213. n. 29. praef. ad 1. p. 23)* cui tribuuntur a *Gmelin* cantes saepe orgyales, folia subtus albido pilosa, involuella longitudine umbellulae et corollae albae; planta hucusque haud satis nota, *H. Sphondylis* affiniibusque propior. Ad *HERACL. pyrenaicum* hoc trahit *Spreng. Umb. rar. sub n. 44*, vix tamen recte. (*M. a Bieb Suppl. l. c.*) *Sprengel Pallasio* olim *H. sibiricum* nomine *H. taurici* tolit. Confer *Umb. Spec. I. p. 44*. Cum *cls. Hoffmann Umb. Gen. I. p. 144.* synonyma omnia supra adducta cum? adduxisset, et suum hic *HERACLEUM sibiricum* seminibus obcordatis *T. 1. B.* aequum est cum? adduci. Depinxit semina e *collect. H. Gorenk.* lecta a *D. Merk* in itinere *Belling.* Inter *Heraclea* maxima; vitae dorsales exteriores duplo crassiores interioribus paullo longioribus.) *Sch.*

4. * *H. Panaces*; foliis pinnatis bijugis subtus tomentosis, extremo sinuato lobato, laciniis cuminatis serratis, floribus radiantibus albis, fructibus glabriusculis. *Panaces Heracleum Matthiol. ed. Banh. p. 544. Dalech. p. 740. Dodon. p. 307. Lobel Ic. p. 701. J. Bauh. III. p. 161. Tabern. p. 124. Ger. emac. p. 1003. Park. theatr. p. 949. Panax sphondylii folio Moris. Sect. IX. t. 17. Heracleum Linn. Hort. Ups. p. 65. Lam. Ill. t. 200. f. 2. HERACL. Panaces Linn. Spec. ed. Reich. 1. p. 687. Lam. Enc. 1. p. 402. Willd. Spec. 1. p. 1423. HER. setosum Lapeyr. Fl. pyren. 1. 81. Hist. pyren. p. 153. (Suppl. p. 43 ubi minime cum amplifolio conjungendum esse monet auctor)*

In alpidibus australioribus Europae. 4. (♂ *Linnaeus*, qui „folia subtus tomentosa“ adjecit. „Caulis brachialis 3- (et 5) ped., strictus, parum ramosus, 1-2 poll. crassus, sulcatus, tomentosus. Folia supra villosa, 3 ped., 2 ped. lata; inv. univ. subnullum. *Spreng. l. c.*) *Sch.*

(Obs. *H. setosum* *Lapeyr. a Decandolle Suppl. Fl. fr. p. 510.* *H. pyrenaici* β dicitur; distinguitur a *pyrenaico* foliis inferioribus trifidis nec integris, laciniis lateralibus subinde petiolatis.) *Sch.*

5. (*H. pubescens* *M. a B.*; foliis pubescentibus, caulinis ternatis, foliolis subpalmato-pinnatifidis dentatis, laciniis

colore; in altera foliorum lobi oblongi acutiores, semina basi magis attenuata, obovata, margine latiore albido, profundius emarginata.) *Besser in litt.*

sinibusque acutis, umbellis radiantibus, fructibus ellipticis disco subvillosis. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl.* p. 225. *H. Panaces?* *Stev. Mem. Soc. N. C. mosq.* III. p. 259.

H. speciosum (foliis pinnatis, foliolis ternatis quinatisve sinuato-lobatis dentatis, floribus radiatis.) *H. Dorp?* (ex conject. *Hoffm. Umb. p.* 135.) *SPHONDYLION pubescens Hoffm. Umb. 2. I. p.* 134. 135.

Caulis brevis crassus profunde sulcatus, pilis sparsis e puncto purpureo basi et ad angulos hispidus, superne villosus. Folia pleraque ternata, petiolis piloso-hispidis, foliolis breve pedicellatis amplis parum pubescentibus subtus pallidioribus, sinibus acutissimis, lobis oblongis inaequaliter dentato-serratis subincisis. Vaginae superiores latae cucullatae, summae subaphyllae. Umbella amplissima, radiis villosis. Involucrum foliolo uno alterove caduco: involucella oligophylla brevia caedua. Flosculi albi radiantes. Germen villis copiosis mollibus albis. Fructus congenerum majores elliptici, maturi fere nudi. Semina vittis insignibus, dorsalibus ad duas tertias porrectis, valde clavatis, mediis paullo longioribus, commissuralibus brevioribus rectiusculis crassis. Variat in Caucaso amplissimis foliis caule petiolisque valde verrucosis, in Tauria fructibus (magnitudine in hoc genere inconstantibus) duplo minoribus. *M. a B. In Tauria maxime meridionali, in Caucaso prope Chinalug.*) Sch.

(Obs. „Distinguitur a *SPH. villosa* et *subvillosa* fructibus ovalibus pubescentibus seu sparsis distinctis pilis jam germi adpersis. Quorsum spectat ratione fructus *HERACL. longifolium Jacq. austr. t.* 174: *Stylopodium* praeterea in *longifolio* valde crispatur membranaceum. Petala e virescenti albida. Vittae angustatae? Semina oblonga, tenuissime pubescentia, margine nuda. Vittae longae turgidae, incrassatae basi, mediae longiores, commissurales fere aequali latitudine, dimidiam partem seminis attingentes. *Hoffm. l. c.*) Sch.

6. (*H. caucasicum Stev.*; foliis ternatis longe petiolatis dentatis supra glabris subtus pubescenti-scabris: foliolo intermedio trilobo, floribus subradiatis albis. *Stev. Mem. Soc. nat. Cur. mosq.* III. p. 259. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p.* 226.

In alpestribus *Caucasi orientalis ad torrentem Jucharibasch*: Simile pubescenti. *Cls. Sprengel non recepit.*) Sch.

7. *H. pyrenaicum Cusson.*; foliis ternato pinnatifidis subtus tomentosus, extremo sinuato lobato, laciniis obtusis dentatis, ramis subverticillatis, involucris persistentibus, floribus albidis radiantibus, fructibus pubescentibus. *Sphondylium orientale amplissimo folio caule brevi. Tournef. Cor. p.* 22. *H. pyrenaicum Lam. Enc. I. p.* 403. (*H. alpinum* β . *Pers. Syn. I. p.* 314.) *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Canc. I. p.* 224. (?) *Willd. Enum. p.* 312. *Loisel. Fl. gall. I. p.* 166. *Spreng. Umb. Spec. p.* 45. *H.*

amplifolium Lapeyr. Fl. pyren. t. 79. Hist. pyren. pl. p. 153. (H. platyphyllum Ramond pyr. ined.) HER.

palmarium Baumg. transsylv. 1. p. 215. HER. specio-

sium Hoffm. Umb. p. 134. 135. (?) Hornem. Hort.

Havn. 1. p. 279. HER. *gummiferum* (fol. simplicibus cor-

datis trilobis dentatis subtus pubescentibus.) Willd. Hort.

berol. t. 53. 54. Enum. p. 312 in olla educatum, degener.

HER. *asperum* Fisch, apud Hoffm. Umb. p. 134. (qui sub

SPHONDYLIO *aspero*. H. *asperum* fol. inciso-lobatis ser-

ratis acutis, supra scabris, subtus pubescentibus, umbellis ra-

diantibus, fructibus orbiculato-ellipticis scabriusculis. Marsch.

a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 224.)

In Pyrenaeis, Transsylvania, Tauria et Caucaso. 2.

(Media H. *Sphondylium* inter et *alpinum*; folia subtus tomento

tenui albo velutino simplicia rotundata ad medium usque incisa

in lobis 5-7, superiora profundius incisa, minusque obtusa,

omnia basi cordata; caulis sulcatus pubescens parum ramosus,

2-5 ped.; umbellae magnae, fructusque H. *alpini*; involucrium

utrumque foliolo 1-3. Decand. l. c. Semina plana orbicula-

ria utrinque lineis 4 fuscis non ad basin usque protensis.

Lam. l. c.) Sch.

(Obs. I. Willdenow l. c. H. *gummiferum* e seminibus in Gummi am-

moniaco repertis eduxit; huic: „rad. fusiformis spithamaea albida bien-

nis; caulis 3-ped., ramosus, erectus, basi pollice crassior, profunde

sulcatus, ramis oppositis; folia radicalia spithamaea, petiolis tereti-

canaliculatis, caulina opposita, 3-4-poll., petiolis basi margine folia-

ceis ventricoso-vaginat. Umbella amplissima multiradiata, umbellula

multifloris convexis. Involucr. univ. polyphyllum, foliolis lineari-lanceo-

latis deciduis, part. polyphyllum subpersistens. Flores marginales her-

maphroditi radiati, centrales aequales absque germine. Cal. margo ob-

soletus. Corollae albae, petalis binis exterioribus obcordatis dilatatis

magnis. Styli brevissimi stigmatibus capitato. Fructus oblongus, leviter

emarginatus. Semina marginata levissime striata. Odor peculiaris, fere

Pastinacae: gummi nullum fundit nullibi. Affine alpino.“ „HERA-

CLEUM *pyrenaicum* in Herb. Willd. sub tribus nominibus adest: H.

amplifolium Lapeyr., *pyrenaicum* Adans., et *gummiferum* Willd.

Spreng. Umb. p. 46. H. *asperum* Fisch, varietas hujus mihi esse

videtur.“ Spreng. ibid. p. 46. Interea tamen HERACLEUM

gummiferum Willd. et *pyrenaicum* distinctissimas esse species contra

alm. Sprengel olim dixit Römer in litt.; specimina sua non vidi-

mus. H. *speciosum* et *gummiferum* Willd. idem esse novimus; sed

H. *pyrenaicum* differre a *gummifero* staturâ parum minore, foliis subtus

tomentosis, lobo intermedio trilobo monuit ipse Willd. in Enum. l. c.

Etiam M. a Bieb. Suppl. p. 226 non consentit cum clo. Sprengel,

H. *gummiferum* Willd., immo H. *asperum* Fischeri, jungeat eum

pyrenaico, monens adhuc, H. *pyrenaicum* Lam. sedulo eum *pyrenaico*

e Caucaso comparandum esse. H. *asperum* apud M. a Bieb. l. c.

„speciosa planta, 6-ped.; caulis profunde sulcatus, ad angulos præ-

sertim setis brevissimis. Folia H. *Panaces* fere formae, lata, basi cor-

data, in lobos inaequales acutos sinibus angustis obtusis divisa, inae-

qualiter dentato-serrata, supra viridia valde scabra, subtus pallescentia.

Umbellae amplissimae, radiis ad 40 elongatis sulcatis asperis. Involucrum foliolis paucis reflexis asperis subulatis caducis, involuclum foliolis multis subulatis pedicellis brevioribus. Umbellulae radiis numerosis tenuibus elongatis asperis. Corollae albae cum virore aliquo, ambitus longius pedicellatae eximie radiantes, petalo radii ultra medium bipartito, laciniis angustis. Germen setulis minimis sparsis. Semina minora, rotundiora congenerum, sub lente pubescentia, vittis dorsalibus mediis longioribus subfiliformibus, commissuralibus longitudine lateralium evidentius clavatis. „Fructus immaturi subfusi, aculeis brevissimis obtecti: semina fere glabra, subrotunda. Vittae angustiores quam in reliquis, commissurales, derasa membrana neque minus acuto sub angulo connexae.“ *Hoffm. l. c.*) Sch.

(Obs. II. *Hoffmann*, qui recte *Umb. Gen. p. 135.* monet in *HERACL. gummifero Willd. t. 53. 54.* seminum vittas esse inversas pictas, distinguit hanc plantam specie a specioso *Rud. H. Gorenk. et Berol.*, utrumque ab *amplifolio H. Dorp.* et *pyrenaico caucasico Willh. et Hort. Dorp.* „*SPH. speciosum Rud. H. Gorenk.* habet „ait *p. 134.*“ fructus ovales aculeatos, aculeolis disci et raphes conformibus vel minoribus.“) Sch.

8. *H. villosum Fisch.*; foliis sinuato-pinnatifidis argute dentatis acuminatis subtus tomentosis, flosculis albidis radiantibus, fructibus oblongis ciliatis dorso lanatis. ? *HERACL. foliolis pinnatifidis Gmel. Sib. I. p. 213.* *HERACL. pyrenaicum Horn. Hort. Havn. II. p. 960.* *HERACL. villosum Fisch. apud Hoffm. Umb. p. 134.* *Spreng. Umb. Spec. p. 46.* *HERACL. decipiens et marginatum Fisch. apud Hoffm. Umb. p. 134.* *HERACL. laciniatum Hornem. Hort. Havn. I. p. 279.* (*SPHONDYLIIUM villosum Hoffm. Umb. Gen. p. 133.*)

In Sibiria.

(Obs. I. *Exc. Marsch. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 226.* *HERACL. decipiens et marginatum Hoffm.* jungit cum suo *pyrenaico Fl. Taur. Cauc. p. 224*, et monet *H. villosum Spreng. Umb. n. 46* a suo sibi non differre videri. *H. pyrenaicum Willd. Enum.* sine dubio ad suum *pyrenaicum* laudat, attamen dubitat nunc de synonymo *pyrenaico Lam. et Decand.* olim ab illo ad suum *H. pyrenaicum* (fol. simplicibus lobatis denticulatis subtus tomentosis, umbellis aequalibus seminibus margine ciliato scabris) adducto, cujus sane diagnosis magis ad *villosum* quam ad *pyrenaicum* quadrat, ut etiam ejusdem correctio in *Suppl. p. 226* ubi „flores ambitus non, uti dixi, uniformes „monet,“ sed radiantes, radio attamen minus insigni.“ „Affine alpino, sed staturâ, pube et foliorum margine denticulato satis distinctum. Odor fortis non ingratus, rutaceus. Germina villis longis albis patulis valde hirsuta. Fructus orbiculato-elliptici, villorum germinis basi persistente imprimis margine insigniter asperi. Vittae dorsales subaequales parum clavatae, commissurales multo breviores, tenuiores, rectiusculae.“ *Marsch. a Bieb. II. cc.*, qui addit: ad *H. pyrenaicum* suum propius quam ad *H. longifolium Fl. Taur. Cauc.* accedere *H. commemoratum a Steven (Mem. Soc. nat. Cur. mosq. III. p. 259.)* tanquam *longifolii* varietatem lectam ad rivum Chodjal prope Chinalug: „caule brevis vix

pedali, saepe umbellâ breviorē, pedunculis scabris, foliis bijugis crebro denticulatis utrinque pubescentibus subtus pallidis, floribus maximis radiatis, germine hirsutissimo et quam pro distincta specie, nomine *H. grandiflori*, nuper in litt. ad *M. a Bieb.* tradidit ill. *Steven.*) Sch.

(Obs. II. Interest hic notasse, quae cl. *Hoffmann Urb. Gen. p. 133.* monuit ad *H. villosum*: „Secundum viva exemplaria et quoad semina omnium distinctissimum est *SPHOND. villosum*, germine et fructu ovali maturescente jam ab initio longis densis pilis obtectis, quem villum semina obovata ovalia non dejiciunt, margine et rhaps praeterea aculeolis munitis. Vittae dorsales 2 interiores paulo longiores exterioribus crassioribus, commissurales breviores angustiores, rectae, conjugatae, omnes satis crassae et clavaeformes. Flores speciosi candidissimi. Lacinula acuta. Huc pertinent *H. giganteum Hort. Gor. Cat. p. 46.* cum varietatibus aliis ejusdem nominis. *SPHONDYL. subvillosum* germine et fructu obovatis, pilis brevibus intertextis vestitis, late marginatis, rhaps prominente (in villosis magis latente) distincte aculeata, est *HERACL. giganteum Londes H. Gorenk.* „(quod cl. *Sprengel Umb. Spec. p. 43* idem esse cum *HERACL. elegante Jacq. H. Sphondylii* varietatem sistere monuit).“ Aculei marginales, vittae angustiores, potissimum commissurae breviores. Forsan hujus loci *HERACL. pyrenaicum caucasicum Willhelms.* Nunc sequuntur aculeolis solis obtecti fructus, scilicet *SPHOND. decipiens* et *marginatum*, fructibus in priori ovatis, in posteriori subrotundis, magis et marginatis, utrisque aculeatis, aculeolis rhapses bi-trifariis, duplicatis. *SPH. decipiens* spectat *HERACL. pyrenaicum caucasicum Stev.*, seminibus obovatis vel subrotundis, plus minus marginatis, undique aculeolis brevibus adpersis, vittis dorsalibus fere aequalibus, commissurae valde tenuibus subelatis. Forsan hujus loci etiam *HERACL. laciniatum H. Gor.* Intermedia adhuc occurrit nomine *HERACL. pyrenaici H. Dorpat.* species, magis obtectis vittis et obscurioribus aculeis.“) Sch.

9. *H. lanatum Mich.*; foliis ternatis petiolatis subtus incano-tomentosis, foliolis cordatis lobatis inaequaliter serratis acutis, petiolorum nodis dense lanatis, floribus albis radiantibus, fructibus orbiculatis. *Mich. Fl. bor. Amer. l. p. 166.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 192.* *Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 181.* *Barton Compend. Fl. philadelph. I. p. 139.* (*H. pubescens Willd. Herb. n. 8* fide *Spreng. Umb. Spec. p. 46.*)

In *Pensylvania, Virginia, Canada.* (in umbrosis rara. 2.) (Involuer. univ. nullum. Fructus maturus clo. *Sprengel* haud visus.) Sch.

10. * *H. alpinum*; foliis simplicibus cordatis glabris obtuse lobatis, caule simpliciusculo hirsuto, floribus albidis radiantibus. *Sphondylium alpinum glabrum C. Bauh. Prodr. p. 83. Ic.* *J. Bauh. Hist. III. p. 163.* *Tabern. p. 281.* *Park. theatr. p. 954.* *Moris. Sect. IX. l. 16.* *Barrel. Ic. p. 55.* *Tournef. Inst. p. 320.* *Hall. stirp. n. 810.* *HERACLEUM alpinum Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 638.* *Lam. Enc. I. p. 043.* *Willd. Spec. I. p. 1425.*

Decand. Fl. fr. IV. p. 316. *Lapeyr. Hist. pyren. p. 154.*
Besser galic. I. p. 212. *Spreng. Umb. Spec. p. 47.*
 (H. *Sphondylium* γ. *Lam. Fl. fr. III. p. 413.*) HERA-
 CLEUM *testiculatum* (glabrum, fol. simplicibus trilobis, lobis
 rotundatis, intermedio trilobo, radice testiculatâ.) *Lapeyr.*
Suppl. Hist. pl. pyren. p. 43.

In alpihus Europae australis. 2. Sub ejus nomine in
 hortis H. *pyrenaicum* venit. (*Linnaeus* addidit: „innotuit C.
Bauhino 1595. Scapus nudus. Folia figurâ RUBI *Chamae-*
mori s. ficus. Hoc cum *austriaco* conjungit *Sega. ver. III.*
p. 224. cum H. *austriacum* spontaneum foliis scabris, *alpinum*
 satum foliis supra laevibus evadat.“ — „1/2 pedem haud ex-
 cedit. Folia constanter nuda, radicalia longe petiolata subro-
 tunda repanda, basi et apice subdentata; folium caulinum
 unum et alterum vaginâ laxâ petiolari, 3-5-lobum, dentato-ser-
 ratum, utrinque glabrum. Umbella solitaria, longe peduncu-
 lata, radiis 15. Inv. utrumque foliolis aliquot linearibus cadu-
 cis.“ *Spreng. l. c.* Semina H. *alpini Hort. Gorenk.* esse si-
 milia *asperii Hoffm. Umb. Gen. p. 134.* *Lapeyrouse l. c. te-*
sticulatum tenuius esse *amplifolio*; rhizoma in tubera divisum 2
 aequalia, ovoideum, bulbiforme, superne crassius, substantiâ
 granulosa, radiculis rufescentibus, simplicibus, maximis, cras-
 sitie digiti minimi; petala alba.) Sch.

11. * H. *austriacum*; foliis pinnatis bijugis hirsutis, fo-
 liolis lateralibus, ovato-oblongis duplicato-serratis integris,
 extremo subtrilobo, floribus albis radiantibus, fructibus gla-
 briuseulis. *Sphondylium alpinum parvum. C. Bauh. Prodr.*
p. 83. SPH. *austriacum Scop. Carn. n. 336.* TORDY-
 LIUM *siifolium Scop. Carn. n. 318. t. 8.* (*Vest. bot.*
Zeit. II. p. 346. T. umbellis confertis radiatis, foliolis
 angulatis dentatis pubescentibus.) *Willd. Spec. I. p. 1383.*
 HERACLEUM *austriacum Linn. Sp. ed. Reich. I. p. 688.*
Jacq. Enum. vind. p. 216. *Fl. austr. t. 61.* *Crantz*
austr. p. 153. t. 1. *Lam. Enc. I. p. 402.* (H. foliis
 pinnatis utrinque rugosis scabris, floribus subradiatis.) *Willd.*
Spec. I. p. 1423. *Baumg. transsylv. I. p. 214.* (*Wulf.*
in Röm. Arch. III. p. 353. SPHONDYL. *austriacum Scop.*
Carn. 2. I. p. 204.)

In pratis subalpinis Austriae et Transsylvaniae. 2.
 („Differt ab H. *Panace* foliis utrinque scabris, venoso-rugo-
 sissimis viridibusque (nec mollibus subtomentosis subtusque
 pallidis.) Pedunculi scabri, in *Panace* laeves.“ *Linn.*
 Rad. extus fuscescens, 1/2 ped. et ultra rugosa. Caulis errec-
 tus solitarius, 1-2 ped., ferme glaber, subsimplex; folia valde
 varia, bi-trijuga, rarius ternata; foliola caulina acuta lanceo-
 lata, interdum basi appendiculata. Umbella convexula e radiis
 14-15, involucri foliolis paucis aut nullis, involucellum e fo-
 liolis circiter 6 linearibus, exterioribus longioribus. Petala
 alba. Germina villosa. Flosculi extimi difformes, petalis 3 ex-

terioribus bifidis, maximis, lateralium lobo interiore saepe al-
bido, centrales petalis emarginato-cordatis, vix aequalibus
masculi. Semina HERACLEI *Sphondylii*, Jacq. TORD. *sifolium*
floribus rubris est.) Sch.

12. *H. ligusticifolium* M. B.; foliis decompositis subter-
natis glabriusculis, foliolis cuneatis inciso dentatis, floribus
albis radiantibus, fructibus villosiusculis. *Marsch. a Bieb.*
Fl. Taur. Cauc. p. 224. n. 560. (*Suppl.* p. 227.) Spreng.
Umb. Spec. p. 50. (quo teste *H. montanum* Georgi Herb.
Willd. n. 12.)

In Tauriae collibus rarissime. ♂. (1-1 1/2 ped., tota pilis
mollibus brevibus albis. Pinnulae minores quam in praecedentibus
pollicares extimis confluentibus. Umbellae facie *H.*
Sphondylii, (princeps radiis 20). Involucrum obsoletum. Invo-
lucella foliolis minimis subulatis. Petala alba. Fructus villosus
pube convenit cum *Sphondylia*, vittis fere filiformibus *Heracleo*
Hoffm.: dorsales mediae longiores, commissurales longitu-
dine earum. *M. a Bieb.*) Sch.

(*Obs.* „Ob maximam similitudinem calycis et styliorum *H. ligusticifolium*
WENDIAM putaverim, nisi villositas seminum et praesentia vittarum
commissurae, quas neque in SPHONDYLIIIS, neque in HERACLEIS un-
quam desiderabis, indicio fuissent, etiam illud HERACLEUM aequè et
austriacum magis ad SPHONDYLIA, quam ad praesens genus pertinere.“
Hoffm. Umb. Spec. p. 140.) Sch.

13. *H. absinthifolium* Vent.; foliis supradecompositis
incano-pilosis, foliolis distantibus pinnatifidis, laciniis remo-
tiusculis lanceolatis subtrifidis, involucro polyphyllo, floribus
flavis aequalibus, fructuum margine incrassato. (*H. incanum*,
foliis decompositis, foliolis cuneiformibus trifidis, corollis sub-
uniformibus, fructu villosus. *Vent. Choix d. plant.* t. 22.
Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. 224. TORDYLIIUM
absinthifolium Pers. Syn. l. p. 314. ZOSIMA orientalis
Hoffm. Umb. p. 148. (tit. f. 11. t. 1. B. f. 9. t. 4. Illustr.
Umb. p. 25, 26. *Marsch. a Bieb. Suppl.* p. 229.) Sphon-
dylum orientale humilius, foliis Absinthii Tournefort.
Cor. p. 22.

In Caecaso (circa montem Beschtau) in Iberia (circa Tiflim
et ad viam a Bagdad ad Hermanchah) (Tritum spirat
APIUM graveolens. Rad. fusiformis lactescens carnosus. Caules
2-ped., nudiusculi, pilis brevibus, succum viscosum plorans.
Umbella e radiis circiter 20. Involucrum e foliolis rectis lan-
ceolatis acutis brevibus persistentibus villosis. Corollae albae
(quales et nos vidimus) petalis subaequalibus planis margine
reflexis subemarginatis. Fructus ovati, rotundati, compressi,
utrinque striis tribus. *Vent.*) Sch.

14. *H. tomentosum* Sibth. Sm.; foliis supradecompo-
sitis tomentosissimis incisissimis; laciniis lanceolatis acutis, floribus al-
bidis radiantibus, fructibus glabris margine incrassatis, vittis

latissimis. (umbellâ multiradiatâ.) *Smith Prodr. Fl. gr. I.*
p. 191. n. 669. *Rees Cycloped.* (*Sibthorp Fl.*
graec. t. 281.) *Spreng. Umb. Spec. p. 50.*

In Graecia (ex herb. *Sibth.* at locus non memoratur.) 4.
 (Vittae et dorsales et raphes latissimae, confluentes; illae te-
 nerrimis costis distinctae. *Spreng. l. c.*) Sch.

15. *H. aureum Sibth. Sm.*; foliis pinnatis lobatis inci-
 sis pubescentibus; radicalibus rotundatis, umbellâ subtriradia-
 tâ, floribus radiantibus, fructuum vittis semicircularibus, caule
 ramosissimo. *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 192. n. 670.*
Rees Cyclop. (*Sibthorp Fl. graec. t. 282.*)

In monte Parnasso. ♂. (Vittae 2 magnae circulo fere semen
 ipsum et a dorso et a raphe amplexantes, dorsales praeterea
 paucae lineares. *Spreng. Umb. p. 50.*) Sch.

16. *H. humile Sibth. Smith*; foliis subbipinnatis inci-
 sis pubescentibus, caule simpliciusculo fructibus glabriusculis,
 vittis oblongis (seminibus supernè quadrilineatis.) *Smith*
Prodr. Fl. gr. I. p. 193. n. 671. *Rees Cycl.*

In Olympo Bithyniae. 4. (Radix longissima. Caulis
 vix spithamaeus. Umbellae radii 4-7. Flores albidii. Semina
 pallida, glabriuscula, lineis 4 oblongis, rubris, ex apice ad
 medium usque pulcherrimè picta.) Sch.

17. (*H. Carmeli*; foliis pinnatis, foliolis quinis, umbellae
 radiis inaequalibus, pilis ramorum retrorsis. *La Billard.*
plant. rar. Syr. Dec. V. t. 1.

1 1/2 ped. et ultra, caules ramique striati; foliola rarissime terna,
 terminali suborbiculato trilobo, inciso-dentata; umbella 4-6 ra-
 diata, radio interiore brevissimo, involucro 4-5-phylla persi-
 stente; petala hispida; flores quidam abortivi. *In monte*
Carmelo Syriae. ♂? Cls. *Sprengel* non recepit, nequi-
 dem ut synonymon; neque sequens *tuberosum.*) Sch.

18. (*H. tuberosum Molin.*; foliis pinnatis, foliolis sep-
 tenis, floribus radiatis. *Molina Chili ed. germ. p. 115.*
Willd. Spec. I. p. 1423.

Simile *Sphondylia*, sed radix flava e tuberibus sescuncialibus, un-
 cias tres crassis.) Sch.

Quid: *H. peregrinum Catal. H. Monac. 1814.*
basvicum Lam. H. Gorenk.) Sch.

1217. PASTINACA.

1. *P. sativa*; caule sulcato, foliis pinnatis, nitidis, sub-
 tus pubescentibus, foliolis oblongis obtusis crenato-dentatis

basi incisus, extremo trilobo. *Siler sylvestre* et sativum.
Fuchs p. 752. 753. *Elaphoboscum* *Matthiol.* ed.
Bauh. p. 558. *Dalech.* p. 721. *Tabern.* p. 198
 icon eximia erratici. *Pastinaca latifolia* *Dodon* p. 680.
Gerard. emac. p. 1025. *P. domestica* *Lobel Hist.* p.
 407. *Ic.* 709. *P. germanica* *J. Bauh. Hist.* III. p. 149.
Parkins. p. 944. *Moris. Sect.* IX. t. 16. *Riv.*
 pent. *P. sativa* *Linn. Spec.* I. p. 376. *Willd.*
Spec. I. p. 1466. *Savigny Enc.* IV. p. 718. *Lam.*
Ill. p. 206. *Engl. bot.* p. 556. *Fl. Dan.* p. 1206.
Schk. t. 76. (*Plench t.* 227. *Hoffm. Umb. Gen.*
 2. ed. I. p. 123. t. 1. f. 11. ANETHUM *Pastinaca* *Wibel*
Flor. Werth. p. 146.) SELINUM *Pastinaca* *Crantz austr.*
 p. 161. (*Roth germ.* II. p. 359.)

Per omnem Europam in pascuis (et in *Caucaso*). ♂. *P.*
opaca *Bernh. Hornem. H. Havn.* 2. 961. est varietas altior,
 magis pubescens, foliis profundius incisus.

(*Obs.* *Pers. Syn.* I. p. 322 distinxit PASTINACAM sativam fol. simpli-
 citer pinnatis *Linn. Willd. Spec.* I. c. seu *P. pratensem* fol. pinnatis
 glabris, foliolis ovato-oblongis inciso-lobatis, exterioribus trilobis, *Fl.*
Dan. t. 1206 (quorsum *P. sativa* *Mill.* dict.) a β . *arvensi*, fol. pu-
 bescentibus pinnatis, fol. ovalis sublobatis, impari trilobo, quas illi *P.*
sylvestris *Mill.*, et distincta species videtur, cum minor semper et loco
 natali quoque diversa. Accedit, quod *P. sativa* β . *latifolia* *Bauh.*
pin. I. p. 55. *P. sativa* fol. simpliciter pinnatis glabris. *Mill.* dict.
 n. 2. non occurrat in Lusitania, monente *Brotero*. Nobis *P. sativam*
 inter et *sylvestrem* eadem fere ratio videtur ac DAUCUM *Carottam sa-*
tivum inter et *sylvestrem*. Radix utriusque *Pastinacae* fusiformis aroma-
 tica, sed in *sativa* carnosa, dulcis, in *sylvestri* acris lignosa. In hac
 caulis saepe vix spithamaeus, in illa subinde orgyalis. Cor. utriusque
 flava, in *sylvestri* minor. In *P. sativa*, i. e. culta, seu *hortensi* *Ehrh.*
fusi formem varietatem depinxit *Blackw. t.* 379. *Plench. Off. t.*
 227; *napiformem* descripsit *Fl. Wetterau* I. p. 372. Varietatem
 has inter intermediam, radice apice incrassata, nomine *hybridae* s. *sia-*
mensis notavit *Poir et Enc. Suppl.* IV. p. 266. Quartam denique a
 Belgio adduxit *cls. Thouin*, maximam, exquisitam. Anne haec PA-
 STINACA *sativa gigantea* *Hort. Carlsruh.*? Occurrit in hortis quae-
 dam PASTINACA *taraxacifolia* *Fischeri*, quam, monente *Besser*
 in litt. *cls. Fischer* negat a se provenisse, quae, nobis saltem, ad
 specimen quod amicissimo *Besser* debemus, nonnisi varietas elatior
P. sativae, foliolis basi profundius incisus, auriculatis.) *Sch.*

2. *P. graveolens* *MB.*; caule simplici sulcato pubescen-
 te, foliis pinnatis incanis, foliolis oblongis obtusis antice ex-
 cisis lobatis, involucellis obsoletis dimidiatis. *Marsch. a*
Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 237. (*Suppl.* p. 247.) MALA-
 BAILA *graveolens* *Hoffm. Umb.* p. 126 (et 209. t. 1. B. f. 6.
 c. *Illustr. Umb.* p. 22.)

In *Tauria*, (et *Podolia australi* *Andrzejowsk.*) 4. Tum
 radice perenni, tum canitie partium, tum foliorum forma et

involucellorum rudimentis a *P. sativa* distinguitur, cui simillima. Forte et haec varietas est. (2-5 ped., odore gravi *Apii* et *Meliloti*. Foliola basi anticâ excisâ. Umbellae radiis circiter 20-30. Involucrum foliolo uno alterove caduco. Involucella brevia paucifolia. Petala inflexo-emarginata. Fructus *sativae*. *M. a Bieb.* Semina *Caucasica* fere cordato-obovata, latuscula marginante, subpellucida, superne magis producta; *Wolgensia* magis opaca ovata. Vittae exteriores longitudine variant, aequales interioribus vel longiores, semper tamen fere duplo crassiores, plus minus acutae vel acuminatae, omnes ferrugineae, ad lentem hinc inde subarticulatae." *Hoffm. l. c.)* Sch.

3. *P. lucida* *Gouan.*; caule sulcato ramosissimo, foliis radicalibus simplicibus cordatis, caulinis ternatis quinq̄tisq̄ue basi attenuatis, omnibus lucidis crenatis, umbellis numerosissimis paniculatis. *Gouan. Ill. p. 19. t. 11. 12.* *Willd. Spec. I. p. 1465.* *Jacq. Hort. vind. t. 199.* *Savigny Enc. IV. p. 717.*

In insulis balearibus. ♂. („Caulis laevis, 1 1/2 ped. et ultra. Folia cordata sublobata, rigidula rugosa, lucida, margine acute crenulata s. serrata. Petala lutea integra acuta inflexa. Semina compressa orbiculata." *Linn.* „Succo tenaci albido ingrato aromatico acerrimo scatens. Folia atroviridia, foliola radicalium plus minus 3-5-loba, ramea simplicia. Caulis 6 ped. et ultra. Involucrum univ. nullum, vel unifolium membranaceum. Umbellae radii circiter 15. Semina orbiculata, basi emarginata. *Jacq.)* Sch.

4. *P. pimpinellifolia* *MB.*; caule ramoso, foliis pinnatis pubescentibus, foliolis subtrifidis incisissimis, laciniis cuneatis inciso-serratis, infimis reflexis, summis lineari-lanceolatis, involucellis caducis. (dimidiatis.) *Pastinaca orientalis, foliis eleganter incisissimis.* *Tourn. Cor. p. 23.* *Buxb. Cent. III. t. 27.* *TORDYLIUM umbellis remotis.* *Mill. Ic. ed. germ. t. 262.* *P. pimpinellifolia* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 237. (Suppl. p. 247.)* *MALABAILA pimpinellifolia* *Hoffm. Umb. p. 126. (et 209 t. 1. B. f. 6. a. b. Illustr. Umb. p. 22.)* (β. alpina, omnibus partibus minor, foliolis inciso-serratis, inferioribus subrotundis, superioribus oblongis. *Marsch. casp. p. 161. app. p. 34.)*

In Caucaso. ♂. β. *in graminosis laetioribus circa* *Hurt Barlak.* (Folia 6-7-juga cum impari. Foliola graveolente et *sativâ* minora. Radii umbellae in alpina planta seni, in campestri viceni et ultra. *M. a Bieberst.* — Involucr. univ. 1-5-phyllo; part. 4-5-phyllo, dimidiatum, deciduum, foliolis lineari-lanceolatis piloso-ciliatis apice nudis acutis. Cal. denticulis 5 obtusis inaequalibus. Petala fere aequalia, interiora tamen paulo minora, deflexa ovata, obovata, concava, brevi-unguiculata, medio carinata, apice inflexa, basi extus pilosa, pilis longis sparsis. Lacinula linearis dorso carinata,

truncata, dilatata antrorsum, denticulata cum apicula. Stam. corollâ parum longiora. Germen ovatum compressum, ad lentem scabriusculum, striatum. Stylopodium bipartitum, patelliforme, depressum, margine undulato-crenatum. Styli breves stigmatibus obtusis subglobosis. Semina omnium minora basi vix incrassata, ex ovato-suborbiculata, solidiuscula. Vittae dorsales frequenter explent vallecularum interstitia, aequales fere longitudine, exteriores tamen crassiores; commissurales semper tenuiores, breviores, convergentes. *Hoffm.*) Sch.

5. *P. dissecta Vent.*; caule tereti aspero ramoso, foliis bipinnatifidis, laciniis oblongis incisissimis obtuse inaequaliter dentatis, pedunculis rigidis villosis, floribus aureis. *Secacul Hanwolf Reise* I. p. 746. *Dalechamp app.* p. 24. *J. Bauh. Hist.* III. p. 66. *Siser alterum syriacum Parkinsons. theatr.* p. 945. *Moris. Sect. IX. t. 4.* PASTINACA *Sekakul* (foliis tripinnatis, laciniis incisissimis.) *Russel Beschreib. v. Aleppo* p. 157 (et, hoc teste: *TORDYLIUM Secacul Mill. dict. t. 266.* et *TORD. oriental Gronov. orient. p. 31.*) *P. dissecta Vent. Cels. t. 78.* *Poiret Enc. Suppl. IV. p. 166.* *Spreng. Umb. Spec. p. 67.*

Circa Aleppum Syriae. ♂. (Rad. 1 1/2 poll., pollicem crassa, extus cinerea, intus alba, tuberosa, medullosa, sapida. Caulis teres striatus asper superne villosus, 1 1/2 ped., rigidus, crassitie pennae anserinae: rami erecto-patentes. Folia alterna, foliolis decursive pinnatis, inciso-lobatis. Pedunculi terminaliales rigidi villosi. Umbellae radiis 10. Invol. univ. vel nullum, vel monophyllum, parziale 1-2-phyllum. Fructus jugis 5 dorsalibus obtusiusculis. *Spreng.* Habitus *Thapsiae*, a qua fructu potissimum differt: tota villosa et scabra. Folia saturate viridia. Fructus purpurei.) Sch.

6. *P. rigida Spreng.*; caule tereti striato, foliis pinnatis glabris, foliolis sessilibus oblongo-lanceolatis marginatis subintegerrimis, involucellis subulatis. *Oenanthe maxima virginiana, Paeoniae foliis. Moris. Sect. IX. t. 7.* *Pimpinella foliis lanceolatis glabris. Gronov. virg. p. 32.* *Sium rigidius Linn. Spec. I. p. 362.* (S. foliis pinnatis, foliolis lanceolatis integerrimis vel superne dentatis.) *Willd. Spec. I. p. 1453.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 194.* *Sison marginatum* (S. foliis pinnatis, superioribus quinatis, foliolis omnibus sessilibus lanceolatis integerrimis albido-marginatis, involucre involucellisque nullis.) *Mich. Fl. bor. Amer. I. 168.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 194.* *OENANTHE rigida Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 189.* *Barton Comp. Fl. philadelph. I. p. 142.*

In paludibus Americae borealis. 4. Maxime venenata planta. (*Barton l. c.* describit folia omnia pseudo-pinnata, foliola paribus 4-5, margine albida scabriuscula; stylos vix lineam longos, persistentes, divaricatos, apice truncato-excava-

tos, basi peltato-dilatatos brevissimos; involucella 8-phylla; semina margine suberosa prominulo-subalata introrsum flexa fere oblecta, 5-striata; caulem erectum rigidum teretem laevem striatum et fistulosum; calycem 5-dentatum, acutum; petala cordato-inflexa, flores centrales plures sessiles steriles. *Pursh ll. cc. Sium rigidius a Pennsylvania ad Virginiam invenit, in pratis humidis; Sison marginatum a Virginia ad Carolinam eodem loco. Prius venenatissimam plantam dicit; de posterioris vero qualitate venenata et Michaux et Pursh silent.) Sch.*

7. *P. nudicaulis Spreng.*; foliis radicalibus triternatis glaucescentibus, foliolis decursive pinnatis, laciniis linearibus subdentatis, infimis decussatis, extremis subtrifidis, scapo paucifloro, involucri nullo, involucellis dimidiatis, floribus albis. *SMYRNIUM nudicaule Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 196. FERULA nudicaulis Nuttall Gen. Amer. Sept. p. 183.*

Ad flumen Columbiae 4. Resina aromatica emanat. Incolae vescuntur turionibus. (Umbella radiis elongatis, involucrum involucellumque subnullum. Incolae hac planta vescuntur ut nos A. graveolente.) Sch.

8. *P. foeniculacea Spreng.*; foliis radicalibus supradecompositis pubescentibus, foliolis decursive pinnatis, laciniis linearibus acutis abbreviatis, ultimis trifidis, scapo sulcato glabro unifloro, involucri nullo, floribus flavis. *FERULA foeniculacea Nuttall Gen. pl. Amer. I. p. 183.*

Ad ripas Missuri. Foeniculum redolet.

9. *P. Anethum Spr.*; caule simplici tereti, foliis decompositis glabris glaucis, foliolis lineari-filiformibus integerrimis. *Anethum Brunfels III. p. 174. Trag. f. 171. a. Fuchs p. 30. Matthiol. ed. Valgris. p. 307. ed. Bauh. p. 554. Dodon. p. 298. Lobel Hist. p. 448. Ic. 776. J. Bauh. Hist. III. p. 6. Dalech. p. 691. Tabern. p. 165. Ger. emac. p. 1033. Park. p. 386. Moris. Sect. IX. t. 15. ANETHUM graveolens Linn. Hort. Ups. p. 66. Lam. Enc. I. p. 170. Willd. Spec. I. p. 1469. Fl. Dan. p. 1572. (A. foliis bi-tripinnatisque, foliolis glabris oblongo-setaceis, seminibus parvis ellipticis compressis, dorsi costis tribus filiformibus, margine angusto submembranaceo. *Brotero Fl. lusit. p. 464. Thunb. Prodr. p. 51. Fl. cap. II. p. 211. Hoffm. Umb. Gen. p. 119. t. 1. f. 13. Plenck t. 215.) SELINUM Anethum Roth Fl. germ. I. p. 143. II. p. 359.**

Inter segetes Europae. (circa Astrachan et in Promont. b. Spei.) ☉.

(Obs. Brotero l. c. ANETH. graveolens optime describit, qualis in meridionalibus esse solet: caule 1 1/2 - 2 ped., laeviter striato, glabro, subdichotomo; foliola dicho-trichotomaque petiolis latis, subamplexicau

libus; umbellas terminales, diametro 2-3-poll., umbellis multifloris, inaequalibus; flosculos regulares flavos; additque sub ANETHO *segetum* p. 465 (quod cl. Sprengel ad ANETH. *Foeniculum*), A. hocce *segetum* a Linnaeo ex Vandellio pro distincta specie habitum non nisi *graveolentis* varietatem minorem sibi videri, cum ex omni parte huic sat simile. Caulis nempe duplo minor; petiolus infra basin folii, s. infra infima foliola, ita fere longior ac intra folium: sed hoc inconstans.) Sch.

Quid: PASTINACA *divaricata* Desfont. *Ecole d. Bot.* 1815?

1218. (C O G S W E L L I A.

C. villosa. LOMATIUM *villosum* Rafin. Schmaltz nov. *Gen. Amer. int. in Journ. de Phys.* t. 89. p. 101.

Acaulis, tota villosa. Folia quadripinnata, petiolis membranaceis, foliolis lanceolatis acutis laciniatis, scapo simplici brevioribus. Umbella unica involucrellis polyphyllis lanceolatis acutis tomentosis. Umbellulae centrales floribus masculis. Petala alba. *Rafinesque.* Ad Missouri legit Bradbury.) Sch.

1219. F E R U L A.

1. * *F. communis*; caule tereti ramoso, foliis supradecompositis viridibus opacis, foliolis lineari-setaceis flaccidis, umbellis primordialibus sessilibus, lateralibus masculis pedunculatis, involucreo nullo. *Ferula* Matth. ed. Valgr. p. 415. ed. Bauh. p. 578. Dodon. p. 321. Lobel Hist. p. 458. Ic. p. 778. Dalech. p. 754. Tabern. p. 222. J. Bauh. Hist. III. p. 43. Ger. emac. p. 1056. Park. p. 876. *F. communis* Linn. H. Cliff. p. 95. Lam. Enc. II. p. 454. Willd. Spec. I. p. 1411. Gouan Fl. monsp. p. 220. Ger. prov. p. 245. Decand. Fl. fr. II. p. 343. Lapeyr. Hist. pyren. p. 150. Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 190. (Brotero Fl. lusit. p. 432.)

In maritimis mediterraneis. 2. („Caulis 5-8 ped.; folia glabra, sed non nitida. Umbellae ad apicem saepius ternae, mediâ breviori.“ Brotero. Caulis crassus firmus medullâ farctus. Folia magna, foliolis longis. Umbellae plerumque ternae, intermediâ majore.) Sch.

2. * *F. glauca*; caule petiolisque teretibus farctis, foliis supradecompositis (subtus) glaucis, foliolis linearibus elongatis subcarnosis trifidis, involucreis lineari-setaceis caducis. *Ferula folio glauco* J. Bauh. Hist. III. p. 45. Tourn. inst. p. 321. Cor. p. 22. *Ferula Riv. pent.* *F. glauca* Linn. H. Cliff. p. 95. Lam. Enc. II. p. 454. Willd.

Spec. I. p. 1412. Spreng. Umb. Spec. p. 84. (F. communis Gouan H. monsp. p. 140. fide Decand. Suppl. p. 514.)

In Graecia, Calabria et Sicilia. 2. (Caulis 8-9 ped., crassus, firmus, foliosus; folia ampla, laciniis lanceolato-linearibus planis, supra lucidis; vaginae membranaceae latae ventricosae. Flores flavidis. Fructus fusci atrive striati elliptico-oblongi. Lam.) Sch.

(Obs. Haudquaquam similis Ferulagini, ut Lamarck perhibet, sed F. communi; utriusque enim foliola linearia et elongata. In utraque maturescente vera aut nulla involucra; sed differt communis altitudine raro orgyali, cum glauca supra altitudinem humanam plerumque; foliis viridibus, foliolis lineari-setaceis, pollicaribus, in glauca 1 1/2-2 poll., subearnosis, glaucis, breviter cuspidatis; involucris nullis, quae in glauca lineari-setacea caduca.) Sch.

3. F. thyrsiflora Sibth. Smith; foliolis linearibus simplicibus scabriusculis, ramis floriferis terminalibus aggregati-compositis. Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 191, n. 664. (Sibthorp Fl. graec. t. 280.)

In insulae Cretae rupibus. 4. (Specimen nostrum lectum a clo. Sieber in monte Sphak. Therisso. frustum caulis 1 1/2 ped. cum folio radicali pedem excedente. Folia supradecomposita, petiolis teretibus striatis, foliolis linearibus elongatis, 2-3 poll., inferioribus laevibus, superioribus sub lente magis quam attacco scabriusculis margine, mucronatis, simplicibus, bi-trifidisve. Caulis superne sulcato-angulatus glaber, foliis oppositis verticillatisque, supra decompositis, radicali decuplo minoribus, petiolo basi membranaceo amplexicauli. Rami axillares foliosi, nunc longiores, breviores nunc folio suffulciente, umbellis lateralibus, terminalibusque. Umbellae parvae, vix 1 1/2 poll. in diametro, radiis 9-15 inaequalibus glabris, 4-10 lin. Inv. univ. rudimenta foliorum videntur e foliolis 4-8 lineari-lanceolatis. Involucella 4-6 longitudine radiolorum, qui 1-3 lin. longi. Petala in nostro ex albido ochroleuca, omnia involuta. Semina?) Sch.

4. F. capillaris Link; caule tereti glabro, foliis triter-natis, foliolis filiformi-capillaceis laxis, vaginis petiolorum subnullis, umbellis axillaribus. Spreng. Umb. Spec. n. 85. ? Panax Asclepium ferulae facie. Lobel adv. p. 350. Hist. p. 455. Ic. 783. Ger. emac. p. 1057. NARTHECIUM Dalechamp p. 754. J. Bauh. Hist. III. p. 44. Ferula tenuiori folio Moris. Sect. IX. t. 15.

In Lusitania. 4. (Caulis leviter striatus, foliosus, pennae gal-linaceae crassitie; foliola trifida pinnatifida, laciniis tenerrimis flexuosis laxis 1/2 poll. Involucra oligophylla setacea. Cor. flava. Simile Hippomarathrum sphaerocephalum P. Alpin. exot. 198, sed flores violacei. Spreng.) Sch.

5. * F. Ferulago; caule tereti glabro, foliis suprade-

compositis lucidis, foliolis pinnatifidis divaricatis appendiculatis, laciniis linearibus cuspidatis submarginatis, involucri oblongo-lanceolatis reflexis, valleculis fructuum planiusculis. *Ferulago Dodon.* p. 321. f. 2. *Ger. emac.* p. 1056. *Galbanifera FERULA.* *Lobel Hist.* p. 451. *Ic. p. 779. Dalech.* p. 754. *Tabern.* p. 213. *J. Bauh. Hist.* III. p. 53. *Libanotis quibusdam flore luteo J. Bauh. Hist.* III. p. 41. *Ferula latiori folio C. Bauh. pin. p.* 148. *Park.* p. 876. *Moris. Sect. IX. t. 15. Ferula galbanifera Tournef. Inst. p. 321. F. Ferulago Linn. H. Cliff. p. 95. (F. foliis pinnatifidis, pinnis linearibus planis trifidis. Linn. Spec. p. 356.) Lam. Enc. II. p. 455. Willd. Spec. I. p. 1412. Desfont. Atl. I. p. 251. (F. foliolis lineari-oblongis planis trifidis, ramis floriferis subternis, bracteis reflexis obtusis.) Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 191. Spreng. Umb. Spec. p. 82. F. nodiflora Jacq. austr. app. t. 5. Scop. Carn. n. 357. Lam. Enc. II. p. 456. (F. foliolis appendiculatis, umbellis subsessilibus.) Willd. Spec. I. p. 1413. Allion. Pedem. n. 1294. Broter. Fl. lusit. I. p. 432. Decand. Fl. franc. IV. p. 343. Besser galic. I. p. 208. (confer Observ. ad nodifloram.) Baumg. transsylo. I. p. 218. Balb. et Nocc. Fl. ticin. I. p. 134.*

In Austriae provinciis maritimis, Italia, Gallia, Hispania, Lusitania, Transsylvania, Galicia, (Tauria et Caucaso) Graecia et Africa boreali. 4. Planta polymorpha, praesertim foliorum vel planâ vel canaliculatâ superficie. Umbellae laterales saepe masculae. (Jacquin, qui etiam a Smith l. c. cum *F. nodiflora Willd.* huc ducitur, (in quo vero excludendum synonymon *Tournefortii* ad sequentem *nodifloram* spectans) suam *nodifloram* describit sequentibus: Rad. longa, diametri uncialis, foris fuscens, caule unico pluribusve 5-6 ped., striato, angulato, medullâ albâ duriusculâ, superne pedunculis umbelliferis paniculato. Folia caulina infima alterna, subsequa opposita, superiora verticillata, superiora simpliciora, summa vaginulae aphyllae reflexae. Costa media foliorum radicalium triangularis. Pinnulae ubique extremae setaceo-lineares, acutae, integerrimae, planae. Umbellae planae nec densae. Involucella patentissima, lanceolata, acuta. Radii striati. Petala lutea, revoluta. Pistillum flavescens. Semina obverse ovata obtusa plana, hinc fusca inde pallida. — „Petioli tripartiti; foliola ultima trifida, supra lucida, subtus glaucescentia; lacinae lineares 4-6 lin., 1/2-1 lin. latae, supra canaliculae. Involucra universalis et partialia subquinaria, partialia umbellulis parum breviora. Fructus jugis 3 dorsalibus obtusiusculis, valleculis planiusculis. Spreng. l. c. In austriacis et pannonicis rarius foliola appendiculata.) Sch.

(Obs. Smith l. c. cum *F. Ferulagine Linn. Spec. 356* jungit *F. nodifloram Willd. Spec. I. p. 1413. Jacq. Austr. app. t. 5. Aus-*

men *Willdenow* l. c. retinuit diagnosin *Linn.*, et synonym. *Spec. Lamarck Enc.* II. p. 455. FERULAM *Ferulaginem* *Linn.*, vix diversam credit a *glauca*. FERULA *nodiflora* foliis supradecompositis, foliis linearibus angustissimis; umbellis pedunculatis, ad nodos verticillatis, verticillis involuero cinctis, *Brotero* l. c. a plerisque eadem dicitur cum *F. capillari* *Linck*; differt non paucis descriptio: „Caulis 3-4 ped., striatus, simplex, superne aphyllus. Folia quadruplicato-pinnata, foliolis extremis lineari-setaceis ternis binisve glabris, supra, ut petioli, quorum majores appendiculato-foliacei, subcanaliculatis. Verticilli 2-3, in inferioribus umbellae 3-4, in extremo saepius 6, pedunculis 2-3 poll. Involucrum utrumque polyphyllum reflexum, foliolis acutis lineari-lanceolatis.“) *Sch.*

6. * *F. nodiflora* *Linn.*; caule angulato sulcato, foliis supradecompositis, foliolis pinnatifidis linearibus acuminatis, involucris polyphyllis linearibus, valleculis fructuum sulcatis. *F. durior* *Bocc. mus. t.* 76. *Barrel. Ic.* p. 77. *F. minor*, ad singulos nodos umbellifera *Tourn. Inst.* p. 321. *F. nodiflora* *Linn. H. Ups.* p. 61. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.* I. p. 220. *) (*Suppl.* p. 221.) *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 190. *F. sulcata* (foliolis linearibus, umbellâ primordiali sessili lateralibus brevior, seminibus longe ellipticis profunde sulcatis.) *Desfont. atl.* I. p. 252. l. 67. *Poir. Enc. Suppl.* III. p. 630. (LIGUSTICUM luteum *Poir. Voy. en Barb.* II. p. 156. *Gmel. S. V.* p. 481. fide *Poir. Enc. meth. Suppl.* III. p. 481. BUBON rigidus, foliolis linearibus *Linn. H. Cliff.* p. 95. *Willd. Spec.* I. p. 1440, quoad synonym. *Bocc. et Barrel.*)

In Sicilia, Cypro, Tauria, Caucaso, et Mauritania. 2. (Simillima *F. Ferulagini*, nec foliis nec inflorescentiâ adeo differt quam caule angulato-sulcato, involucris linearibus, fructibus inter juga sulcatis. *Spreng.* Folia radicalia magna, cespitosa; foliola acuminata acutissima; caules erecti firmi ramosi (2-ped.); foliola caulina simpliciora obtusa; umbella multiradiata, radiis minoribus unifloris intermixtis; involucra e foliolis 8-12 linearibus reflexis inaequalibus, petala flava, involuta. *Poiret ad Hb. Desfont.* de *F. sulcata*, quam affinem *nodiflorae* dixit.) *Sch.*

(Obs. *Smith*, l. c. haud ita fauste *F. sibiricam* *Willd. Spec.* I. p. 1411 cum? huc ducit; sine dubio vero laudat *F. nodifloram* *Linn. Spec.* I. p. 356 et synonymon *Tourneforti* allatum. — Cum synonymon *F. nodiflorae* *M. a Bieb.* ex autopsia huc ductum a clo *Sprengel*, hujus quoque loci erit: *F. campestris*, foliorum pinnis inferioribus internodio multo longioribus, folioliis oppositis linearibus canalicu-

*) (Sub *F. nodiflora* *Fl. Taur. Cauc.* latet adhuc alia in Tauria crescens, asserente illmo. *Steven*, *F. foliorum* pinnis inferioribus internodio multo longioribus, foliolis linearibus planis acutis decussato-appendiculatis, seminibus obovato-ellipticis subemarginatis, costis simplicibus.“ *Besser in litt.* *Sch.*

latis mucronatis, margine cartilagineo serrulato decussato-appendiculatis, seminibus oblongis utrinque emarginatis, costis simplicibus *Besser in litt.*; nam haec est monente eodem, vera *F. nodiflora* *M. a Bieb.* l. p. 220 excl. syn. et planta taurica, et *Suppl.* p. 221. excl. syn. Semina hujus unguem longa, utrinque aequaliter attenuata, et haec in Podolia australi et Ucraina perfrequens. Alia est *F. nodiflora* *Rochelet Banat.*, quae omnino eadem cum **PEUCEDANO officinali** *Besser Fl. galie.* l. p. 208, monente ipso amicissimo *Besser*, et quae nunc illi: *F. sylvatica*, foliorum pinnis inferioribus internodio brevioribus, foliolis suboppositis, setaceis cuspidatis, appendiculatis, seminibus obovatis, costis tristriatis. — Haec in sylvaticis, Podoliae et Volhyniae. Semina fere dimidio minora *F. nodiflorae*. Specimina *F. campestris* et *sylvaticae*, quae amicitiae D. P. *Besser* debeo, omnino a *F. nodiflora* auriaca et pannonica diversa quae non in iisdem cum illis locis.) *Sch.*

7. *F. stricta* *Spreng.*; caule stricto rigido sulcato, foliis ternato-supradecompositis strictis, foliolis triternatis triquetris filiformibus glabris, involucris ovato-oblongis.

In Promont. b. Spei. Hesse.

8. *F. brevifolia* *Link.*; caule tereti glabro, foliis supra-decompositis, foliolis lineari-canaliculatis divaricatis flaccidis cuspidatis elongatis, involucro nullo, umbellâ primordiali sessili.

In Lusitania.

9. *F. peucedanifolia* *Willd. Herb. n. s.*; caule geniculato ramoso folioso, foliis triternatis rigidis, foliolis trifido-pinnatifidis lineari-subulatis elongatis, flosculis subcapitatis, involucro nullo *F. an nodiflora* *Pall. l. t. 2. app. p. 39. t. N.* *F. sibirica* *Willd. Spec. l. p. 1411.*

Ad Volgam. 4. (Foliola longissima teretia. *Willd. Herb.* „A. *F. nodiflora* toto coelo diversa, accedit ad *F. communem*, sed foliolis teretibus minus compositis et defectu involucris distincta.“ *Willd. Spec.* Folia ultra 1 1/2 poll. longa, teretiasecula. *Spreng.*) *Sch.*

10. *F. sibirica* *Spreng.*; caule tereti vaginisque pruinoso-glaucis, foliis triplicato-pinnatis rigidis nitidis, laciniis linearibus cuspidatis margine serrulatis, umbellis primordialis sessilibus, involucro subnullo. **PEUCEDANUM sibiricum** *Willd. Spec. l. p. 1406. Enum. p. 308.* (*Wald.*) *Kit. pannon. l. p. 60. t. 60.* **FERULA tatarica** *Spreng. png. l. p. 17.* (excl. syn. *Fl. Taur. Cauc.* monente *M. a Bieb. Suppl. Taur. Cauc. p. 219.*)

In Croatia et Sibiria (Bessarabia circa Odessam, ad Caucasum circa Stauropolin, ad Volgam). 4. (Folia supra-decomposita, foliolis longis linearibus acutis, in petiolum partialem decurrentibus, caulina inferiora basi vaginâ amplâ. Umbella prima in dichotomia caulis sessilis, reliquae pedun-

culatae. Inv. univ. nullum, part. polyphyllum, setaceum, brevissimum. Petala indexa. Styli persistentes, divaricati. Semina? ex habitu PEUCEDANIS associavi." *Willd.* „Affine perquam PEUCEDANUM *sibiricum* *Waldst. et Kit.*, differt tamen foliis magis compositis, laciniis multo brevioribus obtusioribusque, vaginis multo amplioribus et seminum margine magis incrassato. Nostrum facie staturâ et foliis PEUCEDANI *officinalis*, glabrum, glauco-viride. Foliola longa subfalcata acuta margine scabra. Vaginae inferiores foliatae angustae, superiores latiores laxae aphyllae. Rami umbelliferi alterni, umbellâ terminali fertili, infra quam, vel nullo, vel paucarum linearum intervallo enascuntur pedunculi 2-3 laterales ipsam superantes, singuli umbellâ mere masculâ, ad quas umbella sessilis vel subsessilis. Involucra et involucella subnulla. Radii graciles 3-8. Fructus *nodiflorae* paullo minores." *M. a Bieb.* „Rad. 2 ped. et ultra, pollice plerumque crassior, superne incrassata, extus fusco-cinerea, intus carne albâ, succo lacteo viscido. Caulis solitarius erectus 3-4 ped., digiti minimi crassitie, subinde purpurascens, rore cano, superne ramosus, ramis summis ternatis quaternis, reliquis alternis. Folia radicalia quadripinnata, foliolis ultimis plerumque ternis, saepe pollicaribus, subtus subcarinatis, utrinque scabriusculis, margine et carinâ subserrulatis seu subciliatis: caulina radicalibus similia, sed simpliciora, ut vaginae, demum aphyllae. Petioli subangulati, subcompressi, laeves, radicales non raro spithamaei, in ultimis divisionibus setulis scabri. Vaginae sensim magis magisque dilatatae, intus albae, nitidae, non raro purpurascentes. Umbellae plerumque ternae, intermediâ sessili aut subsessili, reliquis 2 longius pedicellatis masculis: universalis subfastigiata patens, radiis 7-10 angulatis, partialis similis umbellis 7-11. Inv. univ. rarius nullum, plerumque 2-3-phyllum, foliolis brevibus lineari-subulatis recurvis; in umbella intermedia plerumque nullis, denticulis ad basin vicem gerentibus; parziale e foliolis contiguis nec recurvis, similibus ceterum. Cal. minutus, 5-dentatus. Petala 5 oblonga aequalia incurva integra acuta flava. Stamina petalis longiora. Styli demum elongati, recurvi: in umbella primordiali flos centralis abortivus. Semina oblongo-ovalia compressa, lineis 3 elevatis, margine crassiusculo lineisque elevatis pallidioribus." *Waldst. Kit. l. c.* Haec in monte Szanté.) *Sch.*

11. *F. longifolia* *Fisch.*; caule tereti rigido, foliis ternatis glaucis, foliolis lineari-lanceolatis subternis margine revolutis, vaginis superioribus aphyllis, involucre nullo. *F. longifolia* *Spreng. Umb. Spec. p. 86.* (*F. foliis tripartito-decompositis, pinnulis elongatis acutis margine laeviusculis, umbellis fertilibus pedunculatis, seminibus crassiusculis, commissurâ pubescente.* *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 220.* *F. cachroides* *Catal. H. petrop. Orloviens. 1811. p. 18.*)

Ad Sareptam. („Quoad folia similis *sibiricae*; rami umbelliferi valde elongati, denuo ramosi atque divaricati. Umbellae um-

bellulaeque radiis etiam elongatis gracilibus, laterales plerumque steriles. Petala ex albido virescentia. Semina paullo minorum quam in *sibirica*, crassiora congenerum omnium, margine incrassato: commissurae disco valde depresso villis intricatis brevibus fuscescentibus pubescente. *M. a Bieb. l. c.* Humilis videtur. Caulis glaberrimus, albus, ferectus, rigidus, pennae columbinae crassitie, superne vaginis aphyllis. Petioli foliorum inferiorum teretiusculi glaberrimi, bis aut ter tripartiti, partitionibus divaricatis. Foliola $1\frac{1}{2}$ poll., 2-3 lin. lata, rigidula, acuta. Umbellae terminales pedunculatae, radiis 6 divergentibus glaberrimis. Flores lutei. Fructus oblongi, solidiusculi margine valde turgidi incrassati. *Spreng., Sch.*

12. **F. meoides*; foliis biternatis glabris, foliolis subverticillatis abbreviatis setaceis flaccidiusculis, involucro oblongo. *Laserpitium orientale, folio mei, flore luteo. Tournef. Cor. p. 23.* *Ferula meoides Linn. H. Cliff. p. 95.* *Lam. Enc. II. p. 455.* *Willd. Spec. I. p. 1413.*

In Oriente. (Distincta ab *orientali* foliolis magis divisis, flaccidisque, ad basin usque vestitis foliolis tenuibus subverticillatis. Caules circiter 3-ped., umbellis magnis, floribus flavis. *Lam.*) *Sch.*

13. **F. orientalis Tourn.*; caule tereti glabro, vaginis laxis cucullatis, foliis biternatis pubescentibus, foliolis multifido-setaceis, involucris subulatis. *F. orientalis Tourn. II. p. 154. Ic. Cor. p. 22.* *Linn. H. Cliff. p. 95.* *Lam. Enc. II. p. 455.* *Willd. Spec. I. p. 1412.* *Marsch. a Bieb. l. p. 219.* *Spreng. Umb. Spec. p. 87.* *FA-SHOOK Jackson account on Marocco. t. 7.*

In Graecia, Asia minore, Tauria et Numidia. 2. Haec *Gammi ammoniacum* largitur. (Rad. magna, crassitie brachii, $2\frac{1}{2}$ ped., ramosa, cortice flavescente, albida, lactescens. Caulis 3-ped., crassitie $\frac{1}{2}$ poll., rubellus. Folia inferiora amplissima, quinquies sexiesve pinnata, pinnis principalibus basi nudis, omnibus laete viridibus; caulina superiora minora, petiolo vaginato, utriculoso. Umbellae terminales mediocres, floribus flavis. Fructus oblongi vel elliptico-oblongi, substriati, rufescentes, amari, oleosi. *Lam.* Vaginae maximae.) *Sch.*

14. *F. persica Willd.*; caule tereti glauco, foliis ternato-supradecompositis, foliolis remotiusculis decursive pinnatis, laciniis lineari-lanceolatis apice dilatatis incisiciliatis nervosis, umbellâ primordiali sessili, involucro involucellisque nullis. *Asa foetida Hope in Phil. transact. vol. 75. P. l. p. 36. t. 3. 4.* *Usteri Mag. l. p. 61.* *F. persica Willd. Spec. I. p. 1413.* (*Andrews's Repos. t. 558.*)

In Persia. 2. Haec *Sagapenum* largitur. (Folia radicalia 6, procumbentia, trilobato-ovata, multiplicato-pinnata, foliolis incisiciliatis acutis subdecurrentibus, petiolo supra plano, cari-

nato. Caulis 2-ped., erectus, teres, substriatus, laevis, petiolis membranaceis concavis. Rami inferiores alterni, intermedii verticillati. Umbella univ. radiis 20-30, part. 10-20, floribus subsessilibus. Invol. utrumque nullum. Cal. vix manifestus. Flores in umbella sessili fertiles, in pedunculatis steriles, petalis ovatis aequalibus demum reflexis, stamina corollâ longiora. Stigmata apice incrassata. Fructus oblongus planus, utrinque lineis 3 elevatis. Lacte scatet alliaceo, Asam foetidam spirante. *Hope l. c.) Sch.*

15. *F. caspica M. B.*; caule tereti glabro, foliis biter-natis, foliolis trifido-pinnatifidis, laciniis abbreviatis mucronatis, vaginis summis subaphyllis, involucreo subnullo. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 220. (Suppl. p. 219.) Spreng. Umb. Spec. p. 81. t. 7. f. 14. (F. cachroides Cat. H. Gorenk. 1812. p. 46.)*

In deserto caucasico (et taurico circa Odessam, ad Volgam circa Sareptam) et Sibiria. (Facie orientalis. Folia glabra, ramificationibus magis quam in orientali elongatis, pinnulis aequae brevibus, sed latioribus, et in pinnae furcatae speciem basi confluentibus. Staturâ et foliorum pube admodum variat atque laciniis mox oblongo-linearibus, mox brevissimis. Caulis vulgo 2-3 ped., ramis elongatis iterum ramosis patentibus paniculatus. Folia radicalia et caulina inferiora supradecomposita, costis divaricatis, pinnis quinquepartitis vel trifurcis, laciniis oblongis longitudine variantibus, vix tamen ultra semiunguicularibus, pilis brevissimis plus minus pubescentibus, quandoque glabriusculis. Folia ramea vaginâ oblongâ patente. Rami umbelliferi inferiores oppositi, superiores verticillati. Umbellae singulae proliferae, radiis circiter 6. Umbellulae radiis gracilibus plus minus 10. Involucr. utrumque obsoletum. Fructus parvi vix magnitudine SELINI oreoselini M. a Bieb. ll. cc. Umbellae radiis subdenis glabris. Involucra subnulla, partialium tamen rudimenta. Flores lutei. Spreng. Commissura vittis solummodo duabus. Bess. in litt.) Sch.

16. *F. nuda Spreng.*; caule tereti striato ramoso, foliis ternato-bipinnatifidis glaucis, laciniis obtusis subtridentatis, involucreo (utroque) nullo. (*Spreng. Umb. Spec. p. 81. t. VII. f. 15.*)

In Sibiria. 2. („Caulis dodrantalis et altior, crassitie pennae gallinae, glaber, ramis patentibus, superne parum foliosus. Petioli teretiusculi glauci, basi late vaginantes, digitales, tripartiti. Folia remotiuscula, laciniis suboppositis. Umbellae numerosae, pedunculis digitalibus e radiis suboctonis aequalibus. Flosculi lutei. Fructus generis.“ Spreng. l. c. e specim. Kaulfass. nato e seminibus missa a Pallasio ad hortum Mayeri sedinensis.) Sch.

17. *F. tingitana Herm.*; caule tereti glabro ramoso, foliis supradecompositis lucidis, foliolis ovato-lanceolatis in-

cisis, lacinulis tridentatis, involucro nullo. *F. tingitana* Herm. *parad.* p. 165. *Riv. pent.* *Moris.* Sect. IX. t. 15. *Linn. H. Cliff.* p. 95. *Lam. Enc.* II. p. 455. *Willd. Spec.* I. p. 1412. *Desfont. Atl.* I. p. 250. (*Scopol. delic. insubr.* III. t. 9. 10.)

In agro cyrenaico et tingitano (inque Hispania.) ♂. Haec *Laser cyrenaicum* s. *Asam dulcem* largiebatur. (Foliola fere *Petroselini*. *Herman* caulem humiliorem quam in *F. commani* petit, tenuioremque, *Miller* vero caulem 8-10 ped., umbellis magnis, flavis. Folia amplissima. Semina magna. *Lam.* Rad. humani brachii crassitie, admodum ramosa, extus fusca, intus flavescens, quarto demum anno caulescens. Caulis 6-8-ped., tenuissime striatus, albo polline adpersus, rigidus, supra rubens, inter ramos flexuosus, diametro pollicis. Folia 2 ped. et ultra, foliolis profunde dissectis, segmentis linearibus, superne obscure virentibus, acumine rubello, leniter falcatis glabris planis sulco exaratis, subtus pallidioribus. Vaginae amplae tumidae, basi fasciâ rubrâ: superiores foliis 3 bipinnatis, supremæ aphyllae. Inv. univ. nullum, part. e squamulis exiguis fuscis. Radii 27-32, 1 1/2 pollicares, radioli 20-24. Cal. dentibus 5 exiguis. Cor. petalis luteis integris leniter inflexis oblongis, staminibus duplo brevioribus. Sem. nigricans, 7 lin., 3 lin. latum, laeve, lineis 5, alternis crassioribus. *Scop.*) Sch.

18. *F. obtusifolia* Spreng.; caule tereti, foliis ternato-bipinnatifidis, foliolis obovatis integerrimis coriaceis, involucro oligophyllo brevissimo. PEUCEDANUM *obtusifolium* (foliolis pinnatifidis coriaceis, lacinulis oppositis obovatis obtusis.) *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 189. (*Sibth. Fl. graec.* t. 277.) *FERULA obtusifolia* Spreng. *Umb. Spec.* p. 80.

In Boeotia et ad littora Ponti euxini. 2. C. Caulis drantalibus, cubitalibus, leviter striatus, crassitie pennae gallinaeae, petioli teretiusculi tripartiti basi vaginantes; foliola juniora acuta opposita glaucescentia apice mucronulata glabra, pollicem longa, lin. 4 lata; umbella terminalis, ramis 7 rigidis glabris. Inv. univ. et part., foliolis subsenis ovatis. Flores videntur ochroleuci. Fructus ovalis compressus, margine turgidus, jugis 5 dorsalibus obtusiusculis. (Spreng. l. c.) Sch.

19. * *F. Asa foetida*; caule tereti nudo simplici vaginato, foliis radicalibus ternato-compositis, foliolis oblongis sinuato-pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis antice excisis, involucro subnullo. *Asa foetida* *Raempff Amoen.* p. 535. 536. *F. Asa foetida* *Linn. Spec. ed. Reich.* I. p. 638. *Lam. Enc.* II. p. 638. (excl. syn. *Hope.*) *Willd. Spec.* I. p. 1415.

In Persia. 2. Haec *Asam foetidam* nostram largitur. (Levistico affinis, foliis instar *Paeoniae* ramosis, caule plene

maximo, semine foliaceo nudo Brancae ursinae vel Pastinacae simili, radice Asam foetidam fundente. Rad. extus nigra, simplex vel brachiata, apice setis rufis, intus albissima, lactescens, foetidissima. Folia sero autumno 5-6 radicalia, hyeme luxuriantia, vere emarcida, Paeoniae ut plurimum figurâ, Ligustici substantiâ, colore, laevitate. Petiolus spithameus vel parum ultra, digito tenuior, striatus, teres. Folia pinnata, adeo varia, ut ejusdem speciei folia esse vix appareat, glauco-virentia, rigida, fragilia. Caulis simplex rectus teres quodammodo striatus herbaceus, 1. 1/2 orgyal. et ultra, crassitie ad basin quantâ manus complexum superat. Vaginae latae membranosae turgidae ad rudimenta foliorum in caule. Umbellae radiis 10-20, umbellulae radiolis 5-6, bipollicaribus. Semen fusco-rubrum, quadantenus pilosum sive asperum, striis 3 nucleo atro. Flores parvi in albidum pallentes dicuntur. *Kaempfer* l. c.) *Sch.*

20. * *F. Opopanax Spreng.*; caule teretiusculo inferne aspero, foliis subbipinnatis, foliolis inaequalibus cordatis crenatis obtusis, involucri calycibusque obsoletis. *Pseudocostus* *Matthiol.* ed. *Valgr.* p. 40. ed. *Bauh.* p. 54. *Dalech.* p. 758. *J. Bauh.* III. p. 157. *Panaces peregrinum* *Dodon.* p. 309. *Panax heracleum pastinacae* formâ. *Lobel adv.* p. 312. *P. altera recentiorum* *Lobel Hist.* p. 400. *lc.* 702. *Panax heracleum alterum* *Park. theatr.* p. 949. *Tabern.* p. 224. *P. Chironium* *Dodon.* *Dalech.* p. 741. *P. heracleum majus* *Gerard emac.* p. 1003. *P. costinum* *Tabern.* p. 228. *Magnol. bot. monsp.* p. 197. *P. pastinacae folio* *C. Bauh. pin.* p. 157. *Moris. Sect.* IX. t. 17. *LASERPITIUM Chironium* *Linn.* (*Spec.* p. 376.) *Spec. ed. Reich.* I. p. 686. *Gouan Fl. monsp.* p. 218. (L. foliolis oblique cordatis, petiolis hirsutis.) *Willd. Spec.* I. p. 1419. *PASTINACA opopanax* *Linn.* *H. Cliff.* p. 105. *Gouan Fl. monsp.* p. 223. *Illustr.* p. 19. t. 13. 14. *Gerard prov.* p. 254. *Lam. Enc.* IV. p. 719. *Allion. pedem.* p. 1289. (P. foliis pinnatis, foliolis basi anticâ excisis. *Linn. Mant.* p. 357.) *Willd. Spec.* I. p. 1466. *Enam.* p. 320. (Waldst.) *Kit. pannon.* III. p. 233. t. 211. *Decand. Fl. franc.* IV. p. 341. *Loisel. Fl. gall.* I. p. 176. *Lapeyr. Hist. pyren.* p. 163. *Smith Prodr.* *Fl. graec.* I. p. 202. *Plenck off.* t. 228. *PASTINACA altissima* *Lam. Fl. fr.* III. p. 465.) *FERULA opopanax* *Spreng. Umb. Spec.* p. 77. (SELINUM opopanax *Crantz Class. Umb.* p. 53.)

In Gallia australi, Italia, Sicilia, Croatia et Graecia.

4. Quanquam differant icones *Matthioli* et *Dodonaei* primariae, tamen eandem esse plantam cognovit *Magnol.*

(Obs. *Linnaeus* subscripsit LASERPITIUM Chironio: "Folia integra

cordata, lobo superiore brevior, crenata, obtusa. Petioli valde hirsuti. Involucrum parvum, tam universale quam parziale: hinc diversa a PASTINACA Costina. „Cum P. Opopanace conjunxisse Gouanum monuit Reichard; sed Willdenow sub L. Chironio addidit: „An eadem sit cum P. Opopance, vel distincta; an porro L. Archangelica eadem sit ac Linnæana planta, determinare non amsim.“ PASTINACAE vero Opopanaci subscripsit Linnaeus: „Folia radicalia simpliciter pinnata, foliola 5 cordata, basi antica excisa. Petioli radicalium subhispidi.“ Smith l. c. utramque eandem esse plantam docet. Rad. 2 ped. et ultra, crassitie brachii; caulis 5-7-ped. Flores flavi. Virosum aroma olet) Sch.

21. *F. laevigata* Spr.; caule tereti frutescente, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis obtusis obsolete crenatis punctatis, fructibus subbaccatis. BUBON *laevigatum* Ait. H. Kew. ed. 1. I. p. 352. ed. 2. II. p. 146. Willd. Spec. I. p. 1439. Poir. Enc. Suppl. I. p. 733. FERULA *laevigata* Spreng. Umb. Spec. p. 88.

In Africa australi. h. (Caulis frutescens lignosus teres. Folia, trijuga cum impari, glabra, in petiolum brevem decurrentia, HARTOGIAE capensi Pers. simillima. Umbella terminalis depauperata. Flores lutei. Fructus incrassati solidi, jugis 3 dorsalibus obtusis. Spreng.) Sch.

22. *F. villosa* Walt.; caule pedunculis umbellisque villosis, foliis ternato-supradecompositis, foliolis ovatis serratis rigidis venosis, floribus albis. Walt. Fl. carol. p. 115. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 192. CIEUTA *venenata* Philad. philos. trans. Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 183.

In collibus aridis Americae borealis (a Novo Eboraco usque ad Carolinam.) 4. Venenum efficacissimum.

23. (*F. pumila* Pall.; foliis radicalibus pubescentibus, ternato-tripinnatis, pinnulis laciniato-pinnatifidis, laciniis decussatis obtusiusculis, caule laevi paniculato aphylo, vaginis nudis. Reliqu. Willd. MS.

In Sibiria. Pallas. 4.) Sch.

24. (*F. pubescens* Pall.; foliis radicalibus cano-pubescentibus ternato-tripinnatis, pinnulis laciniatis, laciniis linearibus tripartitis obtusis, caule pubescente paniculato subaphyllo, vaginis oppositis minimis. Reliqu. Willd. MS.

In Sibiria. Rad. crassitie digiti 1/2 ped., apice setis pallidis; folia radicalia 3-4, semipedalia, uti tota planta, cano-pubescentia. Caulis fere aphyllus, basi tantum folio minuto, ad ramificationes vaginis emarcidis oppositis. Involucrum utrumque minutum caducum. Ill. Ds. de Schlechtend.) Sch.

25. (*F. songarica* Pall.; foliis triternato-tripinnatis,

pinnulis laciniatis acutis, umbellis verticillatis, involucre utroque caduco. *Reliqu. Willd. MS.*

In Sibiria. 4. Pallas.)

Quid: FERULA *gigantea* H. Wiln. 1815
 — *rigida* Roth H. Turic. 1803
 — *verticillata* Schwetz. 1818?

1220. ANGELICA.

1. * *A. Archangelica*; caule glabro tereti striato, foliis bipinnatis, foliolis subcordatis lobatis argute serratis, extremo trilobo, vaginis laxis, floribus viridi-luteis. *Angelica* Hier. Braunschw. f. 35 a. Fuchs p. 124. Dodon. p. 318. Lobel Ic. p. 698. Dalech. p. 724. Gerard emac. p. 999. Tabern. p. 230. Park. p. 940. Moris. Sect. IX. t. 3. Riv. pent. ANGELICA *Archangelica* Linn. Fl. lapp. n. 101. p. 71. ed. Smith Spec. p. 360. Fl. Dan. t. 206. Willd. Spec. I. p. 1428. Lam. Enc. I. p. 171. (A. foliolorum impari lobato Smith Brit. I. p. 311.) Engl. Bot. p. 2561. (Plench off. t. 197. Wahlenb. lapp. p. 72.? Hall. Herb. n. 807. ANGELICA *officinalis* Monch meth. p. 81. A. *sativa* Mill. dict. p. 1. ARCHANGELICA *officinalis* Hoffm. Umb. Gen. p. 168. tit. fig. p. 19. 20.)

In Europa boreali et ipsa Lapponia. ♂. („Umbella universalis copiosa, radiis angulatis, partiales globosae. Involucrum saepe unifolium, involucella polyphylla linearia, reflexa. Petala ovata acuta viridia caduca. Stamina alba.“ Linn. „ANGELICA *spontanea* a *sativa* differt, auct. Millero.“ Reich. Descriptio plantae Linnaeanae apud Smith l. c. sequens: „Rad. crassa carnosae resinosa; caulis erectus 5-ped., ramosus cavus teres glaber sulcatus. Folia ternata pinnata, foliolis ovato-lanceolatis acutis incisus et acute serratis glabris subdecurrentibus, impari tripartito. Petiolus ad basin membranaceus nervosus maxime dilatatus ventricosus. Umbellae globosae multiradiatae, umbellulae densae hemisphaericae. Involucrum e foliolis paucis linearibus deciduis. Involucella suboctophylla lineari-lanceolata brevia. Cal. exiguus. Petala ovata inflexa albido-viridia. Fructus elliptico-subrotundus compressus acute costatus.“ Wahlenberg l. c. in *A. Archangelica* lapponica „pedunculos laeviusculos et flores lutescentes“ petit, addens: „Quae in hortis germanicis occurrit *Angelica sativa*, sequentis *sylvestris* varietas mihi videtur; a lapponica saltem abunde differt floribus albis, pedunculis albo-pubescentibus, foliis minoribus sine impari adeo lobato.“ In *Flora carpathica* p. 85 hanc distinguit instar *A. Archangelicae* a, quae illi „alpina, foliorum impari lobato, petiolo saccato fo-

liolis latiore, involucellis umbellulam aequantibus laevissimis, seminum costis dorsalibus cartilagineo-alatis. Huic, addit, petala re verà virescentia, et tota herba eximie succosa et mollis, ut junior comedi! possit. Altera Archangelica spuria vel littoralis floribus albicantibus, involucellis umbellula dimidio brevioribus subsetaceis asperis quodammodo diversa, magis lignosa et dura est, aromate acriori, adeo ut edi non possit. Haec regiones littorales et campestres praecipue occupare videtur. Haec videtur IMPERATORIA alba H. vind. 1817.) Sch.

(Obs. I. „Vittae in A. officinali tenuissimae, lutescentes. Petalorum color in speciminibus rossicis sylvestribus et hortensibus similis germanicis, scilicet albo-virescens, ideoque lapponica ANG. Archangelica juxta *Wahlenberg* differre debet.“ Hoffm. l. c.) Sch.

(Obs. II. Cls. *Lagasea* distinguit specie: A. Archangelicam, folioli impari lobato, lateralibus subdecurrentibus ovato-lanceolatis basi cordatis, *Nor. Gen. et Spec. diagn.* p. 13. n. 162 (quorum *Smith* l. c. et *Fl. Dan.* t. 206 trahit), et A. majorem, foliolis ovato-lanceolatis argute inaequaliterque serratis, extimo trilobato, infimis petiolatis, seminum alis subaequalibus, ib. n. 161. (ad quam laudat *Angelicam majorem* *Dodon. Pempt.* p. 318). Haec, cui alae latiusculae, marginales paulo latiores, 4 in Castilia veteri, circa *Lumbreras*, illa in Boetica, et 8.) Sch.

2. * A. *sylvestris*; caule superne cano pubescente, foliis bipinnatis, foliolis ovatis acutis serratis basi subbilobis, floribus albidis. A. *sylvestris* *Fuchs* p. 125. *Dodon.* p. 318. *Lobel Ic.* p. 699. *Gerard emac.* p. 999. *Tabern.* p. 230. *J. Bauh. Hist.* III. p. 144. *Park.* p. 940. *Moris. Sect.* IX. t. 3. *Ligusticum alteram* *Matth. ed. Bauh.* p. 547. A. *palustris* *Riv. pent.* *A. sylvestris* *Linn. Fl. lapp.* n. 102. p. 74. ed. *Smith.* (A. foliolis aequalibus ovatis serratis.) *Spec.* p. 351. *Willd. Spec.* I. p. 1429. (*Smith Brit.* I. p. 311.) *Engl. bot.* p. 1128. *Lam. Enc.* I. p. 172. (*Decand. Fl. fr.* IV. p. 286. *Wahlenb. lapp.* p. 72. *Hoffm. Umb. Gen.* p. 160. t. I. f. 15. *Schk.* t. 68. *Plench t.* 198. *Hall. Helv.* n. 806.) SELINUM *sylvestre* *Crantz Austr.* p. 177. (SELINUM *sylvestre* *Crantz Austr.* p. 177. SELINUM *Angelica* *Roth germ.* I. p. 133. II. p. 358. SELIN. *pubescens* *Mönch meth.* p. 80. IMPERATORIA *sylvestris* *Bess. gal.* I. p. 213.)

In pratis udis totius Europae (et in Olympo Bithyno). 2. Hujus varietatem (β elatiorem, foliol. sublanceolatis interdum trifidis) hungaricam, foliolis lanceolatis basi attenuatis subtrifidis, esse ANGELICAM verticillarem *Jacq. H. vind.* 2. t. 150. *Host Syn.* p. 157. (*Wulf.* apud *Römer Arch.* III. p. 356, qui huc ducit IMPERATORIAM nodifloram *Lam. Fl. fr.*) perhibet *Wahlenbergius Fl. carp.* p. 84. („Caulis erectus 4-ped., teres, laevis, rore caesio, foliosus. Folia bipinnata subglauca, foliolis ovatis distinctis acute serratis, serraturis mucronatis.

Umbellae hemisphaericae multiradiatae. Umbellulae densae. Involucrum subdiphyllum angustissimum, saepe nullum. Involucella polyphylla setacea. Cal. vix conspicuus. Petala ovata inflexa carnea. Fructus parvus." *Smith* l. c. Pubescentia quaedam insignis brevissima asperula in pedunculis et summo caule, unde habitus plantae junioris canescens. Umbellae valde globosae densiflorae, albae vel parum rufescentes. *Wahlenb. lapp.* l. c. Ab his non paucis discepat descriptio *A. verticillaris Jacq.*, licet lubenter hanc eandem credamus cum *Sylvestri β elatiore Wahlenb.*; est enim tota glabra, 4-7-ped., tertio plerumque florens anno, dein emoriens, nec perennans. Rad. ramosa, digitum vel pollicem crassa, teres, rugosa, pallida, lac niveum acre fundens, odore quodam, *ANGELICAE sylvestris*. Caulis teres aequalis rore glaucescente, diametri uncialis. Folia radicalia amplissima, 2-ped., et ultra, costâ farcâ. Foliola ovata acuta serrata, cum denticulis plerumque retrorsum detrusis, facie nitida et saturate virentia, integra, biloba trilobave, 1-4 poll., sessilia omnia praeter extremum petiolatum. Umbella terminalis 5 plerumque aliis in verticillum dispositis cincta, quos infra denuo alii verticilli et sic ter quater, praeter ramos axillares: haec quidem omnia in individuis majoribus locum habent. Invol. univ. aut nullum, aut foliolo uno alterove integerrimo vel serrato, part. nullum aut foliolum setaceum. Umbellae planae nec densae. Petala cum flavedine virent, parva, integra, vix tamen cordata. Antherae flavent. Semina oblongo-orbiculata, basi emarginata, striis 5 parum extantibus pallidioribus, margine membranaceo amplo tenui rufescente." *Jacq.* Foliolum extremum subinde etiam trilobum.) *Sch.*

(*Obs. I.* *ANGELICAM sylvestrem galiciensem et silosiacam* (quae eadem fide specim. cl. *Güntner*) differre ab *austriaca sylvestri Herb. Schimper* monet amiciss. *Besser in litt.*, qui in galiciensi vaginas foliorum nimis laxas et foliola oblongo-lanceolata, nec semina subrotunda dicit.) *Sch.*

(*Obs. II.* *Lagascia ANGELICAE sylvestris* foliolis ovatis acuminatis distinctis acute serratis *Nov. Gen. et Spec.* l. p. 13. n. 160. (ad quam *Linnaeus* et *Smith* ll. cc. laudat, monens in *ANG. sylvestris Dodon. Pempt.* 318 iconae caeterum bona foliola esse nimis breviter) distinguit varietatem β : foliolis inciso-serratis; *ANGELICA* vero *sylvestris Dodon. pempt.* p. 318 illi est: *A. villosa*, foliolis ovatis acutis, acute serratis, subtus praecipue pedunculis pedicellisque villosis-scabris. l. c. n. 159. Haec juxta rivulos in argillosis juxta *Pola de Lena* et *Parvia* in *Asturia*. *ANGELICA atropurpurea Linnaeus*, quam cum? huc ducit, vix hujus loci.) *Sch.*

(*Obs. III.* *A. montana Brotero*; foliis bipinnatis, foliolis ovatis serratis oppositis integris bilobis trilobisque. *Brotero Fl. lusit.* p. 426. hujus fors varietas. Huic „Caulis 3 ped. et paulo altior, ramis paucis. Folia atro-virentia, maxime in culta, decomposita aut supra-decomposita, in spontanea valde majora, quam in *sylvestri*, in culta maxima et similia *Archangelicae*; foliolum impar saepius bi-raro trilobum, lobis lateralibus intermedio angustioribus; in spontanea foliolum impar saepius integrum, raro bilobum. Umbella densa, multiradiata, sphaerica, Rosculis albis. Prototypum *ANG. Archangelicae*." *Brotero*. Ad ima

umbrosa et humida montium de Lousaa et Miranda, nec non ad Mundae margineae prope Conimbricam. ♂.) Sch.

3. *A. Razoulii* Gouan; caule sulcato superne pubescente, foliis tripinnatis asperis, foliolis oblongis argute serratis oblique in petiolum decurrentibus, involucris obsoletis. *Panax alpina Ebuli foliis*. Bocc. Mus. t. 99. Imperatoria alpina maxima. Tourn. Inst. p. 317. ANGELICA Tournefortiana Cusson apud Lapeyr. Hist. pyren. p. 156. ANG. Razoulii (foliis bipinnatis, foliolis lanceolatis serratis decurrentibus.) Gouan Ill. p. 13, t. 6. Allion pedemont. n. 1310. Willd. Spec. I. p. 1429. Decand. Fl. franc. IV. p. 305. Loisel. Fl. fr. I. p. 168. Spreng. Umb. Spec. p. 61. ANG. ebulifolia Lapeyr. Hist. pyren. p. 156. ANG. montana Schleich. IMPERATORIA flavescens Besser Fl. galic. I. p. 213. (IMPERAT. Razouli H. vind. 1817.)

In alpebus pyrenaeis, graiis, penninis, cottiis et ipsa Galicia. ♂. (Facies A. Archangelicae, sed hujus foliola inferiora petiolata, subcordato-oblonga, auriculato-lobata, utrinque glabra, extremum trilobum, involucrum nullum; tum Razouli foliola basi obliqua multo angustiora in petiolum decurrentia, argutius serrata, haud lobata aspera; flosculi ante anthesin purpurei dein albescunt; fructus immaturus pubescit, dein glaber oblongus compressus margine alatus dorso jugis 3 acutis alatis. Imp. flavescens Bess. tam proxime accedit, ut, licet fructus minores, nullo modo alienam arbitrer, nisi varietatem. Spreng.) Sch.

(Obs. I. ANGELICA Razoulii haud ita paucis diversa ab IMPERATORIA flavescente. „Radix“ ut Gouan ait „perennis, crassa, longissima inter rupes. Facies ANGELICAE Archangelicae. Caulis 3-ped., angulato-striatus, laevis, ramia 3-4. Folia primordialia semipalmaria facie Sambuci, ternata, pinnulis 2 inferioribus oppositis quinatis, summa septenis foliolis lanceolatis serratis subtus pubescentibus: radicalia et inferiora caulina fere pedalia, pinnulis saepius 5, 2 scilicet lateralibus et impari; in infimis pinnulis foliola ex quolibet latere 4, in secundis 3 aut 2; in terminali foliola uniformia sessilia lanceolata serrata aristata, serraturis mucrone inermit. Haec foliola per paria ad nervum coacta decurrunt juxta petiolum ad foliola usque inferiora, solo folii universalis nervo principe nudo, superne glabra, subtus cinereo-pubescentia. Umbellae amplissimae, hemisphaericae radiis circiter 80, inaequalibus, 3-2 poll., pubescenti-cinereis. Inv. univ. foliolum tenue setaceum 1/3 poll.; involucella setacea 4-6. Corollae ante explicationem amoene purpureae, demum albae. Germina incana pubescentia. Fructus ovato-oblongi, costis dorsalibus 3, sub lente rugosi hirsutique. Flores hermaphroditi et feminei. IMP. flavescens Bess. vero: caule striato, foliolis ovato-oblongis obtusis inaequaliter serratis, vaginis oblongis, seminibus ellipticis Besser l. c. est radice certo bienni, caule tereti laevissime striato glabro 3-ped., superne parum ramoso, infra umbellam striato angulato, angulis scabris. Folia magna supradecomposita, foliola parum tantum acuta, nunquam lanceolata ut in sylvestri.

Serraturae licet ut in hac cartilagineo - mucronatae, tamen majores. Par extimum lateribus decurrens cum impari illis duplo majore, saepius cohaerens. Petioli compressi subangulati, superne canaliculati marginati, vaginâ amplâ oblongâ 2 poll. Umbella planiuscula radiis 20-30, angulatis scabris. Umbellulae densae convexae. Invol. monophyllum caducum aut deficiens. Involucelli foliola plura setacea, umbellulâ breviora. Flores virescenti-flavicantes, exteriores solum fertiles. Semina elliptica duplo longiora quam lata, tricostata, alâ spadiceâ. *Bess. l. c.*) Sch.

Obs. II. Div. *Lapeyrouse* A. *ebulifoliam* adhuc in *Abrég. d. Pyren. Suppl. p. 44.* distinctam esse speciem monet, et hujus varietatem addidit β : tenuifoliam, ad quam ex *Herb. Tournef. Imperatoria pyrenaica tenuifolia C. Bauh.* Altitudine α , sed folia tenuiora. Dr. *Lalanne* legit in pratis *Sarrance a Garaig Pyren. inf. Cls. Decandolle Suppl. n. 3422.* ANGELICAM *sylvestrem Vill. delph. II. p. 628.*, ANGELICAM *Razouli All. n. 310 excl. syn.*, ANGELICAM *montanam Schleich.* unam eandemque speciem esse affirmat, quam l. c. tanquam propriam, nomine IMPERATORIAE *montanae*, exhibuit. Hanc esse intermediam *sylvestrem* inter et *Razouli* asserit, lobis foliolorum superioribus non ovatis, basi, ut in *sylvestri*, parum emarginatis, sed decurrentibus in costa principe, unde confunditur cum A. *Razouli*, a qua tamen foliis omnino glabris, lobis latioribus, inferioribus non decurrentibus, absentia involucri universalis differt. Synonyma ergo haec excludi jubet l. c. p. 508, et nonnisi A. *ebulifoliam* retineri, cujus varietatem distinguit *proliferam*, caule fasciato, inv. univ. nullo, part. in foliola mutato, umbellularum flosculis longissime pedunculatis.) Sch.

4. * A. *atropurpurea*; caule glabro pruinoso colorato, foliis radicalibus ternatis cordatis lobatis, superioribus pinnatis, foliolis omnibus petiolatis oblongis basi attenuatis serratis, serraturis apice albidis, floribus ferrugineis. *Angelica canadensis atropurpurea Cornut. canad. t. 199.* *Moris. Sect. IX. t. 3.* *Ang. atropurpurea Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 692.* *Lam. Enc. I. p. 173.* (A. foliis compositis, foliolis oblongis sublobatis serratis subsessilibus, extimo pari coadunato, terminali petiolato.) *Willd. Spec. I. p. 1430.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 193.* *Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 186.* (ARCHANGELICA *atropurpurea Hoffm. Umb. p. 169.*)

In *Canadae et Virginiae montibus*. 4. (Caulis orgyalis, crassitie vix brachii, fistulosus, articulatus, laevis, atropurpureus, rore glauco. Petioli communes vaginantes, striati, partiales propriique compressi canaliculati. Foliola oblonga sublobata serraturis apice albis, venosa, nuda, subtus pallida, pleraque sessilia. Umbellae terminales 3, vaginis 2 oppositis purpureis, apice foliosis. Pedunculus communis teres, partiales angulati s. sulcati, proprii laeves. Invol. nullum; involucella foliolis 12, subulatis, longitudine umbellulae hemisphaericae. Petala incurva, staminibus breviora, extus ferruginea, intus purpurascens. Receptaculum et stamina viridia. Semina con-

vexa tricarinata. *Linn.* Rad. fragrans. Caulis subinde et 3 ped. Vittae aureae, crassiores quam in *officinali*. *Hoffm.* (Vehemens venenum.) *Sch.*

5. *A. triquinata Mich.*; foliis ternato-bipinnatifidis, foliolis oblongis serratis glabris, inferioribus auriculatis, caule superne pubescente tereti. *A. triquinata* (petiolo tripartito, partitionibus 5 foliolis inciso-dentatis, terminalium impari rhombeo sessili, lateralibus decursivis.) *Michaux Fl. bor. Amer. I. p. 167.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 193.* *Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 186.* PASTINACA *triquinata Spreng. Umb. Spec. p. 68. t. 6. f. 2*; melius tamen dortus a *Nuttallio* et *Toreyo noveboracensi* jam potius huc refero.

In Canada et Virginia. 4. FERULAM *canadensem* (CNI. DIUM *canadense Spreng.*) *Toreyus* huc trahit. (Caulis 1 1/2-2 ped., simplex, erectus glaber. Petioli inferiores tripartiti; foliola trijuga cum impari, decursive pinnata, basi attenuata, acuta, 1 poll., vix 1/2 poll. lata, superiora minus divisa vaginis petiolaribus. Vaginae ejusmodi duae ad ortum pedunculorum in apice caulis, quorum terni pubescentes plerumque. Umbellae radiis subdenis pubescentibus. Inv. univ. nullum part. subhexaphyllum, foliolis linearibus. Flores albidii. Fructus ovalis compressus, margine subalatus, dorso jugis 5 obsoletis, interjectis vittis latioribus ab apice ad basin usque. Rhaphe vittis binis convergentibus: axis bifidus. *Spreng.*) *Sch.*

6. * *A. lucida*; caule glabro, foliis ternato-bipinnatis nitidis, foliolis aequalibus ovatis basi cuneatis inciso-serratis, floribus albidis. *Ang. lucida canadensis Cornut. canad. p. 197.* *Barrel. Ic. p. 1320.* *Moris. Sect. IX. t. 3.* *Riv. pentap. Gronov. virg. II. p. 147.* *Linn. H. Ups. p. 62.* *Spec. ed. Reich. I. p. 692.* *Jacq. H. vind. III. t. 24.* *Willd. Spec. I. p. 1430.* *Lam. Enc. I. p. 173.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 193.* *Nuttall Gen. Amer. pl. I. p. 186.*

In Canada et Pennsylvania. 4. (Tota glabra. Rad. pollicem crassa, sapore quodam Apii, acris, altero vel tertio anno caulescens, et deperiens. Caulis 1-2 ped., crassitie digiti, erectus vel flexuosus, ramosus, fistulosus, superne striatus. Folia radicalia tri-, caulina bipinnata, foliolis lanceolatis vel ovatis, acutiusculis, supra lucidis atrovirentibus, subtus nitidis, extimo confluyente. Umbellae et umbellulae convexae densae. Radii striati. Involucr. univ. e foliolis subquinis anguste lanceolatis mucronatis, part. e foliolis tot, quot radii, subulatis acuminatis. Petala aequalia patentissima ovata apice inflexa acuto sordide pallentia. Filamenta corollae duplo longiora. Germinis vertex saturate virens. Semina fusca, illinc striis 3 elevatis fere parallelis, ad oras ala membranacea, fervida. *Jacq.* Foliola opposita, bullato-rugosa, basi integerrima,

serraturis barbatis, $1\frac{1}{2}$ poll., pollicem lata. Inv. univ. nullum, part. polyphyllum. Flores albidis. *Spreng.* ad specimen *Mühlenberg.*, formâ foliolorum omnino recedens a descriptione et iconibus, ut dubius haereat. Reliqua tamen conveniunt in descriptione eli. *Sprengel.* In hortis monente eodem vulgo occurrit *IMPERATORIA verticillaris* hoc nomine.) Sch.

7. *A. pratensis* *MB.*; caule sulcato superne angulato glaberrimo, foliis ternato-decompositis subtus asperis, foliolis subdivaricatis cordato-ovatis inaequaliter dentatis. *Spreng. Umb. Spec. p. 60.*

SELINUM odoratum *Bernh.* apud *Spreng. l. c.*

IMPERATORIA palustris *Besser Fl. galic. l. p. 214.*

(*OSTERICUM pratense* *Hoffm. Umb. Gen. p. 164.*

OSTERICUM palustre *Besser* in litt.)

In pratis circa *Erfordiam* et in *Galicia*. 4. (Similis *sylvestri* foliorum formâ, floribus albidis, fructibus iisdem, statione quoque convenit. „Rad. vix digiti minimi crassitie, rugosa, pallida, saporis fere *APII Petroselini*. Caulis basi purpureus, $1\frac{1}{2}$ -4-ped., foliis paucis. Petioli stipulâ ventricosâ, sulcati, partiales carinâ pilis rigidis brevibus albis, cingulo simili pilorum ad genicula. Foliola subinde lanceolata, acuminata, impari cum lateralibus confluenta, supra glabra, apice rarius integra, petiolata excepto ultimo. Invol. subnullum. Involucella polyphylla, foliolis lanceolatis acuminatis brevibus. Umbellae radii 15-30. Umbellulae minus convexae. Corollae et semina *Imp. sylvestris*. Germen supra demum purpurascens. Rami sub umbella plures umbellis sterilibus, altiores. *Besser l. c.*“) Sch.

(*Obs.* *OSTERICUM* *Trag. C. B. p. 155, montanum* *ibid. p. 186* (*Angelica sylvestris minor sive erratica* *Mentz ind. p. 224.*) nomen vetustum *Angelicae sylvestris* optime quadrat in similem admodum plantam, quam nomine *IMPERATORIAE palustris* *Bess.* misit excell. *M. a Bieberstein* in litt. sequentibus characteribus ab eo probe distinctam: „Semina quoad structuram videntur cum *ANGELICAE sylvestris* seminibus omnino convenire, sed flosculi instruuntur calyce magis quam in plerisque Umbelliferis evidenter foliolosa, laciniis obtusis latiusculis persistentibus. Petala dum inflectuntur magis obcordata sunt. Semina texturâ maxime diversa. Folia composita, duplicato-pinnata vel ternata, foliolis inaequalibus ovatis inciso-serratis, margine scabriusculis.“ *Hoffm. l. c.*) Sch.

8. *A. Fischeri* *Spr.*; caule obtuse angulato ramoso, foliis tripinnatis, foliolis divaricatis remotiusculis subtrifidis, laciniis lanceolatis cuspidatis, nervosis, involuacro universalinullo. *ATHAMANTA denudata* *Fisch. in litt.*

In *Sibiria*. 4. Statim dignoscitur petiolis foliolorum divaricatis subreflexis, laciniis foliolorum elongatis pariter divaricatis, floribus albidis. Caules orgyales in horto. *CONIOSELINUM tataricum* *Fisch.* apud *Hoffm. Umb. p. 185* hujus est generis. („*CONIOSELINUM* *H. Gorenk.* planta nova, habitu et foliis *Conio* similis, fructu et floribus quodammodo *Selino*, vit-

tarum numero multiplicato *Critamo*, a quo differt: Inv. univ. nullo., part. polyphyllo, cal. nullo, pet. obcordatis, apice in lacinulam acutam canaliculatam incurvis, sem. ovalibus 5 alato-costatis, alis dorsalibus, approximatis aequalibus vallec. et commiss. multiplicato-vittatis, vittis nudis filiformibus inaequalibus." *Hoffm.*) Sch.

9. * *A. Carvifolia* Spr.; caule sulcato acutangulo, foliis ternato-decompositis, foliolis trifido-pinnatifidis oblongo-lanceolatis albido-mucronatis, pistillis fructus reflexis. *Saxifraga Anglorum facie Seseli pratensis Lobel adv. p. 551. Hist. p. 456. Ic. p. 784. Dalech. p. 713. J. Bauh. Hist. III. p. 171. Ger. emac. p. 1047. Foeniculum sylvestre Dalech. p. 689. Hippomarathrum II. Tabern. p. 161. ? Seseli pratense nostras Park. p. 904. Angelica tenuifolia Riv. pent. Carvifolia Vaill. bot. paris. t. 5. f. 2. SELINUM foliis triplicato-pinnatis. Hall. stirp. t. 20. S. Carvifolia Linn. Suppl. p. 180. Jacq. Fl. austr. t. 16. Fl. Dan. p. 667. Willd. Spec. I. p. 1398. (excl. syn. Allion.) Decand. Fl. fr. IV. p. 322. Hoffm. Umb. Gen. p. 152. t. 1. f. 16. SELINUM membranaceum Vill. cat. meth. Strasb. t. VI. Fide Jacquin huc quoque: LASERPITIUM selinoides Scop. carn. I. p. 198. et SELINUM palustre Crantz fasc. p. 172. t. 4. f. 1. sed cum? ATHAMANTA flexuosa Decand. H. paris. fid. Hoffm. l. c. SELIN. angulatum Lam. Fl. fr. III. p. 419. et SELIN. Pseudo-Carvifolia Allion. n. 1306, utrumque fide Decandolle.*

In pratis sylvaticis totius Europae, praeter Britanniam. 2. (Caules acute striati. Foliola omnia apice s. mucrone albo. Semina ovata, sulcis elevatis 3, compressis, uti *Laterpitium*: lateribus semina a se invicem hiant. Linn. Tota nitida. Rad. floris fusca, intus candida, crassitie digiti minimi, 1/2 ped. Caulis fere semper unicus, 2-ped., medullâ albâ farctus, pallide virens, simplicissimus aut ramulo uno alterove teres, simulque membranis longitudinalibus tenuissimis, ad lineae altitudinem saepius extantibus ubique alatus, quae membranae plerumque, nec semper, ad exortum radiorum umbellae universalis, quandoque etiam ad principium petiolorum cessant ex abrupto. Folia multiplicato-pinnata, in radicalibus longo, in caulinis dilatato quidem, at vix vaginante petiolo. Foliola plana, quaedam confluentia. Umbella univ. densa, parum convexa, involuero e foliolo unico, rarius pluribus, subinde omnino nullo, involucellis e foliolis angustis 5-10. Petala oblonga, ob apicem acutum inflexum cordata, subaequalia, albida, aut suffusa rubore. Stamina corollâ duplo longiora. Flosculi fere omnes fertiles. Ala marginalis lata membranacea, 3 similibus in dorso. Jacq.) Sch.

(Obs. Sub hoc nomine tres diversas species latere, suspicatur ill. *Bezzius Obs. bot. II. p. 16. SELINUM Carvifolia Brotero Fl. Insit.*

p. 441 plurimis convenit, differt tamen caule magis ramoso, stylis erectis, seminibus alâ brevi, dorso sulcatis, costis 3 elevatis.) Sch.

10. * *A. pyrenaea*; caule sulcato simplici subaphyllo, foliis radicalibus subbipinnatifidis glabris, foliolis erectiusculis, subauriculatis, laciniis linearibus acutis, involucellis setaceis umbellulas subaequantibus. *Spreng. Umb. Spec. p. 62.*
Libanotis minima Dalech. p. 766. *Carvi alpinum C. Bauh. Prodr. p. 84.* *Moris. Sect. IX. t. 9. (ic. pessima).*
Imperatoria pyrenaica tenuifolia. Tourn. Inst. p. 317. *SESELI pyrenaicum Linn. Spec. p. 374.* *Willd. Spec. I. p. 1462.* *Poir. Enc. VII. p. 134.* *Loisel. Fl. gall. I. p. 175.* *SELINUM pyrenaicum Gouan Ill. p. 11. t. 5.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 323.* *Lapeyr. Hist. pl. pyren. p. 147.*

In pyrenaeis, arvernensis et vogesis montibus, 2. (., Habitu recedit ab ANGELICIS, proxima SESELEOS speciebus, aut CARO. Rad. fusiformis, simplex, caulis strictus teres spithameus dodrantalis, aciae vulgaris crassitie. Folia radicalia petiolis vaginantibus, glabra, 1 1/2 poll., foliolis oppositis, laciniis subtrifidis; caulinum unicum, radicalibus multo minus. Umbella 1-2, altera e ramo unico, radiis subquinis rigidis compositae. Involuer univ. nullum, parziale polyphyllum. Flosculi albidii. Fructus ovalis compressus, margine alatus, jugis 3 dorsalibus acutis alatis. *Spreng.* Rad. caulisque lactifluus; hic basi purpurascens, laevis, striatus, culmum latus, 1-1 1/2 ped., ramo plerumque unico. Folia tripinnata, foliolis lineari-lanceolatis integris bi-trifidisve, radicalia lactiflua, petiolo triangulari vaginâ amplâ, amoene purpureâ; caulina raro bina. Inv. univ. raro foliolum setaceum. Umbella radiis 5-8 inaequalibus, minore 1/2 poll., maximo 2 poll. Umbellula radiis circiter 40, lineam fere longis, involucelli foliolis 17-20 setaceis inaequalibus umbellulâ longioribus. Semina matura livide rubentia, margine membranaceo lato, costis in dorso tribus. *Gouan.*) Sch.

(Obs. *SELINUM Lachenali* vaginis foliorum amplis, foliis (duplicato- et) triplicato-pinnatis, lobulis ultimis lanceolato-linearibus acutis mucronatis, involucellis umbellulam vix adaequantibus, *Gmel. bad. I. p. 460. t. 4.* *PEUCEDANUM alsaticum Will. phyt. I. p. 306. excl. syn. a clo. Decandolle* β dicitur *SELINI pyrenaei Fl. fr. n. 3493*, qui vogensia specimina nullo modo differre a pyrenaicis vidit. „Rad. crassiuscula obliqua subramosa, rugoso-annulata, extus fusca. Caulis solitarius, 1/2 ped., rarius pedalis, erectus, striatus, pallidus, quandoque ramo unico simplici. Folia radicalia 5-7, 2-3 poll., 1 1/2-2 poll. lata, saepe viridia, glabra. Vaginae latissimae, membranaceae, dilute purpureae, 3-4 poll. Pinnulae semipinnatae, trium parium, trifidae, bifidae, segmentis ultimis lineari-lanceolatis, mucrone albicante, 2-3 lin., vix 1/2 lin. latis. Folia caulina saepe nulla, quandoque 1-3, breviter petiolata. Umbella 5-8-radiata, radiis maxime inaequalibus firmis erectis angulatis glabris, 4-16 lin.; umbellulae multiradiatae, globosae. Pedicelli tenues 1-3 lin. Inv. univ. nullum, part. 8-12-phyllum, foliolis angustissimis longitudine pedicellorum. Petala exigua

aequalia inflexo-cordata, extus dilute purpurascens, intus viride albido-luteola. Semina ovato-subrotunda, marginibus late membranacea, alata, dorso profunde longitudinaliter tricostata, fusca, lineam longa lataque, stylis persistentibus reflexis." *Gmel. l. c.) Sch.*

(Quid:

11. *A. lobata Walt.*; foliis inferioribus biternatis, foliolis petiolatis ovatis serratis, superioribus ternatis. *Walt. Flor. Carol. p. 115. Gmel. S. V. I. p. 482. n. 6.*

12. *A. integrifolia*; foliolis integris petiolatis. *Walt. Flor. Carol. p. 115. Gmel. l. c. n. 7.)*

1221. IMPERATORIA.

1. **I. Ostruthium*; caule tereti glabro simpliciusculo, foliis ternato-pinnatis, foliolis late ovatis lobatis basi inaequalibus inciso-serratis, vaginis amplis, floribus albidis. *ASTRANTIA Brunf. III. p. 65. Imperatoria Matthiol. ed. Bauh. p. 567. Dalech. p. 727. Tabern. p. 238. J. Bauh. Hist. III. p. 137. Ger. emac. p. 1001. Park. p. 940. Moris. Sect. IX. t. 4. Riv. pent. IMP. major Garid. Aix. t. 55. (Lam. Fl. fr. III. p. 417.) IMP. Ostruthium Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 712. Willd. Spec. I. p. 1453. Schk. t. 74. Engl. bot. n. 1330. Lam. Enc. III. p. 242. Ill. t. 199. f. 1. (Plenck off. t. 211. SELINUM Imperatoria Crantz austr. p. 174. Roth germ. I. p. 133. II. p. 357. ANGELICA officinalis Bernh.)*

In sylvis Europae (Cyprique) passim. 2. ANGELICAE Archangelicae similis optime distinguitur foliis latioribus, floribus albidis. (Involucrum uno alterove foliolo tenuissimo. Folia floralia opposita: stipula petiolaris membranacea, ventricosa, una intra alteram.) Linn. Rad. tuberosa, acris, aromatica. Caules erecti 1 1/2 ped. subsimplices teretes striati glabri; folia biternata glabra, acute serrata et incisa. Umbellae terminales paucae planae multiradiatae laeves, umbellulae multiflorae. Involucelli foliola pauca setacea. Flores albi rubicundive regulares. Petala elliptica, mucrone inflexo. Fructus dilatatus, apice basique emarginatus, glaber." Smith l. c.) Sch.

2. *I. verticillaris Decand.*; caule tereti, glauco, ramis floriferis verticillatis, foliis ternato-decompositis rigidiusculis, foliolis divaricatis, omnibus petiolatis ovato-oblongis basi inaequalibus inciso-dentatis, floribus virentibus. *Valde bonae nomine missa J. Bauh. Hist. III. p. 167. Angelica montana Plukn. t. 134. f. 1. ANGEL. alpina ad nodos florida Tournef. Inst. p. 313. ANGEL. verticillaris Linn. Mant. p. 217. Willd. Spec. I. p. 1429. Lam. Enc. I. p. 172. Allion. pedem. n. 1311. IMP. vertilla-*

ris Decand. Fl. franc. IV. p. 287. (qui jubet in *Allion. l. c.* excludi *synon. Lamarck.*)

In alpibus graiis et cottiis. 4. (*Linnaeus*, qui Italiam cum? attulit, addidit: „Caulis humanae altitudinis, et ultra, rore glaucescente. Rami floriferi verticillati 4-5, idque bis terve, aliis pedunculis supra alios in summitate caulis. Folia decomposita, petiolis farctis, ramificationibus divaricatissimis, basi nodosis. Foliola glabra, viridia, extimo non decurrente. Flores virides. Petala minuta inflexa integra. Semina cordato-orbiculata, obtusa, laevia, valde compressa. Synonyma valde dubia, cum autores (*Pluk. l. c. A. sylvestris montana Bauh. pin. 155. A. multiplicata, latiore umbellâ Lob. ill. 144?*) de sua valde recedant. Nostra plus quam 2 ped., petiolis non fistulosis, foliolis non lucidis nec extimo decurrente; umbellâ non convexâ, nec densâ confertis floribus.“ *Linn.*) *Sch.*

Obs. Confer *A. sylvestrem.*

3. *I. angustifolia Bellard;* foliis biternatis, foliolis oblongis basi attenuatis laciniatis serratis. *Astrantia Dodon. p. 320. A. alpina mas. C. Gesn. aen. t. 16. f. 143. Imperatoria Ostruthium Lobel Hist. p. 398. Ic. p. 700. Imp. alpina Matth. ed. Bauh. p. 567. Camerar. epit. p. 533. J. Bauh. Hist. III. p. 140. IMP. minor Moris. Sect. IX. t. 4. (ANGELICA angustifolia Hoffm. Umb. Gen. p. 161.)*

In alpibus graiis. 4.

4. *I. caucasica Spreng. Prodr. Umb. p. 17.;* caule sulcato ramoso, foliis biternatis glabris, foliolis ovatis cuneatis inciso-lobatis, intermedio subtrilobo petiolato, involucellis unilateralibus triphyllis pendulis. *SELINUM causicum M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 213. (Hoffm. Umb. ed. 2. I. p. 155. et XIV. Steven Mem. Soc. Nat. Cur. mosq. III. p. 259. OREOSELINUM causicum M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 209.)*

In sylvaticis umbrosis Caucasi (iberici). 4. Flores ochroleuci. (Facies *Ligustici*, sed fructus complanatus obsolete costatus *SELINI*. Caulis 1 1/2 ped., ramosus, sicut tota planta glaber. Folia foliolis teneris latis. Umbella 10-radiata. Involucella cuneiformi-ovata incisa in diagnosi, in descriptione longa subulata, *Aethusae* instar pendula. Petala luteo-alba. Inv. univ. non semper deficit, verum saepe foliolo uno alterove subulato absolvitur. Stylopodium insigne lobatum. Styli breves demum longitudine stylopodii. Esse distincti generis cum *I. Chabraei*, cui proxima, monet *Hoffmann l. c.*) *Sch.*

5. * *I. Chabraei Spreng.;* caule teretiusculo striato, vaginis foliorum elongatis flaccidis, foliis bipinnatifidis, foliolis linearibus acuminatis, inferioribus subdecussatis. *Carvi-folia Chabr. stirp. p. 389. J. Bauh. Hist. III. p. 171.*

SELINUM *Chabraei* Jacq. austr. t. 72. Willd. Spec. I. p. 1399. Rebernt. Neom. p. 133. Loisel. Fl. gall. I. p. 162. Decand. Fl. franc. IV. p. 322. Poir. Enc. VII. p. 66. Lapeyr. Hist. pl. pyren. p. 147. Bertolon Amoen. Ital. p. 349. SELINUM *Carvifolia* (*Chabraei*) Crantz austr. p. 162. t. 3. f. 2. Allion pedem. n. 1305. PEUCEDANUM *Carvifolia* Vill. Delph. II. p. 630. SELINUM *palustre* Thuill. paris. II. p. 139. IMPERAT. *Chabraei* Spreng. Umb. Spec. p. 64. excl. synonym. Willich et Besser. (OREOSELINUM *Chabraei* Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 209.)

In nemoribus *Marchiae*, *Austriae* et *Galliae* (in nemorosis circa *Tiflim*). 4. (Tota glaberrima. Rad. fusiformis, simplex et ramosa, 1/2 ped., calamus vel digitum minimum crassa, albida, subinde rufescens, saporis pauci. Caules plures, superne ramosi, non raro purpurascens, 2-3 — 5 ped. Folia radicalia et caulina infima petiolis antice sulcatis longis e foliolis oppositis pinnatis, vel tantum pinnatifidis, basi foliolo auctis simili, ac propterea costam saepe decussantibus, pinnulis lineari-lanceolatis acutis: foliola caulina minus divisa, longiora; summa simpliciter pinnata, petiolis membranaceis planis, ut inde folia pendula. Invol. univ. nullum, parziale rarissime etiam foliolo unico setaceo. Radii 6-18 valde inaequales, fructiferi erecti. Umbella univ. plana, rara, ex umbellulis magis densis, centro tamen saepius nudis. Germen feotum apice atro rubens. Flores omnes fertiles petalis oblongis inflexis vix cordatis aequalibus intus albidis, foris leviter purpurascens. Antherae pallidae. Semina subovata compressissima, illinc in medio striis 3 parum elevatis, margine membranaceo, sapore paucis ingratis subacris. Jacq. Stylopodium stylique fere IMP. *caucasicae*.) Sch.

(Obs. „Ad varietatem *latifoliam*, *Ucraniae* familiarem, videtur referendum OREOSELINUM *podolicum* (SELINUM *podolicum*) Besser galic. app. n. 1212.“ Hoffm. Umb. Gen. ed. 1. I. p. 155. Cls. Sprengel Umb. I. c. huc duxit SELINUM *lactescens* a Lam. Fl. franc. III. p. 418. LIGUSTICUM *decussatum* Mönch meth. p. 81. cum Decand. in Fl. fr. n. 3490. PEUCEDANUM minus Allion esse SELINUM *Chabraei* monuit amicissimus *Balbis* in litt.) Sch.

6. * I. *Seguierii* Spreng.; caule tereti striato, foliis tripinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis remotis linearibus subfalcatis cuspidatis, pedunculis subverticillatis. *Ligusticum alpinum* perenne *ferulae* folio. *Seguier* Neron. II. p. 41. t. 13. SELINUM *Seguierii* Linn. Suppl. p. 179. Jacq. H. vind. t. 61. (Wulff. apud *Römer* Arch. I. p. 354.) IMPERATORIA *Seguierii* Spreng. Umb. Spec. p. 65.

In monte *Baldo* (calcareis *Carnioliae* et *Porojalii*) 4. A. plerisque cum CNIDIO *pyrenaeo* commutatur: sed illius foliola abbreviata, hujus elongata subfalcata, fructus etiam diversi. *Cnidii* enim solidus, costis quinque subalatis, hujus com-

pressus planus, margine alato, costis 3 dorsalibus obtusis. („Caulis multiplex 4-ped. laevis non striatus, nisi in summitate, ubi obsolete. Rami superiores, uti folia, oppositi. Folia patentia, partialia divaricata s. patentissima. Pinnae lineares acutae sessiles subdecurrentes, acumine inermi. Umbella composita, radiis ad 40, umbellula radiis multis. Pedunculus communis obsolete striatus. Involucrum nullum. Involucella setacea multa flosculis breviora. Corollae explicatae. Petala alba. Styli fructus horizontaliter patentem.“ *Linn.*) Sch.

(Obs. „Differt potissimum *SELINUM Seguieri* foliolorum formâ a *LIGUSTICO Gouani*. Hujus nimirum folia habent lacinias lineares abbreviatae 3-4 lin., apice rotundatas mucronatas, margine serrulatas, nitidas. Illius (*S. Seguieri*) folia habent lacinias lineares subfalcatas elongatas subpollicares apice attenuatas cuspidatas margine glabras opacas. Folia summa etiam magis elongata, quod nunquam in *LIGUSTICO pyrenaeo*. Fructus fecit maximam differentiam. Est in nostra ovalis plano-compressus margine alatus, jugis 3 dorsalibus acutiusculis, in *LIG. pyrenaeo* vero (*CNIDIO*) ovatus solidus jugis 5 acutis subulatis. *SELINUM* dicerem, ni abesset involucrum univ., ergo potius *IMPERATORIA*.“ *Spreng.* Discrepat paucis descriptio *Wulfeni* l. c.: Caulis 2-3 ped., glaber, subtilissime striatus, sub umbellis sulcatus. Rami ex eodem geniculo saepe 3-5. Folia radicalia quadripinnata, pinnis lanceolatis. Umbellae magnae, plano-patentes, rarius foliolo uno alterove angustissimo subsetaceo lineas aliquot longo pro involucro universalis, radiis 1 1/2-2 poll. Involucella 5-8-phylla, foliolis inaequalibus setaceis radios subaequantibus. Petala oblongo-ovata, inflexo-apice subcordata. Stamina petalis longiora. Fructus margine breviter alatus.) Sch.

1222. THAPSIA.

1. * *T. villosa*; foliis ternato-decompositis petiolisque villosis, foliolis oblongis sinuato-pinnatifidis, infimis deflexis, laciniis obtusis mucronatis. *Thapsia* *Clus. Hist. I. p. 192.*
Seseli peloponnense majus *Lob. adv. p. 327. Hist. p. 424. Ic. 736.*
Dalech. p. 751. J. Bauh. Hist. III. p. 185.
Tabern. p. 307. Gerard emac. p. 1030.
Thapsia latifolia hispanica *Park. p. 877. Th. villosa*
Moris. Sect. IX. t. 18. Linn. H. Cliff. p. 105. Willd.
Spec. I. p. 1464. Poir. it. barb. II. p. 185. Enc. VII.
p. 610. Desfont. atl. II. p. 262. Lam. Ill. t. 206.
Decand. Fl. franc. IV. p. 342. (Regn. bot. Smith.
Prodr. Fl. graec. I. p. 201. Brotero Fl. lusit. p. 467.)
Th. decussata *Lagasc. Gen. Nov. p. 12.*

In Gallia australi, Hispania, (Lusitania, Cypro), Africa boreali. 2. (Petioli et folia villosa. *Linn. Rad. crassa, longa, cortice fusco, intus albida, laetescens, amara, aeris, collo capillata ramentis. Caulis teres 2-3-ped., et altior, paucifolius, ramis 2-3 alternis, patulis, umbelliferis, inferne pollicem fere crassus. Folia radicalia magna, bipinnata*

foliolis oblongis pinnatifidis dentatis albo-villosis. Umbella caulina sphaerica, magna, umbellulis numerosissimis, laterales ramorum paulo minores. Flores flavi. Occurrit in iisdem locis cum ista *latifolia*, aut interdum separatim in collibus circa Herminium varietas *angustifolia* seu *tenuifolia*, valde minor, foliolis angustioribus subvillosis aut superne glabriusculis atroviridibusque, caule humiliore, fere duplo graciliore, ramis uno alterove, umbellis depauperatis s. radiis paucis quae forte distincta species. In ericetis dumetis collibus sylvaticis circa Conimbricam Olisiponem et albi in Estremadura et Beira. 4. Poir. in Enc. l. c. describit radicem extus dilute flavam, caulem glabrum, striatum, glaucum, foliola subtus albida villosa, supra glabra saturate viridia, subdecurrentia, obtusa vel acutiuscula, margine subreflexa, vaginas membranaceas elongatas concavas, superne saepe aphyllas, umbellas terminales patentes, radiis 12-15 aequalibus glabris subfiliformibus; petala flava; fructum magnum oblongum margine alatum dentibus 5 parvis.) Sch.

(Obs. TH. *decussata* a clo. *Lagascia* distinguitur: foliis subbipinnatis, foliolis subpinnatifidis ad petiolum communem cruciatis, laciniis lanceolatis, petiols rhachibusque hirsutis, involucellis paucifoliis. Haec ad fretum Herculis.) Sch.

2. * *T. foetida*; caule petiolisque villosis, foliis tripinnatis, foliolis patentissimis pinnatifidis basi attenuatis, laciniis abbreviatis lanceolatis dentatis. Th. *Carotae* effigie Lobel Hist. p. 452. Ic. 780. Dalechamp p. 756. J. Bauh. Hist. III. p. 187. Park. p. 378. Moris. Sect. IX. t. 18. Th. *vulgaris* Ger. emac. p. 1031. Th. *foetida* Linn. Spec. p. 375. Willd. Spec. I. p. 1464. Poir. Enc. VII. p. 64. (Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 201.)

In Hispania, (Italia, Zacyntho et Cypro.) 4. (Rad. carnosae; caules erecti subsimplices striati teretes 2 ped.; folia ampla, bi-tri-pinnata, similia DAUCI *Carotae*, acuta, non confluentia, opposita, sessilia, subvillosa. Umbellae radiis 12-15 aequalibus, firmis, teretibus, involuero nullo, radioli umbellulae fere capillares. Cor. flava. Semina compressa oblonga alis 4 planis membranaceis emarginatis. Poir.) Sch.

3. *T. gummifera* Spr., petiolis hirsutis, foliis ternato-supradecompositis nitidis, foliolis ovatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis abbreviatis rigidulis, involuero oligophyllo, floribus albidis. Th. *apii folio lusitanica foetidissima* Tourn. inst. p. 322. Th. *latifolia media* H. Grisl. virid. p. 79. Th. *tenuifolia* Barrel. Ic. p. 556. LASERPITIUM *gummiferum* Desf. atl. I. p. 254. t. 72. Poir. Enc. Suppl. III. p. 304. LASERPITIUM *thapsiaeforme*, (caule fere aphyllulo simplici glabro, foliis radicalibus tripinnatis, foliolis subcuneatis multifidis, lacinulis extremis minimis, setaceis, acutis; umbellam convexam.) Brotero phytogr. lusit. p. 18. t. 6. Fl. lusit. p. 427. Th. *tenuifolia* (glaberrima, foliis supradecom-

positis pinnato-multifidis, laciniis canaliculatis plerisque tri-
cuspidatis). *Lagasca* Gen. et Spec. diagn. p. 12. n. 157.
Th. gummifera Spreng. Umb. Spec. p. 31.

In Lusitania (australi), Hispania australi (prope Mur-
ciam) et in Africa boreali, (in macris sabulosis). 4. (Caulis
5-4 ped., teretes, laeves, glabri, subramosi. Folia inferiora
saepe 2 ped., et ultra; foliolis minimis planis acutis; vagina
concava membranacea lanceolata ad basin pedunculorum; um-
bellae terminales hemisphaericae regulares, umbellulis distinc-
tis rotundatis. Involucra lanceolato-lineararia. Petala subae-
qualia staminibus breviora. *Poiret* l. c. Rad. fusiformis
fusca crassitie digiti medii. Caulis crassitie inferne digiti mi-
nimi aut pennae anserinae. Umbella univ. e radiis 20, glabris
subaequalibus 1 1/2 poll.; umbellulae radiis totidem. Inv. univ.
foliolis 3-6, 1/2 poll., part. polyphyllum setaceum, umbellulâ
parum brevius. Umbellulae laterales pleraeque steriles. Pe-
tala alba, inflexa. Fructus alis 2 lateralibus maximis fulvis.
Spreng.) Sch.

4. T. *Laserpitii* Spr.; petiolis glabris, foliis ternato-
supradecompositis, foliolis divaricato-pinnatifidis hispidiuscu-
lis, laciniis linearibus cuspidatis, involucris obsoletis. LASER-
PITIUM thapsioides *Desfont. atl.* l. p. 252. t. 68. *Poir.*
Enc. meth. Suppl. III. p. 303. Th. *Laserpitii* *Spreng.*
Umb. Spec. p. 31.

In Atlante et Gargano Apuliae. (Glabra. Caulis erecti
substriati 2-5-ped., rigidi, crassitie digiti minimi. Folia mul-
tifariam decomposita, foliolis rigidulis nitidis, subulatis, par-
vis, numerosis, approximatis, unilateralibus, petiolo tereti.
Umbellae convexae, solitariae, binae ternaeve. Involucrum e
foliolis 5-6, inaequalibus, reflexis, lineari-lanceolatis. Flores
plures abortivi. Cor. lutea. Styli persistentes, demum elon-
gati. Semina crassa; semicylindrica, margine alata. *Poiret*
l. c. Caulis crassitie pennae anserinae; petioli teretes,
basi vaginantes, glabri; folia dodrantalia, pilis sparsis rigidu-
lis brevissimis, ceteris nitida; foliola remotiuscula, divaricata,
laciniis remotis divaricatis subciliatis dorso hispidulis. Um-
bellae terminales ternae, foliis 2 pinnatifidis linearibus sufful-
tae, media fertilis radiis 6-8 rigidis, laterales longius pedun-
culatae plerumque steriles. Involucella lineari-subulata, mar-
gine membranaceo ciliato. Fructus crassus, atro-badius, qua-
drilatus, alis 2 marginalibus, totidem dorsalibus. *Spreng.*)
Sch.

5. * T. *Asclepium*; caule tereti glabro, petiolis hirsutis,
foliis bipinnatifidis, foliolis digitato-multifidis capillari-seta-
ceis abbreviatis. *Panax Asclepium apulum* *Column. ecphras.*
l. p. 86. *Matthiol. ed. Bauh.* p. 545. *J. Bauh.*
III. p. 67. *Dalechamp* p. 789. *Tabern.* p. 239.
Park. p. 382. *Thapsia apula foliis millefolii* *Moris.*
Sect. IX. t. 18. Th. *Asclepium* *Linn. Spec. ed. Reich.*

I. p. 718. *Willd. Spec. I. p. 1464.* *Poir. Enc. VII. p. 611.* (*Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 201.* *Sibth. Fl. graec. t. 286.* *THAPSIA apulia Mill. Dict. p. 4.*)

In Apulia et Sicilia (Rhodo et prope Byzantium.) ♂.
(Folia digitata, foliolis bipinnatis capillaceis. *Linn. Rad. crassa, carnosae, fere crassitie pollicis, intus alba, succo lacteo, extus cortice flavicante rugoso. Caules simplices erecti 2-3-ped., subnudi, vaginis aliquot membranaceis. Folia radicalia petiolo membranaceo, in petiolos partiales 4-6 stellatim dispositos diviso, foliolis bipinnatis, subhirsutis. Umbellae terminales amplae, radiis 12-15 aequalibus. Involucr. nullum. Petala 5 subreflexa flava; semina oblonga, dorso striata, margine alis 4, obtusis, utrinque emarginatis.) *Sch.**

6. *T. polygama Desfont.*; caule ramoso, foliis decompositis, foliolis remotis inciso-pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis, involucri polyphylo apice pinnatifido, floribus centralibus masculis. *Desfont. Fl. atl. I. p. 261. t. 75.* (*Poir. Enc. VII. p. 613.*) *LASERPITIUM polygamum Lam. Enc. III. p. 425.* (*LASERP. gallicum var. Poir. voy. en Barb. II. p. 136.*)

Ad oram Africae borealis prope Bonam (et Lacalle)
(Fructus omnino *Thapsiae*, sed involucrum e foliolis 6-7 linearibus, subinde integris, saepius apice trifidis, etiam pinnatifidis; involucellum e foliolis tantum tenuissimis, integris, radiolo-brevioribus; calycis dentes 5 satis manifesti. Cor. pallide flava; flores centrales umbellularum minores, steriles, in radiis brevioribus; styli divergentes sat longi; alae 4 membranaceae magnae margine crispatae, alis minoribus brevissimis strias coronantibus. *Poiret.* Caulis 1 1/2 ped., tenuis, glaber, viridis, substriatus, ramis laxis. Folia non magna bipinnata, minus quam in *hirsuto* tenuiter incisa, viridia, glabra, rigidiuscula. Umbella terminalis laxa patens 8-12 ramorum. Flores albi, extus rubelli, 3-4 hermaphroditi in umbellula singulari. *Habitus Selini, calyces Oenanthes. Lam.) Sch.*

7. * *T. garganica*; caule tereti glabro, petiolis hirsutis, foliis bipinnatifidis nitidis, laciniis linearibus acutis subtrifidis nervosis elongatis. *Thapsia s. Turbith garganicum J. Bauh. Hist. III. p. 50.* *Th. thalictri folio. Magnol. bot. monsp. p. 286.* *Th. libanotidis facie. Plukn. t. 67. f. 3.* *Th. garganica Linn. Mant. p. 57.* *Gouan III. p. 18.* *t. 10.* *Willd. Spec. I. p. 1465.* *Desfont. atl. I. p. 262.* *Poir. Enc. VII. p. 610.* (*Smith Fl. graec. I. p. 201.*)

In Calabria et Africa boreali, (in Graecia frequens.) ♀.
(Folia glabra pinnata, foliola sessilia subtus pallidiora pinnatifida s. pinnata, partita, laciniis lanceolatis distantibus parum refalcatis integerrimis, exceptis infimis iterum tripartitis. *Linn. Radices longae crassae, intus albae, extus griseae, succo cau-*

stico. Caulis erectus crassus substriatus fistulosus, pedalis et ultra, (cubitalis, bicubitalis *Gouan.*) ramis aliquot laxis, patentibus. Folia bi-tripinnata, glabra; folia prima longe petiolata ovata vel ovato-lanceolata, integerrima; proxime sequentia e foliolis 3-5; demum folia bi-tripinnata, foliolis oppositis sessilibus vel subdecurrentibus lanceolatis acutis, subtus pallidis rugoso-venosis (superne glaucis *Gouan.*); petioli glabri teretes, basi vaginâ amplâ longâ membranaceâ, superne saepe aphyllâ. Umbellae amplissimae 8-12-radiatae, umbellulae convexae multiradiatae, involuero utroque nullo. Calyces lobis 5 exiguis. Petala aequalia pallide flava. Semina oblonga, striata, alis flavicantibus, membranaceis utrinque emarginatis, striis saepe submembranaceis. (*Poiret l. c.*) Sch.

(*Obs.* An hujus varietas. *Th. transtagana Brotero*; foliis bipinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis, hirsutis. *Fl. lusit. p. 468.*? „Habitus *Th. garganicæ*, sed hirsuta, denuo observanda.“ *Brotero l. c.* qui plantam florentem non vidit et attulit ex fide *P. Link.* Circa *Montemor o novo* et prope *Serpa* in *Transtagana.*) Sch.

8. *T. trifoliata Mill.*; nodis caulinis et petiolorum barbatis, foliis biternatis ternatisque, foliolis ovatis serratis albidomucronatis, umbellis axillaribus subinvolucratis, floribus ochroleucis. *Th. trifoliata Mill. dict. n. 5.* *Willd. Spec. 1. p. 1465.* Postea, ut ex *Enum. 315* elucet, manifesto cum *SISONE trifoliato* s. *SMYRNIO cordato* confudit. *Spreng. Umb. Spec. p. 30.* *LIGUSTICUM barbinode Mich. Fl. bor. Amer. 1. p. 167.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 193.* *SMYRNIUM barbinode Mühlenb. Catal. p. 32.* *Barton Fl. philadelph. p. 38.* *THAPSIUM barbinode* (foliis inferioribus subtrternatis, superioribus biternatis, foliolis cuneato-ovatis acutis acuminatisve inaequaliter serratis basi integerrimis, umbellis in dichotomia terminalibus, involucrellis subulatis, unilateralibus, triphyllis, fructu elliptico, costis 7 alternis latioribus.) *Nuttall Gen. Amer. pl. 196.* *Barton Comp. Fl. philadelph. 1. p. 147.*

In *Carolina superiore et Pennsylvania.* 2. (Semina *SELINI carvisoliae* s. *Monnieri*, sed involucre nulla. *Linn.* Caulis 3-ped., dichotomus angulatus sulcatus, glaber, ad nodos leviter pubescens. Folia glabra, floralia subopposita, omnia longe petiolata, scabriuscula, margine alba, serraturis latis, acutis; foliola 10-15 lin. Pedunculi breviusculi. Involucr. nullum. Umbellulae sub 20-florae, plurimae abortivae. Cal. distinctus, 5-dentatus. Petala saturate lutea, acuminata, oblique involuta. Styli persistentes erecti petalis tere duplo longiores. Seminum alterum costis 2 lateralibus latioribus marginatum alterum costâ dorsali alatum: Fructus aromaticus camphoratus. *Nuttall.* Etiam *Pursh* ad genus aliud, fors *Sium* spectare. *Cl. Sprengel l. c.* caulem teretiusculum striatum ad nodos pube barbato, folia inferiora biternata, summa ternata, invol. univ. monophyllum brevissimum, petala ochroleuca petit.) Sch.

(Quid:

9. *T. altissima*, foliis decompositis, lobis maximis lucidis, umbellâ maximâ. *Mill. Dict. n. 6.* *Poir. Enc. meth. VII. p. 613.* *Th. montana omnium maxima, foliis lobatis. Hort. Pis. p. 164.*

Rad. crassa, cylindrica. Caules fere 8-ped., folia terrae stellatim appressa, lobis divisis alternis in petiolis brevibus. Flores flavi. Semina compressa marginata. *Mill. Sch.*

1223. LASERPITIUM.

1. **L. latifolium*; foliis bipinnatis nitidis coriaceis, foliolis oblique cordatis mucronato-dentatis, fructuum alis crispis. *Seseli aethiopicum herba Matth. ed. Bauh. p. 550. Dodon. p. 312. Clus. Hist. II. p. 194. Dalech. p. 748. Libanotis major Lobel Hist. p. 402. Ic. 704. Ger. emac. p. 1010. Libanotis Theophrasti alba. Tabern. p. 312. J. Bauh. Hist. III. p. 164. 165. Park. p. 952. Lib. alpina Moris. Sect. IX. t. 17. LASERPITIUM latifolium Moris. Sect. IX. t. 19. Linn. Fl. suec. p. 242. Jacq. Fl. austr. t. 146. Lam. Enc. III. p. 423. Schk. t. 67. Fl. Dan. p. 1513. (Plenck off. t. 179.)*

In nemoribus siccis per Europam, exceptâ Britannia. 2. („Haec planta, ut ad alpina magis ascendit, aut in montanis minus editis crescit, tam varium induere habitum solet, ut primo intuitu duplicem constituere speciem videri possit. Asperitas foliorum magna aut summa glabrities, staturâ humanam aequans, aut eadem parva, dant dubitandi ansam. Utramque plantam, in Austria copiosam, examinavi omni cum attentione, coluique in horto, et eandem speciem esse assero. In alpi- bus humilior, 2 ped., pedalis, etiam brevior cum caule simpli- cissimo et umbellâ unicâ. Hic summa glabrities, ita tamen, ut in quorundam individuorum foliolis, praecipue vero in costis, major minorve illa asperitas, quae in planta in minus editis cres- cente notabilis, quae etiam ramosa, 4-5-ped., foliis amplissimis. Asperrimae plantae effossa radix in hortum translata proximo anno laevissimam eandem protulit, et alpina laevissima in hor- to quaedam folia aspera habuit, ut omnino nihil certi hirsuties indicet. Rad. digitum vel amplius crassa, 2 ped. et ultra, fo- ris dilute fuscescens, intus candida, amarissima. Caulis teres striatus viridis, rore glauco, medullâ albâ. Vaginae tumidae. Costae compressae. Folia duplicato-pinnata, foliolis cordatis, integris vel rarius lobatis, dentato-serratis, obtusis vel acu- tis, inferioribus petiolatis, summis saepe sessilibus, firmis, fa- cie saturate virentibus, dorso magis glaucis venosisque. Um- bella erecta, plana aut convexior, ampla, in majoribus diame- tri $\frac{1}{2}$ ped., radiis plurimis teretibus striatis. Involucri foliola acuminata, patentissima vel reflexa, dilute virentia, margine quandoque purpureo, 5-10. Umbellula convexa densior, in- volucello simili aut nullo. Flores albidii. Petala inflexo apice

obcordata, subaequalia. Semina alis 4 membranaceis tenuibus subpellucidis, extima utrinque latiore. *Jacq.* alae dorsales in icone crispae.) Sch.

(Obs. *Clas. Jacquini* huc ducit LASERPITIUM *glabrum Crantz fasc. p. 131*, et LASERPITIUM *asperum Crantz l. c. p. 179. t. 1. f. 2.* et *Hall. Helv. n. 792.* Willdenow vero tantum LASERP. *asperum Crantz*, ut *Lamarck l. c.*, qui recte monet in *Crantz* esse excludendum *syn. LASERP. Chironium Linn.*) Sch.

2. *L. Libanotis Lam.*; foliis subbipinnatis, opacis subpubescentibus, foliolis oblique ovatis inciso-lobatis, floribus purpurascens, alis fructuum planis. *Libanoti Theophrasti minor Lob. Hist. p. 402. Ic. 705.* *J. Bauh. Hist. III. p. 167.* *Ger. emac. p. 1010.* *Lib. Panacea Tabern. p. 315.* *Laserpitium lobis latioribus, semine plano Moris. Sect. IX. t. 9.* *Libanotis alpina Bocc. mus. t. 3. Laserpitium Riv. pent. Las. glabrum Crantz austr. p. 181. n. 2.* *Las. Libanotis Lam. Enc. III. p. 423.* *Willd. Spec. I. p. 1414.* *Lapeyr. Hist. pl. pyren. p. 151.* *Spreng. Umb. Spec. p. 40.* *Las. Cervaria Gmel. bad. I. p. 657.* *Las. pubescens (fol. ovatis sublanceolatis basi oblique cordatis serratis, subtus praecipue pubescentibus.) Lagasc. H. Matrit. 1816. p. 12. (n. 156.)*

In montibus Germaniae, Galliae australis et Hispaniae.

4. (Speciem hanc distinctam esse a *L. latifolio*, culturâ plurium annorum evicit *Lamarck et Gmelin l. c.* *L. latifolio* semper minus, caulis glaber teres subramosus, 1 1/2 ped.; Folia ut in praecedente, sed foliola breviora, argute serrata, (12-15 lin.) dentibus acuminatis, glabra, supra saturate viridia, subtus pallidiora, pilis ad nervos brevibus. Umbella ampla terminalis purpurea ante anthesin. Radii longi patentissimi, umbellulis parvulis multifloris. Alae, monente *Morison*, planae, nec crispae. *Lam.*) Sch.

(Obs. *Decandolle* in *Suppl. Fl. fr. p. 509* ad suum LASERPITIUM *glabrum*, quod omnino idem cum *glabro Crantz* et *Libanotide Lam.*, citat *latifolium Gmel. bad. I. p. 655* excl. *syn. Lam.*, monetque alas subinde esse crispatas; *Las. Cervariam Gmel. bad.* et *asperum Crantz* ad praecedens *latifolium Linn.* et *Lam.* ducit tanquam synonymon, alas fere semper crispas notans: attamen descriptio *L. Cervariae* cum *Libanotide* potius convenit.) Sch.

3. *L. marginatum (Waldst.) Kit.*; foliis biternatis nitidis, foliolis ovatis sessilibus subtrilobatis serratis subtus reticulato-venosis, vaginis aphyllis, involucris oligophyllis, petalis purpureo-marginatis. (*Waldst.) Kit. Hung. II. p. 210. t. 192.*

In sylvis Croatiae (ad *Koreniczam*, in monte arcis *Merszini*).

4. (Rad. 1 1/2 - 2 ped., oblique flexuoso protensa, calamum crassiorem vel digitum auricularem crassa, griseo-fusca. Caulis solitarius erectus, 1-3-ped., simplex, nonnisi apice in ra-

mos seu potius pedunculos 2-4 solutus, teres, striatus, rore cano, basi purpureus, calamo vix unquam crassior. Folia supra nitida, subtus incana, in tota planta vix ultra 4, vaginis aliquot aphyllis; radicalia bina, longius petiolata, foliolis mediis 3-, rarius bilobis, lateralibus aut utrisque bilobis, aut interiore integro, vel subbi-ternata, foliolis lateralibus simplicibus profunde tripartitis, medio ternato, lobis priorum foliolisque horum lateralibus bilobis; caulinum inferius simile, sed minus, alterum ternatum, foliolis indivisis trilobisve. Serraturae margine scabriusculae breviter macronatae. Petioli laeves, radicales inferne purpurei, ut vaginae, quae glaucae in caule et inflatae, maxime superiores. Umbellae erectae amplae, radiis 8-14 valde inaequalibus, patentissimis, striatis, glaucescentibus. Umbellulae convexae rotundatae, pedicellis subangulatis. Invol. univ. radiis multo brevius, 2-5-phyllum, rarius monophyllum aut nullum, foliolis inaequalibus patentibus lineari-lanceolatis, subulatis, setaceisve integerrimis, part. polyphyllum, foliolis umbellula duplo brevioribus, patentibus, setaceis. Cal. dentibus 5 acutissimis. Cor. aequalis, petalis apice incurvo-obcordatis viridi-flavescentibus profunde purpureo-marginatis. Stamina petalis duplo longiora, superne purpurascens, antheris flavo-virentibus. Stigmata purpurascens in stylis demum elongatis divaricatis, persistentibus. Semina alis 4, lateralibus membranaceis latioribus, separatis alis sulcato-angulata. *Waldst. Kit.) Sch.*

4. *L. trilobum Crantz*; foliis ternatis glabris subtus pubescentibus, foliolis cordatis trilobis acute dentatis, involucrio caduco. *Las. trilobum Crantz austr. p. 187. Willd. Spec. I. p. 1415. excl. synonym. Lapeyr. Hist. pl. pyren. p. 151. Spreng. Umb. Spec. p. 38. Las. alpinum (Waldst.) Kit. Hung. III, p. 281. t. 253. Besser Fl. galic. II, p. 393. (Las. carniolicum Bernh. in litt. ad clm. Spreng.) SILER alpinum Baumg. transsylv. I. p. 229.*

In alpibus carnijs, julijs, carpathicis, dinarijs. 2.
Cum SILERE *aquilegifolio* saepissime commutatum, statim dignoscitur foliis acute dentatis subtus pubescentibus, quae in SILERE crenata subtus glabra sunt; involucrio dein, quod in SILERE deest, floribus albis, qui virides in SILERE, denique fructibus alatis. — (Huic foliola basi cordata acuta et acute serrata, ut igitur omnino distingui debeat a LASERPITIO *aquilegifolio*. *Murr. Syst. p. 281.*)

(Obs. Cls. *Sprengel* l. c. describit hanc speciem sequentibus: „Rad. tuberoso-fusififormis, pedalis circiter, digiti medii crassitie, extus fusca. Odore Dauci. Caulis simplex pedalis et ultra, crassitie pennae anserinae, teres, rore cano. Petioli radicales spithamaei teretiusculi, purpurei. Folia biternata, ternata, subtus incana, pilis ad venas; foliola ternata, cordato-ovata, pollicem longa, 1/2 poll. lata, dentibus macronatis scabris, lateralibus basi obliqua sublobata, extremum profunde trilobum, lobo medio basi attenuato. Folia caulina 2-3, ternato- aut quinquato-pinnata, vaginae insidentia. Umbella una alterave longius pedunculata, radiis 20 scabris, subangulatis. Inv. univ. oligophyllum, folio-

lis lineari-lanceolatis cuspidatis; part. subulatis, umbellâ parum brevioribus. Flosculi albi. Petala inflexa, staminibus breviora. Fructus jugis 3 primariis breviter, secundariis longe alatis. Hinc patet, quantopere fallantur galli, hanc plantam pro *SILERE aquilegifolio* habentes " *Spreng. l. c.* „Radix simplex, 1-2 ped., crassitie digiti auricularis, transversim rugosa, ab oblitteratis radiculis tuberculis sparsis obsita, intus alba, amara. Caulis solitarius erectus aut ascendens, saepe simplex, saepissime bifidus, spithamaeus et 1 1/2 ped., culmi tritici aut calami prope crassitie, teres, striatus, medullâ albâ. Folia radicalia 2-3, patentia; subbipinnata, foliolis nimirum infimis longius petiolatis, plerumque ternatis, nonnunquam tantum tripartitis, secundi paris sessilibus aut breviter petiolatis, integris aut oblique tripartitis, lobo extimo majore, terminali tripartito ternatove; foliola saepe ovata, lateralia plerumque obliqua. Umbella longius breviusve pedunculata, pedunculo crasso firmo striato, radiis 14-20 inaequalibus. Umbellulae sub 20-florae. Invol. univ. foliolis 6-8 inaequalibus, umbellâ fere duplo brevioribus, lanceolato-subulatis; part. foliolis fere 6, setaceis exterioribus longitudine fere umbellulae, interioribus multo brevioribus. Cal. 5-dentatus, minutissimus. Cor. aequalis. Antherae pallide flavescens. Germen demum angulis purpurascens, ut styli demum elongati." *Waldst. Kit.* *LASERPITIUM trilobum Crantz* esse omnino *LASERPITIUM aquilegifolium Jacq.* monet *Wulfen* in *Röm. Arch.* p. 348, quod sane distinctum ab alpino *Waldst. Kit.*) *Sch.*

5. * *L. Siler*; foliis biternatis glaucis, foliolis ovali-lanceolatis integerrimis tripartitis marginatis.

α. Foliolis lanceolatis angustioribus. *Siler montanum*

Dodon. p. 310. Clus. Hist. II. p. 195. Lob. Hist.

p. 425. Ic. 737. J. Bauh. Hist. III. p. 168. Ger. emac.

p. 1048. Park. p. 309. Moris. Sect. IX. t. 3.

Ligusticum Matth. ed. Valgris. p. 393. l. ed. Bauh. p.

547. Tab. p. 204. (L. Siler β. Lam. Enc. III. p.

426. Willd. Spec. I. p. 1419.)

β. Foliolis ovalibus. *Siler montanum latifolium Park.*

p. 909. Moris. Sect. IX. t. 3. Crantz austr. p. 195.

LIGUSTICUM garganicum Till. pis. t. 39. (fol. bipinnatis, fo-

liolis oblique ovatis coriaceis venosis, glabris, margine car-

tilagineis, integerrimis, simplicibus, vel profunde tripartitis,

involucro universali foliolis plurimis membranaceis, seminibus

glabris. Fl. Nap. Prodr. p. XLIX. Fl. Nap. Vol. I. p. 122.

t. 24. (Synopsis. p. 39. n. 39.) LASERPITIUM Siler Linn.

Spec. I. p. 357. ed. Reich. l. p. 685. L. (foliolis ovali-

lanceolatis integerrimis petiolatis.) Willd. Spec. I. p. 1419.

semina sulcata absque membranulis (talibus nempe subscripsit

Linnaeus diagnosi) perperam dicuntur. LASERP. Hall.

nirp. n. 794. optime fructuum alae quatuor crispae indican-

tar. Lam. Enc. III. p. 426. Jacq. austr. t. 145. De-

cand. Fl. fr. IV. p. 313. Smith Prodr. Fl. graec. I.

p. 191. Lapeyr. Hist. pl. pyren. p. 152. Spreng.

Umb. Spec. p. 37. (*Plenck off. t. 178.* *LAS. trifoliatum Sieb. in litt. ad elm. Spreng.* *LAS. montanum Lam. Fl. fr. III. p. 415.* *SILER lancifolium Mönch meth. p. 85.* *SILER montanum Hort. Gorenk.*)

In alpihus et montibus Europae australioris. (Rad. capite crasso, pollicis crassitie, 1 1/2 ped., extus fusca, sapore aliquo apii, ingrato, exsiccante. Caulis brachiatus, teres, lineatus nec sulcatus, pallide virens aut purpurascens, in subalpinis 1-2, in demissis etiam 6 ped. Folia multiplicato-pinnata, trita odora, saporis subaromatici. Costae compressae, nitidae. Vaginae amplae tumidae membranaceae firmae lineatae pallidae. Pinnulae anguste lanceolatae plus minus acutae, utrinque ex glauco virentes, plurimae ternatae, crassiusculae. Inv. univ. e foliolis 10 aut pluribus brevibus lanceolatis vel ovatis, acutis, concavis, pallidis, patentibus vel reflexis. Umbella convexa, 4-8 poll. in diametro, radiis subteretibus, striatis, asperiusculis, 20 et ultra. Petala alba subaequalia inflexo-cordata, patentissima, lata. Filamenta petalis paulo longiora. Antherae albae. Flosculi in umbellis ramorum saepe abortivi omnes, in caulinis aliqui. Fructus subteres nitidus. Semina alis 4 membranaceis angustis, quas inter lineae elevatae decurrunt. *Jacq. Foliolorum forma admodum varia, ovata, ovalia, obovata, ovato-lanceolata, subcuneata et lanceolata, acuta nunc, nunc obtusa cum vel sine mucrone.*) Sch.

6. * *L. peucedanoides*; foliis biternatis, foliolis subternatis lineari-lanceolatis venoso-striatis integerrimis, involucrio setaceo, pistillis elongatis persistentibus. *Siler montanum angustifolium C. Bauh. Prodr. p. 85.* *L. angustifolium Moris. Sect. IX. t. 19.* *Plukn. t. 198. f. 4. t. 96. f. 2.* *Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 684.* *Scop. carn. n. 525.* *L. (foliolis lanceolatis obtusis mucronatis integerrimis sessilibus.) Willd. Spec. I. p. 1416.* *Lam. Enc. III. p. 424.* *LAS. peucedanoides Segu. Veron. III. p. 227. t. 7.* *Linn. Amoen. IV. p. 310.* *Jacq. Ic. II. t. 350.* *Wulff. in Jacq. Collect. I. p. 220.* *Lam. Enc. III. p. 424.* (*L. foliolis lineari-lanceolatis venoso-striatis distinctis.*) *Willd. Spec. I. p. 1418* (qui iterum huc, ad suum β : foliolis linearibus angustissimis, duxit *Pluk t. 198. f. 4*, quam supra ad *L. angustifolium* cum ipso *Linnaeo*). *Pollin viaggio al monte Baldo p. 99. 121.* *Baumg. transsylv. I. p. 229.* ? *Brotero Fl. lusit. I. p. 488.* *Spreng. Umb. Spec. p. 36.*

In alpihus Europae mediae. 2. *PEUCEDANO gallico Tourn.* adeo simillimum, ut, nisi fructus alati et pistilla elongata tenerent, nequeas utramque plantam discernere. (Rad. crassitie digiti auricularis. Caules 1-3, pedalis et sesquicubitales, parce ramosi et foliosi, teretes, subtiliter striati, graciles, firmi, dilute virentes, farcti, calami crassitie; rami rari aphylli.)

Folia radicalia 3-5, foliolis nunc vix $1\frac{1}{2}$ lin., nunc 3-4 lin. lata, semper teneris, lineari-lanceolatis integerrimis, 1-2 poll., planis, utrinque glabris, sessilibus, dilute virentibus, nervo subtus tenerrimo, laxo et simpliciter ramoso, nec reticulato, ut *Seguier*. In varietate angustifolia foliola haec terna basi persaepe connata. Vagina arcte caulem amplexans, integerrima, nuda. Folia caulina similia 2-5 longe remota. Umbella radiis 5-10 demum elongatis nudis teretibus. Invol. univ. e foliolis 5-8 perangustis acutissimis viridibus demum reflexis. Flores fertiles. Cal. brevis, 5-phyllus, persistens. Petala initio rubella subtus, dein tota alba, lanceolata, intorta apice indeque obcordata. Fructus oblongus magnus molendinarius, semina liris 4 foliaceo-lamellatis, alte exstantibus, aquosissime paleaceis subundatis alata. (*Wulf.*) Sch.

(*Obs.* Utrum *L. peucedanoides* foliis radicalibus bipinnatis, foliolis lineari-lanceolatis distinctis confluentibusve venoso-striatis utrinque glabris, seminum intercostis fere quatuor minimis obsoletis *Brot. Fl. Lusit. p. 428.* hujus loci eò magis dubium, cum addat: „Affine SELINO *Chabraei* a quo, praeter differentias allatas, involuero et involucellis differt in isto saepius nullis aut ut plurimum monophyllis. Ex *D. Wulfen* non differt a *L. angustifolio* *Linn.*; nam foliola sunt vel angustiora, vel latiora pro aetate et soli naturâ diversâ. Rad. subfusiformis ramosa, superne 6-8 lin. crassa, cortice fusco, sapore acri, amaro, aromatico. Caules plures, erecti, $1\frac{1}{2}$ -2 ped., glabri, ut tota planta, fistulosi, subteretes, leviter angulati, saepius a basi ad apicem ramosi, ramis alternis distantibus erectis paucis 4-5, inferioribus altioribus subdivisis. Folia radicalia et infima caulis petiolata, pinnis infimis longius petiolatis, foliolis aliis simplicibus $\frac{1}{2}$ -1 poll., $1\frac{1}{2}$ -2 lin. latis, aliis bi-tri-rarius quadripartitis. Petiolus fistulosus, semiteres, supra subcanaliculatus, longitudine folii, basi late membranaceâ. Folia inferiora caulis alterna, bipinnata et pinnata, foliolis longioribus, superiora ternata. Umbellae terminales. Involucrum e foliolis 3-5 acuminatis, sublanceolatis inaequalibus, umbellâ valde brevioribus, reflexis, saepius caducis; parziale foliolis 4-5 similibus, sed longitudine umbellulae. Umb. univ. convexiuscula, radiis 7-8, inaequalibus, partialis radiis 8-20 inaequalibus, longioribus, $2\frac{1}{2}$ lin. Flosculi centrales plurimi abortivi. Cal. obsoletus. Cor. petala aequalia involuta emarginata extus purpurascens, intus albida. Antherae luteae. Fructus ovali-oblongus, valde compressus. Semina valde compressa, hinc convexiuscula, margine alato membranacea, dorso 5-costata cum interjectis 4 costis alternantibus s. alis minimis maturitate interdum plane disparentibus. In subumbrosis humidis, pratis udis, ad rivulos, radices montium Miranda, Lousã et alibi in Beira et Transtagana. 4. Venit passim nomine SELINI uliginosi *Link.*) Sch.

7. *L. Archangelica* *Jacq.*; hirsutum, caule sulcato maculato, vaginis amplis, foliis decompositis, foliolis ovatis serratis basi cuneatis extremo trilobo, lateralibus bilobis, floribus nubilibus purpurascens. *Archangelico* *Clus. Hist. II. p. 195.* *Lobel. Ic. p. 701.* *Dalech. p. 726.* *J. Bauh. III. p. 143.* *Tabern. p. 231.* *Ger. emac. p. 1000.* *Parli. p. 940.* LASERP. *Chironium* *Scop. carn. n. 324.*

LAS. *Archangelica* Jacq. *Ic. rar. l. t. 58.* Wulff. ap.
Jacq. Coll. l. p. 214. Willd. *Spec. l. p. 1419.* Host
Syn. austr. p. 152. (*Wahlenberg carpath. p. 81.*)

In rupibus Carnioliae et Croatiae (et Carpathorum). 2.
 Rad. 1-2 spithamarum, fusiformis, basi tuberosa, caeterum
 brachiata, radiculis intricatis, extus ex albo ochracea lacte flavo
 odoris acerrimi aromatici. Caulis e radice 1-5, pedum 5-7, erectus,
 fæctus carne alba aromaticâ, 8-10 lin. in diametro, teres, striatus,
 villis albis, punctis sanguineis. Rami complures erecto-paten-
 tes. Folia ANGELICAE *Archangelicae*, saturatius tamen viridia,
 subtus pallidiora; radicalia tripinnata, petiolo ultra spithamas
 duas longo; foliola sessilia, integra, non raro biloba, subtus
 hirsuta, petiolus basi vaginâ amplissimâ, ventricoso-inflatâ,
 apice profunde emarginatâ, margine albido-membranacea. Um-
 bellae magnae concavae, radiis 30-40 teretibus striatis, villo-
 sis. Inv. univ. polyphyllum, foliolis lineari-lanceolatis conca-
 vis inferne striatis hirsutis, plerumque integris 2-5-fidis, nun-
 quam serratis, demum reflexis. Umbellulae radiis plurimis
 glabris, involucellis polyphyllis, radios subaequantibus, hirsutis.
 Flores plerumque fertiles. Cal. denticulis ovato-acutis viridi-
 bus. Styli albi divergentes. Cor. alba, primum purpurascens,
 petalis subaequalibus obcordatis, appendiculo cuspidato. Sta-
 mina petalis paulo longiora, antheris albido-luteolis. Fructus
 oblongus ovalis, seminibus lineari-lanceolatis, lamellis 4 folia-
 ceis alte extantibus, subundatis, obsolete paleaceis. Wulf.
 l. c.) Sch.

8. *L. pilosum* Willd.; hirtum, caule teretiusculo sim-
 plici, foliis ternato-bipinnatis, foliolis alternis ovatis pinnati-
 fido-dentatis cuneatis. Willd. *Enum. p. 310.* Spreng.
Umb. Spec. p. 33. (*L. Archangelica Hortul.*)

β. LAS. *hispidum* (foliolis cuneiformi ovatis inciso-serra-
 tis, nervis subtus caule umbellisque hispidis.) Marsch. a
Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 221. (*Suppl. p. 222.* *L. pru-*
tenicum Pall. ind. *Taur.*) *M. a Bieb. casp. app. p. 209.*
 differt caule breviori, foliis erectiusculis, lacinulis angustiori-
 bus cuspidatis. Transit tamen satum in *LAS. pilosum* Willd.

In Tauriae et Caucasi glareosis et ad margines sylvarum. ♂.
 Flores siccati straminei aut ochroleuci fiunt. Utraque planta
 in hortis nomine LAS. *Archangelicae* occurrit. (Caulis subbrachia-
 lis, basi fere crassitie digiti minimi, sulcatus. Petioli basi laxi
 vaginantes, spithamaei, angulati, acus textoriae crassitie, pa-
 tentissimi, trifidi, hirti. Folia dodrantalia et ultra, petiolo
 partiali basi bipartito; foliola 1 1/2 poll., pollicem lata denti-
 bus mucronatis, supra saturatius viridia, nuda, subtus subhirs.
 Pedunculi nudi sulcati pedales et ultra, stricti, hirti. Umbel-
 lae compositae, radiis 20, pilosissimis, digiti minimi longitu-
 dine. Inv. univ. polyphyllum, foliolis lanceolatis cuspidatis,
 3-4 lin., 1-1 1/3 poll., subincisis, margine membranaceis,
 pilosis; part. simile umbellam fere aequans. Fructus ovalis

subcompressus, jugis primariis 3 acutis, secundariis alatus. (Spreng.) Sch.

(Obs. Willdenow l. c. distinxit *L. pilosum*: foliolis cuneiformibus tripartitis dentatis, caule vaginis petiolis radiisque umbellae pilosissimis, involucre univ. polyphyllo, et describit, caulem sulcatum pilosum, folia tripartito-triplicato-pinnata foliolis subrotundo-cuneatis grosse dentatis glabris, subtus ad venas pilosis, pilis albis. Umbellam radiis ultra 40, pilis longis albis patentissimis. Inv. univ. foliolis lanceolatis margine membranaceis, flores ochroleucos. LASERPITIUM hispidum M. a B., „addit“ quoad descriptionem, eadem videtur planta; sed *L. prutenico* simile, caulem breviorum, ramosiorem et foliola minora habere dicitur^{*)}, quae non in nostra planta quadrant. Folia nostrae plantae iis ATHAMANTAE Carvasiae similia at majora. Specimen *L. hispidi* ab ill. M. a Bieberstein mecum communicatum differt foliis multo minoribus, umbellâ radiis 12, involucre univ. subdiphyllo et pubescentiâ brevissimâ. An nostra planta culturâ tam mutata? quod vix credibile. Monet quidem M. a Bieb. Suppl. l. c. *L. pilosum* Willd. et Hornem. convenire cum suo *hispidi* insigni pilositate et involucre, „quod vero, ait, a Hornemann Hort. Havn. a. 1813. p. 278. pro nostro enumeratus, *L. hispidum* (foliolis cuneiformi-ovatis inciso-serratis nervis subtus caule umbellisque pubescenti-hispidis, involucre universali subdiphyllo) quoad foliolorum formam ex descriptione meo magis adaequatum, involucre oligophyllo discrepat, quod in meo semper, sicut involucella e foliolis pluribus lanceolato-subulatis albo-marginatis. Antales varietates ex culturâ?“ *L. Archangelica* differt, monente Sprengel Umb. p. 34. radice perenni succo flavo aromatico scatente, caule orgyali, pollicari, guttis rubris consperso, folioliis integris, extremo trilobo, flosculis primum purpurascens) Sch.

9. * *L. pruthenicum*; caule simpliciusculo subangulato, pilis reflexis, foliis ternato-decompositis subtus hirsutis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis cuspidatis venosis, involucri ciliatis reflexis. *Laserp. daucoides pruthenicum* Breyn Gent. I. p. 84. *Laserp. minus* Riv. pent. LASERP. gallicum Scop. carn. p. 321. LAS. pruthenicam Linn. Spec. ed. Reich. I. p. 685. Jacq. austr. t. 153. Willd. Spec. I. p. 1417. Lam. Enc. III. p. 424. Hagen Fl. pruss. I. p. 229. LASERP. selinoides Grantz austr. p. 182. (β. glabratum, fol. glabris. Rochel Herb. plant. banat.) In nemoribus Europae borealis (etiam in Austria, Volhynia, inque Pyrenaeis, β in Banata) 2. („Caulis hirsutus pilis albis, praesertim versus basin. Folia facie Cicutae virosae, hirsutis petiolis et costis. Foliola cuneiformi-lanceolata, pinnatifida non rigida. Umbellae radii, involucre et flores albi. Semina pubescentia acri-aromatica. Linn. Jacquini

*) Differt ab affini *L. prutenico*, caule ramosiore breviorum, foliolis minoribus rotundioribus, petalis ochroleucis, pilis per totam plantam longioribus et rigidioribus praecipue umbellarum; denique odore forti Apii. M. a B.

descriptio non paucis discedit: radix biennis, tenui-fusififormis, 1/2 ped. aut longior, extus fusca, sapore aliquo Dauci, ad angulum plerumque rectum inflexa horizontaliter pergens. Caulis ad summum calami crassitie, basi saepe purpurascens, 2-4 ped., striato-angulatus, pilis patulis. Folia radicalia et caulina inferiora subbipinnata, costâ antice canaliculatâ hirsutâ striatâ. Pinnae lanceolato-oblongae, confluentes, supra glabrae, ad nervos dorsales pilosae, breviter mucronatae, ad oras ciliis vix nudo oculo conspiciendis, saepe fusco maculatae. Umbella ex umbellulis pluribus convexiusculis haud dense positis. Radii supra villosuli. Invol. univ. foliola 6-9 oblongo-acuminata, concava, glabra aut subtus villosa, margine albida, radiis triplo-breviora, deflexa. Inv. part. simile, longitudine fere umbellulae. Flores subodorati. Petala alba, subaequalia, subtus quandoque pilosa, patentissima, apice valde inflexo cordata ut semibiloba videantur, filamentis breviora. Antherae flavo-virentes. Germen villosum. Calycis foliola viridula, ovata, concava, patula, apice acuto purpureo. Fructus ante maturitatem triti viscosi, maturi vix, ingratis acres. Semina matura glabra alâ membranaceâ albidâ marginali, dorso alis 2 nunc majoribus, nunc oblitteratis, nunquam 5-alata. Jacq. Foliola saepe etiam bi-3-5-fida, laciniis acutis et obtusis.) Sch.

10. *L. Athamantae* Spr.; hispidum, caule sulcato ramosissimo, foliis ternato-decompositis utrinque asperis rigidiusculis, foliolis oblongis pinnatifidis, laciniis lato-lanceolatis mucronatis, involucris oblongis reflexis.

In Sibiria. ♂. Omnibus partibus majus, rigidius, ramosius *pruthenicae*, cui alioquin quodammodo finitimum.

11. *L. caucasicum* MB.; caule glabro simpliciusculo, foliis pinnatifidis cuneiformibus, laciniis linearibus obtusiusculis, involucris foliolis incisissimis subpinnatifidis. *Marsch. & Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 222.*

In Caucaso (alpe Haischaur) ♀. (Affine *LASERP. daurico*, sed minus cauleque viridi glabro parum ramoso. Folia minus composita fere *L. simplicis*, pinnis pinnalisque sessilibus, laciniis longioribus. Inv. univ. foliolum unum alte, umve lacinulâ laterali auctum. Involucella polyphylla subulata umbellulâ breviora. *M. & Bieb.*) Sch.

12. **L. gallicum* Tourn.; caule tereti ramoso glabro, ramis patentibus, foliis supradecompositis lucidis, foliolis divaricatis lineari-cuneiformibus trifidis mucronatis. *Las. in regione Massiliense repertum. Lob. adv. p. 313. insolitâ formâ. Las. silphium Lob. Ic. p. 702. Las. Penae Dalech. p. 731. Ger. emac. p. 1006. Tabern. p. 211. Park. p. 938. J. Bauh. Hist. III. p. 137 bis. Las. lobis angustioribus saturate virentibus. Moris. Sect. IX. t. 19. paradoxa. Pluk. t. 193. f. 5. 6. t. 199. f. 1. L. tenu-*

folium Riv. pent. LAS. gallicum Tourn. Inst. p. 324.
Garidel aix t. 35. Magnol bot. monsp. p. 300. Ger.
prov. p. 246. Gouan Fl. monsp. p. 217. L. (folio-
 lis cuneiformibus trifidis, laciniis oblongis obtusiusculis apice
 calloso mucronatis.) Willd. Spec. I. p. 1415. Lam. Enc.
 Ill. p. 424. Ill. t. 199. f. 3. Decand. Fl. fr. IV. p. 312.
Balb. et Nocc. Fl. ticin. I. p. 135. Spreng. Umb. Spec.
 p. 34. LAS. angustissimum (foliolis cuneiformibus 3 5 fidis-
 que, laciniis lanceolatis acuminatis.) Willd. Spec. I. p.
 1416. LAS. formosum (foliolis pinnatifidis, laciniis linea-
 ribus cuspidato-mucronatis.) Willd. Spec. I. p. 1416.
 (LAS. trifurcatum Lam. Fl. fr. III. p. 415. LAS. cunea-
 tum Mönch meth. p. 79.)

In Gallia australi et Italia superiore. 2. Mi-
 re variat forma, unde differentiam et iconum antiquiorum et
 nominum, quibus recentiores insigniverunt, exponere possis.
 Fundit succum resinosum, qui toti plantae odorem fortem im-
 pertit, quem Laser veterum patres rei herbariae dixerunt.
 (Rad. ex altissimis, maxime longaeva, sordide albida, ramosa.
 Caulis 1-1 1/2 ped., ramis patentibus. Petioli glabri patentissi-
 mi, ter et pluries divisi. Folia radicalia 2 ped., glaberrima,
 lucida, saturrime viridia, Elemi spirantia. Lacinae plerumque
 lanceolatae cuspidatae, saepe trifurcatae. Pedunculi nudi axil-
 lares pedales glabri. Umb. univ. radiis 30 40, demum con-
 tractis, subdigitalibus, glabris, part. radiis 15 Inv. univ. po-
 lyphyll., foliolis reflexis glabris 1/2 poll.; part. foliolis 6 linea-
 ri-subulatis, umbellulâ brevioribus. Flosculi albi; petala in-
 flexa; stamina corollâ longiora. Fructus ovalis subcompressus,
 jugis primariis ternis acutis, secundariis alatis. Spreng) Sch.

(Obs. L. angustissimo subscripsit Willdenow l. c.: „Folia multo an-
 gustiora quam in gallico, foliolis lanceolato-cuneiformibus, laciniis
 tri-quinquefidis, laciniis brevibus lanceolatis acuminatis. Foliola pin-
 narum inferiorum profunde pinnatifida, laciniis ut foliola superiorum pin-
 narum. Florea et fructus non vidi. Species certo a reliquis distinctis-
 sima; figura Bauhini (Laserp. Lobelii similis angustifolio) Hist.
 III. p. 137 rudis satis bona.“ L. formoso vero, ad quod Pluk. phy-
 togr. t. 199. f. 1. duxit, subscripsit: „Folia triplicato pinnata, folio-
 lis pinnatifidis angustis, laciniis linearibus cuspidato-mucronatis subre-
 curvatis. Umbella multiflora. Inv. univ. breve polyphyllum, uti par-
 tiale. Semina quadrialata.“ L. formosum hocce Poir et Enc. meth.
 Suppl. III. p. 303 jam olim meram esse varietatem gallici affirmavit.)
 Sch.

13. L. hirsutum Lam.; caule tereti striato glabriusculo,
 foliis supradecompositis hirsutis, foliolis angustis pinnatifidis,
 laciniis abbreviatis linearibus cuspidatis, involucri foliolis la-
 tis membranaceis apice subtrifidis ciliatis. Panax Asclepium
 C. Gesn. in Cord. Hist. f. 202. ? Panaces asclepium
 Guilandino, flore albo J. Bauh. Hist. III. p. 67 sed folia non
 hirsuta. Moris. Sect. IX. t. 15. LASERPITIUM Hall.

stirp. n. 795. t. 19. (excl. syn. *Seguier.* et *Gmel.* monente *Willd.*) *Las. Panax Gouan* Ill. p. 13. *Las. Hal-leri Allion* pedem. n. 1315. *Vill. delph.* II. p. 625. (*Gmel. S. V. I.* p. 479.) *Las. hirsutum Lam, Enc.* III. p. 425. (excl. synon. *Linn.* monente *Willd.*) *Willd. Spec. I.* p. 1420. *Decand. Fl. fr.* 4. 313. (*Wah-lenb. Helv.* n. 54.)

In alpibus helveticis, graiis et cottiis. 4. Synonyma veterum aegerrime extricantur. Cf. THAPSIAM *Asclepiam* et FERULAM *capillarem*. (Distinctum a THAPSIAM *Asclepiam* semine, involuero et foliis. *Willd.* l. c. Caulis circiter pedalis, superne nudus, saepe simplex, subinde ramis 2, singulo umbellâ solitariâ. Folia 2-3 alterna, ad caulis partem inferiorem, lata, triangularia, subquadrifido-pinnata, foliolis trifidis pinnatifidisve, petiolo communi brevi, nec, ut in icone *Morisoni*, digitato. Umbella densa e radiis 30, floribus albis subregularibus. Involucrum utrumque e foliolis 8-9 lato-lanceolatis, margine albis, ciliatis, integerrimis bi-trifidisve. Semina oblonga glabra alis 4 tenuibus. *Decand.*) Sch.

14. *L. aureum Willd.*; caule tereti simpliciusculo, foliis ternato-decompositis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusiusculis mucronatis, involucris filiformibus, floribus aureis. *Las. orientale, foliis Seseleos massiliensis, flore aureo. Tourn. Cor.* p. 23. *Burb. Cent. I.* t. 43. *L. aureum Willd. Spec. I.* p. 1416.

In Oriente. Mea planta, quam tamen ab ipso *Willdenowio* habeo, paullo aliter se habet, ac ex ipsius caractere divinaveris. (*Willdenow* nempe distinxit: foliolis lanceolatis acuminatis integerrimis sessilibus, terminalibus bi-trifidisve; et in descriptione addit: „Affine *angustifolio*, at folia minus supradecomposita, foliolis lanceolatis angustioribus basi angustatis apice acuminatis, umbella multiradiata; involucrum utrumque polyphyllum; flores lutei; fructus?“) Sch.

15. *L. scabrum Cav.*; caule striato glauco, vaginis petiolorum laxis, foliis bipinnatis scabris, foliolis linearibus elongatis denticulatis, involucri foliolis linearibus reflexis. *Cav. Ic.* II. p. 72. t. 190. *Willd. Spec. I.* p. 1420.

In Hispania australi. ☉. („Simile *hirsuto*, distinctum vero foliolorum formâ, vaginis petiolorum laxis valde dilatatis, seminibus ellipticis obtusis et stylis deciduis.“ *Willd.* Caudales erecti 2-ped., striati, vix ramosi; folia radicalia pedalia; caulina breviora bi-tripinnata; foliola brevissima acuta; petioli hirsuti; umbellae 20-radiatae, involucris foliolis pluribus lanceolatis setaceo-mucronatis; petala ovata acuta alba, margine violacea, subtus villosa. Fructus oblongus, alis 8.) Sch.

16. *L. meoides Desfont.*; caule tereti glabro, petiolis hispida, foliis multifariam decompositis, foliolis numerosissi-

mis confertis aciformibus, involucris linearibus, umbellis lateralibus elongatis. *Desfont. atl. i. 253. t. 69.*

Ad Algeriam (in monte Lazar). 2. Cum fructus haud maturos observaverit *Desfont.*, dubium superest, FERULAM meoidem pro hac sumsisse: sed certum pronuntiare haud auisim.

(*Obs.* Accedit habitu et foliis ad *LIGUSTICUM Meum Lam.* Caules simplices, erecti, glabri, laeves, 3 ped. Folia maxima denso cespite. Vagina membranacea, concava elongata ad basin pedunculi. Umbellae densae, convexae, regulares, laterales primordiali longiores. Involucr. e foliolis pluribus linearibus concavis acutis. Cor lutea. *Poiret Enc. meth. Suppl. III. p. 304. ad Herb. Desfont.) Sch.*

17. *L. capense Thunb.*; caule tereti glabro, foliis bipinnatis, foliolis ovalibus mucronatis marginatis integerrimis, vaginis petiolaribus amplis. (*L. foliolis ovatis integris mucronatis.*) *Thunb. Prodr. p. 50. (Fl. cap. II. p. 201.) Willd. Spec. I. p. 1414.*

In C. B. S. Magnopere dubito, huc pertinere. (Caulis laevis fusco-ferrugineus erectus simplex totus glaber pedalis et ultra. Folia alterna petiolata. Pinnulae petiolatae ellipticae unguiculares. Petiolus angulatus vaginatus pollicaris. Stipulae alternae vaginantes oblongae obtusae margine membranaceae. Umbella terminalis. Semina obovata striata. *Thunb.) Sch.*

1224. ARTEDIA.

* *A. squamata*; *GINGIDIUM Diosc. Rauwolf. It. n. 287. Dalech. app. p. 34. J. Bauh. Hist. III. p. 7. Camerac. Hort. p. 67. t. 16. Thapsia foliis Anethi Moris. Sect. IX. t. 18. Th. orientalis, anethi folio. Tourn. Cor. 22. It. 2. p. 298. ARTEDIA squamata Linn. H. Ups. p. 58. Willd. Spec. I. p. 1389. Lam. Enc. I. p. 276. Ill. t. 193. Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 183.*

In Peloponneso, Asia minore et Syria. ☉. Caulis herbaceus teres 1 1/2 ped. subramosus. Folia fere ANETHI laciniis capillaribus, petiolo brevi membranaceo. Umbella plerumque 1 1/2 in diametro, involucre univ. 8-10-phyllo reflexo, foliolis basi tenuiter incisis, apice pectinatis, part. uno alterove multifido. Flores parvi albi irregulares, centrales steriles. Semina squamis 8-10 cuneiformibus cordatisve scariosis.) *Sch.*

IGNOTAE.

CALLISACE davorica Fisch. apud Hoffm. Umb. p. 170, licet fructus habeam et ipsam plantam in horto, sed nondum floruit.

LEUCOLAENA Rob. Brown remarks on the botany of new Holland p. 25. Forte TRACHYMENE Rudgii?

ANETHUM Sowa Roxb.; (foliis supradecompositis, umbellâ radiis 5-15, fastigiatis; fructu oblongo plano, seminibus margine membranaceo destitutis basi tricostatis.) *Roxburgh MS. apud Fleming ind. Medicin, in Asiat. Research. XI. p. 156. Sweet Hort. Suburb. p. 59.*

(Simile *A. graveolenti. In Ind. orient. ☉.*)

ANETHUM Panmorium Roxb.; (erectum ramosum; foliis supradecompositis; umbellâ radiis 10-20 inaequalibus; fructu oblongo, profunde sulcato, alis destituto.) *Roxburgh MS. apud Fleming l. c.*

(Simile *ANETHO Foeniculo. Colitur cum Sowa in Bengalia. ☉.*)

Dubiae:

(*ANETHUM capense Thunb.*; foliis tripinnatis, pinnulis filiformibus setaceo-acuminatis fastigiatis. *Thunb. Fl. cap. II. p. 211. A. Foeniculum Thunb. Prodr. p. 51. Phytogr. Bl. p. 27.*

Radix carnosâ oblonga odorata; odore Foeniculi, aromatica. (Fenkel-Wortel) Folia radicalia petiolata circiter tria erecta glabra spithamaca; pinnae oppositae petiolatae; pinnulae incisae laciniis filiformi-setaceis fasciculatis glomeratis brevissimis. Flores non videre contigit, sed tantummodo herbam quae quidem, respectu foliorum ab europaeis speciebus valde diversa. *Thunb. In Prom. b. Spei, in regionibus siccioribus ab urbe Cap. remotioribus.) Sch.*

(*DAUCUS siculus pug. plant. rar. Sicil.*

Caulis erectus ramosus striatus hispidus. Folia inferiora bipinnata, superna pinnata; petiolis et serraturis foliorum magis hirsutis, vaginis nervosis amplexicaulibus ciliatis, foliolis ovatis basi inaequalibus inciso-dentatis, dentibus obtusis mucronatis. Involucra universalis umbellis majora 5-phylla, foliolis pinnatifidis aut trifidis, laciniis planis petiolatis acuminatis. Umbellulae exteriores flavae, interiores rubescentes. *Tineo. In Sicilia prope Drepanum. ♂.) Sch.*

TRIGYNIA.

1225. VIBURNUM.

1. * *V. Tinus*; foliis ovato-oblongis integerrimis, ramificationibus venarum subtus ramulisque glanduloso pilosis. *Willd. Enum. H. berol. p. 325. Spec. I. p. 1486.* (ubique exclus. β . ut etiam in *Poiret Enc. meth. VIII. p. 650.*) *Decand. Fl. fr. IV. n. 3401. Kniph. C. I. n. 97. Curt. Mag. t. 38. Duham. ed. nov. II. t. 37. Schmidt oestr. Baumz. III. t. 180. V. lauriforme Lam. Fl. fr. III. p. 363.*

α . *hirtum*, foliis ovali-oblongis subtus marginēque hirtis. *Ait. Kew. I. p. 370. 2. II. p. 166.*

β . *virgatum*, foliis lanceolato-oblongis margine venisque subtus pilosis. *V. Tinus γ . Ait. Kew. II. cc.*

γ . *strictum*, foliis ovatis undique hirtis rigidis. *VIB. Tinus δ . Ait. II. cc.*

4-9-ped., ramis rufescentibus teretibus demum verrucosis, junioribus tetragonis; folia mediocriter petiolata acutiuscula persistentia firma rigida, supra nitentia saturate viridia, subtus flavicantia aut ferruginea. Cor. alba, extus ante anthesin rubella, pedicellis cymae rigidis striatis, basi bracteis brevibus subulatis. Stamina longitudine corollae. Baccae globosae magnitudine pisi, maturae caeruleascentes, monospermae, dentibus calycis coronatae. Variat foliis variegatis in α — γ . *In Gallia, Lusitania, Hispania, Italia, Barbaria. h.*

2. *V. lucidum Mill.*; foliis coriaceis, ex ovato-sublanceolatis nitentibus integerrimis. *Pers. Syn. I. p. 326. V. Tinus β . Ait. Kew. p. 370. 2. II. p. 166. Mill. dict. n. 5. Willd. Spec. I. p. 1486. Clus. Hist. I. p. 49. c. fig.*

Caulis humilis, (attamen *Tino* altior) subquadrangularis, ramis frequentioribus et firmioribus, cortice ex rubro virescente, laevi. Flores minus, quam in *Tino*, odorati. Cor. majuscula lactea, extus rubescens. Fructus *Tino* minor, plenior, nigrior. *In Hispania. h.*

3. * *V. Tinoides*; foliis ellipticis glabris integerrimis, ramis cymisque teretibus hirsutis. *Linn. Suppl. p. 184. Willd. Spec. I. p. 1486.*

„Simillimum *V. Tino*, at folia *V. Tini* exacte ovata, petioli longiores, pedunculi caulisque angulati, glaberrimi.“ *Linn. In America meridionali. h. Matis.*

4. *V. rugosum Pers.*; foliis lato-ovatis rugosis subtus hirtis, involucrio universaliter heptaphyllo. *Pers. Syn. I. p.*

326. *V. rigidum*, arborescens hirsutum, foliis ovalibus integerrimis rigidis rugosis basi ad oras eglandulosis. *Vent. Malmais. t. 98.* *Desfont. arb. et arbriss. l. p. 344.* *Poiret Enc. meth. VIII. p. 651.*

Cls. *Persoon* huc cum? duxit *V. Tinus a hirtum Ait.*, simulque *V. strictam et latifoliam Hortul.* sine dubio. Caulis, addit, satis altus, ramis subangulatis pilosis, flores subodorati congesti. Floret sub finem hyemis. Etiam *Ventenat* huc fors *V. Tinus hirtum strictamve Ait.* spectare, et affine esse *tinoidi et villosa* monet. 15-18 ped.; rami fere recti quadranguli pilis rigidis, foliis approximatis decussatis reflexis undulatis acutis venosis supra fere glabris saturate viridibus, fasciculo pilorum ad nervorum alas, 6 poll., 3/4 lata; petioli foliis multo breviores. Cymae terminales convexae densae involucre e radiis 6. Pedunculi recti teretes striati villosissimi, cymulis ultimis 8-10 floris. Cor. alba campanulata *Sambucum* quasi spirans. Bracteae 2 subulatae sub calyce singulo tubuloso pubescente. Bacca ovato oblonga carnosae nigrescens. Semen acutum lignosum sulcatum. *Vent.* *In Canariis Pers., Madeirae Vent. h.*

5. *V. villosam*; foliis integerrimis ovatis, subtus incanovillosis. *Swartz Prodr. p. 54. Fl. ind. occid. l. p. 564.* *Willd. Spec. l. p. 1487.*

Frutex orgyalis, cortice cinereo. Folia acuta, supra glabriuscula. Petioli mediocres tetraquetri canaliculati incani e villis stellatis. Cymae terminales compositae 6-radiatae tripliciter subdivisae. Pedunculi communes longitudine foliorum solitarii erecti incani, partiales pollicares angulati trigoni, pedicelli uniflori. Cal. minutissimus ferrugineo-villosus. Cor. albida laciniis subrotundis patentibus. Filamenta corollae longiora. Germen villosum. Bacca ovata obliqua, calyce latere coronata. Semen obliquum. *Swartz.* *In montibus Jamaicae australioris. h.*

6. *V. Rafinesquianum*; foliis pilosis ovatis serratis, umbellis quinquefidis paucifloris. *V. villosum Rafinesque-Schmaltz in Journ. bot. l. p. 228.*

A pristino villosa *Swartz* omnino diversum, hinc proprio nomine distinguendum. *In Pennsylvania. h.*

7. * *V. scandens*; fruticosum scandens, foliis oblongis serratis, cymis terminalibus, radiis terminatis flore maximo. *Linn. Suppl. p. 184.* *Willd. Spec. l. p. 1487.* *V. virens* fol. oblongis acuminatis apice serratis glabris, ramis scandentibus. *Thunb. jap. p. 123.*

Folia angustiora oblonga utrinque acuminata breve petiolata. Cymae ramos breviores terminantes villosae. Radii patentes, floribus sursum versis parvis. Singulus radius terminatur flore majore albo, ut in *V. Opulo radiato*, petalis inaequalibus, ex-

teriori maximo obcordato. *Linn.* Caulis frutescens, ramis alternis teretibus cinereis glabris. Fol. opposita, basi acuminataeque integra, medio tenuissime serrata tenuia laete virentia subtus pallidiora aequalia $1\frac{1}{2}$ poll.; petiolus semiteres, semiunguicularis. Flores umbellati, radiati. Cal. reflexus. Filamenta 10, longitudine calycis antheris flavis. Styli 3 divaricati stigmatibus capitatis. Differt a *cassinoide* petiolis minime carinatis et 2 foliis serratis. *Thunb.* An hujus generis? In *Japonia.* *h.*

8. * *V. nudum*; foliis oblongis, basi angustatis obtusiusculis, integerrimis margine revolutis glabris, supra nitidis reticulato-venosis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 326. Spec. pl. I. p. 1487.* *wild. Baumz. p. 529.* *Mill. Ic. p. 183. t. 274.* *Schmidt oesterr. Baumz. III. t. 178.*

V. glaberrimum, fol. ovalibus margine revolutis subintegerrimis, petiolis laevibus, cymis ebracteatis pedunculatis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 201.*

„Cymae in hac nudae, in praecedenti „(Tino)“ involucretae.“
Linn. 8. (10-12) ped., ramis teretibus cinereo-fuscis, annotinis tetragonis. Folia plus quam 3-(4) poll., $1\frac{1}{4}$ - $1\frac{1}{2}$ -(2) poll. lata, basi obtusa, apice acutiuscula, supra atro-viridia, reticulata, subtus pallidiora, fusco-punctulata. Flores ochroleuci, in cymis terminalibus pedunculatis 5-fidis, apud nos sterilibus. *Willd. w. B. l. c.* In australioribus semper-virens; rami juniores et folia subtus saepe ferruginea, baccae atrae. *Pursh.* In *Virginia, Carolina, Georgia, (a Nova Anglia in Carolinam in humidis arenosis. Pursh.) h.*

9. * *V. prunifolium*; foliis obovato-subrotundis ovalibusque glabris argute serratis, petiolis marginatis. *Ait. Hew. l. p. 371.* *Willd. Spec. I. p. 1487.* *wild. Baumz. 2. a. p. 530.* *Pursh Fl. Sept. Amer. p. 201. et, hoc teste, Pluk. alm. t. 46. f. 2.* *Duham. II. t. 38.* *Schmidt oest. Baumz. t. 177.* *V. Lentago Mönch.* *Weissenst. p. 140. t. 8.* *Mespylis prunifolia Pluk. t. 46. f. 2.*

Frutex 10-ped., ramis laevibus teretibus dilute fuscis, tuberculis parvis lutescentibus. Folia apice basique rotundata, 2 poll., 1 poll. et 4 lin. lata, tenuia, superne laete, subtus pallide viridia. Petiolus $\frac{1}{2}$ poll. Flores (albi) in cyma patente e ramis anni praecedentis. Fructus atrocaeruleus subcompressus. *Willd. w. B. l. c.* Rami patentissimi; folia crenato-serrata, petioli laeves, cymae sessiles, fructus rotundati. *Pursh.* In *Virginia, Canada, (a Nova Anglia ad Carolinam. Pursh.) h.*

10. *V. pyrifolium Lam.*; glabrum, foliis ovatis subacutis subserratis, (glaberrimis) petiolis laevibus, fructibus ovato-oblongis, cymis subpedunculatis. *Pursh Fl. Sept. Amer.*

I. p. 201. *Lam. Enc. meth.* VIII. p. 653. *Desfont. arb. et arbr.* I. p. 345. *Poir. Enc.* VIII. p. 653.

Affine *prunifolio*, sed minus ramosum: baccae nigrae. *Parsh.* 6 8 ped., ramis glabris teretibus cinereis aut rufescentibus; folia tenuia, vix 2 poll., poll. lata, laete viridia, subtus pallidiora, ad apicem petioli subdecurrentia. Flores terminales corymbosi, ramulis glabris, basi bracteis scariosis. Cor. patens. Baccae ovato-oblongae, dentibus calycis coronatae. *Poir.* *Ad fluminum ripas in Pennsylvania, New-Jersey.* h.

11. *V. dauricum* *Pall.*; foliis ovatis serratis punctatopilosis, cymis dichotomis paucifloris. *Pall. ross.* II. p. 30. *Fl. ross.* p. 52. *Lonicera mongolica* *Pall. ross.* I. p. 59. t. 38. *Gmel. sibir.* III. p. 135. n. 8. t. 25. *Cornus daurica* *Laxmann.*

Affine *Lantanae*, sed magis divaricatum; folia magis rotunda et obtusa minusque pilosa, subtus punctis prominulis pilis stellatis. Cymae pedunculi scabri, sed minus. Bacca *Lantanae*, sed magis oblonga, rubra, demum nigra, dulcis. Semen ovale utrinque bicanaliculato-triconvexum, lignosum. *Pall. l. c.* *In Dauria.* h.

12. * *V. dentatum*; foliis ovatis dentato-serratis plicatis, *Linn. Spec.* 384. *Willd. Spec.* I. p. 1488. (excl. β . ut in *Poir. et Enc. meth.* VIII. p. 655.) *wild. Baumz.* 2. a. p. 532. *V. fol. plicato-sulcatis basi subcordatis modo suborbiculatis modo ovalibus inciso-dentatis serratisve, fructibus subglobosis.* *Mich. bor. Amer.* I. p. 179. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 202. *Jacq. Hort.* t. 36. *Schmidt oesterr. Baumz.* III. t. 179.

α . *lucidum*, foliis utrinque glabris. *Ait. Kew.* I. p. 372. 2. II. p. 167. α . *glabellum*, majus, foliis suborbiculatis, seu brevi-ovalibus glabriusculis. *Mich. l. c.* Cortex glaber fuscus. Folia petiolata, facie glabra, dorso levissime pubescentia, argute serrata, per nervos laterales e nervo medio usque in apices dentium oblique ascendentes in initio valde plicata, postea tamen planiora, in ramis junioribus saepius terna. Cymae terminales. Flores albi. *Jacq. l. c.*

Baccae obscure caeruleae. *Pursh.* *In sylvis montosis a Nova Eboraco ad Carolinam.* h.

Obs. *Desfontaines* in *arb. et arbriss.* I. p. 344. hujus distinxit varietatem *longifoliam*. *Dumont Courset* *acuminatam* et *rotundifoliam*.

13. *V. pubescens* *Pursh*; pubescens; foliis ovalibus acuminatis dentato-serratis plicato-sulcatis subtus villosomentosis, cymis pedunculatis, fructibus oblongis. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 202. *V. dentatum* β *pubescens* *Ait. Kew.* I. p. 168. 2. II. p. 168. *Willd. Spec.* I. p. 1488.

Poiret Enc. meth. VIII. p. 655. *V. dentatum* semitomentosum *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 179.*

Omnibus partibus *dentato* minus. *In parte inferiori Virginiae et Carolinae. h.*

14. *V. plicatum Thunb.*; foliis ovatis obtusis dentato-serratis plicatis. *Thunb. Act. Soc. Linn. Lond. II. p. 332.*
Willd. Spec. I. p. 1488. *V. dentatum Thunb. jap. p. 122.*
Poiret Enc. meth. VIII. p. 655.

Folia plicata, imprimis antequam bene explicata, magis rotunda, et dentes tenuiores quam in *dentato*. Flores radiati. *Thunb. in Japonia juxta Fammamoto et in Fakonia. h.*

15. *V. erosum Thunb.*; foliis ovatis acuminatis erososerratis glabris, petiolis tomentosis. *Thunb. jap. p. 124.*
Willd. Spec. I. p. 1288.

Differt foliis crasso-dentatis, dentibus acutis, apice longius acuminatis. Caulis erectus; rami oppositi angulati cinerei glabri patenti-erecti. Folia infima basi integra tenuia subtus pallida inaequalia suprema majora 2 poli. Petiolus brevissimus. Flores in ramulis terminales paniculati non radiati. Panicula decomposita umbellata. Pedunculi et pedicelli angulati pilosi. Bracteae setaceae pilosae. Stam. 5. Stylus simplex brevissimus. Stigma obtusum. *Thunb. In Japonia. h.*

16. * *V. Lantana*; foliis ovato-oblongis cordatis serratis subtus rugoso-venosis tomentosis. *Willd. Enum. H. berol. p. 326.* *Spec. I. p. 1489.* *wild. Baumz. 2. A. p. 533 (excl. β)* *Smith Brit. p. 334.* *Engl. bot. p. 331.* *Hall. Helv. n. 669.* *Jacq. austr. t. 341.*
Reitt. u. Abel t. 41. *Schmidt oesterr. Baumz. III. t. 15.* *Duhamel arb. t. 103.* *Plenck off. t. 231.*

a. *europaeum*, foliis minoribus obscure viridibus. *Ait. Kew. I. p. 372. 2. II. p. 168.* *V. tomentosum Lam. Fl. fr. III. p. 363.*

(8 12 ped.) Rami teretes viminei, juniores tomentosi. Folia obtusa, subtus villis stellatis, demum rubicunda. Stipulae nullae. Cymae terminales solitariae tomentosae. Cal. minutus. Cor. alba patens. Baccae compressae (primum rubrae) farinosae, dein nigrae. Semen cordatum compressum sulcatum. *Smith.* Varietatem, ut nobis videtur insignem, et ulterius indagandam, foliis ovatis utrinque tomentosis in Lunensium lapicidinis *de'Fonti scritti* notat *Bertolon. Amoen. p. 351.* *In Europae australioris (ad Peloponnesum usque et in Tauriae et Caucasi) sepibus argillosis (collibus calcareis). h.*

17. *V. Lantanoides Mich.*; (subdecumbens) petiolis nervisque pulverulento-tomentosis, foliis suborbiculato-cordatis abrupte acuminatis dentatis, serraturis muticis) cymis sessilibus, fructibus ovatis. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 179.*

Pursh Septentr. Amer. I. p. 202. *V. Lantana* β . *grandifolium* fol. majoribus laete viridibus. *Ait. Kew. I. p. 372.*
2. ed. II p. 163. *Willd. Spec. I. p. 1489.* *Poiret*
Enc. meth. VIII. p. 655. *V. Lantana* β . *canadense Pers.*
Syn. I. p. 327.

Affine *Lantanae*, sed humilior. Baccae rubrae, demum atrae.
Pursh. Folia majora, minus crassa minusque tomentosa, inaequaliter dentata, flores densius conferti. *Poiret.* In sylvis ad rupes a Canada ad Virginiam. \dagger .

18. *V. tomentosum Thunb.*; foliis ovatis acuminatis serratis venosis subtus tomentosis, umbellis lateralibus. *Thunb. jap. p. 123.* *Willd. Spec. I. p. 1489.*

Differt a *V. Lantana*, foliis ovatis nec cordatis, umbellis lateralibus confertis. Rami teretes glabri rubentes divaricati ramulosi. Folia imprimis superiora subtus tomentosa. Petioli ramuli et pedunculi tomentosi. Umbellae axillares in apicibus ramulorum flosculis radiantibus. *Thunb. Curtis V. tomentosum* hocce citat ad *HYDRANGEAM hortensem.* In Japoniae sylvis inter *Miaco* et *Jedo*, etiam cultum. \dagger .

19. *V. hirtum Thunb.*; foliis ovatis serratis villosis, petiolis hirtis. *Thunb. jap. p. 124.* *Willd. Spec. I. p. 1489.*

Caulis flexuoso-erectus teres glaber. Rami et ramuli alterni teretes basi glabri apice hirti. Folia opposita, *Urticae* similia, acuta, profunde et aequaliter serrata, venosa, venis hirtis, pilis albis decumbentibus, pollicaria. Petioli et pedunculi pilis horizontalibus. Umbellae terminales, floribus minutis non radiantibus. Stigma bilobum. *Thunb.* An generis? In *Japonia.* \dagger .

20. * *V. acerifolium*; foliis cordato-ovatis saepius trilobis laxè serratis, petiolis eglandulosis basi stipulaceis subtomentosis. *Vent. Hort. Cels. t. 72.* *Willd. Spec. I. p. 1489.*
wild. Baumz. p. 533. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 180.*
Poiret Enc. VIII. p. 657. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 203.*

Affine *Opulo*, sed lobi minus profundi, pedunculi magis elongati, flores omnes aequales fertiles. Rami glabri teretes fusci aut subcinerei, juniores pubescentes, foliis sat amplis, lobis acutiusculis, subtus subpubescentibus pallidioribus, dentibus acutis, fasciculo pilorum ad alas nervorum; stipulae brevissimae caducae lanceolatae villosae. Cymae patentes terminales, pedunculo tereti piloso, foliis plerumque brevioribus, radiis 5-7, bracteis linearibus. Cor. campanulata. Stamina corollâ duplo longiora. Bacca globosa atra lucida. Semen compressum. *Vent. Persoon Synops.* faciem fere *Grossulariae*, stipulas lineares $1/2$ poll. petit. An eadem planta? In rupestribus a *Nova Anglia* ad *Carolinam.* \dagger .

21. *V. orientale* *Pall.*; foliis trilobis acuminatis grosse obtusiuscule dentatis, petiolis eglandulosis glabris. *Willd. Spec. I. p. 1490.* *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. p. 245.* *Pall. ross. II. p. 31. t. 58. f. H.* *OPUL. orient. fol. amplissimo tridentato. Tournef. Cor. p. 42.*

Valde affine *acerifolio*, ut vix distinctum, sed folia grosse dentata, nec argute serrata, et semen ovale utrinque bicanaliculato-triconvexum, ut in *V. Lantana*, nec, ut in *acerifolio*, cordatum. *Willd. Opulo majus, minus ramosum; petioli et nervi foliorum subvillosi. Flores formâ Lantanae. M. a Bieb. l. c.* Statura *RIBIS rubri* habitus *Opuli*, folia magnitudine fere *ACE-RIS campestris* et ultra, lobis acutis divergentibus. Cymae 5-7-fidae, bracteola alba ad florem singulum. Cor. campanulata, *Ebalo* quidquam minor. Baccae compressae, magis oblongae quam in *Opulo*. *Pall. In subalpinis Imeretiae, sylvis elatis Iberiae occidentalis, Colchidi finitimae. h.*

22. * *V. Opulus*; foliis trilobis acuminato-dentatis, petiolis glandulosis glabris. *Willd. Spec. I. p. 1490. (excl. β.) wild. Baumz. 2. p. 533.* *Poiret Enc. meth. VIII. p. 656 (excl. γ)*

α. *europaeum*, ramulis viridibus opacis. *Ait. Kew. I. p. 373. 2. II. p. 168.* *Smith Brit. I. p. 335. Engl. bot. t. 332.* *Hall. Helv. n. 668. Fl. Dan. t. 661. Reitt. u. Abel t. 52. Schmidt oesterr. Baumz. III. t. 173. Sturm I. A. p. 27. H. Hayne term. bot. t. 52. f. 4.* *V. lobatum Lam. Fl. franc. III. p. 363. OPULUS glandulosus Mönch meth. p. 505.*

β. *roseum*, globosum, floribus omnibus sterilibus. *Knorr delie. Hort. II. t. 5. 6.* *V. Opulus γ. Willd. l. c. Ait. II. cc. Schmidt l. c. t. 174.*

Arbuscula glabra ramosissima, ramis teretibus. Folia subcordata, inaequaliter serrata, subtus pallidiora, sero autumno saturate rosea. Petioli basin versus foliosi, apice glanduliferi. Cymae terminales solitariae niveae radiantes, floribus exterioribus abortivis dilatatis irregularibus. Baccae ellipticae, (semper) rubrae succosae. Semen compressum subcordatum. *Smith. In Europae (a Norvegia ad Byzantium usque, inque Tauriae et Caucasi) et Sibiriae Americaeque pratis humidiusculis. h.*

23. *V. Oxycoccos Pursh*; foliis trilobatis postice acutis trinerviis, divaricatis, promissa acuminatis, rariter dentatis, petiolis glandulosis, cymis radiatis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 203.* *V. Opulus, americanum γ. ramulis rubicundis lucidis. Ait. Kew. I. p. 373. 2. II. p. 168. Poir Enc. meth. VIII. p. 656. Willd. Spec. I. p. 1490.* *V. Opulus Pimina fol. tricuspидatis, lobis sursum angustatis*

etc. *Mich. Fl. Amer. I. p. 180.* *V. trilobum. Marsh. arb. p. 162.*

Baccae rubrae, grate acidae, similes *VACCINII macrocarpi*, ejusdem usus. *In sylvis aliginosis umbrosis Canadae, Novi Eboraci et New-Jersey. h.*

Obs. Hujus videtur loci *V. americanum* fol. cordato-ovatis acuminatis serratis petiolis longissimis laevibus. *Mill. dict. n. 8. ramis purpureis.*

24. *V. molle Mich.*; foliis suborbiculato-cordatis plicato-sulcatis dentatis subtus mollissimâ pube subtomentosis, petiolis subglandulosis, cymis radiatis, fructibus oblongo-ovatis. *Mich. Fl. Amer. I. p. 180.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 655.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 203.* *V. alnifolium Marsh. arb. p. 162.*

Baccae rubrae. Simile *Oxycocco. Pursh.* Rami glabri, cortice quotannis deciduo. *Ad sepes in Kentucky. Mich. In Tennessee et Upper Carolina Pursh. h.*

25. *V. edule Pursh*; foliis trilobatis, postice obtusiusculis trinerviis: lobis brevissimis denticulato-serratis, serraturis acuminatis, petiolis glandulosis, cymis radiatis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 203.* *V. Opulus edule. Mich. Fl. Amer. I. p. 180.* *V. Opulus δ. Poir. Enc. meth. VIII. p. 657.*

Minus, magisque *Oxycocco* erectum, baccae maturae ejusdem coloris et magnitudinis, maturae demum gustu gratiores. *Ad fluminum ripas a Canada ad Noveboracum. h.*

26. *V. dilatatum Thunb.*; foliis obovatis acuminatis inaequalibus dentatis villosis. *Thunb. jap. p. 124.* *Willd. Spec. I. p. 1490.*

Caulis fruticosus erectus subangulatus cinereus villosus. Folia opposita 4 inaequaliter et eroso-dentata nervosa, utrinque villosa, 2 poll., inferiora minora. Petiolus teres villosus unguicularis. Flores paniculati non radiati. Panicula axillaris supradecomposita quadrisida et trichotoma patentissima. Pedunculi et pedicelli tomentosi. Stam. 5. Stylus simplex brevissimus, stigmatibus obtuso. *Thunb. In Japonia. h.*

27. *V. macrophyllum Thunb.*; foliis obovatis acuminatis dentatis glabris. *Thunb. jap. p. 125.* *Willd. Spec. I. p. 1491.*

Tota planta glabra. Caulis teres uti et rami. Folia opposita nervosa, subtus pallidiora, palmam lata et paullo longiora. Petiolus folio triplo brevior. Umbella terminalis composita, floribus radiatis. *Thunb. In Japonia. h.*

28. *V. cuspidatum Thunb.*; foliis cuspidatis serratis villosis. *Thunb. jap. p. 125.* *Willd. Spec. I. p. 1491.*

Folia ovata aequaliter et acute serrata, pilis sparsis villosa, palmam fere lata et paulo longiora. Umbella supradecomposita, terminalis, floribus radiantibus. *Thunb. In Japonia. h.*

29. * *V. Lentago*; foliis lato-ovatis acuminatis argute serratis, petiolis marginatis crispis. *Ait. Kew. l. p. 372.* *Willd. Spec. l. p. 1491. wild. Baumz. 2. A. p. 531.* *Poiret Enc. meth. VIII. p. 659.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 201.* *Schmidt oesterr. Baumz. III. t. 176.*

Rami deflexi s. propendentes, petioli marginibus undulati. Folia crassa *Tini*, glabra, denticulis minimis serrulata. Gemma terminalis subulata, basi ventricosa. *Linn.* Cyma sessilis, bacis atris. Omnium maxime arborescens. *Pursh.* Frutex 8 ped., ramis annosioribus obsolete angulatis, laevibus cinereo-fuscis, junioribus dilute fusciscentibus, verrucis parvis. Gemma $1\frac{1}{2}$ fere pollicis. Folia elliptico-ovata, basi rotundata, $3\frac{1}{2}$ poll., $2\frac{1}{4}$ poll. lata, supra nitentia, subtus opaca, pallida, autumnopunctulata. Petiolus pollicaris. Cymae terminales densae albae. *Willd. w. B. l. c.* *In Canada. A nova Anglia ad Carolinam. h.*

30. *V. squamatum Mühlenberg*; foliis oblongis obtuse serrulatis, petiolis pedunculisque squamoso-pubescentibus. *Willd. Enum. H. Berol. p. 337.* *wild. Baumz. 2. A. p. 530.*

Folia opposita 2 poll. et ultra, brevissime acuminata, basi parum angustata, margine inaequaliter remote obtuse et brevissime serrulata, nec revoluta, glabra, juniora subtus squamulis valde dissitis fuscis obsita. Petioli squamulis fuscis pilosis tecti. Gemmae lanceolato-subulatae elongatae densae squamis fuscis pilosis obductae. Cyma terminalis, ut in *VIBURNO nudo*, cui simillimum; sed squamulis petiolorum et pedunculorum, foliis serrulatis non nitidis nec margine revolutis et tenuioribus diversa. *Willd. V. pyrifolio clo. Poiret recte maxime affine videtur.* *In Pennsylvania. h.*

31. *V. obovatum Walt.*; glabrum, foliis obovatis crenato-dentatis, s. integerrimis obtusis, umbellis sessilibus, fructibus ovato-subrotundis. *Poir. Enc. meth. VIII. p. 658.* *Walt. Fl. carol. p. 116.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 202.*

V. cassinoides glaberrimum, foliis parvulis cuneato-obovalibus crenato-dentatis coriaceis, cymis arcte sessilibus. *Mich. bor. Amer. I. p. 179.*

β. puniceifolium, fol. obovatis integris s. apice laxe crenatis obtusis. *Hort. Paris. p. 115.* *V. fol. obovatis laevibus nitidis denticulatis glaberrimis.* *Desfont. arb. et arbr. l. p. 345.* (Simillimum esse *cassinoidi* *Poiret Suppl. V. p. 185*, qui prius cum? *cassinoides Mich.* ad *V. obovatum*.)

Rami graciles attenuati teretes cinerascetes. Folia subinde fas-

ciculata in ramis junioribus, subpollicaria, membranacea, supra lucida, basi attenuata. Cymae terminales sessiles, densae, radiis 6-8. Flores parvi albi, extimi parum majores. Baccae atrae nitidae. *Punicifolium* nondum floruit. *Poiret.* In sylvis umbrosis Carolinae Georgiae. h.

32. * *V. cassinoides*; glabrum, foliis ovato-lanceolatis utrinque acutis crenatis margine subrevolutis, petiolis carinatis glandulosis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 203.* V. fol. ovatis crenatis glabris, petiolis eglandulatis carinatis. *Linn. Spec. p. 384.* V. foliis obovato-oblongis obtusis, margine revolutis, inferioribus dentatis, superioribus integerrimis, summis lanceolatis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 327. Spec. I. p. 1491. wild, Baumz. 2. ed. p. 529 (excl. syn. Mich. fide Pursh.)*

„Folia infima obovata, proxima ovata, superiora lanceolata. *Linn. Baccae atrocaeruleae. Pursh.* „4-ped., rami lineis 2 elevatis. Folia $3/4$ poll., medio dentibus 3-6 brevibus obtusis, subtus punctata.“ *Willd. w. B. l. c. Clo. Poiret Enc. meth. 8. p. 659* huc fors spectare *V. obovatum Walt. In umbrosis Carolinae, Georgiae. h. (uliginosis Novi Eboraci ad Carolinam Pursh.)*

Obs. Linnaeus in Spec. huc duxit V. phillyreae folio, Duham. Arb. II. p. 350. CASSINE Mill. dict. t. 83. f. 1. Cass verae perquam similis arbuscula, phillyreae foliis etc. Pluk. Mant. 49. Angl. Hortul. p. 16. t. 20.

33. *V. nitidum Ait.*; foliis lineari-lanceolatis supra nitidis obsolete serratis integrisque, (ramis tetragonis.) *Ait. Kew. I. p. 371. Willd. Spec. I. p. 1491. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 202.*

Humile. *Clo. Poiret Enc. meth. VIII. p. 659* idem videtur cum obovato, fol. integerrimis obovatis nitidis *Walt. Carol p. 116. In America boreali, in sylvis sabulosis sterilibus Carolinae, Georgiae. h.*

34. * *V. laevigatum*; foliis oblongo-lanceolatis, inaequaliter argute (remot.) serratis, basi cuneatis integerrimis, ramis tetragono-ancipitibus. *Willd. Enum. H. Berol. p. 327. Spec. I. p. 1491. wild, Baumz. p. 528. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 202. Cassine Peraqua. Linn. Mant. p. 220. Cassine Hort. Cliff. p. 72. Plenck off. t. 239. V. cassinoides Du Roi Harbk. Baumz. II. p. 486. Cassine caroliniana Lam. Enc. I. p. 652. Cassine corymbosa Mill. dict. n. 1. t. 83. f. 1. (Confer cassinoidem)*

„Folia petiolata lato-lanceolata acutiuscula serrata, absque venis elevatis. Petioli dorso decurrentes, unde ramuli ancipites. Corymbi breves.“ *Linn. 12-14 ped. rami dilute fusci, punctis parvis elevatis, ancipites. Petioli breves. Folia $1\frac{1}{2}$ poll. acuta, superne atroviridia. Willd. w. B. l. c. Baccae atrae.*

Pursh. Flores dilute caerulescentes. *In Carolina, Virginia ad littora.* — h.

Obs. *V. serratum Thunb.* est HORTENSIA. Quid vero *V. lanceolatum Hill. H. Kew. t. 19* apud *Vitmann Summ. II. p. 193.* ubi frutex 6-ped., foliis 3 poll., petalis albis dicitur e Virginia.

35. *V. glabrum Willd.*; foliis ovato-oblongis acutis ramulisque tetragonis glabris. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

1226. S A M B U C U S.

1. * *S. Ebulus*, cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. *Willd. Spec. I. p. 1494.* *Wild. Baumz. p. 464.* *Smith Brit. p. 336.* *Engl. bot. p. 475.* *Curtis lond. fasc. 3. t. 18.* *Hall. Helv. n. 671.* *Mill. dict. Ic. t. 226.* *Fl. Dan. t. 1106.* *Plenck t. 230.* *Hayne term. bot. t. 38. f. 2.* *Reitt. u. Abel t. 10.* *S. humilis Lam. Fl. fr. III. p. 370.*

β. *S. humilis*, caule herbaceo ramoso, foliolis lineari-lanceolatis, acute dentatis. *Mill. dict. n. 370.*

Rad. repens. Caules simplices erecti 3-(5) ped. fragiles teretiusculi sulcati scabri. Folia opposita impari-pinnata atro-vidua, laeviuscula, venosa, serrata, foliolis basi inaequalibus saepe glandulosis. Stipulae foliaceae serratae magnae. Cymae rami pilosi. Flores omnes pedicellati, triste incarnati. Stamina crassa. Antherae rubrae. Baccae globosae nigrae. *Foet. Smith. In Europae (et Caucasi) humidis. 4.*

2. * *S. nigra*; cymis quinquepartitis caule arboreo. *Willd. Spec. I. p. 1495.* *Wild. Baumz. p. 406.*

α. fructu nigro. *Hall. Helv. n. 670.* *Smith Fl. Brit. p. 336.* *Engl. Bot. t. 476.* *Fl. Dan. t. 545.*

Duhamel arb. II. t. 65. *Reitt. u. Abel t. 37.* *Svensk. bot. t. 33.* *Schmidt oest. Baumz. III. t. 143.*

Plenck off. t. 229. *Reitt. u. Abel t. 37.* *Hayne term. t. 32. f. 2.* *S. vulgaris Lam. Fl. fr. III. p. 369.*

β. fructu viridi. *S. virescens*, caule arboreo, cymis 5-partitis, fructu viridi. *Desfont. arb. et arbriss. I. p. 348.*

γ. fructu albo. δ. foliis variegatis. ε. *S. laciniata*, foliis pinnatifidis, floribus umbellatis, caule fruticoso. *Mill. dict. n. 2.* *Retz Obs. III. p. 30.* *Lobel Ic. II. p. 164.* *Desfont. arb. et arbr. I. p. 348.* *Schmidt oest. Baumz. t. 144.* *Kniph. C. 8. n. 81.*

Rami oppositi teretes cinerei glabri. Folia opposita, impari-pinnata, foliolis plerumque quinque ovatis serratis glabris. Stipulae vix nullae. Flores lactei, plerumque pedicellati. Stamina divaricata. Baccae globosae atropurpureae, albae minus in-

gratae. *Smith.* In Europa a Suecia ad Gades, (in Caucaso, Sibiria) et in Japonia. h.

Obs. *S. nigra* *Lour.* *Cochinch.* I. p. 226, receptâ licet diagnosi Linnaeana, vix hujus loci, ut ex descriptione sequente liquet. „Caulis arboreus 8. ped.; ramis patentibus. Folia lato-lanceolata, pinnata, bijuga integerrima (!) glabra ad apicem rubescentia. Flos subterminalis; cymis 3-5-partitis; pedunculis longis subaequalibus. Fructus bacca rotunda minuta rubro-fusca 3 sperma, infera *Lour.* In montanis siensibus.“ Etiam *So. nigra* *Thunb. jap.* 126 dubia, cum adderet tantum: „Caulis arboreus heic perennat „(quod ubique)“ Fructus neque hujus in hisce regionibus maturantur.“

3. * *S. canadensis*, cymis quinquepartitis, foliis subbipinnatis, caule frutescente. *Willd. Spec.* I. p. 1494. *wild. Baumz.* 2. A. p. 465. *Mich. bor. Amer.* I. p. 181.

S. ramulis petiolisque glaberrimis, foliolis sub-4-jugis, oblongo-ovalibus nitidis glabris acuminatis, nervo medio subpubescente basi interdum appendiculatis, cymis laxis 5-fidis. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 203. *Schmidt oestr. Baumz.* t. 142.

„Media inter *S. Ebulum* et *nigram*, habitus *nigrae*, at foliolis inferioribus ternatis, omnibus magis ovatis. Fruticat, sed plerumque perit sub terra hyeme. Cymae structura ut in *nigra*. Stipulae filiformes truncatae, ut in *nigra*, nec in foliola expansa, ut in *Ebulo*. Baccae rubicundae et edules dicuntur.“ *Linn.* „Forte varietas e Canada cui folia simpliciter pinnata. Baccae globosae rubrae, magnitudine seminis *Coriandri*. *Linn. Mant.* 358.“ Adeo similis *S. nigrae* ut vix distinguenda, tamen species constans. In adultis fruticibus foliola sunt simpliciter ovata, in junioribus inferiora paria ternata. Differt praecipue a *S. nigra*: caule fruticoso nec arborecente, foliolis magis ovatis et acumine productione, floribus recentibus parum odoratis, fere inodoris, baccis atro-rubris dulcibus. *Willd. Enum. H. berol.* p. 328. 8-10-ped., ramis fuscis teretibus. Foliola ut plurimum septena, 2 inferiora sub cyma plerumque ternata. Flores minores quam in *nigra*. *Willd. w. B. l. c.* In Canada. *Dr. Kalm. A Canada ad Virginiam.* h.

Obs. Utrum eadem *S. canadensis* *Thunb. jap.* p. 126; receptâ licet diagnosi Linnaeana, videndum; nil enim addit praeter: folia infima vix vel rarissime composita, ut in *canadensi* Americae; frutex basi supra terram quotannis perit. Frutex heic non maturatur.“

4. * *S. racemosa*; paniculâ ovatâ, foliolis oblongis acuminatis basi subaequalibus, petiolis glabris, caule arborecente. *Willd. Enum. H. berol.* p. 328. *Willd. Spec.* I. p. 1496. *Wild. Baumz.* p. 467. *Hull. Helv.* n. 672. *Jacq. Collect.* I. p. 56. *Icon. rar.* I. t. 59. *Schmidt oestr. Baumz.* t. 141. *Reitt. u. Abel* t. 38. *Dn. hamel arb.* t. 66. *β. laciniata* *Decand. Fl. jr. Suppl.* p. 500.

Frutex potius quam arbor, cortice fusco albo punctato; gemmae

globosae; foliola ovato-lanceolata; flores flavo-virentes, laciniis reflexis; baccae coccineae. *In Europae mediae et australis (Arcadiae) montibus, inque Sibiria. h.*

Obs. In *Syst. Veg.* ed. XV. p. 314 varietas adducitur β . *verna*: pinuis ovatis serratis subtus pubescentibus, racemis dichotomis subvillosis, cui cor. purpurea, quae aliis flavo-albicans.

5. *S. pubens Mich.*; paniculâ ovatâ, foliolis lanceolatis acuminatis basi inaequalibus, petiolo hirtio, caule fruticoso. *Willd. Enum. H. Berol. p. 328. wild. Baumz. p. 467.*

S. cortice verruculoso, foliis etiam terminalibus quinatis, foliolis subtus pubescentibus ovali lanceolatis, cymâ confertiuscule racemosâ. Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 181. Pursh

Fl. Sept. Amer. I. p. 204.

Valde affinis *racemosae*. 6-8 ped., ramis griseo-fuscis, junioribus pubescentibus. Foliola 5, basi subcuneata, argute et inaequaliter serrata, 2-3 poll., supra glabra praeter nervum intermedium. Petiolus pubescens. Flores sordide albi in racemis ovatis, *racemoso* jamjam deflorato. Baccae minores, saturatius rubrae. *Willd. w. B. l. c.* Subinde foliola 7, quaedam etiam subinde minora ad basin petioli. *Mich. In montibus altis a Canada ad Carolinam. h.*

6. *S. japonica Thunb.*; fruticosa, cymis tripartitis, stipulis nullis. *Thunb. jap. p. 125. Willd. Spec. I. p. 1406.*

Caulis fruticosus ramis inanibus glabris oppositis teretibus patulis. Folia opposita pinnata cum impari, foliolis 3-5-7-jugis, ovatis, acutis, saepe acuminatis, serratis, margine cartilagineo albo, glabris, pollicaribus et paullo ultra. Petiolus communis teres glaber, partiales unguiculares. Flores terminales paniculato-cymosi. Cyma supradecomposita trichotoma nuda absque bracteis glabra patens. Corolla alba. Filament. 5 corollâ breviora. Germen superum. Stylus filiformis, staminibus brevior. Stigma capitatum album. *Thunb. l. c.* Vix hujus generis. *In Japonia. h.*

7. *S. graveolens Willd.*; cymâ divaricatâ, pedunculis trifloris, foliis oblongis acuminatis caule arboreo. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

1227. TRISECUS.

T. frangulaefolius Willd. Reliqu. Willd. MS.

Ad S. Barbaram prope Orinocum. Humb. et Bonpl.

1228. GRISELINIA.

G. lucida Forst. Fl. austr. p. 75. n. 401. Gmel.

Syst. V. I. p. 493. Willd. Spec. I. p. 1128. Spreng.

Syst. Vegetabil. Vol. VI.

Pagill. I. p. 63.
t. 70.

SCOPOLIA lucida Forst. Char. gen.

Cortex rami fusco-olivaceus. Folia petiolata oblonga coriacea basi inaequalia hinc attenuata, inde rotundata, integerrima, obtusa, utrinque glabra, supra nitida, subtus opaca venosa, spithamaca fere, palmum lata. Panicula terminalis aphylla: rami divergentes bracteâ suffulti, pedunculis subtrifidis. Flores masculi femineis interpositi, illorum calyx pentaphyllus rotatus, stamina calyce parum longiora. Antherae 4-loculares. Feminæ calyx 5-dentatus, styli 3 lanceolati. Fructus trigonus trispermus videtur. Hinc potius ad Cl. XXI. releganda inter tricocca, CROTONOPSIN inter et POLYCHROAM. Spreng. Lc.

1229. S E M E C A R P U S.

1. * S. *Anacardium*; foliis longis lanceolatis utrinque acutis, racemis terminalibus subpaniculatis. Lam. Enc. meth. I. p. 139 (sub ANACARDIO longifolio). Linn. Suppl. p. 182. Willd. Spec. I. p. 1476. Roxb. Corom. I. p. 13. t. 12. Hayne getr. Darst. t. 1.

„Arbor grandis cortice cinereo fusco; rami subhirti; folia alterna approximata petiolata cuneiformia acutiuscula integerrima glabra magna, pilis rarioribus. Flores terminales racemosi. Racemus erectus pedunculatus. Bracteae ad pedunculos adnatae carinatae hirsutae deciduae, in pedicellis 2-5, acutae, caducae. Perianthium carnosum hirsutum in fructu persistens. Cor. viridi-lutescens, magnitudine Ribis. Antherae lutescentes. Nux cortice glabro nitido nigricante tecta, sub epidermide pulpâ cellulosa, in qua succus mucilaginosus causticus ater. Arbor praestat verum *Anacardium* orientale officinarum. Succus di- ploës ad lintea, sericea, bombycina, litterarum notis nigris nunquam delendis: lintea tamen non corrodit, quamvis ut causticum in cute agat.“ Linn. Truncus rectus cortice cinereo scabro, intus massis gummi albi mollis insipidi. Rami numerosi patentés. Folia ad extremitates ramulorum, apice rotundata, firma, superne glabra, subtus albida scabra, 9-18 poll., 4-8-poll. lata. Petioli 1 1/2-2 poll., semiteretes. Panicula terminalis amplissima, spicis pluribus simplicibus, arboris masculinae gracilioribus, aequè longis longioribusve. Bracteae plurimae minutae. Flores plurimi minuti. Pericarp. nullum. Receptaculum erectum carnosum pyriforme glabrum flavum nucem majus. Nux solitaria receptaculo imposita cordata utrinque plana glabra nigra nitida, testae seminis lamina interior dura, exterior mollior coriacea. Haec inter cellulas succus corrosivus, resinosis, pallide lacteus, demum nigrescens. Masculi flores in distincta arbore minores, filamenta longitudine petalorum, antherae multo quam in hermaphrodito majores. Loco pistilli corpus semiglobosum, pilosum, glandulosum. Nella jedy Teling. Roxb. In montibus Indiae orientalis. b.

2. S. *latifolia* Pers.; foliis alternis petiolatis ovatis sub-

tus pubescentibus. *Lam. Enc. I. p. 139* (sub ANACARDIO latifolio.) *Pers. Syn. I. p. 324.*

Rami, petioli, pedunculi calycesque subpubescentes. Folia obtusiuscula glabra, supra atroviridia subtus albicantia, 6 poll., 4 lat., venis reticulatis. Petiolus pollicaris. Fructus S. *Anacardii*, sed parum breviores. *Lam. In India orientali. h.*

1230. R H U S.

a. Foliis pinnatis:

1. * *R. Coriaria*; foliolis ovato-oblongis obtusis mucronatis obtuse serratis, supra scabris subtus villosis, petiolo communi extimis internodiis membranaceo. *Willd. Enum. H. Berol. p. 323. Spec. I. p. 1477. wild. Baumz. 2. A. p. 359. Ehrh. Beytr. VI. p. 88. Brotero lusit. p. 475. Sibthorp Fl. graec. t. 290. Plenck t. 252. Regn. bot. Ludw. ectyp. t. 122. Kniph. C. III. n. 74. Duham. arb. ed. nov. II. t. 46. β. var. taurica H. Herzm. 1816.*

8-10-ped.; rami teretes pilis ochroleucis. Foliola 13-17, petiolo communi piloso, 1-1 1/2 poll., sessilia, basi rotundato-cuneiformia, utrinque dense pilosa, subtus albicantia. Panicula densa ovata viridi flavescens. Baccae purpureae villosae semiglobosae. *Willd. w. B. l. c. In Europa australi, Tauria, Iberia, Syria, Palaestina, Barbaria. h.*

2. * *R. typhina* *); foliolis lanceolatis acuminatis argute serratis, subtus pilosiusculis. *Willd. Spec. I. p. 323. wild. Baumz. A. 2. p. 360. Ehrh. Beytr. VI. p. 89.*

a. *arborescens*, caule arborescente, foliis subtus subpubescentibus. *Willd. Enum. H. berol. p. 323. Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 503. RH subarborescens, ramis petiolisque villosissimis, foliolis multijugis lanceolato-oblongis subtus tomentosis. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 204. Dill. Elth. p. 253. Parkins. paradis. p. 611. t. 609. f. 6. Duhamel arb. ed. nov. II. t. 47.*

β. *frutescens*, caule frutescente, foliis subtus albidis pubescentibus.

15-20 ped., radice stolonifera. Rami teretes pilis albido-rubellis. Foliola 15-21, petiolo communi pilis brevibus albidis raris rigidis, supra glabra laete viridia, subtus ad venas pilosius-

* *RHUS* apud Graecos masculini, apud Latinos masculini et feminini, nunquam vero neutrius generis: hinc, cum nomina arborum alioquin gen. fem. esse soleant, *RH. typhina* etc., ne Barbarismus, cui jam diuus *Jacquin* bellum intulit, per saecula continetur.

cula glaucescentia, impari longe petiolato. Panicula ovata coarctata flavo-virens. Baccae hirtae purpureae. *Willd. w. B. l. c. In Americae borealis rupestribus siccis a Canada ad Virginiam. h.*

Obs. RH. *Cacodendron Ehrh. Beytr. III. p. 20, cujus praeter div. Schkuhr Handb. p. 240 et Persoon in Edit. XV. Syst. Veg. p. 310 nemo meminit Botanicorum, a hujus fors specimina annosiora, caule plurium orgyrum, poll. 6 in diametro, foliis multijugis glabris, foliolis ovato-lanceolatis brevi petiolatis basi subcordatâ dentatis, caeterum integerrimis. Venditur passim pro vernice.*

3. * *R. javanica*; foliolis ovatis acuminatis serratis subtus tomentosus. *Linn. Spec. p. 380. Willd. Spec. I. p. 1478. Thunb. jap. p. 121.*

Foliola opposita sessilia circiter 7-juga acuta, crenato-serrata, parallelo-nervosa, supra glabra, subtus ferrugineo-tomentosa, pollicaria, superioribus sensim majoribus. Petiolus infra foliola teres glaber, intra eadem utrinque alatus. Flores terminales paniculati. Panicula tomentosa composita, floribus minutis. *Thunb. In China. Osbeck; in Nagasaki prope Papenberg, Thunberg. h.*

Obs. Descriptio RH. *javanicae* data a *Loureiro Fl. Cochinch. p. 118 non ex integro quadrat cum Thunbergiana. Est nampe apud Loureiro. „Arbor magna; ramis patentibus. Folia impari-pinnata 5-juga, aliquando decurrentia; foliolis ovatis acuminatis obtuse serratis subtus tomentosus coloris obscure viridis. Flos albus terminalis; racemis laxis magnis erectis. Corolla petala 5 striata, campanulata calyce longiora; antheris 5 sessilibus minimis. Styli 3 breves. Bacca subrotunda parva monosperma.“ In sylvis Cantoniensibus Sinarum.*

4. *R. semialata Murr.*; foliolis (inaequaliter) serratis, petiolis extimis internodiis membranaceis. *Murr. Comment. gotting. VI. 1784. p. 27. t. 3. Willd. Spec. I. p. 1497.*

Truncus 3 ped. teres erectus subflexuosus calami cygnei crassitie, cortice griseo hinc inde verrucoso. Folia 5 6 juga horizontalia petiolata, pinnis ovato-lanceolatis, exceptâ basi integrâ, tomentosus, praecipue subtus, hinc pallide viridibus, acuminatis, palmaribus, basi obliquis, lineatis. Petiolus teres tomentosus, per 5 extima internodia membranaceus, ut folium impar fere spathulatum: petiolus partialis brevissimus. Thyrsus terminalis duplex palmaris, pedunculo communi brevi tomentoso, lateralibus horizontalibus, pedicellis brevissimis. Cal. dentibus acutis, corollâ albâ patente planâ triplo brevior. Stam. longitudine corollae. Stigmata subcapitata. Semina? *Murr. l. c. Persoon dubitat an diversum a javanica. Prope Macao, et in Ind. orientali. h.*

5. *R. obscura M. a Bieb.*; foliolis lanceolatis argute serrulatis ramisque glabris, venarum axillis subtus villosis. *Mursch. a Bieb. Fl. Tanr. Cauc. I. p. 243.*

„Arbor e minoribus. Folia fere RH. glabrae, sed majora, argu-

tius serrulata, obscure viridia, subtus dilutiora non tamen glauca, costâ mediâ atropurpureâ, lanâ vagâ rufescente subtus ad venarum dichotomiam, praesertim circa nervum dorsalem. Flores? Fructus? Habitus tamen et folia nullum de genere dubium relinquunt. *M. a B. Illustr. de Steven Comm. mosqu.* p. 17 delendam esse hanc speciem, utpote eandem cum JUGLANDE *petrocarpa Mich*; attamen illis auctor in *Supplem. Fl. taur. Cauc.* hanc speciem non revocavit. *In Albania ibe-rica ad Alazonium. h.*

6. *R. viridiflora Poir.*; glabriuscula, foliis multijugis, foliolis lanceolato-oblongis serratis subtus subtomentosis, racemis erectis herbaceis. *Poir. Encycl. meth. VII. p. 504. Parsh Fl. Sept. Amer. I. p. 204.* RH. canadense fol. obsolete serratis lanceolatis utrinque glabris, paniculâ compositâ. *Mill. dict. n. 5.* (sive *Parsh et Poir.*, cui tamen, cum? licet, *viridiflorae β*).

Media quasi *typhinam* inter et *glabram*: ab hac, cui habitu simile et floribus, tomento foliorum, ab illa racemis virentibus, rectis, laxioribus distincta. 15-20 ped., trunco crasso, ramis patentibus, foliis amplis, foliolis suboppositis, sessilibus, subtus albidis, subinde fere glabris. Petioli teretes non membranacei, glabri aut subpilosi. Racemus s. potius panicula laxa, e racemis brevibus alternis subramosis crassis, ramis pedunculisque atrofuscis, pedicellis villosis; flores glabri, flavo virentes, parvi. Calyces breves. Petala obtusa. Clo. *Pursh* fors nonnisi *glabrae* varietas videtur. *Ad margines sylvarum in apricis siccis Pennsylvaniae et Virginiae. h.*

Obs. *Miller* ad RH. canadense suum ducit RH. canadense folio longiore utrinque glabro *Tourn. Inst. R. H. p. 611*, idemque describit ramis laevibus purpureis pulvere cinereo; foliolis 15-17, acutissimis, 4 1/2 poll., supra nitide viridibus, subtus canis glabris; paniculis terminalibus magnis compositis, saturate rubris, pulvere cinereo ubique conspersis.

7. * *R. glabra*; foliolis lanceolatis acuminatis approximato-serratis utrinque glabris, subtus albicantibus, floribus hermaphroditis. *Willd. Enum. H. berol. p. 323. Spec. I. p. 14-8.* (excl. syn. *Catesby*, ut et in *Poir. Enc. meth. VII. p. 503.*) *wild. Baumz. 2. A. p. 361.* RH. prorsus glabrum, foliis multijugis, foliolis lanceolato-oblongis serratis subtus plus minus albicantibus, floribus dioicis, fructibus holosericeis. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 182.* (sive *Poir.*) *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 204* (excl. β.) *Dillen. Plench off. t. 237. Gisecke Ic. fasc. I. t. 5.* β? *viridiflora Hortul. in Pers. Syn. I. p. 324.*

8-10 ped., ramis laevibus glabris. Foliola 15-21, petiolo communi tereti laevi, basi rotundata, sessilia, impari breviter petiolato, basi cuneiformi. Panicula flavo-virens. Fructus rubri

hirti. *Willd. w. B. p. 362.* In Americae septentrionalis altioribus ad agros et sepes a Nova Anglia ad Carolinam. h.

8. *R. elegans Ait.*; foliolis lanceolatis acuminatis medio remote subserratis utrinque glabris, floribus dioicis. *Willd. Enum. H. berol. p. 323. Spec. I. p. 1478. wild. Baumz. 2. A. p. 362. Catesb. app. p. 104. t. 4. RH. glabrum β coccineum Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 204. RH. carolinianum Mill. Dict. n. 4.*

Simile *glabro*, sed folia subtus tantum pallida, nec albicantia, medio serraturis paucissimis. *Willd. Enum. I. c.* Rami teretes laeves rubro-fusci. Foliola 15-17 basi rotundata dentibus adpressis, 2-2 1/2 poll. Flores dioici rubri. *Willd. w. B. I. c.* Fructus coccinei. *Pursh*, qui male cum *Willdenow et Poir et Catesby III. p. 4. t. 4.* (quod non existit) ad *glabram*, et hic iterum *Catesb. app. 4. (loco 104.) t. 4* citat. *Miller* sine dubio hujus est loci, quia sibi optime nota semina data a div. *Catesby* laudat: quadrat plurimis descriptio *Milleri* cum illa *Willdenowi*. In Carolina australi. h.

Obs. *Miller RH. carolinianam* describit: 7-8 ped., ramis inordinatis laevibus purpurascens pulvere cinereo; petiolis similes. Foliola 15-17 subalterna saepius, 3-4 poll., poll. lata, acuta, serrata, supra atro-viridia, subtus pallida. Paniculae crassae densae magnae purpurascens. *Catesby I. c. p. 104* monet colore coccineo pulcherrimo hanc speciem differre potissimum, sed non nisi aestate fervidissima colore gaudere hocce splendidissimo.

9. * *R. Vernix*; foliolis integerrimis annuis opacis, petiolo integro aequali. *Willd. Spec. I. p. 1479. wild. Baumz. A. 2. p. 362. Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 183. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 205. Plencck off. t. 234. Dillen. Elth. p. 390. t. 292. f. 377. Thunb. jap. p. 121. Kaempf. Amoen. p. 791. t. 792. Toxicodendron pinnatum, foliolis ovato lanceolatis etc. Mill. Dict. n. 4.*

15-20-ped., ramis griseo-fuscis, verruculosus. Foliola 7-9 (11-13), petiolo communi tereti laevi atroviolaceo. Foliola petiolata ovata longe acuminata atro-viridia venis rubris, subtus pallida, (1-2 poll.). Flores axillares paniculati minimi dioici flavovirentes. Fructus ovatus albidus. *Willd. w. B. I. c.* Glaberrima, foliolis ovalibus abrupte acuminatis integris, paniculata laxa, fructibus glabris. *Michaux.* In America septentrionali a Canada ad Carolinam, et in Japonia. h.

10. *R. Commersoni Poir.*; foliolis integerrimis obtusis apice leviter mucronatis. *Poir et Enc. meth. Suppl. V. p. 264.*

Affine *Vernici*, sed foliolis obtusis omnino distincta. Rami gla-

bri teretes cinerei. Folia alterna, foliolis 3-4-jugis, alternis, raro oppositis, subpedicellatis, articulatis, glabris ovalibus, 1-2 poll., basi acutiusculis, apice rotundatis, mucronulatis. Racemi axillares. Fructus similes *Vernicis*. *Poir et. In Brasilia. Commerson. h.*

11. * *R. succedanea*; foliolis integerrimis perennantibus lucidis, petiolo integro aequali. *Linn. Mant. p. 221. Thunb. jap. p. 121. Willd. Spec. I. p. 1467. Poir et Enc. meth. V. p. 506. Mill. Dict. n. 10. Toxicodendron altissimum Kaempf. Amoen. p. 794. l. 795.*

„Distinguenda omnino a *RHOE Vernice*, cui affinis, sed magnitudine foliorum inprimis diversa. Folia hujus rigidula, utrinque nitida, rarius utroque margine aequalia; *RH. Vernicis* vero opaca, viridia. Fructus hujus magnitudine *Cerasi*, nec albus, illius vero magnitudine *Pisi*, omnino albus.“ *Linn.* „Rami glabri patentis, foliis alternis petiolatis ovatis coriaceis utrinque viridibus, margine subinde inaequalibus, acuminatis, basi attenuatis, subtus nervis tenuibus parallelis. Petioli teretes lateribus subcompressi glabri striati. Racemi laterales ad apicem. Baccae virentes. *Poir et. Prope Nagasaki, in Papenberg, Hosido et alibi. h.*

12. * *R. copallina*; foliolis integerrimis, petiolo membranaceo articulato. *Willd. Spec. I. p. 1480. wild. Baumz. A. 2. p. 363. Mich. bor. Amer. I. p. 182. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 205. Duham. arb. p. 7. Pluk. Alm. p. 318. t. 56. f. 1. Jacq. H. Schönbr. III. p. 50. l. 341. Plenck off. t. 233. β. RH. leucantha Jacq. ibid. l. 342.*

8-10 poll., ramis teretibus dilute fuscis, pilis brevibus teneris albidis. Foliola 9-13-(21), petiolo communi tereti, alā 1-1 1/2 lin. latā, lanceolata, acuminata; supra atro-viridia nitentia, subtus pallidiora pilosiuscula, (pollicaria), impari basi cuneato, sessili. Panicula grandis terminalis flavo-virens. *Willd. w. B. l. c.* Rami punctati, folia 5-6-juga, foliola ovali-lanceolata integerrima supra lucida, panicula foliosa, racemi sessiles, flores dioici. Baccae rubrae. Folia Indis ad Mississippi instar *Tabaci*. *Pursh. RH. leucantha Jacq.* nonnisi videtur foliis longioribus, paniculis minus patentibus, radicibus non stoloniferis: frigoris minus patiens. *In Americae septentrionalis siccis arenosis a New-Jersey ad Carolinam. h.*

13. *R. trijuga Poir.*; foliolis ovatis coriaceis subtus pubescentibus rufis, baccis nitidis. *Poir. Enc. meth. VII. p. 506.* Caules lignosi, ramis erectis teretibus glabris apice pubescentibus. Foliola obtusa crassa supra obscure viridia, subtus fusco purpurascencia, petiolo plano striato pubescente. Panicula erecta brevis versus apicem ramorum parum patens. Baccae globulosae magnitudine piperis subpetiolatae rufescentes lucidae semine solitario osseo. *Circa Rio-Janeiro lectum a Commerson. h.*

14. *R. lineatifolia* *Ort.*; foliolis ovatis dentatis lineatis, racemis axillaribus, baccis striatis. *Orteg. Dec. pl. p. 89.* *Pers. Syn. I. p. 325. n. 14.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 507.*

2 ped. Eadem diagnosis reperitur in *Pers. Syn. I. p. 259. n. 35.* sub *RHAMNO cubensi*, et in *Poiret Enc. meth. Suppl. IV. p. 92* sub *RHAMNO linearifolia*, ut dubium sit *RHAMNUS* ne an *RHUS*: inde etiam in *S. V. nostro* sub *RHAMNO lineatifolia* adducenda fuit. Quod dubium solvant, quaesumus, quibus *Ortega* ad manus est, ne perpetuatur error. Sub *RH. lineata* *Poiret* sequentem exhibuit descriptionem: Caules lignosi, circiter 2 ped., erecti teretes cinerei a basi ramosi. Folia patentia alterna, foliolis subpetiolatis subdentatis basi integerrimis acuminatis lucidis subvillosis, subtus ad nervos pubescentibus, obliquis, terminali ovato-oblongo longius petiolato, communi plano longissimo. Racemi solitarii ramosi, petiolis triplo breviores; pedicelli longitudine florum; cor. ochroleuca, petalis reflexis; stigma fusca; baccae glabrae globosae lucidae. *Poir. l. c. In Cuba. h.*

15. *R. alata* *Thunb.*; foliolis ovatis apice serratis; petioli internodiis omnibus alatis. *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 225.* *Willd. Spec. I. p. 1480.*

Caulis arborescens fusco-cinereus. Rami sparsi teretes inferne glabri, superne tomentosi, erecto-patentes. Foliorum pinnae alternae sessiles obtusae, supra medium dentibus obtusis, margine reflexae, supra virides, subtus pallidae, utrinque glabrae. Petiolus tomentosus. Flores axillares breviter pedunculati. Pedunculi solitarii et divisi, tomentosi, foliis multoties breviores. *Thunb. In Prom. b. Spei, in Essebosch et Houtniqnas sylvis. h.*

16. * *R. pauciflora*; foliolis alternis decurrentibus cuneiformibus apice serratis; paniculâ sessili pauciflorâ. *Linn. Suppl. p. 183.* *Willd. Spec. I. p. 1480.* *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 224.*

Caulis fruticosus erectus pubescens. Foliorum pinnae subsessiles ovatae basi integrae, deinde inciso-serratae, serraturis mucronatis, subdecurrentes, rhachide alata, tenuissime villosa, pollicares et ultra. Petiolus villosus. Florentem non reperi hunc fruticem. *Thunb. In Prom. b. Spei. h.*

17. * *R. Metopium*; foliolis quinatis integerrimis subrotundis glabris. *Amoen. acad. V. p. 395.* *Willd. Spec. I. p. 1480.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 507.* *Brown jam. p. 177. t. 13. f. 3.* *Terebinthus maxima Sloane Hist. II. t. 199. f. 3.* *Borbonia fructu corallino. Plum. Ic. p. 61.*

Caules erecti, ramis patentibus; folia petiolata, foliolis obtusis, sat magnis utrinque glabris. Flores axillares in racemis laxis ad apices ramorum. Calyces breves glabri. Corollae petala

parva angusta. Baccae subglobosae coccineae. Nondum penitus nota species. *Poiret.* *In America.* h.

18. *R. striata* Ruiz et Pav.; foliolis integerrimis ovato-lanceolatis, subtus tomentosis, racemis maximis, baccis striatis. *Flor. Peruv.* III. p. 29. t. 252. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 504.

20-25-ped., trunco erecto, tereti, fusco, cyma e ramis teretibus patentibus purpureis, junioribus lucidis. Foliola 9-13 subsinuata, supra glabra lucida, petiolis purpureis basi incrassatis. Flores ad apicem ramorum axillares in panicula ramosa laxiuscula pedali; pedunculi inferiores oppositi. Cal. glaber viridis minimus. Cor. alba calyce quadruplo major. Fructus globosi subcompressi atri, magnitudine pisi, semine striato compresso cinereo. *Ruiz et Pav.* Corticis succus tincturam atram praebet. *In nemoribus Chinchao.* h.

19. *R. pumila* Mich.; humilis, ramis petiolisque pubescentibus, foliis pinnatis multijugis, foliolis ovalibus vix acuminatis aut muticis inciso-dentatis subtus tomentosis, fructibus (hemisphaericis) holosericeis. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. p. 182. *Pursh Fl. bor. Amer.* I. p. 204.

Vix pedem excedit, omnium venenatissima, experto in se D. J. Lyon e seminum solâ collectione inde paralytico per septimanas plures. *In Carolina superiore.* h.

20. * *R. digitata*; scandens, foliolis oblongis integerrimis glabris. *Linn. Suppl.* p. 184. *Willd. Spec.* I. p. 1481. RH. foliis quinatis; caule scandente cirrhifero. *Thunb. Prodr.* p. 52. *Fl. cap.* II. p. 223.

Florentem non inveni. Caulis teres glaber purpurascens. Cirrhi axillares spirales. Folia petiolata; foliola obtusa inaequalia inferiora unguicularia intermedia sensim longiora usque digitalia. Petiolus pollicaris. *Thunb.* *In Prom. b. Spei, in sylvis.* h.

21. *R. obliqua* Thunb.; foliis glabris; foliolis ovatis dimidiatis integris. *Thunb. Fl. cap.* II. p. 224.

Caulis fruticosus cinereus teres rugosus. Folia petiolata multi-juga utrinque glabra; foliola alterna sessilia vel brevissime petiolata obtusa saepe excisa, raro cum acumine, nervo medio versus marginem inferiorem sito. Flores non vidi, neque fructum. Similis RH. *pauciflorae*, sed valde distincta foliolis integerrimis. *Thunb.* *In Prom. b. Spei.* h.

22. *R. juglandifolia* Willd.; foliolis oblongis acuminatis basi superiore rotundatis inferiore angustatis integerrimis. *Reliqu.* Willd. MS.

In America merid. Hamb. et Bonpl. h.

23. *R. schinoides* Willd.; foliolis oblongis obtuse ser-

ratis nitidis glabris, rhachi mediâ nudâ, paniculâ terminali supradecompositâ. *Reliqu. Willd. MS.*

In Brasilia. Comes ab Hoffmannsegge. h.

24. *R. pentaphylla Desfont.* foliis quinatis ternatisque; foliolis lineari-cuneiformibus sessilibus integerrimis glabris, intermedio apice subtridentato, petiolo subalato, racemis axillaribus dioïcis, ramis spinosis. *Willd. Enum. H. berol. p. 325.* RH. spinosa, foliis digitatis, foliolis lineari-lanceolatis superne latioribus obtusis, apice dentatis integrisque. *Desfont Fl. atl. I. p. 267. t. 77. et hoc teste:* RH. siculus pentaphyllus *Boccone sic. p. 43. t. 21.* (sub ELAEODENDRO Argan apud *Willd. Spec. I. p. 1148.*) *Shaw. Spec. n. 508* (certissime!) *Poiret Enc. meth. VII. p. 508.* RHAMNUS pentaphyllus *Jacq. Obs. II. p. 17.* *Linn. Syst. Veg. 233.* RHUS Thezera *Pers. Syn. I. p. 325.* *Tineo pl. sicul.*

Arbor ramosissima 15-20-ped., ramis diffusis, spinis robustis, cortice fusco cinereoque glaberrimo. Folia alterna persistentia, juniora subhirsuta, foliola inaequalia, 8-10 lin., 2-5 lin. lata; petiolus longitudine fere foliorum. Flores in racemis parvis densis. Calycis laciniae ovatae. Cor. pallide flava, petalis ovatis patentibus. Bacca subrotunda, apice tuberculis 3, matura rubella, nucleo osseo compresso. Similis MESPILO *Oxyacanthae. Poiret.* *In Sicilia prope Xaccam, in Barbaria prope Arzeau. h.*

Dubiae hujus Sectionis:

25. *R. chinensis Mill.*; foliolis ovatis obtuse serratis, petiolo membranaceo villosis. *Mill. Dict. n. 7.* *Poir. Enc. meth. VII. p. 516.* RH. sinarum lactescens, costâ foliorum alata. *Pluk. Almag. p. 183.*

5-6 ped., ramis irregularibus, junioribus petiolisque tomento molli e pilis ferrugineis. Foliola 6-9, superiora 2 poll., 5/4 poll. lata, inferiora 1 1/2 poll., 3/4 poll. lata, terminale cordatum, acutum, 3 poll., omnia subtus cana. Alae petioli apicem versus dilatatae. Lactescunt. Flores? *Mill.* *In Oriente, unde Parisiis, undequae in H. Chelseanum, ubi ao 1740 perit.*

26. *R. hypsolodendron Mönch*; foliolis lanceolatis subserratis, paniculâ compositâ. *Mönch Weissenstein p. 101.* *Poiret Enc. VII. p. 516.*

b. Foliis ternatis:

27. * *R. cirrhiflora*; scandens; foliolis integerrimis glabris. *Linn. Suppl. p. 184.* *Willd. Spec. I. p. 1481.* RH. foliis ternatis; foliolis ovatis mucronatis integris glabris,

caule cirrhis scandente. *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 218.*

Frutex teres rugosus purpureus glaber. Rami flexuosi scandentes. Foliola obovata venosa pollicaria vel ultra. Cirrhi in axillis foliolorum spirales filiformes. Petioli pubescentes pollicares. Paniculae laterales tomentosae. Variat foliis acutis mucronatis excisis villosis. *Thunb. In Prom. b. Spei, in sylvis fere omnibus, imprimis in Houtniquis. h.*

28. *R. Thunbergiana*; foliis glaucis; foliolis obcordatis. *Rh. glauca Thunb. Fl. cap. II. p. 218. Phytograph. Blatt. p. 27.*

Simile *lacidae*. Frutex cinereus glaber erectus rigidus. Rami ramulique similes alterni flexuosi patentés. Folia alterna petiolata glabra; foliola sessilia integra margine revoluta supra glauca subtus viridia unguicularia. Paniculae terminales exiguae. Differt a *Rh. lucido*, foliolis glaucis obcordatis minoribus. *Thunb. In Prom. b. Spei.*

Obs. Nomen mutavimus ob antiquiorem *glaucam* *H. Paris in Pers. Syn.*

29. *R. glauca Hort. Paris.*; foliolis obcordatis, nonnullis glauco-pulverulentis. *Pers. Synops. I. p. 326. n. 38. Desfont. arb. et arbriss. Poir. Enc. meth. VII. p. 515.*

Caules rigidi erecti, ramis firmis elongatis strictis, ramulis parvis brevibus striatis subangulatis obscure fuscis. Foliola subsessilia inaequalia, subovata, integerrima, coriacea crassa, supra viridia lucida, subtus glauca et caerulescentia, foliolo terminali 6 circiter linearum, lateralia triplo breviora saepe integerrima. Petiolus foliis brevior, planus, subcanaliculatus, striatus. Racemi paniculaeve axillares versus apicem ramorum. *Poir. In Promont. b. Spei. h.*

30. * *R. tridentata*; scandens; foliolis incanis serratis, serraturis tribus ad quinque. *Linn. Suppl. p. 184. Willd. Spec. I. p. 1481.* *Rh. foliis ternatis; foliolis ovatis tridentatis glabris; caule cirrhifero scandente. Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 220.*

Caulis frutescens teres cinereus pubescens flexuosus. Rami alterni filiformes cinereo-pubescentes flexuosi. Cirrhi axillares spirales. Folia brevissime petiolata; foliola ovata, lateralia extus bidentata interdum tridentata unguicularia. Flores axillares subpaniculati tomentosi. *Thunb. In Prom. b. Spei. in sylvis variis. h.*

31. * *R. Toxicodendron*; caule radicante:
a. *vulgaris*: radicante-scandens, foliolis amplis integris serratis dentatis. *Sims bot. Mag. 1806.* *Rh. radicans, foliol. petiolatis ovatis nudis integerrimis, caule radicante, Linn.*

II. *Cliff.* p. 110. *Willd. Spec.* I. p. 1481. *wild. Baumz.*
A. 2. p. 363. *Hort. Kew.* II. ed. 2. p. 163. *Poi-*
ret Enc. meth. VII. p. 509. *Schkuhr Handb.* I. p. 235.
t. 82. *Plenck off.* t. 236. *Duham. arb.* II. t. 98.
 RH. *Toxicodendron*, radicans, foliolis ventricoso-ovalibus in-
 tegris aut sinuate crenatis, racemis ramis et axillaribus ses-
 silibus dioicis: α . radicans scandens, foliolis amplis, integris
 β . rariter dentatis. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. p. 183.
Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 205. TOXICODENDRON vul-
 gare, foliol. obcordatis glabris. *Mill. dict. n.* 1. *Edera*
trifolia canadensis. Cornut. Canad. p. 96. t. 97. (fide Sims
 l. c. *Hort. Kew.* ad β .) *Vitis canadensis Munting*
Phyt. p. 259. f. 60.

β . *quercifolia*. Erecta, humilis, foliolis varie sinuato-
 lobatis, sub florescentia tomentosis. *Mich. et Pursh l. c.*
 RH. *Toxicodendron*, foliolis petiolatis angulatis pubescenti-
 bus, caule radicante. *Willd. Spec.* I. p. 1482. *Poiret*
Enc. meth. VII. p. 509. *Hort. Kew.* 2. ed. l. c.
Plenck off. t. 235. RH. radicans β *Pers. Syn.* I. p.
 325. TOXICODENDRON pubescens *Mill. dict. n.* 2. *Du-*
ham. arb. ed. nov. 2. t. 48.

γ . *microcarpa*, foliolis oblongo-ovalibus, longe acuminatis
 subrhomboideis, fructu multo minore. *Mich. et Pursh*
ll. cc. An RH. radicans β *Willd. Spec.* l. c. ad quod
Dill. Elth. t. 291. f. 375., et quod *Toxicod. glabrum Mill.*
dict. n. 3.?

Jam olim *Linnaeus* in *Spec.* p. 381 post *radicans et Toxicoden-*
dron. „Utraque haec et antecedens „(Metopium)“ dioica, ultra-
 que in tenellis radicat.“ *Poiret l. c.* sub *Toxicodendro* enu-
 merat α , β , γ *Michaux*, et sub *radicante TOXICODENDRON*
glabrum Mill. α magis omnino quam β radicat, β altissimas
 arbores ascendit, (ut hujus loci videatur TOXICODENDRON vo-
 lubile *Mill. dict. n.* 6.) licet in hortis 2-4-ped. Foliola 5 cir-
 citer pollicum, intermedium longius pedicellatum. Racemi 1-2
 poll., subramosi, albo-virentes. Baccae parvae siccae sordide
 albicantes sulcatae, semine striato. *In Virginia, Cana-*
da Linn. α . in humidis, β . in siccioribus. γ .

32. R. *aromatica Ait.*; foliolis sessilibus ovato-rhom-
 beis inciso-serratis pilosiusculis. *Ait. Kew.* I. p. 367.
Willd. Spec. I. p. 1482. *Turpia Aannal. Mus.* V. p.
 445. t. 30. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 512. RH. fruti-
 culosum amentaceum nudiflorum, foliis ternatis, foliolis
 rhombeo-ovalibus dentatis subtus pubescentibus, floribus dioi-
 cis. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 205. MYRICA trifoliata
Hortulan. hujus mas.

Arbor 8-10 ped., ramis erectis, ligno duro, camphoram spirant.
 Amenta ante folia teretia 6-8 lin., demum ovata, aurea, soli-

taria ternaque, squamis cordiformibus margine ciliatis, appendiculo calyciformi e laciniis 2 lanceolatis, e quorum centro pedunculus squamâ longior. Calycis lacinae ovatae acutae. Petala oblonga cuneiformia concava. Glandulae bilobae intra stamina. Drupa rotunda subcompressa, laete rubra, villosa. Foliola 2-5 poll.; petiolus ejusdem longitudinis. *Tarp.* In *rupestribus Kentucky, a Pennsylvania ad Carolinam.* *h.* Confer *Mich. bor. Amer.* I. p. 184.

35. *R. suaveolens Ait.*; foliolis sessilibus ovato rhombicis inciso-serratis glabris. *Ait. Kew.* I. p. 368. *Willd. Spec.* I. p. 1482. *wild. Baumz.* 2. A. p. 364. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 512. *TOXICODENDRON crenatum*, fol. ternatis, foliolis ovatis crenato-dentatis glabris. *Mill. dict.* n. 5.

Frutex humilis ramis gracilibus debilibus sulcatis laevibus. Foliola utrinque glabra, medium 2 1/2 poll., longe petiolatum, lateralibus subsessilibus, 2 poll. Paniculae parvae axillares. *Willd. w. B. l. c.* In *TOXICODENDRO crenato Mill.*, quod *clo. Poiret* hujus videtur loci, rami cortice purpureo, petioli pollicares, foliola 2 poll., 1 1/2 poll. lata, supra atroviridia, subtus pallida, profunde serrato-dentata vel crenata, subsessilia, trita *Aurantium* spirantia, unde *RH. fragrans Hortulanis.* Flores masculi in paniculis brevibus densis parvi albovirentes, dioici. *In Carolina.* *h.*

Obs. E *RH. aromatica et suaveolente* *LOBADIUM*, novum genus, (cujus character: Flores triöici. *Hermaphroditi* calyx 5-lobus; petala 5-obovata, singulo glandulâ magnâ bilobâ ad basin. *Stam.* 5 perigyna, petalis alterna. Germen ovatum, villosum. *Styli* 3 breves, stigmatate capitato. *Bacca* villosa monosperma. *Masculi* *Feminaeque* similes) constituit *Rafinesqus Schmalz* in *Nov. gen. interior. Amer.* in *Journal de Physique* t. 89. p. 98., olim ab illo *TUBPINIA* dictum, quod *SCHMALTZIAM* dixit *Desvaux.* *Cls. Rafinesque* *MYRICAM trifoliatum Linn.* sine dubio huc ducit.

34. *R. crenata Thunb.*; foliolis cuneiformibus apice crenato-trifidis subtus rufis. *Thunb. Fl. cap.* II. p. 219. *Phytogr. Blätt.* p. 28.

Frutex cinereus erectus villosus 2-ped. et ultra. Rami et ramuli alterni teretes villosi. Folia alterna petiolata glabra; foliola sessilia cuneato-obovata raro 4-5-fida, rarius 7 dentata, obtusata, caeterum integra, margine reflexo, supra laevia, subtus obscuriora s. ferruginea, unguicularia. Petiolus foliolo brevior. Flores terminales racemosi v. subpaniculati. *Thunb. In Prom. b. Spei.* *h.*

Obs. Summi rami interdum ferrugineo-pubescentes. *Thunb.*

35. *R. dentata Thunb.*; foliolis obovatis mucronato-dentatis glabris; caule scabro. *Thunb. Prodr.* p. 52. *Fl. cap.* II. p. 219. *Willd. Spec.* I. p. 1482.

Caulis fructicosus cinereus tuberculato-scaber erectus glaber.

Rami alterni subsecundi cauli similes. Folia petiolata; foliola subpetiolata unguicularia intermedio majori. Petiolus sulcatus unguicularis. Paniculae axillares. *Thunb.* *In Prom. b. Spei, in sylvis.* h.

36. *R. sinuata Thunb.*; foliolis ovatis obtusis sinuatis subtus villosis. *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 222. Willd. Spec. I. p. 1482. MYRICA trifoliata. Linn. Syst. Veg. XIV. p. 884. ? (fide Thunb.)*

Caulis fruticosus ramis villosis. Folia petiolata; foliola obovata obtusissima apice sinuato dentata, dentibus obtusis, supra viridia, subtus pallida et villosa, unguicularia, intermedio duplo longiore. Petiolus filiformis villosus unguicularis. Paniculae terminales et subaxillares. Pedunculi et pedicelli villosi villosi cinereo rigido. Bacca lentiformis glabra. *Thunb.* *In Prom. b. Spei. 3.*

37. * *R. cuneifolia*; foliolis sessilibus cuneiformibus glaberrimis septemdentatis; dentibus mucronatis. *Linn. Suppl. p. 185. Willd. Spec. I. p. 1482. Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 222.*

Florentem non inveni. Caulis frutescens erectus. Rami teretes purpurascens pubescentes. Folia brevissime petiolata; foliola cuneiformi obovata, dentibus acutis, nervosa unguicularia intermedio majori. *Thunb.* *In Prom. b. Spei, prope Hotentots Holland.* h.

38. *R. dimidiata Thunb.*; foliolis obovatis, lateralibus dimidiatis dentatis; ramis flexuosis. *Thunb. Fl. cap. II. p. 220. Phytogr. Blätt. p. 28.*

Frutex cinereus scabridus flexuoso-erectus ramulosus. Rami similes alterni flexuoso-adscendentes, ultimi filiformes, (pubescentes). Folia alterna sessilia supra glabra subtus villosa; foliola dissimilia, intermedium obovatum excisum v. trifido-dentatum apice, lateralia dimidiata seu interiori margine recta integra, exteriori gibba sinuato-dentata; omnia margine revoluta unguicularia. Flores subsessiles vel brevissime pedunculati solitarii vel bini. Bacca 1-2-3-coeca. Differt a *R. trifido-dentata*, cui simile, foliis sessilibus et cirrhis nullis. *Thunb.* *In Prom. b. Spei. h.*

39. *R. micrantha Thunb.*; foliis glabris; foliolis apice dentatis; paniculâ supradecompositâ. *Thunb. Fl. cap. II. p. 221.*

Frutex cinereo-fuscus glaber erectus ramosus. Folia alterna petiolata; foliola sessilia subaequalia ovata acuta, rarius integra, saepius apice 3-vel 5 dentata, utrinque glabra, subtus pallidiora unguicularia. Paniculae axillares. *Thunb.* *In Prom. b. Spei. h.*

40. *R. dissecta Thunb.*; foliolis argute incisissimis pinnatifidis subtus argenteis. *Thunb. Fl. cap. II. p. 213. Phytogr. Blätt. p. 29.*

Caulis fruticosus fuscus glaber. Rami et ramuli alterni filiformes erecto-patentes. Folia petiolata, supra viridia, subtus niveo-tomentosa; foliola dissecta, dentibus 2, 5-7, acutis divaricatis. Petioli capillares unguiculares. Flores non vidi. *Thunb. In Prom. b. Spei. h.*

41. * *R. incisa*; foliolis sessilibus cuneiformibus inciso-pinnatifidis subtus tomentosus venosis, calycibus tomentosus. *Linn. Suppl. p. 183. Willd. Spec. I. p. 1483. Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 223.*

Foliola parva et exquisite divisa, ut folia *Myricae quercifoliae*. *Linn.* Frutex rigidus erectus pedalis vel ultra. Rami rigidi scabri fusco-purpurascens. Ramuli horizontales brevissimi. Folia petiolata; foliola obovata obtusa subexcisa nervosa supra viridia tenuissime pubescentia, subtus albo-tomentosa unguicularia intermedio majori. Paniculae terminales tomentosae. *Thunb. In Prom. b. Spei, in collibus prope Paardeberg, in arenosis Saldana et St. Helenaebay alibique. h.*

42. * *R. tomentosa*; foliolis subpetiolatis rhombeis angulatis, subtus tomentosus. *Mill. Dict. n. 9. Willd. Spec. I. p. 1483. Linn. Spec. p. 382. Ru. foliis ternatis; foliolis ovatis dentatis subtus tomentosus. Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 221. Pluk. alm. p. 319. t. 219. f. 7. Commelyn Hort. I. p. 279. t. 92.*

Caulis arborescens erectus inferne purpurascens et glaber. Rami alterni tomentosi, ramulis similibus. Foliola acuta, (in *Pluk. l. c.* obtusa) integra et dentata, basi magis integra, supra tenuissime villosa, subtus albo-tomentosa et pallidiora, inaequalia, unguicularia, usque pollicaria, intermedio majore. Petiolus unguicularis tomentosus. Paniculae in ramulis terminales compositae tomentosae. *Thunb. In Prom. b. Spei, in collibus prope fossas inter Taffelberg et Leawe Koup, et alibi in campis montosis, in fossis infra latus occidentale Taffelberg copiose; in Bockeveld. Lichtenst. h.*

Obs. Descriptio *Rh. tomentosae*, in *Poiret Enc. VII. p. 510*, laudatâ licet diagnosi Linnaeanâ cum omni ab ill. *Thunberg* citatâ synonymiâ, non paucis a descriptione Thunbergiana discedit. „Frutex „ait“ 7-8 ped., trunco erecto tereti cortice fusco; rami maxime irregulares patentae. Foliola subpetiolata ovata, subrhomboidalia angulosa margine dentata, fere obtusa, 2 poll., pollicem lata, supra glabra saturate viridia, subtus tomentosa. Petiolus communis longissimus teres. Flores in ramis laterales axillares, racemos sistentes parvos herbaceos cito emarcidos. Baccae parvae ovatae.“ Haec colitur Parisiis nomine *Rh. tomentosae*.

43. *R. albida Schousb.*; foliolis sessilibus cuneiformibus crenatis utrinque cano-tomentosis, petiolis marginatis. *Schousb. Marocc. ed. germ. p. 128. Pers. Syn. I. p. 325. Poiret Enc. meth. VII. p. 510. Rh. albicans, foliolis obovatis sessilibus canis lepidotis, intermedio emar-*

ginato tricrenatove, petiolo subalato, racemis axillaribus, ramis spinosis. *Willd. Enum. H. berol. p. 325.* *Schousbœ. descript. p. 142.*

Folia non tomentosa, sed lepidota, more *Elaeagni*. *Willd. Cul- ta canitiem. et tomentum exuit. Arbuscula caulibus rectis ramosis glabris teretibus circiter pedalibus, cortice albido. Foliola sessilia coriacea, tomento albido tenuissimo obtuso, integerrima, apice saepius crenata; lateralia minora in petiolum subdecurrentia; petiolus alatus longitudine folii. Racemi breves versus apicem ramorum. Baccae magnitudine pisi glabrae, succosae, subsarinosae, dulcescentes, rubrae. Semen suborbiculare compressum. Schousb. Prope Mogador. h.*

44. * *R. villosa*; foliolis obovatis integerrimis sessilibus utrinque pilosis. *Ait. Kew. I. p. 368.* *Willd. Spec. I. p. 1483.* RH. caule pubescente; foliis ternatis; foliolis sessilibus ovatis integerrimis pubescenti - villosis. *Linn. Suppl. p. 183.* *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 217.* RH. *incanum* *Will. dict. n. 8.* *Pluk. alm. p. 319. t. 219. f. 8.*

Cano tomento caulis et foliorum a reliquis distinguitur, at saepe exuit tomentum et solummodo subvillosum est. *Linn. Panicula terminalis et axillaris, ampla. Flores parvi. Pedunculi et pedicelli pubescentes. Willd. Caulis arborescens inferne glaber erectus orgyalis. Rami alterni pubescentes. Ramuli subtomentosi. Folia petiolata; foliola obtusa nervosa utrinque villo cinereo, subpollicaria. Petioli villosi pollicares. Paniculae laterales compositae. Pedunculi et pedicelli villosi villo rigido. Differt a RH. *laevigato* et *lucido*; foliolis pubescentibus. Thunb. In *Prom. b. Spei, prope urbem Cap et in sylvis Grootvadersbosch. h.**

Obs. Cultura tomentum exuere hanc speciem monet *Poiret Enc. meth. VII. p. 511.*

45. *R. spicata* *Thunb.*; foliolis obovatis apice dentatis glabris; floribus spicatis. *Thunb. Fl. cap. II. p. 217.*

Frutex cinereus rugosus glaber. Rami similes subsecundi flexuoso erecti ramulosi. Folia alterna petiolata; foliola sessilia acuta a medio ad apicem serrata, margine revoluta, subtus pallidiora, subaequalia, $\frac{1}{2}$ poll. Petiolus filiformis pubescens longitudine folii. Flores parvi. Pedunculi spicarum filiformes pubescentes. Spicae subracemosae simplices et compositae. Distinguitur facile foliis dentato-serratis et spicis florum subcylindricis. *Thunb. In Prom. b. Spei. h.*

46. *R. pubescens* *Thunb.*; foliolis obovatis mucronatis glabris; ramis villosis. *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 215.* *Willd. Spec. I. p. 1484.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 511, et, hoc teste: RH. atomaria Jacq. H. Schönbr. n. 343.?*

Frutex suborgyalis erectus cinereus calloso-tuberculatus subvillosus. Rami et ramuli filiformes pubescentes divaricati. Folia petiolata; foliola basi attenuata obtusa nervosa integra, supra viridia subtus pallida, unguicularia, intermedio majori. Petiolus lineam longus. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, hinc inde in sylvis. *h.*

Obs. RH. *atomaria Jacq.*; 8-10 ped., truncis ramisque annosioribus tuberculis innumeris scabro, junioribus tomentosus; foliola ovali-oblonga, superne dilatata, pollicaria circiter, mucrone parvo recurvo, margine aculeolis sub lente scabra, tomento vix discernendo. Paniculae parvae ad apicem ramorum axillares albovirentes.

47. *R. excisa Thunb.*; foliolis obovatis subexcisis glabris; ramis divaricatis. *Thunb. Fl. cap. II. p. 216.*

Frutex fuscus erectiusculus totus glaber. Rami alterni rigidi fusci toti glabri. Folia petiolata; foliola obovato-oblonga rarius acuta, integra, utrinque glabra, nervosa, unguicularia. *Thunb.* In *Prom. b. Spei. h.*

48. *R. mucronata Thunb.*; foliis glabris; foliolis cuneiformibus mucronatis. *Thunb. Fl. cap. II. p. 216. Phytograph. Blaett. p. 27.*

Caulis fruticosus cinereus glaber calloso-muricatus flexuoso-erectus. Rami alterni similes cauli, ramulis filiformibus. Folia sparsa petiolata; foliola sessilia obovato-cuneiformia, obtusa cum acumine, margine integro revoluta, utrinque glabra inaequalia, medio majori, unguicularia vel ultra. Petioli brevissimi. Paniculae axillares. Differt a RH. *lucida* foliolis acutiusculis nec excisis. *Thunb.* In *Prom. b. Spei. h.*

49. *R. viminalis Vahl*; foliolis lineari-lanceolatis (elliptico-lanceolatis *Thunb.*) integerrimis glabris basi attenuatis, intermedio subpetiolato. *Ait. Kew. I. p. 368. Vahl Symb. III. p. 50. Willd. Spec. I. p. 1484. (exclusis synon. Linn. Suppl. et Thunb.) Jacq. H. Schönbr. t. 344. Thunb. Fl. cap. II. p. 213.*

Foliola mucronata, ut tota planta, glabra. Panicula subterminalis supradecomposita, foliis brevior. Flores parvi. Pedunculi longi capillares. *Willd.* Frutex teres cinereus erectus. Rami alterni similes tenuissime pubescentes, in cultu glabri. Folia petiolata glabra; foliola utrinque attenuata, inferne in petiolum, superne in acumen, medio lata, integra, margine revoluta, supra viridia, subtus pallidiora inaequalia pollicaria usque digitalia. Paniculae axillares. Differt a RH. *lanceo*, cui simillimum (a quo non diversum videbatur d. *Willdenow*): foliis multo latioribus et magis ovatis. *Thunb.* In *Prom. b. Spei. h.*

Obs. *Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 264.* monet a se olim *Enc. meth. VII. n. 39.* RH. *viminalem* fuisse commutatum cum n. 40. *angustifolia*: in *viminali* foliola esse longissima acuta acumata utrinque glabra, supra atroviridia subtus pallida, in *angustifolia* vero multo breviora obtusa apice submucronata, supra laete viridia lucida, subtus lanata cinerea nervis magis prominulis, ad basia racemi multo breviora.

Vahl l. c. racemum terminalem supradecompositum patentem floribus parvis petit.

50. *R. erosa Thunb.*; foliis glabris; foliolis lanceolatis eroso-dentatis, paniculis axillaribus. *Thunb. Fl. cap. II. p. 212.*

Caulis fruticosus totus glaber erectus ramosus. Folia alterna petiolata glaberrima, quasi viscida, lucida. Foliola elliptico-lineararia acuta eroso-vel sinuato-dentata, aequalia, bipollicaria. *Thunb. In Prom. b. Spei. h.*

51. **R. lancea*; foliolis lanceolato-subulatis elongatis utrinque glaberrimis. *Linn. Suppl. p. 184.* Rh. foliis ternatis; foliolis lineari-lanceolatis integris glabris. *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 212.*

Frutex totus glaber erectus cinereus orgyalis. Rami et ramuli alterni divaricati. Folia petiolata; foliola subelliptica, mucronata, utrinque glabra, subtus vix pallidiora, parallelo nervosa, digitalia. Petioli sulcati pollicares. Paniculae laterales. Pedunculi et pedicelli capillares. Baccae lentiformes glabrae. *Thunb. In Prom. b. Spei, in Grootvadersbosch, in Hantum, Roggeveldt in Harro inter Roggeveldt et Bockeveld. h.*

Obs. Rh. *lancea* L. a clo. *Persoon* quidem ad viminalem eum? ducitur, aliam iterum tamen *Synops. I. p. 326. n. 41* adducit lanceam: fol. ternatis, foliolis lanceolatis glabris integerrimis, floribus paniculatis, de quo dubitat utrum *lancea* *Linn.* vel *Thunb.* „Foliola „in suo addit“ duo inferiora paullo minora, formâ aequalia, angulo recto distantia, margine subrevoluta mucronata. Panicula foliis longior.“

52. **R. angustifolia*; foliolis petiolatis lineari-lanceolatis, (elliptico-lanceolatis. *Thunb.*), integerrimis subtus tomentosus. *Linn. Hort. Cliff. p. 111. Spec. p. 382.* *Willd. Spec. I. p. 1484.* *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 213.* Rh. *argenteum* *Mill. dict. n. 11. Pluk. alm. p. 319. t. 219. f. 6.*

Frutex fuscus glaber erectus suborgyalis. Rami alterni similes. Ramuli filiformes incurvato-erecti sensim capillares. Folia petiolata; foliola supra sulcata viridia glabra carinata, margine reflexo, pollicaria. Petioli breves unguiculares. Flores in ultimis ramulis subpaniculati. Pedunculi capillares brevissimi. Corolla alba. Variat: α . foliis tenuissimis marginis linearibus. β . foliis lanceolatis parallelo-nervosis margine revolutis. γ . foliis lanceolatis margine vix revolutis. *Thunb. In Aethiopia et in Prom. b. Spei, in collibus juxta urbem Cap. et infra Taffelberg orientalem plagam versas, alibique. h.*

53. *R. rosmarinifolia Vahl*; foliolis sessilibus linearibus, revolutis, subtus ferrugineis. *Vahl Symb. III. p. 50. Willd. Spec. I. p. 1484.* *Burm. afr. p. 251. t. 91. f. 1.* (olim a *Linnaeo* ad *angustifolium*).

Rami glabri. Folia brevissime petiolata. Foliola angustissima 1 1/2 poll., mucronata, supra glabra, medio lineâ exarata subtus sulco longitudinali e marginibus foliorum revolutis. Paniculae terminales et axillares. *Vahl. In Prom. b. Spei. h.*

Obs. RH. *rosmarinifolia* Thunb.; foliis ternatis tomentosis; foliolis sessilibus linearibus. Thunb. *Fl. cap. II. p. 212.* licet *rosmarinifoliam* Willd. citet, alia videtur species, ut ex descriptione ab ill. Thunberg patet: Caulis fruticosus erectus 4-pedalis et ultra. Rami et ramuli alterni virgati pubescentes. Folia petiolata; foliola lineari-elliptica acuta supra glabra subtus albo-tomentosa unguicularia. Panicula patula composita. Pedunculi et pedicelli capillares. Thunb. *In Prom. b. Spei, vulgare.*

54. R. *undulata* Jacq.; fol. ternatis, foliolis lanceolatis subserratis undulatis. *Jacq. Hort. Schönbr. III. p. 52. t. 346.*
RH. *theezans* Hortul.

Trunci erecti ramosissimi, ramis alternis diffusis elongatis glaberrimis; foliola subsessilia utrinque glabra basi attenuata, apice mucrone parvo, subserrulata, terminale ad minimum pollicare, 3-4 lin. latum, lateralia tertiâ parte minora. Petioli subalati, longitudine fere foliorum. Flores monoïci, fors polygami, axillares ad apicem ramorum. Paniculae 2 poll., parum patulae. *In Prom. b. Spei. h.*

Obs. RH. *undulata* H. Cels., foliolis glabris obovatis undulatis, petioliis canaliculatis dilatatis, *Pers. Syn. I. p. 326.* hujus quidem, sed ex mera, nefanda, conjectura, videtur loci; cels. *Persoon* nil praeter: „foliolorum majus subrhomboidale passim apice in nonnullis subincisis. Diversum a RH. *suaveolente.* Semperviva“ addidit. Unde nil certi eruendum.

55. * R. *laevigata*; foliolis oblongis integerrimis sessilibus utrinque acutis glabris, paniculâ terminali elongatâ. *Willd. Enum. H. berol. p. 324.* RH. foliolis sessilibus lanceolatis laevibus. *Linn. Spec. p. 1672.* *Willd. Spec. I. p. 1485.* *Poiret Enc. VII. p. 514.* RH. foliis ternatis; foliolis ovatis acuminatis integris glabris. *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 215.* RH. *elongata*; foliol. lanceolatis acutis integerrimis glabris ad oras subrevolutis. *Jacq. H. Schönbr. III. p. 52. t. 345.*

Simile RH. *lacido*, sed foliola lanceolata minus lucida, utrinque laevia. Panicula longa tenuissima *Linn.* Frutex orgyalis erectus totus glaber. Rami alterni purpurei, ramulis similibus. Folia petiolata; foliola subsessilia subundulata nervosa, subtus pallidiora, 2 poll., superiora minora et magis lanceolata. Paniculae laterales et terminales decompositae, floribus minutissimis. Petioli alterni filiformes erecti longitudine foliorum. Pedunculi et pedicelli capillares, in panicula amplissima. *Thunb. In Prom. b. Spei, in Grootvadersbosch et aliis sylvis. h.*

Obs. In *elongata Jacq.* truncus ramique punctis prominulis scabri, foliola longiora, panicula terminalis.

56. *R. elliptica Thunb.*; foliis subtus tomentosis; foliolis ovato-ellipticis integris. *Thunb. Fl. cap. II. p. 214.*

Frutex glaber erectus. Rami teretes alterni divaricati flexuoso-erecti glabri. Folia petiolata; foliola breviter petiolata, acuta, parallelo-nervosa, supra viridia, subtus incano-tomentosa 1 1/2 poll. Petioli filiformes reflexi vel patentissimi, longitudine foliolorum. Petioluli semiunguiculares. Florum paniculae axillares. *Thunb. In Prom. b. Spei. h.*

Obs. Folia subtus tenuissime incano-s. luteo-tomentosa. *Thunb.*

57. *R. pendulina Jacq.*; foliolis lanceolatis integerrimis sessilibus utrinque glabris ciliatis, petiolo communi pubescente, panicula racemosâ terminali, ramis pendulis. *Willd. Enum. H. berol. p. 324.*

In Prom. b. Spei. h.

58. * *R. lucida*; foliolis obovatis sessilibus basi valde attenuatis utrinque glabris, corymbis axillaribus. *Willd. Enum. H. berol. p. 325.*

Rh. foliolis sessilibus cuneiformibus laevibus. *Linn. Hort. Cliff. p. 111. Spec. p. 382. Willd. Spec. I. p. 1485.*

Rh. foliis ternatis; foliolis obovatis retusis glabris. *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap. II. p. 216. Cavan. Icon, II. p. 27. t. 132. Poir. Enc. meth. VII. p. 512.*

Pluk. alm. p. 319. t. 219. f. 9. Burm. afr. p. 252. t. 91. f. 2. Commelyn Hort. I. p. 181. f. 93. β. foliolis sublobatis majoribus. Poir. l. c.

Frutex suborgyalis erectus glaber cinereus. Rami et ramuli alterni divaricati subtomentosi. Foliola basi attenuata obtusa excisa integra unguicularia intermedio majori. Petioli unguiculares villosi. Paniculae axillares et terminales. *Thunb. In Prom. b. Spei, alibi, in Rivier Zonder Eende; Lichtenst. inque Mexico. h.*

Obs. In *Hort. Kew. ed. 2. II. p. 166 Rhus trifoliatum arboreum Burm. afr. p. 252. t. 91. f. 2. lucidi α dicitur; vitex trifolia minor india rotundifolia Commel. Hort. I. p. 181. t. 93 vero ejusdem β. Descriptio data a clo. Poirer non paucis discedit: 6-10 ped.; rami patentes glaberrimi striati; foliola inaequalia crassa atroviridia lucida, subtus pallidiora, integerrima, intermedium pollicare et ultra, lateralia triplo breviora; petiolus foliolis lateralibus brevior, compressus, subcanaliculatus, subalatus. Racemi parvi subramosi. Flores parvi albidii, baccis globosis magnitudine piperis glaberrimis rubellis.*

59. *R. nervosa H. Paris.*; foliolis cuneiformibus inaequalibus obscuris nervosis glabris. *Poirer Enc. meth. Suppl. V. p. 264.*

Maxime affine *lucidae*, ut forte varietas; folia fere eadem, sed non lucida, nervis magis prominulis, foliola inferiora magis

patentia fere horizontalia, terminali multo minora, omnia integerrima sessilia; petiolus magis elongatus. Flores? *Poiret.*
In Promont. b. Spei. h.

Obs. RH. *nervosa*, foliolis glabris obovatis inaequaliter dentatis subtus transversim nervosis, petiolis subalatis. *Desfont. arb. et arbriss.*
 II. p. 328 hujus fors loci.

60. R. *ciliata* *Lichtenst.*; spinosum, foliis ternatis, foliolis sessilibus lineari-lanceolatis ciliatis. *Lichtenst.*
Spicil. Flor. cap. MS.

In Grootte-Rivier-Poort.

RHOES *Capensibus* *Karreehont,*
Karreeboom.

Obs. *In Herb. Willdenowiano* occurrit sine loco natali et auctore: RH. *ciliata*, foliolis lanceolato-linearibus utrinque acutis glabris subtus lepidotis, margine pubescenti ciliato.

61. R. *bicolor* *Lichtenst.*; foliis ternatis, foliolis oblongis acutis subtus tomentosis, racemis axillaribus. *Lichtenstein*
Spicil. Fl. cap. MS.

In Karroospoort.

62. R. *fragrans* *Lichtenst.*; foliis ternatis, foliolis sessilibus lineari-lanceolatis mucronatis glabris. *Lichtenstein*
l. c.

Odor SYRINGAE vulgaris.

In Karroo sub Roggeveldsberg.

Obs. *In Herb. Willdenowiano* occurrit sine loco natali et auctore: RH. *fragrans*, foliolis oblongis glabris lucidis apice mucronatis. Flores odore *Syringae vulgaris* esse monet. Videtur ergo eadem cum *Lichtensteiniana* planta.

63. R. *denudata* *Lichtenst.*; foliis ternatis, foliolis sessilibus lanceolato-linearibus glabris, paniculis capillaceis axillaribus folio brevioribus. *Lichtenst. Spicil. Fl. cap.*

In terra Coranarum.

64. R. *dioica* *Brouss.*; foliolis obovatis sessilibus glabris, intermedio tri-vel quinquedentato, petiolo subalato, racemis axillaribus dioicis, ramis spinosis. *Willd. Enum.*
H. berol. p. 325.

Prope Mogador. h.

Obs. Huc videtur spectare RHUS? a *Cavanilles* in *Anal. de Cienc. nat.* III. p. 36 descripta in *Obs. II.* ad RH. *oxyacantham* *Schousb.*, cujus ramulum lectum a *Broussonet* prope *Mogador* tulit: ramuli hujus, floribus tantum masculis praediti, ligno albo, cortice cinereo, ramis alternis teretibus, spinâ terminatis; folia supra viridia, subtus pallida, sparsa, petiolo latitudine fere folii apice subalato: foliola ad apicem petioli 3-12 lin. lata, intermedio latiore, magisque cuneiformi, apice latiora. Flores in racemis axillaribus minimi, calyce libero 4-5-dentato; petala pallide flavicantia calyce majora; stamina tenuissima.

65. *R. oxyacanthoides* Dum. Cours.; spinosum, foliis ternatis glabris, foliolis angusto-cuneiformibus apice trilobis integrisque, floribus dioïcis. *Pers. Syn. I. p. 325. Dum. Cours. Bot. Cult. III. p. 568. Duham. arb. ed. nov. II. p. 169. Desfont. arb. et arbriss. II. p. 327. Poir. et Enc. VII. p. 513.*

Foliis simillima CRATAEGO *Oxyacanthae*; rami maxime irregulares, ramulis gracilibus, diffusis, multo inaequalibus, glabris, saturate fuscis, subtuberculatis, apice in spinam rectam attenuatis; ex axillis spinæ parvæ saepe elongatae in ramos parvos foliosos. Folia solitaria vel subfasciculata; foliola sessilia inaequalia, apice subinde et quinqueloba, utrinque glabra, supra viridia, subtus albida, integerrima. Petioli ad minimum longitudine foliorum, glabri vel vix pubescentes, filiformes. Flores? Raro floret. *Poir. In Africa. h.*

66. *R. oxyacantha* Schousb.; caule fruticoso inermi; foliis ternatis canis cuneato-ovatis, medio longiore: floribus dioïcis. *Cavan. Anal. de Cienc. nat. III. p. 36. Schousb. Act. Soc. Scient. Havn. Rh. crataegiforme Pers. Syn. I. p. 326. Poir. et Enc. meth. VII. p. 513.*

Frutex admodum ramosus, totus albicans a villis brevissimis. Rami alterni, vetustiores fissi; folia sparsa, longitudine fere petioli subalati; foliola 2-6 lin., intermedio latiore, obtusa, ut plurimum integerrima. Racemi axillares et terminales pedunculis capillaribus 1-2 lin. breviores. Cal liber, 5-partitus; pet. 5 pallide flava, calyce quidquam majora, patentia. Filamenta petalis breviora, antheris globosis. Flores feminini? Drupa obovata, grano piperis major, unilocularis, monosperma. *Cavanill. l. c. ad specimen a clls. Broussonet et Schousboe lectum. Prope Mogador. h.*

67. *R. lobata* Poir.; foliis ternatis glabris, foliolis sessilibus basi cuneiformibus apice inaequaliter lobatis, foliolo axillari simplici, racemis axillaribus. *Poir. Enc. meth. Suppl. V. p. 265.*

Rami atrii lucidi (*Lena negra* *Hisp.*) subflexuosi subcompressi; foliola pollicaria et ultra, 6-8 lin. lata, atro-viridia, integerrima, lobis apice brevibus obtusis rotundatis. Petiolus compressus. In axillis petiolorum saepe foliolum simplex. Racemi ramosi. *Poir. et. In sterilibus Teneriffae. Herb. Desfont.*

68. *R. heterophylla* H. Paris.; foliis inferioribus simplicibus, superioribus ternatis, foliolis oblongo-lanceolatis. *Poir. et Enc. meth. V. p. 264. Desfont. Cat. H. Paris. p. 227. Rh. foliolis solitariis ternatis pinnatisve, petiolo apice subalato, floribus abortu dioïcis. Decand. Cat. monsp. 1813. p. 136.*

— Perfecte glabra; petioli striati angulosi; foliola basi angustata, apice acuta, integerrima, coriacea, pallida, intermedio subpe-

tiolato, 6-8 poll., lateralia sessilia subhorizontalia, triplo breviora, supra lucida, subtus pallidiora. *Poir.* Sempervirens. Racemi ad axillas superiores et versus apicem ramorum anni praeteriti. *Dec.* Patria? — Colitur in *H. parisin.* h.

Dubiae hujus sectionis:

69. *R. aequalis Pers.*; foliolis omnibus magnitudine aequalibus subscabris, obovato-lanceolatis integris, caule petiolisque puberulis. *Pers. Syn.* 1. p. 326.

Folia majuscula, cum parvo mucrone.

70. *R. africana Mill.*; foliolis ovatis nervosis, marginibus saepius dentatis, utrinque viridibus. *Mill. dict.* n. 11. *Rh. africanum trifoliatum majus glabrum, splendente utrinque folio subrotundo, medio quandoque crenato.* *Boerhaave ind. alt.* II. p. 229.

Affine lucido, sed foliola duplo majora, venosa, rigida, utrinque viridia. Flores. *EProm. b. Spei.* h.

71. *R. Meerburgiana*; foliis ternatis petiolatis linearilanceolatis. *Rh. pumilum Meerburg Ic. part. t.* 14.

Cum planta nobis dubia, et *Rh. pumila Mich.* ubique recepta, nomen mutavimus.

72. *R. rigida Mill.*; foliis linearibus integris rigidis glabris. *Mill. dict.* n. 14.

Frutex altus in *Prom. b. Sp.*; in Anglia vix 5-6-ped., ramis multis cortice fusco nitente; folia longe petiolata; paniculae terminales et axillares raras, flores parvi virentes. *In Prom. b. Spei.* h.

Obs. *Rh. Badaelijawel Mill. clo. Poir.* et *CONARUS* videtur.

73. *R. zizyphina Tineo*; spinosa; foliolis cuneatis, ultra dimidium dentatis, supra lucidis revolutis, nervis prominulis, floribus racemosis terminalibus. *Tineo. Pug. plant. rar. Sicil.* *RHAMNUS tripartita Ucria. Linn. Syst. Vep. ed. nostr.* V. p. 342. *RHAMNUS apii folio triphylo. Cap. Pamph.*

Rami divaricati flexuosi rubescentes. Fructus *Rh. Thezeriae* minores. *Tineo.* *In montuosis S. Flaviae et S. Viti.* h.

c. *Foliis simplicibus:*

74. * *R. Cotinus*; foliis obovatis. *Willd. Spec.* 1. p. 1485. *wild. Baumz.* 2. A. p. 365. *Hall. Helv.* n. 827. *Jacq. austr.* t. 210. *Plenck off.* t. 238. *Kniph. C. II. n. 70.* *COTINUS Coggygia Scop. Carn. ed.* 2. n. 368.

Bracteeae paniculae filiformes pilosae, longiores pedicellis. Bac.

cae glabrae referentes dimidium fructus Bursae pastoris.
 Linn. Frutex 4-6 ped.; petioli, foliorum integerrimorum ve-
 nae, ramuli paniculae purpurei; calyces 4-5-fidi; petala 5-5.
 Polygama. In Austria et Europa meridionali omni
 Caucaso atque Sibiria. h.

75. R. atra Forst.; foliis ovato-oblongis, floribus po-
 lygamis. Forst. Prodr. p. 142.

In Nova Caledonia. h.

76. R. Saeneb Forsk.; foliis longo-lanceolatis serratis
 subtus tomentosis albis. Forsk. Suppl. Aeg. p. 207.

Baccae sessiles in ramis sub foliis confertae, globosae, subspi-
 catae, hispidae. In montibus Hudiensibus. h.

Obs. Sub TOXICODENDRO Mill. Dict. tres adhuc describit species nobis
 quam maxime dubias et a nemine laudatas:

T. serratum, foliis saepius ternatis, foliolis oblongo-ovatis rugosis
 serratis, caule radicante Dict. n. 7. Tulit e Philadelphia a Do.
 Bertram nomine Tox. magni; folia longo petiolata, subinde foliolis
 4 obtusis scabris serratis, 4-5 poll., 3 poll. latis. h.

T. arboreum, foliis ternatis, foliolis lanceolatis superne inaequaliter
 serratis, subtus tomentosis, caule arborescente, Dict. n. 8. Synony-
 mon laudatur Baccifera indica trifoliata, fructu rotundo monopyreno,
 pedunculo longo. Sloan. Cat. p. 170. 30 ped., cortice cinereo gla-
 bro, ramis hirsutis ferrugineis. Petioli pilosi 2 poll. Foliola lanceo-
 lata, 4 poll., 2 poll. lata, utrinque acuta, venis obliquis, supra ob-
 scure viridia, subtus pilis fuscis mollibus. Thyrsi axillares e floribus
 parvis flavicantibus, sexu distinctis. Baccae parvae ovatae glabrae au-
 rantiacae. In Jamaicae collibus rubris et in Campeche-Bay. h.

T. arborescens, foliis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis acuminatis
 glabris, caule fruticoso ramoso. Mill. Dict. n. 9. Toxic. arbores-
 cenz pyri foliis glabris, floribus racemosis. Houst. MS. Frutex
 12-14 ped., cortice cinereo, ramis plurimis. Foliola basi obliqua,
 3 poll., 1 1/2 poll. lata. Flores dioici parvi in thyrsis raris sordide
 albis. Baccae parvae ovatae glabrae. Circa Carthagenam. h.

1231. CASSINE.

1. * C. capensis; foliis petiolatis ovatis retusis crenatis;
 paniculâ folio (plus duplô) brevior. Thunb. Prodr. p. 52.
 Fl. cap. II. p. 226. Willd. Spec. I. p. 1492. Lam.
 Enc. meth. I. p. 651 (excl. β.) C. foliis petiolatis ser-
 ratis ovatis obtusis; ramulis tetragonis Linn. Mant. p. 220.
 Suppl. p. 184. (exclusis synonym. fide Willd.) Burm.
 afr. 239. t. 85. Dill. Elth. p. 315. t. 236. f. 305.
 Seb. mus. I. p. 46. t. 29. f. 5.

Foliola venis eminentibus. Petioli utroque margine decurren-
 tes nudi. Corymbi brevissimi ut in Maurocena. Linn. Cau-
 lis fruticosus totus glaber cinereus erectus (6-8 poll.) Rami
 alterni sparsi et aggregati, similes cauli, rigidi. Ramuli angu-
 lati divaricati. Folia opposita ovata et ovato-oblonga, obtusis-

sima, excisa, denticulis exstantibus margine reflexa nervosa utrinque glabra erecta unguicularia usque pollicaria vel ultra. Petioli unguiculares. Paniculae pedunculatae axillares inter folia decompositae. (Flores albi.) *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, prope urbem Cap et alibi in sylvis. *h.*

2. * *C. Colpoon* *Thunb.*; foliis petiolatis ovatis subseratis basi integris. *Fl. cap. II. p. 227.* *C. fol. petiolat. ovat. crenatis*, paniculâ longitudine folii. *Willd. Spec. I. p. 1493.* *EVONYMUS Colpoon*; floribus omnibus quadrifidis; foliis petiolatis ovalibus obtusis saepius integerrimis. *Linn. Mant. p. 210.* (exclusis omnib. synonym.). *Burn.* *af. p. 240. t. 86. fide Thunb.*

Caulis arborescens cinereus erectus. Rami et ramuli suboppositi angulati fusco-purpurei erecti vel patentés, ultimi lati. Folia opposita, basi integra, supra medium serraturis inaequalibus, utrinque glabra, digitalia. Petioli unguiculares. Paniculae axillares dichotomae et trichotomae, folio breviores. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, in montium proclivis juxta loca maritima in *Houtbay*.

Obs. Variant *Cassines* species numero 4- et 5-nario in omni floris parte; et, ut mihi videtur, vix a *Celastris* separari debent. *Thunb.* — *Lamarok* in *Illustr.* hanc *C. capensis* varietatem dixit, uti et in *Enc. meth. I. p. 651.*

3. * *C. barbara*; foliis sessilibus serrato-dentatis cordato-oblongis; ramulis quadrangulis. *Linn. Mant. p. 220.* *Willd. Spec. I. p. 1493.* *C. foliis subsessilibus ovatis excisis serratis; ramulis tetragonis.* *Thunb. Fl. cap. II. p. 226.*

Folia sessilia ovato-oblonga subamplexicaulia basi emarginata venis elevatis glabra, nitida, serraturis exstantibus distinctis. Ramuli lateribus oppositis canaliculatis, angulis a foliorum basibus decurrentibus ortis. Pedunculi axillares filiformes; foliis dimidio breviores saepius triflori. *Linn.* Linnaeus filius hanc perperam cum *C. Colpoon* ad *C. capensem* reduxit. Planta caeterum adhuc obscura. *Willd.* Frutex erectus rigidus cinereus glaber 2-ped. et ultra. Rami teretes cinerei glabri rigidi sparsi erecti. Ramuli ultimi tetragoni, caeterum ramis similes. Folia brevissime petiolata orbiculato-ovata obtusissima crenata patentia et reflexa inaequalia pollicaria. Paniculae axillares foliis plus duplo breviores. *Thunb.* In *Prom. b. Spei. h.*

Obs. Quaedam folia majora et magis ovata, quaedam minora et subrotunda. *Thunb.*

4. * *C. Maurocena*; foliis sessilibus integerrimis obovatis coriaceis. *Linn. Syst. Veg. p. 243.* *Lam. Enc. meth. I. p. 653.* *Willd. Spec. I. p. 1493.* *C. foliis subovatis integerrimis.* *Linn. Spec. p. 385.* *C. foliis sessilibus ovatis integris.* *Thunb. Prodr. p. 52. Fl. cap.*

II. p. 225. MAUROCENIA *Frangularia*; foliis subovatis integerrimis; floribus confertis lateralibus. *Mill. dict. n. 1. Dill. Elth. p. 146. t. 121. f. 147. Petiv. Gaz. t. 57. f. 4. Pluk. alm. p. 49. t. 158. f. 2.*

Caulis fruticosus erectus glaber (4-5-ped.) Rami rigidi purpurascens. Folia subopposita obtusiuscula glabra pollicaria et ultra. Flores subsessiles subsolitarii, (albidi). *Thunb. In Aethiopia, in Prom. b. Spei, in Hout-bay et Nordhoek, in montibus ad littus maris. h.*

5. *C. aethiopica Thunb.*; foliis petiolatis oblongis excisis crenatis; paniculis axillaribus. *Thunb. Fl. cap. II. p. 227.*

Frutex erectus cinereus totus glaber ramosissimus. Rami et ramuli cauli similes sparsi rigidi erecti. Folia ovato-oblonga obtusa nervosa utrinque glabra tenuissime crenata, crenis puncto nigro, frequentia erecta, unguicularia. Petioli lineam longi folio multoties breviores. Paniculae folio duplo breviores. Differt a *C. capensi*. quod folia sint longiora, licet minora, et crenae tenues nigro-punctatae, nec exstantes. *Thunb. In Prom. b. Spei. h.*

6. *C. magellanica Lam.*; foliis alternis ovato-lanceolatis acutis obtuse serratis, floribus axillaribus subsessilibus. *Lam. Illustr. n. 2690. Poir. Enc. Suppl. II. p. 130.*

Rami alterni glabri teretes strictissimi. Folia utrinque glabra coriacea. Flores capitati glabri longitudine petiolorum. Fructus compressi, 2-locul., dispermi. *Poir. ad herb. Lam. In Fretto Magellanico. h.*

7. *C. xylocarpa Vent.*; foliis petiolatis ovatis subser-ratis, pedunculis dichotomis folio brevioribus, fructibus ovatis. *Vent. Choix t. 23. Poir. Enc. Suppl. II. p. 130.*

Fructus potius *Elaeodendri*. Sempervirens. Rami glabri alterni erecti approximati, folia mediocriter petiolata glabra, subinde integerrima, inferiora alterna, superiora opposita, erecta, acuta, denticulis glandulosis. Stipulae breves ovatae caducae. Pedunculi axillares solitarii, floribus pluribus pedicellatis corymbosis, bractea ovata acuta fugaci. Cal. laciniis 4, 5, 6 profundis glabris ovata-rotundatis margine membranaceis. Cor. parva, petalis ochroleucis obtusis concavis cum laciniis calycis alternantibus. Antherae bilobae. Drupa subglobosa fusca nucleo osseo, loculis 3 monospermis. Semina ovata compressa integumento membranaceo, perispermio carnosio duro albido. Embryo rectus, compressus. *Poir. In Antillis, Ins. St. Thomas. h.*

Quid: *C. sphaerocarpa H. Cels. Carlsr. 1811?*

1232. S A G O N E A.

S. palustris Aubl. guj. I. p. 285. t. 111.

Poir.

Enc. VI. p. 392.

REICHELIA *palustris* Willd. Spec. I.

p. 1502.

Caules a radice plures 2-3-ped. indivisi teretes. Folia alterna petiolata lanceolata acuminata integerrima, 3 poll., pollicem lata. Flores caerulei axillares 3-5 aggregati, pedunculis brevibus unifloris. Antherae flavae. Lam. In sylvis Gujanae ad ripas rivulorum. 4.

1233. SPATHELIA.

* *S. simplex*. Linn. Spec. p. 380. Willd. Spec.

l. p. 1497. Poir. Enc. meth. VII. p. 309. Gaertn.

Sem. IV. t. 58. f. 3. Sloane Jam. p. 138. Hist. II. p.

28. t. 171.

Frutex (aliis arbor 40-ped., specie palmae, cortice albicante,) caulibus erectis simplicibus teretibus, apice foliosus. Folia petiolata alterna impari-pinnata, SORBI *Aucupariae* similia, foliolis alternis sessilibus glabris lanceolatis, basi rotundatis, acutis, serratis, denticulis obtusiusculis. (petiolus communis 3-4-ped., albicans, lanuginosus, pinnulis 6 poll. longis) E centro foliorum paniculae erectae elongatae ramis alternis simplicibus, breviusculis, subracemosis, ebracteatis. Cal. glaber, laciniis acutis. Cor. parva, calyce duplo longior, petalis obtusis. Poir. Petala purpurea, stam. lutea. In Jamaica. h.

1234. STACKHOUSIA.

S. monogyna Labillard. nov. Holl. I. p. 77. t. 104.

Smith Linn. Transact. IV. p. 218.

Caules erecti 1 1/2 ped., sublignosi, fistulosi, lineis subinde parvis prominulis. Folia alterna lanceolata, subinde obovata vel spathulata, pollicaria et ultra, basi in petiolum attenuata, integerrima, enervia. Spica terminalis elongata, flore singulo bracteâ ovato-lanceolatâ, squamisque 2 brevissimis pellucidis. Cal. urceolatus, laciniis ovato-lanceolatis. Petalorum ungues in tubum coaliti, sub fauce calycis cum laciniis ejusdem alternantes. Stam. inaequalia, laciniis calycis opposita. Stigmata simplicia acuta. Caps. vix longitudinaliter dehiscens. Sem. fusca fundo affixa. Embryo ovatus elongatus in perispermio tenui carnoso, radicula inferâ. Labillard. „Fruticulus vimineus STRUTHIOLOE facie, floribus flavescentibus racemosis fasciculatis. Folia oblonga glaucescentia. Styli breves. Stigmata obtusa simplicia. Caps. corrugata. Variat stylis binis, capsulâ dicocâ.“ Smith. In Australasia. h.

1235. STAPHYLEA.

1. * *S. pinnata*; foliis pinnatis. Willd. Spec. I. p.

1497. wild. Baumz. p. 494. Hall. Helv. n. 831.

Smith Brit. p. 337. Engl. bot. t. 1560. Hayne term. bot. t. 41. f. 9. Schmidt oestr. Baumz. t. 80. Schkuhr Handb. t. 84. Reitt. u. Abel t. 42. STA-PHYLODENDRON pinnatum Scop. carn. ed. 2. n. 374.

Styli duo, fructus bilocularis. *Linn.* Styli 2 saepius 3. Caps. trilocularis. Semina constanter 2 in majoribus loculamentis, tertio abortiente. *Leers Herborn. n. 231. Reich.* Nos saepe stylum unicum, vel duplicem apice connatum vidimus. Arbor nunc, nunc Arbuscula, facie *Fraxini*. Folia alterna foliolis ut plurimum quinis ovatis serrulatis acutis. Racemi terminales compositi nutantes. Bracteae setaceae membranaceae. Flores campanulati albidi, extus saepe purpurascens. Capsulae binae, rarius ternae, membranaceae, ventricosae, plerumque dispermae. Semina globosa fusca nitida dura. *In Europa e australioris succulentis (nemoribusque siccis et in Cauca-so.) h.*

2. * *S. trifolia*; foliis ternatis. *Willd. Spec. I. p. 1498. wild. Baumz. p. 495. Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 184. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 206. Schmidt oestr. Baumz. t. 81.*

Haec trigyna est. *Linn.* 8-10 ped.; foliola brevi petiolata, 2 poll., poll. lata, ovata, acuminata, argute serrata, supra glabra, subtus pilosiuscula. Flores albi in racemo simplici pendulo. *Willd. w. B. l. c.* Germina et filamenta 3-5 basi hirsuta. Calycis foliola oblonga, nec rotunda. *A Novo Eboraco ad Carolinam superiorem in collibus siccis ad rupes. h.*

3. *S. occidentalis Swartz*; foliis duplicato-pinnatis, capsulis trigonis, seminibus solitariis, caule arboreo. *Swartz Prodr. p. 55. Fl. ind. occid. l. p. 566. Willd. Spec. l. p. 1497. Sloane jam. Hist. II. t. 220. f. 1. Pluk. alm. p. 45. t. 269. f. 1.*

Arbor 20-30-ped., trunco laevi inermi, ramis teretibus laeviusculis nitidis. Pinnae 2-3-jugae, terminali impari petiolata, ovatae acuminatae serratae glabrae nitidae. Petioli universales et partiales teretiusculi glabri. Stipulae geminae inter pinnas minutae incurvae. Paniculae terminales erectae laxiusculae, ramis oppositis decussatis, pedicelli triflori. Flores albi odori. Cal. 5-phyllus, foliolis subrotundis, 2 interioribus magnitudine petalorum. Pet. 5 apice conniventia. Nectarium in fundo corollae concavo-urceolatum 5-gonum, germen cingens. Filamenta basi dilatata, longitudine corollae. Germen 3-gon., 3-partitum. Styli 3, simplices. Stigmata obtusa. Caps. trigona, magnitudine cerasi, glabra nec inflata, 3-locul. Sem. solitaria oblonga. *Swartz. In Jamaicae montium campestribus. h.*

4. *S. heterophylla Ruiz et Pav.*; foliis ternatis quina-tis pinnatisque serratis. *Flor. peruv. III. p. 29.*

Frutex habitus *Sambuci*, caulis erectus, cyma densa, ramis tere-

tibus patentibus articulatis, spongiosis. Folia opposita petiolata, foliolis 3-7 pendulis lanceolatis vel ovali-oblongis, acutis acuminatisve, glaberrimis, lucidis, 6 poll., dentibus subcallosis. Petioli communes longi teretes basi coaliti, partiales breves canaliculati, glandulis 2 atris ovatis acutis inter paria singula foliolorum. Racemi erecti ramosi terminales patentis, pedunculis omnibus bracteis minimis caducis subulatis. Cal. albidus, subinde purpurascens, foliolis inaequalibus ovatis caducis. Cor. alba petalis oblongis conniventibus aequalibus annulo minimo flavicante 5-fido. Filamenta receptaculo petalum inter et anulum, longitudine fere corollae. Antherae basi subbifidae. Styli 3 longitudine fere staminum. Caps. unica, non inflata, subtriloba, 3-locularis, cornubus 3. Semina in singulo loculo 2 ossea, subreniformia, lucida, altero latere scrobiculo. *In nemoribus Andium Peruvianorum.* h.

1236. TAMARIX.

a. Floribus pentandris, rarius tetrandris.

1. * *T. gallica*; bracteis pedicellis brevioribus, spicis lateralibus subpaniculatis, foliis lanceolato-subulatis subamplexicaulibus. *Willd. in Abh. d. K. Berliner Akad.* 1812-13. p. 77. *Spec.* 1498 (excl. variet. monente ipso auct.; hinc etiam in *Poiret Enc.* VII. p. 563). *wild. Baumz.* p. 500. *Smith Brit.* p. 338. *Marsch. a Bieb. Fl. Taur.* *Cauc.* 1. p. 247. *Decand. Fl. gall. n.* 3633. *Mill.* *Jc. t.* 262. f. 1. *Engl. bot. t.* 1318. *Sibthorp Fl. graec. t.* 291. *T. pentandra Pall. ross.* II. t. 77. TAMARISCUS *pentandra Lam. Fl. fr.* III. p. 73. TAMARISCUS *gallicus All. ped. n.* 1597.

Frutex pyramidalis 15 ped., ramis fuscis teretibus glabris. Folia minutissima, (ut in omnibus) alterna, approximata, juniora adpressa. Spicae pedunculatae, quandoque solitariae sparsae. Flores purpurei breve pedunculati. Bractee oblongae obtusae concavae pedicello florum duplo breviores. *Stam.* 5 corollae longiora. *Stigmata* 3 oblonga sessilia. *Willd. Act. Berol.* l. c. *Stigmata* subinde 2 tantum. *Caps.* vix calyce longior. *In Germania Galliaque australi, Hispania, Turcia, Russia australi Caucaso, Sibiria et in boreali Africa, et in Japonia.* h.

2. *T. hispida Willd.*; bracteis longitudine pedicellorum, spicis lateralibus paniculatis, foliis ovato lanceolatis sessilibus utrinque hispidis. *Willd. Abh. Berl. Akad.* p. 77. *T. pentandra varietas Pall. ross.* p. 72. t. 79. *T. gallica canescens*, fol. cauleque tomentosus canis. *Pers. Syn.* I. p. 323.

Frutex 6 ped. erectus, ramis teretibus hispidis canescentibus. Folia minutissima, juniora laxa imbricata, adulta patentia, pilis brevissimis. Flores purpurei brevissime pedunculati parum

gallicae minores, spicae longiores. Bracteae oblongae in floribus inferioribus longitudine pedicelli, in superioribus pedicello longiores. Stam. et styli ut in *gallica*. Willd. l. c. In salsis arenosis maris caspii. h.

3. *T. africana* Desf.; bracteis pedicellis duplo longioribus, spicis lateralibus solitariis, foliis ovato-lanceolatis apice membranaceis subamplexicaulibus. Willd. Abh. Berl. Akad. p. 78. *T.* fol. imbricatis minimis, spicâ tereti densissimâ, pedunculis squamosis, stylo trifido. Desf. atl. II. p. 269. *T.* spicis crassis brevibus. Poiret Enc. meth. VII. p. 564. Decand. Suppl. Fl. fr. p. 527. n. 3633 a. Poiret It. II. p. 139. *T. gallica* β. Willd. Spec. I. p. 1498.

Affinis *gallicae*, sed differt cortice ramorum fusco, foliis arctius imbricatis, spicâ crassiori; floribus 2-4 plo majoribus. Desf. Statura *gallicae*, ramis teretibus nitidis atro-fuscis. Folia minutissima, apice et margine membranacea diaphana, juniora arcte appressa, adulta laxè imbricata. Spicae subsessiles cylindricae. Flores albi vel subincarnati brevissime pedunculati. Bracteae oblongo-lanceolatae membranaceae calyce longiores. Stamina corollâ parum longiora. Stigmata ut in *gallica* Willd. l. c. Folia triplo longiora, quam lata, cum in *gallica* 6-10 plo. Dec. Algeriae ad maris littora et circa Hipponem, prope Monspelim ad Frontignan; etiam circa Cairo ubi Sieber nomine *Gallicae arboreae* legit. h.

4. *T. canariensis* Willd.; bracteis pedicello longioribus, spicis lateralibus paniculatis, foliis lanceolato-subulatis sessilibus patentibus. Willd. Abh. Berl. Akad. p. 79.

15-ped., ramis teretibus divaricatis pallide fuscis. Folia minutissima, juniora laxè imbricata, adulta patentissima apice membranacea. Spicae pedunculatae graciles 1 1/2 poll. Flores albi aut subincarnati breve pedunculati. Bracteae ovato-subulatae pedicello longiores. Stamina corollâ parum longiora. Stigmata clavata. Habitus JUNIPERI virginianae, sed folia angustiora, minus rigida. Willd. l. c. In Teneriffa. Broussonet. h.

5. *T. indica* Willd.; bracteis pedicello longioribus, spicis terminalibus lateralibusve, foliis ovato-acuminatis amplexicaulibus. Willd. Berl. Akad. p. 79. Nov. Act. Soc. Nat. Cur. Berol. IV. p. 214.

Frutex ramis teretibus obscure fuscis. Folia minutissima, juniora adpressa, adulta apice patula. Flores breve pedunculati, coloris? — forte incarnati. Bracteae lanceolatae. Stam. corollâ parum longiora. Stigmata *gallicae*. Similes quodammodo articulatae, sed folia non vaginantia, et spicae alius formae sitaeque. Willd. l. c. Tranquebariae. Klein et Rottler.

6. *T. articulata* Vahl; floribus sessilibus, spicis lateralibus (racemosis), foliis brevissimis vaginatis, (ramulis ar-

ticulatis, articulis turbinatis mucronatis.) *Willd. Spec. I. p. 1498. Berl. Akad. l. c. p. 80. Vahl Symb. II. p. 48. t. 52. Poir et Enc. meth. VII. p. 562. THUJA aphylla, strobilis quadrivalvibus, foliis turbinatis vaginantibus, hinc mucronatis, frondibus imbricatis. Linn. Spec. p. 1422. (excl. synonym.) T. orientalis Forsk. descr. p. 206. Gmel. S. V. p. 499.*

Arbor 50 ped., crassitie et altitudine *Quercus*, ramulis teretibus flavo-fuscis. Folia minutissima vaginam angustam uno latere breviter mucronatam formantia. Spicae solitariae graciles breve pedunculatae pollicares et longiores. Flores rubicundi sessiles. Bracteae ovatae acuminatae vaginatae calyce breviores. Stam. corollam subaequantia vel eadem parum longiora. Stigmata obtusa. *Willd. Vahl* tantum fruticem virgatum dicit, ramis squarrosis, ramulis filiformibus, squamis ovatis acutis alternis patulis; bracteas ovatas acutas patentissimas longitudine florum; calycis foliola subrotunda; corollam magnitudine *gallicae*; petala linearia; caps. tetragonam. An ergo hujus loci? *In Aegypto. h.*

7. *T. chinensis Lour.*; bracteis pedicello longioribus, spicis terminalibus lateralibusque, foliis ovato-lanceolatis sessilibus. *Willd. Abh. Berl. Akad. p. 79. T. foliolis alternis; spicis terminalibus; petalis erectis Lour. I. p. 228.*

(Frutex vel W.) Arbor mediocris; ramis patentibus; (teretibus fuscis W.) ramulis tenuissimis longis nutantibus. Folia minutissima acuta, (juniora et adulta laxa W.) imbricata. Flos rubescens terminalis; panicula vasta composita; spiculis linearibus longis tenuibus: (flores breve pedunculati; bracteae ovato-subulatae W.) Calyx brevis 5-partitus. Petala 5, linearia erecta: (Stam. corollam subaequantia vel eadem parum longiora. Stigmata 3 oblonga. W.) Capsula triquetra colorata polysperma. Semina matura non vidi, adeoque judicare non potui, an sint papposa? Stamina habet 5. *Lour. In provincia cantoniensi Sinarum.*

Obs. Cohaeret cum *T. gallica* staminibus pentandris; sed differt foliolis alternis, ramulis nutantibus, petalis erectis terminalibus. Magis convenire videtur cum *T. orientali Tournesf. Coroll. p. 45. et Forsk. Arab. p. 206. Lour.*

8. *T. gracilis Willd.*; spicis solitariis terminalibus, bracteis pedicellum aequantibus, foliis lanceolatis sessilibus. *Willd. Abh. Berl. Akad. p. 87.*

Frutex ramis teretibus pallide fuscis. Folia minutissima, juniora laxa imbricata, adulta patula. Spicae 1-1 1/2 poll. Flores rubicundi, pedunculorum longitudine. Bracteae lanceolatae patentissimae. Stamina corollam breviora. Stigmata obtusa. *Willd. l. c. In campis arenosis Sibiriae ad Irtysh. h.*

9. *T. tetrandra Pall.*; spicis lateralibus confertis, bracteis pedicello longioribus, foliis lanceolatis amplexicaulibus,

apice diaphanis. *Willd. Abh. Berl. Akad. p. 81. Pall. Ind. Taur. T. gallica Habliz.*

Frutex pyramidalis, ramis teretibus nigro-fuscis. Folia minutissima, juniora dense imbricata, adulta laxa, apice membranaceo-diaphana. Spicae breve pedunculatae pollicares et ultra numerosissimae. Flores albidi breve pedunculati. Bractee oblongo lanceolatae margine diaphanae membranaceae. Stam. longitudine corollae vel parum longiores. Styli brevissimi, stigmata obtusa. *Willd. In Tauria meridionali ad Euxinum. h.*

Obs. T. tetrandram, spicis lateralibus racemosis M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. p. 247 hic pro synonymo haberi non posse, cum vir excell. hanc promiscue, ut ex speciminibus sibi videtur, habuisset cum laxa, Willd. l. c. monuit. T. tetrandram tamen suam variare floribus octandris, et hanc varietatem exprimere T. tauricam octandram Pall. nov. act. Acad. Petrop. 10. p. 376., stylos mox 3-mox 4-partitos et proinde capsulas 3-4-valves occurrere, M. a Bieb. Suppl. p. 131. Habitus et statura tetrandrae est gallicae; spicae longiores in racemos longos laterales nec in paniculam compositam digestae; flores duplo majores albidi quadrifidi. Stamina longitudine corollae. Idem.

10. *T. laxa Willd.; floribus tetrandris, spicis lateralibus dissitis, bracteis pedicello brevioribus, foliis lanceolatis sessilibus. Willd. Abh. Berl. Akad. p. 82.*

Frutex ramis teretibus fuscis. Folia minutissima, juniora arcte imbricata, adulta patula. Spicae $1\frac{1}{2}$ - 1 poll., laxae, pedunculatae. Flores albidi, pedunculi longitudinis. Bractee oblongo lanceolatae. Stam. longitudine corollae. Styli 3 breves clavati; stigmata obtusa. *Willd. l. c. Ad Wolgam, a Sarepta ad Caspium usque, praecipue inter Kislar et Astrachan. h.*

b. *Staminibus 10 - (rarius 8), distinctis.*

11. *T. songarica Pall.; floribus octandris decandrisve sessilibus, spicis lateralibus, bracteis florem aequantibus, foliis trigonis carnosissimis obtusis patentibus. Willd. Abh. Berl. Akad. p. 82. Spec. I. p. 1499. Pall. nov. Act. Petrop. X. p. 374. t. 10. f. 4.*

Frutex $1\frac{1}{2}$ ped., ramis teretibus cinereis saepe prostratis. Folia unguicularia carnosissima. Spicae $1\frac{1}{2}$ poll. Bractee facie et formâ folii. Flores bracteis 3, formâ laciniarum calycis suffulti, albidi. Stam. basi dilatata et laeviter cohaerentia corollâ paulo longiora. Styli brevissimi. Stigmata obtusa. *Salsolae potius habitus quam Tamaricis. Willd. In salsis Sibiriae deserti Songarici, ad fines Imp. Sinens. ad lacum Nes Zai San. h.*

12. *T. ericoides Willd.; floribus decandris, spicis terminalibus, bracteis pedicellum aequantibus, foliis oblongis amplexicaulibus. Willd. Berl. Abh. p. 83. T. fol. ovatis*

acutis. *Willd. nov. Act. Not. Cur. Berol. IV. p. 214. t. 4.*
T. floribus 10-andris, inaequalibus, spicis terminalibus, fo-
liis lanceolato-subulatis patulo incurvis amplexicaulibus.
Roth nov. pl. Spec. MS.

Willdenow plantae hujus, quam nunquam vidit, iconem et bre-
vissimam descriptionem in *Nov. Act. Nat. Cur. berol. l. c.* de-
dit, in qua: „Frutex radicibus repentibus, foliis *T. articula-*
tae Vahl, staminibus basi glandulâ intermediâ distinctis“ per-
hibetur a *Rottler*. *Cls. Roth. l. c.* corollam generis maxi-
mam inaequalem persistentem, petala 3 subrotunda, 2 oblongo-
ovata duplo angustiora dicit in speciminibus a *D. Benj. Heyne*
communicatis. *In India orientali. h.*

c. *Floribus decandris monadelphis:*

13. * *T. germanica*; spicis terminalibus solitariis, brac-
teis pedicello longioribus, foliis lineari-lanceolatis sessilibus.
Willd. Abh. Berl. Akad. p. 83. Spec. I. p. 1499. (excl.
syn. Pallas ut et in Poir. Enc. meth. VII. p. 563.) wild.
Baumz. p. 501. Mill. Ic. t. 262. f. 2. Fl. Dan.
t. 234. Schmidt oestr. Baumz. t. 131. Reit. u.
Abel t. 12. Plenck off. p. 241. TAMARISCUS de-
candra Lam. Fl. III. p. 73. TAMARISCUS germanicus Scop.
carn. II. n. 375. Allion. pedem. n. 1598. Hall.
Helv. n. 948.

5-6-ped.; ramis teretibus flavescens. Folia minutissima, ju-
niora laxè imbricata, adulta patula. Spica 3-5 poll. Flores
rubicundi breve pedunculati. Bracteae acutae acuminatae, ba-
sin versus margine membranaceae, longitudine floris. Filamen-
ta alterna breviora, corollâ breviora. Stigmata 3 obtusa ses-
silia. *Willd. l. c.* Capsulae calyce duplo longiores. Semina
caudâ nec comâ pilosa. *In Europa Media ad fluminum*
ripas inque Caucaso. h.

14. *T. herbacea Willd.*; spicis terminalibus solitariis,
bracteis flore longioribus, foliis lineari-lanceolatis sessilibus,
caule herbaceo. *Willd. Abh. Berl. Akad. l. c. p. 84.*
T. germanica subherbacea. Pall. Fl. ross. II. p. 73. t.
80. f. B. T. germanica β caspica Pers. Syn. I. p. 328.

Rad. crassa lignosa. Caules herbacei cubitales teretes glabri.
Folia minutissima, juniora dense imbricata, adulta patula. Spi-
ca solitaria 3 poll. Flores rubicundi brevissime pedicellati.
Bracteae ovatae acuminatae, margine basin versus membrana-
ceae. Filamenta alterna et corollâ breviora. Stigmata 3 ob-
tusa sessilia. Flores *germanicâ* dimidio minores. *Willd. l. c.*
In littore persico Maris caspici. h.

15. *T. longifolia Willd.*; spicis terminalibus basi sub-
compositis, bracteis flore longioribus, foliis lineari-lanceo-
latis basi angustatis sessilibus patentibus. *Willd. Abh. Berl.*

Akad. l. c. p. 85. *T. germanica decandra* Pall. *Fl. ross.*
II. p. 73. t. 80. f. A.

12-ped., ramis obtuse angulatis striatis purpurascens. Folia
3 lin. longa acuta basi angustata patentia. Spica terminalis 4-
5-poll., basi plerumque spicis 2, bipollicaribus. Flores ru-
bicundi longe pedunculati, pedunculis longitudine floris. Brac-
teae ovato-oblongae acuminatae flore longiores. Filamenta al-
terna, ut stamina, corollâ breviora. Stigmata 3 obtusa sessi-
lia. *Willd. l. c.* In *Sibiria transbaicalensi*, h.

Obs. Si *Pallas* hujus loci, tunc etiam *T. germanica* M. a *Bieb. Fl.*
Taur. Cauc. 1. p. 247 hujus erit.

16. *T. daurica* Willd.; spicis lateralibus cylindricis
obtusis, bracteis florem aequantibus, foliis oblongis sessilibus.
Willd. Abh. Berl. Akad. l. c. p. 85.

6-ped., ramis teretibus striatis pallide fuscis. Folia minutissima
obtusiuscula, juniora laxè imbricata, adulta patula. Spicae
pollicares cylindræ obtusae pedunculatae laterales, pedun-
culis squamosis. Flores rubicundi, brevissime pedunculati,
fere sessiles. Bracteae oblongae obtusae margine membra-
naeae. Stamina corollâ filamentaque alterna breviora. Stig-
mata 3 obtusa sessilia. *Willd. l. c.* In *alpihus Sibiriae*
dauricae, h.

Dubiae sectionis:

17. *T. dioica* Roxb.; spicis terminalibus, subpanicula-
tis, cylindræis, dioicis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Specimen masculinum tantum possideo. *Roth.* H. in *India*
orientali. *B. Hayne.*

1237. TURNERA.

1. **T. ulmifolia*; floribus sessilibus petiolaribus, foliis (ob-
longis acute serratis pubescentibus) basi biglandulosis. *Mill.*
dict. n. 1. *Swartz Obs.* p. 116. *Willd. Spec. l.*
p. 1503. *Poir. Enc. VIII.* p. 141. *Linn. Hort.*
Cliff. p. 122. t. 10. *Mart. Cent. t. 49.* *Sloan.*
jam. p. 86. Hist. I. p. 202. t. 127. f. 4. 5. *β. Turn.*
frutescens folio longiore et mucronato. *Mart. Cent. t. 49.*
Mill. Ic. t. 268. f. 2. *γ. Turn. (angustifolia) floribus*
sessilibus petiolaribus, foliis lanceolatis rugosis acuminatis.
Curt. mag. t. 281. *Mill. dict. n. 2.*

7-8 ped., caule erecto tereti, ramis alternis rigidis glabris rufes-
centibus, apice pubescentibus. Folia alterna petiolata ovali-
lanceolata, 1 1/2-2 poll.; 1/2 poll. lata, supra lucida glabra,
subtus pallidiora pubescentia, inaequaliter serrata, nervis pal-
lidis. Cal. pubescens, basi bracteis 2 concavis subcampanula-
tis. Cor. flava sat magna, staminibus prominulis. In *β*

corolla minor petalis mucronatis. Bracteae absque glandulis. Folia magis elongata, obtusiora. Antherae fulvae nec flavae. In γ . corolla pallide flava. *In Jamaica et America calidiore.* ♂.

Obs. In *H. Hew.* 2. ed. II. p. 172 *Miller Icon.* ad *ulmifoliam* laudatur, nec distinguitur varietas β vel γ . E Guiana specimina foliis corollisque multo minoribus possidet *cls. Poir.*, de quibus, anno species propriae, adhucdum dubius haeret.

2. *T. elegans* *H. Berol.*; floribus petiolaribus sessilibus, foliis ellipticis cuneatis, obtuse serratis scabris basi biglandulosis, *Otto* apud *C. G. Nees ab Esenb. Hor. Berol.* p. 36.

Petala pallide lutescentia, infra medium lutea, maculâ baseos fusco-purpurea radiata. Antherae fulvae stigmatibus breviores. *Otto l. c.* *In Japozia, Brasilia et ins. Trinitatis.*

3. *T. cuneiformis* *Juss.*; foliis ovato-cuneatis obtuse serratis subtomentosis, floribus cernuis petiolaribus, ramis pubescentibus. *Poir.* *Enc. meth.* VIII. p. 142. β . *T. odorata* foliis ramisque valde tomentosis, caule humili. *Herb. Vahl.*

Rami elongati teretes obscure fuscii recti. Folia alterna petiolata supra glabra saturate viridia, adultiora subtus vix pubescentia, $1\frac{1}{2}$ poll., poll. lata, crenulata, orenulis sat magnis; petioli breves reflexi hirsutissimi. Flores solitarii ad apices ramorum in apice petioli. Capsulae subglobosae. Semina parva rufescentia. *Poir. ad Herb. Juss.* Caulis brachialis teres pilosus herbaceus subsimplex. Folia 3 poll., glandulis 2 ad basin. Bracteae 2 lanceolatae calyces superantes. Cor. lutea, basi purpureo-striata. *Spreng. l. c.* β Simillima, sed multo humilior vix ramosa. *Circa Rio Janeiro. Commerson. β ex America meridionali. h.*

4. * *T. Pumilea*; floribus sessilibus petiolaribus, foliis eglandulosis. *Amoen. Acad.* V. p. 395. *Swartz Obs.* p. 116. *Willd. Spec.* 1. p. 1503. (excl. syn. *Sloane t.* 127. f. 6. monente *Poir.* *Enc. meth.* VIII. p. 143). *Pet. gaz.* 59. t. 38. f. 9.

Calyx bracteis 2 linearibus. Antherae non ultra faucem calycis elevatae. *Linn.* Flores conferti in centro foliorum. *Swartz* p. 117. Caules humiles, ramis numerosis effusis tortuosis brevibus gracilibus patentibus scabriusculis griseis, foliis alternis 2-3 lin. subsessilibus, quibusdam petiolatis, utrinque glabris subtus albidis subincisis obtusis. Flores subterminales. Cal. bracteis 2 oppositis linearibus. Cor. flava petalis unguiculatis. *Poir. l. c.* ad herb. *Juss.* et *Lam.* Caulis vix pollicaris, simplex, albo-pilosus. Folia alterna, petiolata, lanceolata, semipinnatifida, serraturis profundis, utrinque 5-6 in-

tegris, acutis, pilis raris. *Vitm. Samm.* I. p. 197. In Jamaicae campis sabulosis aridis. ☉.

5. *T. gujanensis* *Aubl.*; racemo terminali paucifloro nudo, foliis linearibus serratis basi biglandulosis. *Willd. Spec.* I. p. 1505. *Aubl. Gujan.* I. p. 291. t. 114.

Foliis affine *rupestri*. Radices fragiles cinereae. Caulis gracilis ramosus sublignosus 2-ped., foliis alternis subsessilibus elongatis utrinque glabris acutissimis, in petiolum brevem attenuatis. Flores nunc nudi, nunc bracteis 2-3 parvis sessilibus oppositis basi glandulosis. Cal. viridi-albidus, laciniis profundis longis angustis acutis. Cor. flava, petalis latis rotundatis unguiculatis. Semina 3 oblonga striata. *Aubl.* In Gujanae pratis paludosis prope Timouton. ☉.

6. *T. rupestris* *Aubl.*; pedunculis axillaribus bisetis, foliis linearibus serratis. *Willd. Spec.* I. p. 1504. *Aubl. et Gujan.* p. 289. t. 113. f. 1.

Caules graciles fragiles ramosi 3 circiter ped.; folia sessilia alterna elongata lineari-lanceolata utrinque glabra acuta. Flores parvi solitarii bracteis 2 parvis oppositis subsetaceis. Cal. flavescens, laciniis profundis acutis. Pet. unguiculata oblonga apice emarginata. Styli flavicantes, stigmatibus 5-6-partitis. Semina 3. *Aubl.* In rupibus locis humidis Gujanae. h.

7. * *T. sidoides*; pedunculis axillaribus bisetis, foliis obovato-cuneatis serratis. *Linn. Mant.* p. 58. *Willd. Spec.* I. p. 1504.

Convenit cum *T. cistoide* caule piloso, sed illa caret bracteis tomentoque foliorum. Caules palmares simplices pilosi. Folia alterna subsessilia cuneato-obovata, profunde serrata, versus basin integerrima, utrinque laevissime tomentosa, subtus venis margineque pilosa. Flores axillares solitarii brevissime pedunculati. Bractee in pedunculo binae oppositae lineares hirtae longitudine calycis turbinati 5-fidi pilosi. Petala obovata calyci inserta. Stam. 5 petalis dimidio breviora. Styli 3. Convenit cum *T. cistoide* caule piloso, sed illa caret bracteis tomentoque foliorum. *Linn.* In Brasilia. *D. Arduini.*

8. *T. frutescens* *Aubl.*; pedunculis axillaribus bisetis, foliis lanceolatis acuminatis aequaliter serratis. *Willd. Spec.* I. p. 1505. *Aubl. Gujan.* I. p. 290. t. 113. f. 2.

Multum affinis *rupestri*, sed omnibus partibus major, 6-8 ped., basi 3 poll. diametro. Folia alterna subsessilia angusta elongata flavo-viridia utrinque glabra. Flores minimi solitarii flavi, petala apice suberenulata vel emarginata. *Aubl.* In fissuris rupium Gujanae ad littora fluvii Sinemari. h.

9. * *T. cistoides*; pedunculis axillaribus aphyllis, foliis apice serratis. *Linn. S. V.* p. 245. *Swartz Obs.* p. 117. *Willd. Spec.* I. p. 1505. *T. hirsuta*, fol. li-

neari-lanceolatis obtuse dentato-serratis, pedunculis axillaribus folio brevioribus. *Pursh Fl. Sept. Amer. l. p. 206. Plum. Spec. Icon. p. 150. f. 1. Sloan. Hist. I. p. 202. t. 127. f. 7.*

Rad. fibrosa. Caulis digitalis simplicissimus erectus pilosus. Folia subpetiolata lanceolata versus apicem paucis crenis notata, subtus tomentosa. Pedunculi axillares solitarii uniflori geniculo notati, longitudine floris. Cal. tomentosus. Bractee nullae. *Linn. Flores flavi CISTI Caroliniani Pursh. Caps. ad medium usque divisa. Poir. In America meridionali, Jamaica, Surinami, et in America boreali in Georgia prope urbem Savannah. ☉.*

10. *T. aspera Poir.*; foliis ellipticis sessilibus subtus pubescenti-tomentosis; floribus pedunculatis solitariis; caule herbaceo aspero. *Poir. Enc. meth. VIII. p. 144.*

Affinis, praecipue inflorescentiâ, *cistoidi*. Caules graciles subsimplices erecti herbacei tuberculis minimis, vix pubescentibus. Folia alterna distantia ad minimum pollicaria scabra, supra rugosa, obsolete remote dentata, inferiora parum in petiolum attenuata. Flores alterni distantes, superne approximati, subglomerati. Pedunculi simplices erecti filiformes tomentosi, foliis breviores, apice subincrassati, geniculati. Cal. tomentosus. Cor. flavicans. Caps. subglobosa, vix pubescens, ad basin fere usque divisa. *Poir. ad Herb. Desfont. In Guiana. ☉.*

11. *T. racemosa Jacq.*; racemo terminali elongato, (pedunculisve solitariis axillaribus) foliis ovatis inaequaliter obtuse serratis. *Willd. Enum. H. Berol. p. 331. Spec. L. p. 1505. Jacq. H. vindob. III. t. 94.*

Caulis teres erectus hirtus basi suberosus. Racemus elongatus. Pedunculi longissimi uniflori. *Willd.* Folia longe ovata vel lanceolata, obtusa vel acuta, (pubescentia) rugosula, petiolata, alterna, crenata, nervis subtus imprimis hirsutula. Flores in pedunculis unifloris solitariis axillaribus, tum etiam in racemo erecto terminali longo, pedunculis propriis omnibus geniculatis. Cal. extus hirsutus, tubo campanulato-brevi, laciniis lanceolatis acuminatis patentibus, virentibus cum limbo albido, basi squamulâ subrotundâ, ciliato-divisâ. Pet. lutea obverse ovata, obtusissima, patentia, calycis longitudine, fere exunguia. Antherae flavae. Germen hirsutum. Stigmata lutea. Caps. villosula. *Jacq. Habitat? fide Herbar. Joannei Norici in Sibiria in Herb. Pallas. nomine cistoidis, quo nomine etiam Jacquin semina tulit. De Vest in litt.*

12. *T. pinnatifida Juss.*; foliis pinnatifidis hirsutis, floribus petiolaribus eglandulosis. *Poir. Enc. meth. VIII. p. 144.* β . *T. pinnulis multo angustioribus, flore luteo.*

Arbusecula humilis, caulibus gracilibus lignosis teretibus scabris, ramis numerosis patentibus, alternis, subsimplicibus, pilis ru-

fescentibus. Folia alterna subsessilia oblonga angusta, fere cuneiformia, basi in petiolum attenuata, pinnulis lanceolatis acutis. Flores versus apicem ramorum solitarii sessiles ad basin petioli. Cor. sat magna, dilute flava in depressis humidis, purpurascens in collibus elatioribus. Petala oblonga obtusa. Cal. cylindricus corollâ duplo brevior, villosissimus, bracteis 2 oppositis filiformibus ciliatis, calyce duplo longioribus. β minor est, pilis cinereis, foliis profundius pinnatifidis, pinnulis angustissimis; petioli non glandulosi; corolla intensius flava; styli staminibus longiores. *Poiret ad Herb. de Jussieu.* In Monte-Video cum β legit divus Commer-son. *h.*

13. *T. odorata Rich.*; fruticosa ramosissima parviflora; foliis ovatis, acutis, dentatis, tomentosis. *Rich. act. soc. h. n. paris. p. 107.*

In Cayenna. *Le Blond.*

14. *T. hirta Willd.*; foliis lineari-lanceolatis inaequalibus obtuse serratis, subtus stellato-tomentosis, floribus axillaribus solitariis, caule ramoso, hirto. *Reliqu. Willd. MS.*

In Brasilia. \odot . Comes ab *Hoffmannsegg.*

15. *T. virgata Willd.*; foliis ovatis serratis plicatis basi biglandulosis, calycibus exterioribus lineari-setaceis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Brasilia. \odot . Comes ab *Hoffmannsegg.*

16. *T. corchorifolia Willd.*; foliis oblongis duplicato-serratis subtus tomentosis basi biglandulosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Brasilia. \odot . Comes ab *Hoffmannsegg.*

17. *T. acuta Willd.*; foliis lanceolatis acuminatis aequaliter serratis glabris, basi biglandulosis, petiolis floriferis. *Reliqu. Willd. MS.*

In humidis Maypure. *Humb. et Bonpl.*

18. *T. brasiliensis Willd.*; foliis lanceolatis integerrimis hispido-pubescentibus, floribus axillaribus sessilibus aggregatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Brasilia. *h.* Comes ab *Hoffmannsegg.*

19. *T. tomentosa Willd.*; pedunculis aphyllis axillaribus unifloris elongatis, foliis lanceolatis apice inaequaliter dentatis subtus tomentosis. *Reliqu. Willd. MS.*

Prope Maypure. *h.* *Humb. et Bonpl.*

20. *T. paniculata Willd.*; foliis linearibus glabris remote serratis obtusis eglandulosis, floribus pedunculatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Cam tomentosa in humidis. *Humb. et Bonpl.*

21. *T. integrifolia Willd.*; pedunculis unifloris axillaribus, foliis linearibus pubescenti-hispidis eglandulosis. *Reliqu. Willd. MS.*

Habitat? sine auctore.

22. *T. diffusa Willd.*; foliis oblongis plicatis pubescentibus crenatis biglandulosis, floribus petiolaribus. *Reliqu. Willd. MS.*

Habitat?

23. *T. peruviana Willd.*; foliis oblongis pubescentibus, subtus incanis hirsutis crenatis biglandulosis, floribus petiolaribus. *Reliqu. Willd. MS.*

In Peruvia. h. Humb. et Bonpl.

1238. TACHIBOTA.

T. gujanensis Aubl. Guj. I. p. 287. t. 112. Poir. Enc. meth. I. p. 550. SALMASIA racemosa Willd. Spec. I. p. 1502. SALMASIA gujanensis Gmel. S. V. I. p. 500.

Frutex ramis hirsutis teretibus rufescentibus. Folia alterna subsessilia (ovato-) oblonga acuminata integerrima (utrinque) glabra (2-3 poll., 1 1/2 poll. lata, nervis lateralibus simplicibus parallelis.) Stipulae (duae) lineares hirsutae deciduae. Flores albi in racemis longis axillaribus et terminalibus. Pedunculi hirsuti. Pedunculi vix longitudine florum, basi bracteis stipuliformibus. Cal. parvus glaber laciniis obtusiusculis. Petala angusto-lanceolata, acuta. *Aubl. In sylvis Gujanae. h.*

1239. SAROTHTA.

S. Loureiriana. S. gentianoides; foliis subulatis, floribus spicatis. *Lour. I. p. 227. (excl. Pluk, Mant. p. 43. t. 524. f. 4.)*

Caulis herbaceus 2-poll., erectus, simplicissimus. Folia sessilia minuta; villis capitatis superius consita; juniora involuta, seniora reflexa. Spicae simplices erectae. Calyx ruber uti capsula. *In locis arenosis Chinae prope Metropolin.*

1240. MALESHERBIA.

1. *M. thyrsiflora Ruiz et Pav.*; foliis lineari-lanceolatis sinuatis dentatis, calyce tubuloso ventricoso. *Fl. peruv. III. p. 30. t. 254. M. fol. lin. lanceolatis sessilibus tomentosiss, inaequaliter dentatis, subsinuatis, floribus in spicam terminalem approximatis. Poir. Enc. meth. Suppl. III. p. 58. GYNOPLEURA tubulosa Cav. Ic. IV. p. 52. t. 375.*

Foetida hirsutissima. Caules erecti ramosi annui tomentosi teretes 2 ped. et ultra, fol. numerosis sparsis sessilibus, 2 poll. et ultra, 2 lin. lata, tomentoso-glutinosa. Flores thyrsoides. Cal. ventricosus-tubulosus, aurantiacus, striis 10, 1 1/2 poll., laciniis ciliatis. Petala lutea utrinque villosa emarcida, ciliata, lanceolata, calyce breviora. Germen ovato-oblongum villosum subtrigonum. Styli longitudine fere staminum. Caps. calyce longior. *Ruiz et Pav.* In Peruviae argillosis aridis calidis circa Limam. 4.

2. *M. linearifolia*; foliis sublinearibus sessilibus ciliatis villosis, floribus axillaribus solitariis, (calyce infundibuliformi). GYNOPLEURA *linearifolia* Cav. Ic. t. 376.

Caules ramosi, teretes, 3-ped.; rami alterni hirsuti. Folia 1/2 poll., et ultra, integerrima, stipulis 2 foliaceis. Flores subsessiles, foliis longiores. Cal. tomentosus, laciniis sublinearibus obtusis. Pet. ovata obtusa transparentia venosa, luteo-alba, calyce parum longiora. Nectarium squamulae crenulatae. Filamenta corollae longiora. Caps. calyce brevior. Cav. In montibus Chili. 4.

1241. D R Y P I S.

* *D. spinosa* Willd. Spec. 1. p. 1513. Jacq. Hort. Vind. 1. t. 49. Scop. Carn. ed. 2. n. 377. Mich. Gen. p. 24. t. 22. (mala).

Caules primi procumbentes tetragoni brachiati superne dichotomi. Folia subulata subtrigona mucronata, dichotomiae lanceolata, utrinque tridentata. Corollae coronatae *Silenes*, purpurascens, capsulae circumscissae. (dubitat *Scopoli*.) *D. Mygind.* Rami novi virides propullulant e ramis anni praecedentis exaridis. Rami ultimi dichotomi floriferi. Pedunculi flore breviores. Cal. semi-5-fidus erectus. Petala angustissima patentia, saepe alba. Stam. erecta. *Syst. Veg.* 246. Rad. repens. Caules 7-9 poll. In Istria, Italia, Mauritania. ♂.

1242. A L S I N E.

1. * *A. media*; petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis, (caulibus alternatim unifariam hirsutis). *Linn. Fl. lapp.* p. 186. *Willd. Spec.* 1. p. 1511. *Hoffm. germ.* 11. ed. p. 149. *Curtis Fl. lond.* F. 1. t. 20. *Fl. Dan.* t. 438. 525. *Plenck off.* t. 242. *Sturm Deutschl. Fl. I. A. I. H.* *Hall. Helv.* n. 880. ALSINE avicularum *Lam. Fl. fr.* III. p. 46. HOLOSTEUM *Alsine Swartz Obs.* p. 180. STELLARIA *media* *Smith Brit. p.* 473. *Engl. bot.* t. 537. *Wahlenb. lapp.* p. 125. *β. apetala* *Hitaib.*

Rad. fibrosa. Caules prostrati ramosi, fragiles, teretes genicu-

lati, lineâ pilosâ longitudinali, ad genicula interruptâ. Folia opposita, petiolata, integerrima, glabra, petiolis ciliatis. Pedunculi axillares vel terminales, solitarii, uniflori, lineâ laterali pilosâ. Flores albi, inconspicui. Cal. pilosus, petalis longior. Petala ad basin usque bipartita. Stam. rarius 3, 5-10. Caps. ovata, ore sexdentato. Semina tuberculato-scaabra. *Smith.* Caps. 5-6-valvis in Lusitania. In β caulibus magis elongati, folia magis oblonga, lacinae calycis magis acuminatae, profundius striatae. *In Europae cultis, a Lapponia ad Gades, in Sibiria, Caucaso et Japonia inque America bor. ©.*

2. *A. prostrata Forsk.*; foliis oblongis, caule prostrato dichotomo, flore pentandro. *Forsk. aegypt. p. 207. Pers. Syn. 1. p. 331.*

In Aegypto.

3. * *A. segetalis*; petalis integris, foliis subulatis. *Linn. Mant. p. 359. Hoffm. germ. p. 110. Willd. Spec. 1. p. 1512. Smith Prodr. Fl. graec. p. 209. ARENARIA segetalis Lam. Fl. fr. III. p. 43. Decand. Fl. fr. n. 4432. SPERGULA segetalis Vill. Delph. IV. p. 657. Vaill. paris. 8. t. 3. f. 3.*

Vigiliae hujus ab hora 3 in 9. *Seguier.* Eandem esse cum *ARENARIA tenuifolia La Chenal* apud *Hall. hist. helv.* Plantula glauca segetalis nodosa: geniculis stipulis membranaceis dentatis cincti. Rami dichotomi filiformes. Pedicelli patentireflexi. Stam. 5. Pistill. null. Stigm. 3 reflexa. *S. V. ed. XV. p. 316.* „Folia aristata. Stipulae membranaceae laciniatae. Pedunculi capillares demum refracti. Calycis lacinae glabrae membranaceae nervo viridi. *Stam. 3-4. Hoffm. l. c.,* qui *ARENARIAM tenuifoliam* suo loco aliis characteribus designavit. 4 circiter pollicum, caule erecto, filiformi, articulato, pilis aliquot. Folia 5-6 lin., saepe secunda. Flores nunc paniculati, subinde umbellati, deflorati penduli parvi. Cor. calyce minor. Petala integerrima obtusa. Caps. longitudine calycis. *Habitat Parisiis, et Byzantii. ©.*

Obs. Stamina saepe 3, raro 2-4, interdum 5, huic *Polycarpo* similis. Caps. 1-locul., 3-valv. Aliquando visa mihi staminibus 10. An *SPERGULA*? *Forsk. Cla. Persoon Synops. 1. p. 330 mucronatam* et segetalem sub subgenere *SEGETELLA*: Petalis integris; Stam. passim 3-4; foliis stipulaceis, junxit, addendo etiam *ARENARIAM tenuifoliam* β *Willd.* sub *ALSINE viscosa*, monuitque in *Observatione*: „genus dividendum aut potius supprimendum, et ejus species pro petalorum forma tum *STELLARIIS*, tum *ARENARIIS* inserenda, a quibus numero staminum inconstante tantum differre videntur.“ Nos interea cum *Smith prodr. Fl. graec.* genus *ALSINES* retinuimus.

4. * *A. mucronata*; petalis integris brevibus, foliis setaceis, calycibus aristatis. *Linn. Mant. p. 358. Gouan Illustr. p. 22. Willd. Spec. 1. p. 1512. Sibthorp*

Fl. graec. t. 293. A. foliis filiformibus pungentibus, calycibus aristatis. *Hall. Helv. p. 870. t. 17.* *Seguier Veron. III. p. 173.* *ARENARIA mucronata Decand. Fl. jr. n. 443.* *AREN. saxatilis Vill. dauph. III. p. 632, (excl. syn.) et AREN. mutabilis Lapeyr. Abreg. p. 256 (uterque fide Decand. Fl. jr. Suppl. p. 614.)* Arenaria foliis setaceis, floribus pentandris, calycum foliolis subulatis. *Loefl. II. p. 141?*

„Planta difficillima ob similes: uti *ARENARIA fasciculata* et *MINUARTIA montana*. *ARENARIAM mucronatam* decandram conjungit *Jacquin obs. II. p. 31.* cum mea *ARENARIA fasciculata*, et ad suam refert *Halleri* et *Seguieri* synonyma; at *Seguieri* pentandra est. Sed *MINUARTIA montana* et *ARENARIA fasciculata* plantae sunt erectae strictae; haec laxa ramis diffusis longis. *Linn* Flores congesti. Petala subemarginata. Cal. albidi scariosi. *Moench meth. p. 229. in S. V. ed XV. p. 517.* Caulis erectus firmus rigidiusculus, subvillosus, 3-4 poll., subinde ad genicula ruber, a basi fere ramosus, ramis rigidis longis patentibus. Folia erecta acuta inaequalia, ad genicula fasciculata. Stipulae membranaceae transparentes margine ciliatae apiculo subulatae. Flores axillares ad ramos et apicem ramorum paniculati. Calycis lacinae longae acutissimae rigidae dorso striatae. Petala minima integerrima calyce multo breviora. Caps. calyce brevior. *Poiret Enc. meth. III. p. 311.* *In Helvetia, Gallia et in Asia minore.* ☉.

5. *A. molluginea* *H. Par.*; caule patulo dichotomo, foliis linearibus crassis glaucis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn. p. 13. n. 170.* *Enum. H. Erlang. p. 82.* *Balb. Catal. Taur. Suppl. 1813.*

Caulis diffusus subdichotomus; folia lineari-lanceolata mucronata, stipulis 4-nis subulatis membranaceis; flores solitarii axillares pedunculati, petalis bipartitis, vix unquam rite explicatis, ungue lato serrato, calycis foliolis 3 exterioribus margine rubris, interioribus margine late membranaceo albo, obtusis. Pedunculi fructus reflexo-patentes. *Mart. Enum. l. c.* Caps. inflatae. Proxima segetali. *In nova Hispania.* ☉. *Sessé et Mozinno.*

Obs. *A. graminifolia Arduin.*; foliis lanceolatis rigidis hirsutis, caule erecto subtrifloro. *Arduin. Sp. II. t. 10. Gmel. S. V. p. 601.* potius ad *ARENARIAS* spectat.

Quid: *ALSINE pubescens Hort. Berol.?*

1243. TELEPHIUM.

1. * *T. Imperati*; foliis alternis. *Hort. Ups. p. 70.* *Willd. Spec. I. p. 1506.* *Decand. Fl. jr. IV. p. 400.*

Kniph. C. 2. n. 95. *Schkuhr Handb. 1. p. 247. t. 85.*
Hall. Helv. n. 841. TELEPHIUM *repens* Lam. *Fl. fr. III.*
p. 71. TELEPHIUM *alternifolium* Mönch *meth. p. 231.*

Caules plures teretes graciles prostrati pedales subsimplices.
 Folia subsessilia parva ovata glaucescentia subcarnosa obtusa
 integerrima glabra, basi attenuata in acumen breve. Stipulae
 breves caducae. Flores terminales in corymbis pluribus den-
 sis; pedunculi glabri teretes, pedicelli minimi. Cal. viridis,
 margine membranaceus. Pet. alba, longitudine calycis. Fila-
 menta corollâ breviora. Antherae sagittatae. *In Gallo-*
provincia, Helvetia, Barbaria. 4.

2. * *T. oppositifolium*; foliis oppositis. *Linn. Spec.*
p. 1506. *Willd. Spec. 1. p. 1507.* *Desfont. atl. 1.*
p. 270. *Shaw afr. p. 572 c. fig.*

Characterere dato foliisque majoribus abunde distincta, simillima
 eaeterum *alternifolio*. Apices ramulorum HELIOTROPII instar
 reflectuntur. *In Barbaria.*

1244. CORRIGIOLA.

1. * *C. littoralis*; floribus pedunculatis, calycibus margine
 membranaceis. *Willd. Spec. 1. p. 1506.* *Smith Brit.*
p. 359. *Engl. bot. p. 668.* *Decand. Fl. fr. n. 3636*
excl. β. *Hall. Helv. n. 842.* *Fl. Dan. t. 334.*
Trattinn. tabular. t. 457. *Sibth. Fl. graec. t. 292.*
Polygonifolia Dill. giss. app. p. 95. t. 3. *Ephem. N. C.*
Cent. V. VI. app. t. 9. f. 20. *Lind. Alsat. p. 115. t. 2.*
Moris. Hist. II. p. 593. s. 5. t. 29. f. 1. β. foliis latioribus
 subglaucis, inflorescentiâ racemosâ. *Brotero Fl. lus-*
it. p. 477.

Caules numerosi subsimplices teretes foliosi prostrati glabri. Fo-
 lia alterna lineari-lanceolata obtusa integerrima subcarnosa
 glabra glauca basi attenuata. Stipulae lunatae membranaceae.
 Thyrsi laterales et terminales multiflori bracteolati. Flores albi
 exigui. Cal. corollaque persistens. *Smith. a in Galliae*
Germaniae, Helvetiae Danubii, Turciae arenosis, β in
Villa franca prope Conimbricam; non perstat culturâ. ©.

2. *C. telephifolia* Pourret; caule diffuso procumbente,
 foliis oblongo-ovatis, ramis aphyllis, seminibus polygonis.
Pourret Chlor. Narbon. p. 20. Act. Tolos. III. p. 316.
Decand. Fl. fr. Suppl. p. 527. *Pers. Syn. 1. p. 329.*
C. littoralis β Lam. Enc. meth. II. p. 128. *Dec. Fl.*
fr. n. 3636.

Clo. Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 364 nonnisi varietas foliis
 majoribus *C. littoralis* videtur. Attamen cl. *Gmelin Fl.*
bad. 1. p. 749 monet se „in Cataloniae et Arragoniae collibus
 argillaceo-calcareis lapidosis asperis siccioribus longe a mare

dissitis legisse CORRIGIOLAE hucusque nondum descriptae speciem: foliis radicalibus cuneiformi-lanceolatis, caulinis ellipticis, ramis aphyllis trifidis erectis, caulibus procumbentibus, quae in H. Carlsruh. e seminibus constantissima radice perenni ramosa permansit." et *Decandolle l. c.* specimina hispanica omnino specie distincta affirmat. Ad rupes prope Bonlou. 2.

3. *C. capensis Willd.*; floribus sessilibus; calycibus viridibus. *Willd. Spec. l. p. 1507.* *Thunb. Fl. cap. ll. p. 233.* *C. littoralis. Thunb. Prodr. p. 55.*

Simillima *littorali*, sed stipulae membranaceae bifidae paulo majores; flores sessiles, vel, quod rarius, pedunculo vix absque lente conspicuo instructi; calyces virides vix margine membranacei. In recenti planta forte plures characteres inveniuntur. *Willd.* Radix fusiformis vel filiformis simplex alte descendens. Caules e radice plures filiformes debiles diffusi longi glabri, ramis ramulisque similibus flexuosis subfastigiatis. Folia alterna obovata obtusa integra glabra semiunguicularia. Flores in ramis et ramulis alterni aggregati. Calyx margine albido scariosus. Vix diversa a *C. littorali. Thunb.* In *Prom. b. Spei, in locis depressis sabulosis vere inundatis.* ☉.

1245. PORTULACARIA.

* *P. afra. Willd. Spec. l. p. 1515.* *Jacq. Coll. l. p. 160. t. 22.* *Poir. Enc. meth. Suppl. IV. p. 533.* *Redouté Pl. grass. t. 132.* CLAYTONIA *Portulacaria Linn. Mant. p. 211.* *Lam. Enc. meth. ll. p. 41.* CRASSULA *Portulacaria Linn. Spec. p. 406.* *Mill. dict. n. 11.* *Dill. Elth. p. 120. t. 101. f. 120.*

Arbuscula 2-3-ped, caule crasso, subarborescente ramis multis paniculato-cymosis, articulatis carnosulis. Folia multa parva opposita orbiculato-cuneiformia, crassa succulenta, sere lucida, dilute viridia. Racemi axillares saepius oppositi simplices, foliis paulo longiores, glabri patuli recti. Pedunculus communis crassus carnosus virens cum suffusa purpura, denticulis oppositis bracteola fusca marginatis. Pedicelli uniflori apicem versus incrassati, purpurascens, in quolibet dente plerumque 3. Cal. cor. germen rubens. In Africa. b.

1246. PORANTHERA.

P. ericifolia Rudge Trans. Linn. Soc. X. p. 302. t. 22. f. 2.

Frutex ramis teretibus patentibus; folia numerosa, lineari-subulata, dense multifariam imbricata, multum patentia, reflexa 3-4 lin. longa, vix 1/5 lin. lata; corymbus compositus terminalis; filamenta petalis duplo longiora, antheris 4-ocularibus. Prope *P. Jackson. b.*

1247. TRICEROS.

T. cochinchinensis *Lour.*; foliis ovatis quinatis; racemis (sub) terminalibus. *Lour.* l. p. 230.

Arbor mediocris; ramis patentibus. Folia impari-bipinnata, bijuga; foliolis ovatis acuminatis serratis duris. Flos albus, racemis laxis. Bacca parva inutilis. *Lour.* In montibus *Cochinchinae.* h.

1248. PHARNACEUM.

1. * *P. Cerviana*; pedunculis subumbellatis lateralibus, folia linearia aequantibus. *Linn. Spec.* l. p. 272. *Willd. Spec.* l. p. 1507. *Ph.* caulibus fasciculatis dichotomis, foliis linearibus verticillatis, pedicellis flore longioribus. *M. a B. Fl. Taur. Cauc.* l. p. 247. *Gmel. Sib.* III. p. 102. n. 79. t. 20. f. 2. *Cerviana Minuart Monogr.* p. 1. *Pluk. Mant.* IX. t. 332. f. II. *Buxb. C.* III. p. 33. t. 62. f. 2.

Caulis graciles teretes glabri geniculati, primum erecti, demum decumbentes, ramis raris. Folia numerosa integerrima subcarnosa supra convexa, longitudine fere internodiorum mediorum, subinde 4-5-na verticillata, radicalia ovata brevia per rosulas digesta. Flores axillares, pedunculis internodio brevioribus, apice in pedicellos 2-3 divisis inaequales, demum pendulos. Bractea parva ovata ad pedunculum singulum. Nominine *PHARN. glabri* passim e descriptione *Linnaei Spec.* ed. l. p. 272 male intellecta occurrit adhucdum. *Rostockii et in Russia, Hispania, Gainea, Asia.* ☉.

2. *P. sperguloides* *Lam.*; foliis fasciculatis verticillatis linearibus acuminatis, umbellis terminalibus paucifloris. *Lam. Enc. bot.* V. p. 260. *Illustr.* t. 214. f. 2.

Caulis a basi in ramos plures breves filiformes simplices divisus, 3-4 poll. Folia pollicaria, ad primas ramificationes plura, 20 et ultra, pauciora minora in ramis, glabra, acutissima, internodiis breviora. Flores 3-4-ni in pedunculis inaequalibus simplicibus ex axillis verticilli supremi. Calycis lacinae obtusiusculae glabrae filamentis longiores. *Poiret ad Herb. Lamarck.* In India, unde *Sonnerat* attulit.

3. * *P. lineare*; umbellis inaequalibus; foliis linearibus, oppositionibus remotis. *Linn. Suppl.* p. 185. *Willd. Spec.* l. p. 1508. *Ph.* foliis linearibus; umbellis lateralibus; ramis diffusis dichotomis. *Thunb. Prodr.* p. 55. *Fl. cap.* II. p. 237. *Andrews's Repos.* p. 326. Varietas album *ibid.* t. 329.

Planta *SPERGULAE arvensis* major. Caulis laevis prostratus articulatus, geniculis nodosis, dichotome ramosus. Folia plura obtusa laevia verticillata pollicaria. Umbellae pedunculatae

terminales et laterales solitariae. *Linn.* Caulis herbaceus brevissimus. Rami subradicales filiformes elongati diffusi glabri. Folia sessilia verticillata 6-8 integra glabra patentia inaequalia unguicularia et pollicaria. Stipulae scariosae. Flores laterales ex axillis foliorum superiorum et in ramulis terminales paniculati. *Thunb.* in *Prom. b. Spei*, in campis sabalosis *Swartlandiae* prope *Cap* in collibus, in *Kraka kamma* alibique.

4. * *P. microphyllum*; tomentosum; pedunculis umbellatis; foliis ovatis teretiusculis obtusis lanâ intertextis. *Linn. Suppl.* p. 185. *Willd. Spec.* I. p. 1508. *PH.* foliis teretibus obtusis; stipulis lanatis; umbellis terminalibus. *Thunb. Prodr.* p. 54. *Fl. cap.* II. p. 233.

Caulis fruticulosus rigidus erectus ramosissimus spithamaeus. Rami sparsi divaricati flexuosi. Ramuli subverticillato-aggregati. Folia e nodis fasciculata et per caulem sparsa, patula, frequentissima, carnosa, glabra, vix lineam longa. Umbella composita. Pedunculus umbellae filiformis glaber aphyllus pollicaris. Pedicelli capillares patentissime semiunguiculares. Corolla 1-petala profunde 5-partita; lacinae ovatae obtusae concavae patentis virides margine tenui albo. Simile *PH. incano*, sed differt satis: caule magis erecto nec diffuso; foliis teretibus absque sulco brevissimis linearibus; umbellâ compositâ nec supradecompositâ. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, in littore ad exitum *Verloren Valley*.

5. *P. marginatum* *Thunb.*; foliis ovatis marginatis obtusis; floribus axillaribus sessilibus. *Thunb. Prodr.* p. 54. *Fl. cap.* II. p. 239. *Willd. Spec.* I. p. 1508.

Tota planta glabra. Caulis filiformis decumbens. Rami alterni aphylli albidi. Ramuli frequentiores diffusi foliosi floriferi. Folia sessilia verticillata, plura integra, margine incrassato-marginata; minuta, patentia. Stipulae setaceae. Flores glomerati. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, prope *Witte Klipp*.

6. *P. teretifolium* *Thunb.*; foliis filiformibus mucronatis, caule erecto frutescente. *Thunb. Prodr.* p. 53. *Fl. cap.* II. p. 236. *Willd. Spec.* I. p. 1508.

Caulis teres erectus cinereus totus glaber pedalis. Rami oppositi divaricati parum ramulosi. Folia in ramis verticillata tereti-subulata integra patentia semilineam longa. Umbellae laterales simplices pedunculati. Pedunculi capillares folio breviores. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, prope *Witte Klipp.* h.

7. * *P. mollugo*; pedunculis unifloris lateralibus, floribus longitudine foliorum, caule depresso. *Mant.* p. 501. *Willd. Spec.* I. p. 1508. *Poir. Enc. meth.* V. p. 261. *Lour. Fl. Cochinch.* I. p. 230. *MOLLUGO* *Spergula* *Linn. Spec.* I. p. 131. *Burm. ind.* p. 31. t. 5. f. 4. *Kniph.*

C. IX. n. 68. *Burm. zeyl. p. 13. t. 7. Herm. lugdb. f. 21.*

Caules herbacei procumbentes dichotomi articulati teretes fere laeves. Folia fere verticillata 4 s. 5, magnitudine inaequalia, subpetiolata, subcarnosa, elliptico-lanceolata, laevia, acutiuscula, margine scabra, vix avenia. Pedunculi ad verticillos (non dichotomiae caulis) foliorum 4-5, longitudine folii, uniflori, albi. Cal. 5-phyllus, foliolis oblongo-ovatis, supra niveis, subtus magis minusve virescentibus, persistentibus. Petala minutissima linearia angustissima (albicantia) semibifida, laciniis setaceis. Nectarium s. seta subulata alba patula, filamentis alternans, eisque brevior. Stam 5 alba, petalis fere breviora. Germen ovatum. Styli 3, recurvi albi. Antherae geminatae lineares. (Semina plurima minutissima). Planta simillima totâ facie ILLECEBRO *ficoideo*. Fructificatio simillima MOLLUGINI *verticillatae*, at paulo major, petala vero simillima GLINO *lotoidi*. Figura *Burmanni* hujus speciei potius, quam MOLLUGINIS *strictae*. Differt MOLLUGO *verticillata* a PH. *Mollugine* foliis carnosis obtusiusculis nec mucronatis, floribus longitudine foliorum nec dimidio brevioribus, calycibus magnitudine ALSINES *mediae* nec HERNIARIAE, caule viridi nec eburneo. *Linn.* Folia fere GALII *Molluginis*. *In India orientali, insula Ceylan.* ☉.

8. * P. *glomeratum*; floribus glomeratis; caule flexuoso; foliis linearibus *Linn. Suppl. p. 185.* *Willd. Spec. I. p. 1509.* *Poiret Enc. meth. V. p. 261.* PH. foliis tereti-subulatis falcatis; umbellis glomerato-subsessilibus; caule decumbente. *Thunb. Prodr. p. 53. Fl. cap. II. p. 236.* *Pluk. mant. p. 163. t. 331. f. 4.*

Caules herbacei, laeves, flexuosi a geniculo ad geniculum. Folia verticillata plurima, acuta, laevia, glabra. Flores minutissimi ad verticillos pauci pedunculati praeter umbellulam glomeratam foliosam. Facies MOLLUGINIS. *Linn.* Tota planta glabra. Caulis herbaceus prope radicem ramis plurimis filiformibus diffusis. Ramuli alterni patentés. Folia verticillata reflexa integra semilineam longa. Flores axillares. *Thunb. In Prom. b. Spei in campis sabulosis, in Swartland copiose, infra Taffelberg alibique.* ☉.

9. * P. *serpyllifolium*; pedunculis unifloris; foliis ovatis. *Linn. Suppl. p. 186.* *Willd. Spec. I. p. 1509.* PH. foliis ovatis obtusis; pedunculis axillaribus unifloris. *Thunb. Prodr. p. 53. Fl. cap. II. p. 240.*

Planta tenera foliis et caule HERNIARIA *glabra* minor. Caules ramosi dichotomi filiformes articulati glabri. Folia opposita plurave petiolata internodiis multoties breviora. Pedunculi laterales capillares longitudine foliorum. *Linn.* Radix filiformis descendens. Caulis vix nullus; sed rami radicales plurimi capillares diffusi toti glabri pollicares, iterum subdichotome ramulosi. Folia bina vel subverticillata, pauca, integra, pa-

tentia, vix lineam dimidiam longa. Stipulae setaceae scariosae. Flores subsolitarii. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, in fronti Montis Bockland in fissuris rapium. ☉.

Obs. *Poiret Enc. meth.* V. p. 262. PHARNACEUM serpyllifolium a Carolina a D. Bosc allatum sub eadem cum serpyllifolio L. diagnosi et synonymiâ describit. Convenit sane descriptio plurimis: sed petit folia vix petiolata, internodiis breviora, tenera, carnosâ ciliata acutiuscula; pedunculos folio longiores; calycis foliola ovali-lanceolata ciliata acuta submucronata; caps. ovatam valvulis 3 acutis calyce breviorem. Hinc fors distincta species.

10. * *P. quadrangulare*; suffruticosum; foliis linearibus quadrifariam imbricatis. *Linn. Suppl.* p. 185. *Willd. Spec.* I. p. 1510. PH. foliis lanceolatis quadrifariam imbricatis; umbellis terminalibus. *Thunb. Prodr.* p. 54. *Fl. cap.* II. p. 238.

Caulis ERICAE facie. Folia acerosa subulata minuta laevia. Paniculae terminales conglomeratae parvae. Flores parvi albi extus virides. *Linn.* Caulis fruticosus erectus totus glaber palmaris et spithamaeus. Rami alterni flexuosi aphylli breves. Ramuli filiformes apice foliosi virgati. Folia sessilia mucronata integra margine albido, lineam dimidiam longa. Umbellae breviter pedunculatae et pedicellatae. Corolla 5-petala. Capsula quadrangularis. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, in *Konde Bockveld* in montibus prope *Verkeerde Valley*, alibique. h.

11. *P. mucronatum* *Thunb.*; foliis ovatis mucronatis; floribus verticillatis. *Thunb. in phytogr. Bl.* p. 29. *Fl. cap.* II. p. 239.

Caulis herbaceus subnullus, sed folia subradicalia aggregata, basi attenuata, integra, concava, glabra, 1 1/2 lin. Pedunculi subradicales, capillares, plures, flexuoso-erecti, glabri inaequales, digitales. Flores verticillato-aggregati, breviter pedicellati, involucrati, bracteis ovatis mucronatis. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*.

12. * *P. incanum*; pedunculis communibus longissimis; foliis linearibus; stipulis pilosis. *Linn. Suppl.* p. 186. *Mant.* p. 562. 358. *Willd. Spec.* I. p. 1510. *Poiret Enc. meth.* V. p. 260. PH. foliis teretibus mucronatis; stipulis setaceis; umbellis terminalibus. *Thunb. Prodr.* p. 54. *Fl. cap.* II. p. 234. *Lour. Fl. Cochinch.* I. p. 230. (ut videtur ex descriptione nimis imperfecta, quam ut hic repetatur.) PH. pedunculis proliferis, foliis subulatis aristatis, in nodulos congestis, stipulis setaceis, stigmatibus petaliformibus. *Sims bot. Mag.* p. 1883. *Pluk. Alm.* p. 23. *Phyt. t.* 304. f. 4. (a *Thunberg* ad sequens albens vocatur.)

Caulis erectus proliferus. Rami albidi a stipulis tunicatis. Folia sparsa laevia solitaria patula. Stipulae foliaceae solitariae

membranaceae albae capillaceo-lacerae. Pedunculi terminales. Umbella composita prolifera. Flores albi extus virides. *Linn.* Radix descendens fibrosa perennis. Caules e radice plures subsimplices prostrati digitales basi suffruticosi foliis et stipulis tecti herbacei. Rami, dum adsunt, cauli similes. Folia subverticillato-quaterna sessilia filiformia recurva obtusa cum mucrone, glabra, approximata, subimbricata, purpureo-virescentia, semiunguicularia. Axillae foliorum aliis minoribus foliis onustae. Stipulae basi foliorum adnatae, scariosae, niveae, basi latae, integrae, infra medium diviso-lacerae, laciniis setaceis, folia subaequantibus. Pedunculi ex apicibus caulium et ramorum solitarii vel bini umbelliferi teretes glabri erecti rufescentes digitales. Umbella floribus pedicellatis. Bractee foliis similes et stipulae interspersae umbellae universalis raro partialis basin cingunt. Pedicelli alterni filiformes, unguiculares, ultimis sensim brevioribus. Calyx 5-phylus; foliola ovata obtusa petalina, intus alba, extus viridia, margine albo, patentia, vix lineam longa. Corolla nulla, nisi calyci adnata quinque. Filamenta 5, receptaculo inserta subulata, alba, calyce breviora. Antherae ovatae erectae didymae flavae. Nectarium: squamae 5 truncatae basin capsulae cingentes albae. Germen superum subtricuspidatum. Styli 5 cordati erecti filamentorum longitudine. Stigmata obtusiuscula vel potius stigmata tria sessilia; (concava, obtusa, undulata, elonganter kermesina, petaloidea). Capsula ovata subtricuspidata trigona obtusa glabra trivalvis trilocularis. Semina plurima. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, in campis sabulosis prope et extra Cap in *Swellendam* et alibi vulgaris. *Willd.* 4. *Thunb.*

13. * *P. albens*; pedunculis communibus longissimis; foliis linearibus exstipulatis. *Linn. Suppl.* p. 186. *Willd. Spec.* 1. p. 1510. PH. foliis filiformibus mucronatis; umbellis terminalibus compositis. *Thunb. Prodr.* p. 53. *Fl. cap.* II. p. 237. *Pluk. Phyt.* t. 304. f. 4. (a *Sims* ad praecedens *incanum* laudatur.)

Fruticulus caulibus albis. Folia opposita patentia, oppositionibus remotis. Stipulae nullae. *Linn.* Caulis frutescens erectus totus glaber pedalis. Rami alterni flexuosi divaricati breves. Ramuli alterni elongati candidi aphylli capillares. Folia ramorum verticillata plurima teretia integra subtus sulcata reflexa unguicularia. Umbellae pedunculatae. Pedunculi e ramis continuati, filiformes, pedicellis capillaribus. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*.

Obs. „Si figura *Plukenetii* re vera hujus loci, et stipulae fors in hoc caducae, ab *incano* non differret. *Poir et Enc. meth.* V. p. 163.

14. * *P. dichotomum*; pedunculis axillaribus elongatis dichotomis; foliis verticillatis linearibus. *Linn. Suppl.* p. 186. *Willd. Spec.* 1. p. 1511. PH. foliis linearibus; paniculâ dichotomâ; caule erecto. *Thunb. Prodr.* p. 53. *Fl. cap.* II. p. 238.

Caulis herbaceus, unicus vel plures, capillaris, glaber, palmaris usque spithamaeus. Rami rarissimi alterni similes. Folia radicalia vel caulina verticillata, 9 vel plurima, acuta, erecto-patentia, integra, glabra, unguicularia usque pollicaria. Flores in caule et ramis terminales, rarius trichotomi. Pedunculi et pedicelli capillares patentis glabri. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*, in campis arenosis *Swartlandiae*. ☉

15. * *P. distichum*; racemis bipartitis flexuosis; foliis sublinearibus pubescentibus. *Linn. Mant.* p. 221. *Willd. Spec.* I. p. 1511. *Poiret Enc. meth.* V. p. 262. *Ph.* foliis subsenis lanceolatis; paniculis axillaribus. *Thunb. Fl. cap.* II. p. 238. *Mollugo racemosa* *Lam. Illustr.* n. 1197. (sive auct. apud *Poiret* l. c.) *Pluk. Mant.* IX. t. 333. f. 1. *Alm.* p. 22. t. 130. f. b.

Folia angusta subtomentosa. Racemi geminati flexuosi a flore ad florem. Calyx 5-phyllus. Pistill. 1. Capsula 1-locularis 3-valvis polysperma. *Linn.* Caulis herbaceus filiformis uti tota planta glaber, debilis, decumbens, articulatus, raro ramosus. Rami alterni, simplices, similes cauli. Folia in articulis subsena, lanceolato-elliptica, integra, vix pubescentia, reflexa, inaequalia, vix pollicaria. Paniculae pedicellis dichotomis capillaribus. *Thunb.* In *India orientali et in Prom. b. Spei*.

Obs. *Linnaeus* S. V. etiam huc ducit *Pluk. Mant.* 9. t. 331. f. 4 — Planta a *Poiret* eadem diagnosi et synonymia recepta descripta, quidquam differt a *Thunbergiana*. Caulis nempe ramis apice praecipue subvillosis, folia saepius pubescentia brevia angusta sessilia sessilibus. Racemi axillares et terminales numerosi, pedunculo mox supra apicem bifido, ramis ramosis subflexuosis. Cal. glaber aut glabriusculus, o foliolis 5 albidis subdiaphanis medio viridibus ovatis obtusis. Stam. calyce breviora. Pistill. 1. Caps. 1-locularis 3-valvis. Ex Ind. orientali retulit *Sonnerat.* *Fors capensis et indica* diversae species.

* 16. *P. cordifolium*; racemis bipartitis terminalibus; foliis obcordatis. *Linn. Amoen. acad.* b. *Afr. b.* *Willd. Spec.* I. p. 1511. *Ph.* fol. obovatis mucronatis, corymbo axillari terminalique dichotomo. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 330. *Ph.* foliis obovatis mucronatis; umbellâ terminali compositâ. *Thunb. Prodr.* p. 54. *Fl. cap.* II. p. 240. *Jacq. Hort. Schönbr.* t. 349.

Caulis herbaceus decumbens filiformis totus glaber spithamaeus. Rami axillares bini filiformes diffusi. Folia verticillata petiolata sena carnosâ integra patentia semiunguicularia. Umbellae in ramis et ramulis terminales. *Thunb.* In *Prom. b. Spei*. ☉

Obs. Descriptio data a *Willdenow* in *Enum.* non ex integro quadrat cum *Thunbergiana*. „Caulis „nempe“ diffusus ramis adscendentibus. Folia opposita terna quaterna, petiolata, diagnoseos, minime obcordata. Corymbi pedunculati. Pedunculi breves uniflori alares, i. e. in dichotomia corymbi. Bracteae parvae diaphanae ovato-subulatae ad quantia-

bet dichotomiam. Cal. 5-phyllus, foliolis oblongo-lanceolatis albo-marginatis. Cor. pentapetala calyce triplo brevior, petalis oblongis obtusis. Filamenta 5 capillacea alba, longitudine petalorum. Antherae flavae subrotundo ellipticae. Germen ovatum superum. Styli 3 erecti albi. Stigmata simplicia. Caps. ovata trilocularis polysperma. PHARNACEUM et MOLLUGO re vera unum genus formare videntur, quod numero staminum tantum differt, nam haec planta est PHARNACEUM cum corollâ, vel, si mavis, MOLLUGO pentandra."

17. *P. bellidifolium* Poir.; foliis ovato-spathulatis, caule nudo, racemis paniculatis dichotomis. *Poiret Enc. meth. V. p. 262.* *Plum. Amer. t. 21. f. 1.* *Sloan. jam. l. 129. f. 2.* PHARNACEUM *spathulatum*, pedunculis subumbellatis radicalibus, foliis spathulatis. *Swartz Fl. Ind. occid. I. p. 568.*

Facie a reliquis differt, et MOLLUGINEM *pentaphyllum* quasi refert. Rad. crassa subliguosa, extus rufescens. Folia omnia radicalia glabra, basi in petiolum attenuata, integerrima, in rosulam disposita. Caules graciles tenues glaberrimi simplices numerosi, apice in paniculam basi ad minimum trichotomam divisi, ramis ad basin squamis 2 albidis minimis. Pedunculi proprii capillares simplices, flosculo unico albido. Cal. phylla obtusa, staminibus longiora. *Poir. ad Herb. Lam.* Calycis foliola 3 majora. Caps. magnitudine aciculae. *Sw. In Jamaica, Guiana.*

18. * *P. depressum*; pedunculis unifloris lateralibus, foliis lanceolatis pubescentibus. *Linn. Mant. alt. p. 564.* *Poiret Enc. meth. V. p. 263.* LOEFFLINGIA *indica*, caulibus depressis, foliis subtetragonis lanceolatis, stipulis scariosis, pedunculis dichotomis. *Retz Obs. IV. p. 8.* *Willd. Spec. I. p. 191.* *Pers. Syn. I. p. 40.*

Caules numerosi prostrati depressi simplices spithamaei teretes pubescentes. Ramorum rudimenta alterna axillaria. Folia quaterna et bina ex axillis plura basi angustiora subsessilia, suffulta stipulis solitariis parvis scariosis membranaceis. Paniculae quasi terminales dichotomae inaequales. Flores 5-partiti subsessiles cinerei, margine bracteisque scarioso membranaceis, similibus stipulis. Stylus trifidus. Planta *Mollugini* similis. Florens die sereno. *Linn. l. c.* Cal. 5-phyllus, foliolis carinâ viridi-nigricante; margine lato scarioso. Corolla calyce minor purpurea. Caps. 1-locularis polysperma. *Retz l. c.* *In locis exaridis Indiae orientalis. ☉.*

19. *P. umbellatum* Forsk.; pedunculis umbellatis, foliis radicalibus stellatis, caulinis obovatis. *Forsk. Fl. aegypt. arab. p. 58.* *Gmel. S. V. I. p. 506.*

Scapi umbelliferi. Flores umbellati. Involucra linearia. Caps. 5-locularis. Styl. nullus. Perexigua, vix supra terram emittens, nec conspicienda, nisi oculo prope admoto. Evigilat post horam 8 mat., obdormit h. 3. p. m. *Forsk. Loka-jae in campis.*

20. *P. maritimum* Walt.; floribus lateralibus solitariis sessilibus, foliis subteretibus obtusis carnosis. *Walt. Fl. carol. p. 117.* *Gmel. S. V. I. p. 506.*

In Carolina.

21. *P. Lichtensteinianum*; foliis verticillatis lanceolato-linearibus acutis, pedunculis axillaribus. *Ph. galioides Lichtenst. Spicil. Fl. cap. MS.*

Ad montem Witseberg.

Obs. PHARNACEUM simillimum *Mollugini*, sed *Monogynum*, fortasse generis proprii fructu melius noto stabiliendi, in Promont. b. Spei invenit *cls. Lichtenstein*. Nomen *galioides* mutandum erat ob *galioides Comit.* ab *Hoffmannsegge*, quod, cum duo sint *Galio* similia, mutandum denuo.

22. *P. Hoffmannseggianum*; foliis verticillatis linearibus acutis, pedunculis unifloris elongatis. *Ph. galioides Reliqu. Willd. MS.*

In Brasilia. ☉. Comes ab *Hoffmannsegge*.

1249. X Y L O P H Y L L A.

1. *X. ramiflora* Ait.; foliis ellipticis, floribus axillaribus. *Ait. Kew. I. p. 376.* *Willd. Spec. I. p. 1502.*
PHARNACEUM suffruticosum *Pall. It. 3. app. p. 29. n. 70. l. E. f. 2.* *Gmel. S. V. p. 506.*

Olim quaesivit *div. Willdenow*: „an hujus generis?“, *Caules* erecti teretes lignosi, ramis alternis glabris. *Folia* sparsa petiolata utrinque glabra acutiuscula integerrima. *Flores* 5-6-pedunculati axillares parvi pedicellati. *In Sibiriae saxosis montium Charabom et Tschir. h.*

2. *X. obovata*; foliis obovatis emarginatis, floribus axillaribus. *Willd. Enum. H. berol. p. 329.* *PHYLLANTHUS lucidus Hortul.*

„*Folia* alterna pollicaria obtusa integerrima glabra. *Pedunculi* uniflori capillares 4-5 longitudine petiolorum. *Haec et ramiflora* sunt tantum hujus generis, reliquae XYLOPHYLLAE ad PHYLLANTHUM pertinent.“ *Willd. l. c.* *Habitat? — Berolini in Caldario. h.*

1250. B A S E L L A.

1. * *B. rubra*; foliis planis, pedunculis simplicibus. *Linn. Spec. p. 390.* *Willd. Spec. I. p. 1513.*
Hänph. C. 2. n. 9. *Sabbat. H. roman. p. 2. t. 98.*
Rhede Malab. VII. p. 45. t. 24. *Rumph amb. V. p. 417. t. 154. f. 2. (uterque auct. Linn.)*

Caules graciles herbacei succosi glabri purpurascens 4 ped.,

scandentes. Folia alterna ovata integerrima subacuminata crassa carnosae venis purpurascens, petiolo brevi crasso. Flores parvi dilute purpurascens in spicis axillaribus pedunculatis, pedunculo foliis longiore. Baccae rubrae. In India et Japonia. ☉. ♂.

Obs. *B. nigra* Lour. foliis rotundo-ovatis; spicis lateralibus. Lour. l. p. 229. ad quam Loureiro citat Gandolam albam Rumph Amb. l. 9. c. 50. t. 154. f. 2., a divo Willdenow *BASELLA rubra* dicitur, sed non quadrat descriptio; et, nisi propria species, alba potius quam rubra. Notandum, Rumphium nullibi dixisse, utrum albam rubramve depinxit, sed videtur potius alba fuisse ab illo depicta. „Caulis perennis volubilis tenuis teres succulentus ramosus. Folia crassa glabra integerrima alterna petiolata. Flos albo-violaceus lateralis; spicis longis paucifloris solitariis. Calyx squamae 3 subrotundae acuminatae minimae. Corolla 1 petala; tubo brevi, ventricoso; limbo 6-fido, laciniis ovatis concavis inflexis, subclausis. Filamenta 5 subulata, corollam breviora; tubo insidentia; antheris subrotundis. Germen superum subrotundum 4-lobum. Styli 3, breviores staminibus; stigmatibus oblongis. Pericarpium bacca subrotunda aquosa nigerrima parva 4-loba, apice 4-fida, laciniis obtusis concavis. Semen 1 subrotundum. In Cochinchina et China. Planta Rumphiana foliis acutis, floribus campaniformibus 5-fidis albis et bacca irregulariter angulosam aliquantum a nostra differt: spicae autem laterales in utraque consentiunt, cum *Linnaeanae* species, alba et rubra, pedunculis gaudeant simplicibus. An vero corolla ipsa in baccam formetur? non notavi. Videtur potius quod non; siquidem matura bacca servat eandem formam 4-lobam, quam habebat germen, et a qua dissidebat corolla tubo simpliciter ventricoso, nec lobato; limbo 6-fido. Lour.

2. * *B. alba*; foliis ovatis undatis, pedunculis simplicibus folio longioribus. Linn. Spec. p. 390. Willd. Spec. l. p. 1514. Rumph amb. V. p. 417. Pluk. alm. p. 252. t. 63. f. 1.

Caulis herbaceus, sed perennans. Linn. Caules virentes, flores albidii. In China, Amboina. ♂.

3. * *B. lucida*; foliis subcordatis, pedunculis confertis ramosis. Linn. Spec. p. 390. Willd. Spec. l. p. 1514.

Affines nimium sunt haec tres species, sed constantes se servant in hortis. Linn. *B. japonica* Burm. ind. p. 76. t. 59. f. 4. huic proxima et forte sola varietas Willd. l. c. In India. ☉.

4. *B. cordifolia* Lam.; foliis cordato-subrotundis, pedunculis simplicibus folio brevioribus. Lam. Enc. meth. l. p. 382. Rheed. Malab. VII. p. 45. t. 24. (fide Lamarck; a Linnaeo et Rumph. ad rubram ductus.)

Folia ampla carnosae concavo-undulata. Spicae ut in reliquis, sed simplices brevissimae. Proxima *B. rubrae*, sed foliis cordatis distincta. Willd. Caules succulenti, sed perennes, al-

tero latere purpurascens. Flores intus albo-virentes, extus purpureo-rubescens. *B. cordifolia*, etiam laudata a *Haworth Syn. plant. succulent. p. 52.*, utique distincta species a *rubra*, et iconi *Rheediana*e propior, sed *Linnaeus* et *Rumphius* plantam *Rhedii* laudant ad *rubram*. In *India orientali*. ☉.

5. *B. tuberosa* *Humb. et Bonpl.*; radice tuberosa; foliis ovatis, obtusis, basi (sub) cordatis et cuneatis, longe petiolatis; spicis simplicibus, folio multo brevioribus; laciniis calycinis mucronato-aristatis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. II. p. 151.*

Radix, externe rosea, interne alba et glutinosa. Caulis herbaceus, ramosus, volubilis ramique carnosus, glabri. Folia alterna, petiolata, apice rotundata, carnosus, venosa, glabra, 1 1/2-2 poll. Petioli canaliculati, glabri, 3 poll. et ultra. Spicae axillares, solitariae, pauciflorae, pedunculatae, petiolo breviores. Flores pedicellati, bracteati. Bracteae lanceolatae, acuminatae, membranaceae, glabrae, pedicello glabro paulo longiores. Calyx flavus, glaber, hibracteatus, quinquepartitus; laciniis ovatis, mucrone setiformi, terminatis; bracteis ovalis concavis, oppositis, diaphanis. Stamina 5, brevissima hypogyna. Stylus unicus, brevis incrassatus ex *Bonpland*. Fructus desideratur. *Crescit in convallibus opacatis subfrigidis prope Popayan et Pasta, alt. 900-1400. hex. (Regno Novogranatensi)* 4. Radices et esculentae sunt et a mulieribus comesae mire fecundas reddere illas dicuntur.

6. *B. marginata* *Humb. et Bonpl.*; radice fibrosa; foliis subrotundis, acutis, basi cuneatis, breviter petiolatis, spicis simplicibus, folio multo longioribus; laciniis calycinis obtusiusculis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. II. p. 152.*

Caulis volubilis aut procumbens; rami carnosus, glabri. Folia alterna, petiolata, ovato-subrotunda, carnosus, venosa, glabra, margine rubra, 6-7 lin. Petioli 2 lin., glabri. Spicae axillares, solitariae pedunculatae 2-3 poll. Flores breviter pedicellati bracteati. Bracteae lanceolatae pedicellum incrassatum subaequantes, glabrae. Rhachis carnosus, glabra. Calyx hibracteatus, 5-partitus, albus, glaber; laciniis oblongis. Stamina 5, basi calycis inserta. Antherae, ovatae, erectae, biloculares. Pollen album. Ovarium ovatum. Stylus unicus, brevis ex *Bonpl.* Stigma capitatum ex *Bonpl.* Akenium obovatum, fuscescens, nitidum glabrum, magnitudine seminis amaranthi, calyce persistente carnosus tectum. *Crescit locis subfrigidis prope Quito, alt. 1600 hex. 4.*

Obs. *B. marginata* fol. ellipticis petiolatis albo-marginatis, pedunculis axillaribus fastigiatis *Reliqu. Willd. MS. e Herb. Willd. Bonpl. hujus videtur loci, licet diagnosis diversa.*

7. *B. obovata* *Humb. et Bonpl.*; radice fibrosa; foliis subrotundis, acutis; basi cuneatis, breviter petiolatis;

spicis simplicibus, folio multo longioribus; laciniis calycinis obtusiusculis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec. II. p. 152.* Lautou-youyou incolarum.

Caules procumbens aut volubilis, rami carnosí, glabri. Folia alterna, petiolata, obovata, obtusa, (in definitione acuta), carnosa, venosa, glabra, 9-10 lin. Petioli breves, glabrae. Spicae axillares, solitariae, sessiles, 3-4 poll. Flores leviter pedicellati, bracteati. Bracteae, minutae, lanceolatae, glabrae, pedicello incrassato breviores. Rhachis carnosa, glabra. Calyx bibracteatus, 5-partitus, glaber, albus; laciniis ovatis. Bracteae calyce duplo breviores, ovatae, oppositae, diaphanae. Stamina 5, filamenta basi latiora. Antherae polline albo repletae. Ovarium ovatum. Stylus unicus, erectus, roseus stamina subaequans ex *Bonpl.* Stigma album, pilosum ex *Bonpl.* Akenium obovatum, fuscescens, nitidum, glabrum, calyce carnosio tectum. *Crescit in alta et herbida planitie prope Chillo, alt. 1350 hex. 4.* Vix species distincta; an varietas praecedentis?

Obs. An hujus loci *B. obtusifolia* foliis subcordatis ovatis, pedunculis axillaribus solitariis elongatis *Reliqu. Willd. MS.* Ab illustr. de *Humboldt* tulit divus *Willdenow.*

8. *B. japonica*; foliis rhombeo-ovatis, pedunculis simplicibus subdichotomis. *Burm. ind. t. 39. f. 4.* *Gmel. S. V. p. 507.*

Planta reliquis triplo minor. Folia ut in *CHENOPODIO Vulvaria.* Pedunculi semipollicares uniflori, raro dichotomi. *Burm. In Japonia.*

9. *B. trifida Willd.*; spicis folio brevioribus axillaribus, calyce semibifido, corollâ tri- vel hexapetalâ. *Reliqu. Willd. MS.*

Sine patria et auctore.

TETRAGYNIA.

1251. PARNASSIA.

1. * *P. palustris*; foliis radicalibus cordatis (acuminatis), nectariis multipartitis. *Ait. Kew. 2. ed. II. p. 177.* *Willd. Spec. I. p. 1516.* *Smith Brit. I. p. 339.* *Engl. bot. t. 82.* *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 184.* *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 208.* *Hall. Helv. n. 832.* *Mill. Illustr. t. 15.* *Kniph. C. p. 7. n. 70.* *Plenck off. t. 246.* *Fl. Dan. t. 584.* *Drev. n. Hayne getr. Darst. t. 13.* *Trattinn. Thes. t. 6.* *Svensk*

*Bot. t. 172. Hooker Fl. lond. fasc. I. t. 1. Sturm
Deutschl. Fl. 1. A. Fasc. p. 13. β. tenuis: foliis subo-
vatis, radiis nectarii 9. Wahlenb. lapp. p. 74. γ. flo-
ribus duplicatis.*

Scapum nonnihil contorquet. Datur varietas flore pleno. *Linn.*
Rad. fibrosa. Caulis erectus simplex angulatus tortus, glaber,
unifolius, uniflorus. Folia cordata integerrima nervosa glabra,
radicalia plurima longius petiolata. Flos terminalis formosus
niveus. Petala calyce longiora concava cordata venis pelluci-
dis. Nectaria petalis opposita, breviora carnosa setis apice
globiferis radiato-ciliata. Stamina inter nectaria calyci oppo-
sita, pistillo ordinatim incumbentia. Antherae cordatae ochro-
leuae. Germen ovatum stigmatibus sessilibus. Semina nume-
rosa minuta, margine membranaceo. *Smith. Per omnem
Europam a Lapponia ad Gades, in Caucaso, Olympo
Bithyno, et Sibiria ad Baikal, inque boreali America
a Pensylvania ad Virginiam. 4.*

2. *P. caroliniana Mich.*; foliis radicalibus suborbicu-
latis, nectariis (appendicibus perigynicis) trisetis. *Michaux
Fl. bor. Amer. 1. p. 184. Pursh Fl. Sept. Amer. 1. p.
208. Sims bot. Mag. t. 1459. Tratt. tabular.
t. 681.*

Flores ut in palustri. *In udis a Noveboraco ad Virgi-
niam. 4.*

3. *P. asarifolia Vent.*; foliis radicalibus reniformibus,
petalis unguiculatis, nectariis trifidis. *Pursh Fl. Sept. Amer.
1. p. 208. Vent. malmais. p. 39. t. 39. Trattinn.
Thes. t. 6. Tabular. t. 682.*

Folia quam in praecedente *caroliniana* latiora, magnitudine et
formâ *Asari*, dilute viridia; flores majores, petalis obtusis.
In montibus altis Virginiae et Carolinae. 4.

4. *P. ovata Ledeb.*; foliis radicalibus ovatis, petalis
exunguiculatis, nectariis trisetis staminibus longioribus. *Le-
debour Mem. de l'Acad. de Petersb. T. V. p. 529.*

Caules simplicissimi angulati erecti uniflori saepe gemini, altero
majore 1 1/2 ped., diphylo. Folia lato-ovata obtusa, coriacea,
integerrima nervosa, subtus ferruginea. Flos erectus niveus.
Calycis lacinae obtusae. Petala calyce multoties longiora,
oblonga. Nectaria 5, petalis 1/5 brevioribus. *Ledeb. In
Sibiria orientali. 4.*

5. *P. Laxmanni Pall.*; foliis radicalibus ovatis obtusis,
nectariis trifidis, floribus monogynis. *Reliqu. Willd. MS.
In Kamtschatka. Pallas. 4.*

P E N T A G Y N I A.

1252. A R A L I A.

a. *Foliis simplicibus integris.*

1. *A. cordata* *Thunb.*; herbacea, caule angulato inermi, foliis cordatis ovatis. *Thunb. jap. p. 127.* *Willd. Spec. I. p. 1519.* *Dosjen Haempff Amoen. Fasc. V. p. 826.*

Caulis ascendens villosus suffruticosus parum ramosus. Folia serrato-dentata, acuta, utrinque scabra, subtus pallida, nervosa, 2 poll., totidem lata, inaequalia. Petioli folio breviores. Flores axillares umbellati. Pedunculi trichotomi et pedicelli tomentosi. Styli 5 divaricati. *Thunb. In Japonia. 4.*

2. *A. cochleata* *Lam.*; caule frutescente, foliis subcordatis cochleariformibus. *Lam. Enc. meth. I. p. 224.* *Scutellaria prima. Rumph amb. IV. p. 75. t. 31.*

Arbuscula 10-12 ped., caule carnosissimo crasso, cortice rugoso, fragili, ramis pluribus rectis apice foliosis, cicatricibus semi-lunatis. Folia petiolata subdentata cochleariformia, (majora pilei in formam excavata), spinulis ciliata. Umbellulae terminales parvae condensatae in capitula globosa. *Lam.* Petioli bis terve geniculati. Nonnisi calidissimis et siccissimis temporibus floret et fructificat. *In Moluccis. h.*

3. *A. umbellifera* *Lam.*; caule frutescente, foliis lanceolatis rariter serratis, pedunculis umbellatis tripartitis, multifloris. *Lam. Enc. meth. I. p. 225.* *Pseudo-Santalum Amboinense. Rumph amb. II. p. 54. t. 12.* *SASURU Amboinens.*

Cochleatae affinis. Caulis erectus, parum elevatus, apice foliosus, cicatricibus annularibus. Folia acuta dentibus distantibus, sparsis, approximatis, glabris, 15 poll., 6 poll. latis. (Petioli spithamaei.) Pedunculi in umbella apice in ramos patentes globuliferos (pedales) 5 divisa. Gummi flavum fundit, demum nigrescens, accensum suaveolens. *Lam.* Flores albidii. *In Amboinae montibus summis. h.*

4. *A. acutifolia* *Humb. et Bonpl.*; caule arboreo, foliis subrotundo-ovatis acuminatis, umbellis corymbosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

5. *A. catalpaefolia* *Humb. et Bonpl.*; caule arboreo,

foliis ovato-subcordatis acuminatis integerrimis glabris, floribus capitatis racemosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

6. *A. tarchonanthifolia* Humb. et Bonpl.; caule arboreo, foliis oblongis integerrimis subtus incanis, racemis multifloris. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

7. *A. heterophylla* Humb. et Bonpl.; caule arboreo, foliis oblongis indivisis trifidisve grosse serratis nitidis, floribus capitatis racemosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

8. *A. angularis* Humb. et Bonpl.; caule arboreo, foliis quinquangularibus obtusis subtus tomentosis, floribus capitatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Amer. merid. Humb. et Bonpl. h.

b. *Foliis lobatis:*

9. *A. japonica* Thunb.; frutescens, foliis septemlobis, lobis ovatis apice serratis. *Thunb. jap. p. 128. Willd. Spec. I. p. 1519. Banks ic. Kaempf. t. 10. Joats Ta. Kaempf. Amoen. fasc. V. p. 790.*

Caulis fruticosus inermis erectus orgyalis. Folia apicem versus frequentia, alterna, inciso-septemloba, juniora 5-loba, adultiora triplo quadruplo majora, nervis tot, quot lobi, crassis, reticulata, subtus pallida; lobi incisuris rotundatis, a medio ad apicem serrati, acuti, digitales. Petioli teretes carnosissimi, crassi, basi lati, amplexicaules, pallide virides, erecti longitudine folii. Bractee ante explicationem plurimae totam paniculam involventes ovatae acutae, valde concavae, pubescentes, deciduae, subpollicares vel unguiculares, superne sensim minores. Flores in ultimo apice paniculati terminales. Panicula composita, pedunculis alternis, umbelliferis. Umbella simplex subrotunda, pedicellis subaequalibus. Involucr. utrumque nudum, nisi forte caducum. Pet. ovata acuta reflexa decidua, lineam longa, aequalia, alba, ut filamenta corollae longiora, ipsaque germen cum stylis corollae brevioribus persistentibus, et Antherae albae. Bacca subtetragona obtusissima striata 5-ocularis. *Thunb. In Japonia prope Nagasaki. h.*

10. *A. scandens* Poir.; caule scandente aculeato; foliis 5-lobatis; umbellis simplicibus lateralibus. *Poiret Enc. Suppl. I. p. 419. A. palmata* Lour. I. p. 255.

Caulis fruticosus multiplex. Folia palmata magna sparsa; petiolis longis. Flos albus, umbellis solitariis; involucro nullo. Aculei caulini recurvi sparsi; petiolorum et pedunculorum nulli. Differt ab *A. chinensi*. *Linn.*, in qua folia sunt pinna-

ta, petioli aculeati, flores paniculá ramosa. *Lour.* *In China.* h.

11. *A. acerifolia* *Humb. et Bonpl.*; caule arboreo, foliis 5-lobis acuminatis integerrimis glabris subtus lepidotis lucidis discoloribus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

12. *A. obtusiloba* *Humb. et Bonpl.*; caule arboreo, foliis obtusis 5-lobis integerrimis glabris, floribus capitatis racemosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

13. *A. platanifolia* *Humb. et Bonpl.*; caule arboreo, foliis 5-lobis integerrimis acuminatis subtus tomentosus, capitulis racemosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

14. *A. Humboldtiana*; caule arboreo, foliis quinquelobopalmatis subtus tomentosus, lobis acuminatis, dentatis, capitulis florum racemosis. *A. palmata Reliqu. Willd. MS.*

Nomen mutandum ob duas jam palmatas. *In America merid. Humb. et Bonpl. h.*

15. *A. reticulata* *Humb. et Bonpl.*; caule arboreo, foliis septemlobo-palmatis, subtus incanis reticulato-rugosis, lobis oblongis acuminatis integerrimis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

16. *A. incisa* *Humb. et Bonpl.*; caule arboreo, foliis septemlobo-palmatis, lobis pinnatifidis dentatis subtus incanis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

c. Foliis digitatis:

17. *A. pentaphylla* *Thunb.*; arborea aculeata, foliis quinatis. *Thunb. jap. p. 128. Willd. Spec. 1. p. 1519. Vera Haempff Amoen. fasc. V. p. 895.*

Caulis ramique teretes flexuosi cinerei glabri. Aculei axillares solitarii horizontales. Folia e gemmis 3-4 vel plura; foliola subpetiolata ovata acuta superne serrata, inferne integra attenuata inermia glabra, inferiora minora, intermedium maximum, pollicaria. Petioli lineares inermes striati glabri laxi patentés palmares. Flores e gemmis inter folia in umbella simplici pedunculata. Pedunculus petiolo dimidio brevior. Pedicelli plurimi capillares patuli. Stam. corollá longiora. *Thunb. In Japonia. h.*

18. *A. Schefflera* *Spreng.*; foliolis serrulatis, baccis suboctospermis, (stylis 8-10). *Spreng. pugill. 1. p. 28.*

SCHEFFLERA digitata Forst. gen. p. 23, Prodr. n. 146.
Willd. Spec. I. p. 1568.

Esse ARALIAE speciem jam olim *Dryander* monuit. Fruticis rami laeves herbacei. Folia longe petiolata, foliola quina, petiolis singula adfixa, lanceolata, basi attenuata, spithamaea, 2 poll. lata, utrinque glabra, nervoso-venosa, argute serrata. Pedunculi racemosi axillares pedales, pedicelli subaggregati, 5 lin. longi, patentés. Cal. suburceolatus, 5-dentatus, superus. Petala 5 subspathulata erecta. Bacca 8-10-gona. Spreng. l. c. In nova Zeelandia. h.

19. *A. palmata* Lam.; caule frutescente, foliis digitato-pinnatis. Lam. Enc. meth. l. p. 224. Folium polypi Rumph amb. IV. p. 101. t. 43.

Arbuscula habitus Ricini, caule crassitie brachii, ramis 2-3 foliosis. Folia alterna petiolata palmata magna, profunde in lacinias 8-9 anguste lanceolatas acutas dentatas partita. Flores terminales in panicula globosa congesta ex umbellis numerosis. Baccae umbilicatae, angulis 6-8, seminibus totidem. Lam. qui hujus fors esse loci POLYSCIAM Forst. In Poiret Enc. meth. Suppl. I. p. 418 sphalmamate pennata dicitur. In Asiae insulis et in Moluccis. h.

Obs. Cls. Lamarck in sua hic adducta descriptione duas, ut nobis saltem videtur distinctas, species, Folium nimirum polypi marem et feminam Rumph l. c. eadem specie conjunxit. Mas nempe gaudet foliis 9-partitis, laciniis acute nec profunde dentatis, petiolis ad ortum pelliculis pusillis instar serpentum, umbellâ Sambuci majore e pedunculis plurimis arctis firmissimis dichotomis, pedicello singulo capitulis 8-10 viridibus iterum pedicellatis, petalis 4 deciduis, fructibus 5-6 succosis magnitudine acini uvae semimaturi viridi-albicantibus demum rubris 6-8-angulatis, granulo rufo plano. Femina vero petiolis 3-ped., longis, firmis, non squamis viridibus, ut in mare, sed foliolis 11-15, 1 1/2 spithamam longis, palmam latis, dentibus nullis in ambitu, instar pedis aquilae; floribus umbellatis, fructibus nigris magnitudine Coriandri duriusculis.

20. *A. octophylla* Lour.; caule arboreo ineremi; foliis digitatis octonis, paniculâ umbellatâ. Lour. l. p. 233.

Arbor 10 ped. expansa. Folia octona, petiolis longis; foliolis oblongis obtusis integerrimis glabris petiolatis inaequalibus in orbem dispositis. Flos luteus rubro-conspersus; paniculâ vastâ terminali in umbellas desinente, involucro nullo. Calyx truncatus superus. Petala 5, oblonga patentia. Stigmata 5 sessilia. Bacca parva ovata, 5-sperma; seminibus oblongis. Lour. In Cochinchina.

Obs. Nascitur prope cantonem in Sinis hujus plantae varietas, ni velis, species, caule, foliis et habitu florum omnino similis; differt autem staminibus 10 et stigmate 10-fido. Lour. An ARALIA palmata Lam. Encycl. I. p. 224, quam Rumph 4. t. 43. depinxit. Willd. Citasset certo certius Rumphium suum Loureiro.

21. *A. ferruginea* Humb. et Bonpl.; caule arboreo, foliolis septenis oblongis longe acuminatis integerrimis subtus ferrugineo-tomentosis, petiolis villosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

22. *A. digitata* Humb. et Bonpl.; caule arboreo, foliolis quaternis oblongis cuspidatis utrinque glabris longe petiolatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Caracas. Humb. et Bonpl. h.

23. *A. micans* Humb. et Bonpl.; caule arboreo, foliolis denis oblongo-lanceolatis basi cordatis acuminatis aculeato-serratis subtus sericeis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et Bonpl. h.

d. *Foliis supradecompositis.*

α. *decompositis:*

24. * *A. spinosa*; arborescens, caule foliolisque aculeatis. *Linn. Vir. Cliff. p. 26. Willd. Spec. I. p. 1521.*

wild. Baumz. 2. ed. p. 37. Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 186.

A. foliolis leviter serratis, paniculâ ramosissimâ, umbellis numerosis. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 209.

Schmidt oestr. Baumz. t. 102. 103. Commel. Hort.

I. p. 89. t. 47. Pluk. Almag. p. 98. t. 20. β. caule

spinoso glauco, foliis inermibus.

Arbuscula caule viridi 8-10 ped., erecto, crassitie brachii, cicatricibus semilunaribus. Folia 3-ped., duplicato-pinnata et triplicato, foliolis ovatis acutis subdentatis glabris, petiolis aculeatis. Panicula erecta ramosissima e umbellulis 200 et ultra hemisphaericis, singulâ e flosculis 30 et ultra albidis, bracteolis rubellis. Bacca 3-gona, 5-ocularis. *In Virginia Linn. Ibidem et in regione Illinoens. Mich. et Pursh. β prope Charlestown in Carol. merid.*

25. * *A. chinensis*; caule petiolisque aculeatis, foliolis inermibus villosis. *Linn. Spec. p. 303. Willd. Spec.*

I. p. 1320. Nalugu Rumph amb. IV. p. 102. t. 44.?

Caulis simplex aculeis spinosissimus nudus in summitate tantum foliosus. Petioli compositi tripartiti villosi. Folia partialia pinnata, et insuper foliola 2 ad ramificationes petioli. Foliola 4 pinnae ovatae serratae, subtus praesertim villosae, duplo majores quam in *spinosa*. Panicula ramosa umbellulis numerosis. Differt itaque a *spinosa*, quod nulli aculei foliolis per discum secundum venas adpersi, quod folia non glabra et duplo majora. Habitus etiam diversus. *Linn.* Caulis staturâ *spinosae*. Baccae atro caeruleae, umbilicatae, hexaspermae. *In China. Osbeck.*

Obs. 1. Frutex aquosus mas Rumph I. c. a Linnaeo cum? huc due-

tus, minime, quoad *Rumphii* descriptionem, eadem cum *chinensi* planta. Arbuscula caulibus uno pluribusve, magnitudine hastae, non ultra brachium crassis, undique brevibus et firmis spinulis. Rami irregulares, flexuosi, virides, spinosi. Folia foliolis 6-8 oppositis cum impari, similibus *Sambuci*, sed firmioribus, obscure virentibus, superne glabris et fere splendidibus, ample dentatis, acuminatis. Flores cymosi pusilli laxi. Petala albicantia. Fructus instar baccarum *BRYONIAE nigrae*, subcompressi, medullâ succosâ violaceâ tingente, pruriente, seminibus 5-6, maturi virent interne. *Nalugu Bheede* sine dubio huc vocatus, minime eadem cum *Rumphii* vel cum *Linnaei* planta. Rami enim et surculi nodosi, inermes. Foliola nunc 5, nunc 7, petiolis punctulis asperis, oblonga, acumine brevi, crispato-dentata, dura, supra fusco-viridia, nitentia, costata. Flores umbellati parvi, e viridi albicantes. E medio florum capitulum album 10-dentatum. Stylus stigmatibus globoso viridi. Cal. e foliis 5 cuspidatis. Fructus primum virides, dein caeruleo-nigri, prurientes. Semina 8-9. Jam olim *Rumphius* dubitavit, utrum *Nalugu* hujus loci, licet fructus pruritus in ore essent.

Obs. II. Utrum *A. chinensis* *Lour. cochin. I. p. 234.* eadem planta, dubitandum: „Frutex scandens aculeatus acirrhus longus teres ramosus. Folia pinnata cum impari oblongo-ovata acuminata serrata glabra parva inermia, petiolis aculeatis. Flos albus subterminalis; paniculis magnis in umbellas desinentibus; pedunculis aculeatis longis. Calyx campanulatus deciduus, 5-fidus, laciniis acutis. Cor. petala 5, lanceolata reflexa bisuleata, calyce duplo longiora. Filamenta 5 subulata corolla subaequalia, receptaculo insidentia. Antherae ovatae incumbentes. Germen subrotundum. Stylus subnullus. Stigmata oblonga reflexa. Baccarotunda nigerrima, 5-sulcata, 1-locularis, 5-sperma; seminibus introsum angulatis, extrorsum convexis, oblongis. In Cochinchina scandens per sepes. h. In Amboina, *Rumphio* teste, semper arborescit et in sylvis quidem ad magnam altitudinem; non ita in Cochinchina, ubi semper procumbens vel scandens longe extenditur. Foliaque ita sunt opposita, ut bipinnata dici possint. *Lour.*

26. * *A. racemosa*; caule herbaceo laevi, foliis decompositis (glabris), pedunculis axillaribus ramosis umbellatis. *Willd. Spec. I. p. 1521.* *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 185.* *A. divaricato-ramosa*, petiolis 3-partitis, partitionibus foliolis 3-5, plerisque cordatis, ramulis axillaribus foliosis, umbellulis pluribus subpaniculatis superne aphyllis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 209.* *Kniph. Cent. XI. n. 9.* *Schkuhr Handb. I. p. 250. t. 86.* *Hayne term. bot. t. 38. f. 5.* *Barrel. Ic. p. 705. (sive Linn. excludente Cavan.)* *Cornut. Canad. t. 75.* *Moris. Hist. I. s. 1. t. 2. f. 9. (uterque sive Pursh.)*

Rad. tuberosa crassa aromatica. Caulis saturate viridis vel purascens, 3-4-ped. Folia fere *Angelicae*, foliolis ovato-cordatis acutis serratis glabriusculis parum crassis. Umbellae parvae per racemos axillares et terminales dispositae, 15-20, pedunculis pubescentibus 2-5 lin. Bracteae stipulares ad pedunculam singulum, involucrium polyphyllum sub umbella sistentes minimum. Flores albo-virentes. Baccarum saturate ru-

brae. *Lam. Enc. I. p. 224* In Canada. *Linn. In saxosis umbrosis a Canada ad Virginiam. Pursh. 2. Spicanardi Americ.*

27. *A. humilis Cav*; caule annuo, foliis impari-pinnatis, foliolis cordatis serratis acutis, floribus umbellatis. *Cavan. Ic. IV. p. 7. t. 313.* *Poir. Enc. meth. Suppl. I. p. 417.*

Caulis tuberculis fuscis variegatus, vix pedalis. Umbellae parvae magis remotae, racemum laxum sistentes. *Cavan. In Nova Hispania. 2.*

28. * *A. nudicaulis*; acaulis, foliis decompositis, scapis aphyllis. *Willd. Spec. I. p. 1521.* *A. subacaulis*, folio unico triternato-vel triquinato, foliolis oblongo-ovalibus, scapo nudo folio brevior, umbellulis paucis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 209.* *Pluk. Alm. p. 98. t. 238. f. 5.*

Radix repens, aromatica. Caulis brevissimus et fere nullus. Folia duo petiolis longis; folium ternatum, foliolis pinnatis, pinnae 5 serratae. Scapus inter duo folia trifidus seu umbellas 3 ferens. *Linn. Sarsaparilla* vulgo, et hoc nomine etiam in officinis usitata. *Pursh. In culta folia 2-3, 6-7 poll. longa. Foliola ovata acuta sessilia dentata glabra fere glabra. Flores albidii. Lam. Enc. I. p. 224. In Virginia, simillima (forte eadem) in Java. Linn. a Canada ad Carolinam, in sylvis umbrosis saxosis, Pursh. Javanica vix eadem. 2.*

29. *A. hispida Mich.*; caule suffruticoso petiolisque hispidis, foliis decompositis. *Vent. H. Cels. p. 412 t. 44.* *Poiret Enc. meth. Suppl. I. p. 417.* *A. humilis*, imâ parte frutescens, caulibus foliisque setis rigidis hispidis; foliis duplicato-pinnatis, foliolis inciso-serratis, umbellulis paucissimis, longiuscule pedunculatis. *Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 185.*

A. caule frutescente hispido, foliis duplicato-pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis argute serratis glabris. *Sims bot. Mag. p. 1085. Hort. Kew. 2. ed. II. p. 179.*

A. humilis suffruticosa, caulibus petiolisque setis hispidis, foliis duplicato-pinnatis, foliolis ovatis inciso-serratis inermibus glabris, umbellulis longissime pedunculatis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 209.*

Caules simplices circiter pedales, nudi, basi lignosi, sulcis annularibus approximatis, striati, apice foliis alternis, interdum subverticillatis, pinnulis ternatis, foliolis ovatis oppositis sessilibus, acutis, subtus albidis, pilis, ut in petiolis, raris inspersis. Stipulae lanceolatae acutae. Pedunculi longi unilaterales axillares et terminales, umbellâ unicâ, subinde pluribus umbellis simplicibus hemisphaericis, radiis 16-20 filiformibus, bracteis lanceolatis acutissimis ciliatis purpureis. Calycis dentes 5 brevissimi. Petala in disco glanduloso. Baccae fuscae globosae magnitudine pisii minoris, sulcis 5, loculis seminibusque totidem dilute fuscis, ovato-rotundatis. *Poiret*

ad Spec. siccum. Foliola terminalia plerumque terna, nunc distincta, nunc confluentia. Pedunculi axillares erecti subinde ramosi, bracteâ lineari ciliatâ. Umbellae involucellis subulatis ciliatis, pedunculis triplo brevioribus. Petala alba reflexa. Antherae reflexae. Styli appressi. semina oblonga solitaria. Nauseoso-amara. Trita foetet. *Sims.* An utriusque eadem planta, licet omnibus synonyma? *In America boreali a sinu Hudsonis ad Canadam. Mich. Etiam in Pennsylvaniae et Virginiae montibus. Pursh. h. 4.*

30. *A. pubescens Decand.*; caule lignoso inermi glabro ramoso, foliis exstipulatis pubescentibus impari-pinnatis aut bipinnatis, foliolis serratis ovato-lanceolatis basi attenuatis apice acuminatis. *Decand. Cat. H. monsp. 1813. p. 80. Hort. monsp. ined. t. 45.*

Species ab omnibus hucusque notis distinctissima. *Decand. l. c. In nova Hispania. h.*

31. *A. Mühlenbergiana*; caule herbaceo, foliis pinnatis hispidis, foliolis lanceolatis acutis serratis, umbellis simplicibus axillaribus terminalibus, involucro setaceo. *A. hispida Mühlenb. in Reliqu. Willd. MS.*

In Reliqu. Willd., retento licet nomine *hispidae*, ab *A. hispida Mich.* longe diversa dicitur. Convenit tamen potius definitio cum illa divi *Michaux*, quam omnes aliae *hispidae*. *In America boreali. 4.*

32. *A. Maralia*; foliis alternis pinnatis, racemis (?) dependentibus, umbellis (?) longe pedunculatis. *MARALIA Gen. Madagascar. Aub. du Petit-Thouars n. 43.*

Character generis *MARALIAE* apud *Aub. d. P. Th. l. c.* „*Cal. minimus. Cor. 5-petala. Germen inferum cylindricum. Styli 3. Bacca nigrescens cylindrica 3-sperma*“ quo haud ita facile distingues ab inconstanti *ARALIA*, cui affinis ab ipso auctore, sed *trigyna* dicitur. *Fruticulus. In Madagascar. h.*

1253. ACTINOPHYLLUM.

1. *A. angulatum Ruiz et Pav.*; arboreum, foliolis 7-11, corollis obovatis angulatis truncatis. *Flor. peruv. III. p. 73. t. 307. Pers. Syn. I. p. 404. SciODAPHYLLUM angulatum Poir. Enc. meth. VI. p. 745.*

Arbor 24-30 ped., trunco erecto tereti apice ramoso, cicatricibus annularibus; rami erecti patentes granulosi, apice foliis alternis longe petiolatis, foliolis pedalis, 3 poll. latis, petiolatis oblongis acuminatis basi concavis integerrimis supra lucidis subtus pulverulento-lanatis ferrugineis subrugosis vix subhorizontalibus a 10 matutina ad noctem usque deflexis. Petioli teretes, foliis longiores, striati, partiales pollicares, supra sulcati, utrinque incrassati. Gemmae axillares acutae, stipulis solitariis spathaceis amplexicaulibus semi-lanceolatis pur-

pureis $1\frac{1}{2}$ poll., persistentibus. Racemi granulati pedales. Pedunculi breves crassi, bracteis parvis ovatis, singulis capitulo magnitudine ovi gallinacei florum sessilium flavidorum, demum maturo fructu atro-purpureorum in receptaculo alveolato. Cor. elastice transversim dissiliens. Stamina plerumque 8, subinde 7-9. Styli 4-6. Baccæ atro-purpureae cuneiformes angulatae, 4., rarius 6-loculares, seminibus oblongis. *Ruiz et Pav.* In *Peruviae* collibus nemorosis. h.

Obs. Sciodaphyllum *Brown jam. p. 190. t. 19. f. 1-2*, a *Swarte* ad *HEDERAM Sciodaphyllum ductum*, huc a *Poir et Enc. VI. p. 743.* tanquam synonymon vocatur

2. *A. pedicellatum* *Ruiz et Pav.*; scandens, foliolis 9-13, racemis septenis, floribus pedicellatis umbellatis, corollis hemisphaericis. *Fl. peruv. t. 308.* SCIODAPHYLLUM *pedicellatum* *Poir. Enc. meth. VI. p. 746.*

Frutex scandens caulibus radicanibus teretibus ramosis medullâ faretis cicatricibus annulatis, ramis purpurascens teretibus, apice foliosis, granulis oblongis exasperatis. Gemmae axillares acutae. Folia alterna, foliolis planis patentibus oblongis sinuato-undulatis acuminatis basi subconcavis integerrimis utrinque glabris $1\frac{1}{2}$ ped., $1\frac{1}{2}$ poll. latis. Petiolus communis teres, obscure purpurascens, utrinque incrassatus, $1\frac{1}{2}$ poll., stipulis ut in *angulato* pollicaribus. Racemi $1\frac{1}{2}$ ped., purpurascens pedales. Pedicelli umbellati 7-13 in umbella singula, flosculo singulo bractea squamiformi parva ovata ciliata. Cor. parva purpurea. Stam. 6-7. Styli 7, rarius 6. Baccæ globoso-angulatae e viridi purpurascens. Semina oblonga extus gibba. Gummi sudat transparens, ut *angulatum*. *Ruiz et Pav.* In *nemoribus Peruviae ad Munna tractus*. h.

3. *A. conicum* *Ruiz et Pav.*; scandens; foliolis 7-13, racemis ternis binisque, corollis conicis. *Fl. peruv. p. 75. t. 309.* SCIODAPHYLLUM *conicum* *Poir et Enc. meth. VI. p. 746.*

Frutex caule *pedicellati*, sed rami subviolacei, apice foliis alternis patentibus, foliolis oblongis glabris integerrimis coriaceis venoso-reticulatis supra lucidis pedibus, 5 poll. latis, apice oblique acuminatis; petiolus communis foliolis longior teres rufescens utrinque incrassatus granulatus, partialis pollicaris compressus supra canaliculatus. Stipulae pedicellatae rufescentes pollicares et ultra. Racemi pedales et ultra, pedunculis tomentosus, bracteis parvis acutis, floribus circiter 14 sessilibus squamis interstinctis. Cor. parva conica obtusa apice albo-rubella. Stam. 9 plerumque, rarius 7, saepius 8-11, numero semper stigmatum seminumque. Bacca lucida magnitudine pisi globosa hyacinthina. Semina reniformi-compressa, gibba. *Ruiz et Pav.* In *Peruviae* nemoribus. h.

4. *A. acuminatum* *Ruiz et Pav.*; scandens, foliolis 7-11, racemis binis quinisque, corollis acuminatis, acumine

obliquo. *Fl. peruv. t. 310.* *SCIODAPHYLLUM acuminatum*
Poir. Enc. meth. VI. p. 746.

Erutex scandens, caulibus cinereis, ramis diffusis, apice foliis alternis patentibus, foliolis radiatis oblongis coriaceis integerrimis glabris utrinque apice oblique acuminatis subinde basi concavis, interioribus sensim longioribus reticulatis venis primoribus horizontalibus recurvis; petiolus utrinque incrassatus, teres, foliis parum longior; partialis compressus 2 poll.; stipulae pollicares et ultra. Racemi terminales albidi tomentosi, pedunculi partiales sparsi bracteis ovatis vix 3 lin., flores in singulo sessiles, globosi. Receptaculum florum favosum, hirsutum, squamis parvis minimis. Cor. flava. Stamina plerumque 8, subinde 6-7. Styli 5, subinde plures, saepius numero staminum. Semina totidem oblonga. Gummiifera. *Ruiz et Pav. Cam conico. 4.*

5. *A. pentandrum Ruiz et Pav.*; erectum, foliolis 7-11, racemis solitariis ternisque, corollis conicis obtusis. *Fl. peruv. p. 73. t. 311.* *SCIODAPHYLLUM pentandrum*
Poir. Enc. meth. VI. p. 747.

Frutex caule erecto, 15-18 ped. et ultra, teres, ramis apice foliosis, foliolis radiatis integerrimis oblongis apice subulatis, pollicaribus, coriaceis, subtus fusco-atris pilis patentibus sub lente stellatis, supra glabris, acutis, margine cartilagineis, 1/2 ped., 6 poll. latis. Petiolus teres longitudine foliorum utrinque incrassatus, partiales compressi, 3 poll., supra sulcati. Stipulae priorum pollicares et ultra. Racemi terminales longissimi lanuginosi, pallide rubentes. Flores in capitulis parvis sparsis globosis subsessiles, singulo squamis 3 parvis ovatis membranaceis. Receptaculum favosum hirsutum. Corolla albido-purpurea. Stam. 5, antheris flavis inclinatis. Bacca ovato-pentagona, albicans. *In Peruvia. h.*

1254. *G U P I A.*
 1. *G. glabra Aubl.*; foliis glabris. *Aubl. Gujan. l. p. 296. t. 116.* *Lam. Enc. III. p. 15.* *GLOSSOPETALUM glabrum Willd. Spec. I. p. 1521.*

Arbor 60 ped. et ultra, 2-3 ped. in diametro, cortice laevi cinereo, ligno albo, denso. Rami ad apicem ramulis deflexis. Folia alterna ovato-lanceolata acuta integerrima lucida, altero latere angustiora, petiolis brevibus stipulis 2 parvis deciduis. Flores parvi flavi axillares in umbellis parvis pedunculo communi vix petiolo longiore. Baccae parvae atrae. *Aubl. In Gajana. h.*

2. *G. tomentosa Aubl.*; foliis tomentosis. *Aubl. Guj. l. p. 296.* *Lam. Enc. I. p. 15.* *GLOSSOPETALUM tomentosum Willd. Spec. I. p. 1522.*

Arbor 20-25 ped., trunco 8 ped., diametro 1/2 ped. Cortex rugosus nigricans albo maculatus, ligno albo denso. Folia utrinque pilis brevibus. *Aubl. Folia in his binis speciebus*

sunt alterna oblonga obliqua integerrima, et umbellae simplices in foliorum axillis pedunculatae. Accedunt ambae ad *Aralias* sed petalorum structura singularis differentiam praebet optimam. *Willd. In Gujana. b.*

1255. L A R O C H E A.

1. * *L. falcata Dec.*; foliis oppositis subconnatis oblongis basi hinc auriculatis falcatis. *Decand. H. grass. t. 103. Pers. Syn. I. p. 337. Trattinn. Thes. t. 20. Haworth Syn. succul. p. 50. Willd. Enum. H. Berol. p. 341. Wendl. Obs. p. 44. H. Kew. 2. ed. II. p. 191. Sims bot. Mag. t. 2035. CRASSULA falcata, foliis oblongis obtusis falcatis connatis glaucis decussatis, corymbo terminali trichotomo. CRASSULA retroflexa Meerb. Ic. pl. lugd. bat. CRASS. obliqua Andr. bot. Repos. p. 414. CRASS. swellingrebliana Hort. Batav. CRASS. decussata Hortul.*

Caulis erectus; folia disticha 4-5 poll., 16 lin. lata, glauca, crassa; flores in pedunculo dichotomo in eorymbum agglomerati, coccinei, tubo pallido brevioribus quam in *falcata*. *In Prom. b. Spei. b.*

2. * *L. coccinea Dec.*; foliis ovato-oblongis planis cartilagineo-ciliatis, basi connato-vaginantibus, floribus terminalibus sessilibus. *Willd. Enum. H. berol. p. 341. Spec. I. p. 1547. sub CRASSULA coccinea, ut: Batsch bot. Beob. p. 80. Curtis Mag. t. 495. Kniph. Cent. IV. n. 23. Knorr delic. p. 2. t. B. 2. Burm. afr. t. 23. f. 1. LAROCHEA coccinea Decand. pl. grass. t. 1. Pers. Syn. I. p. 357. Haw. Syn. succ. p. 50. DIETRICHIA coccinea Tratt. Arch. d. Gewächsk. n. 449. Tratt. thes. t. 19. Cotyledon africana Comm. rar. t. 24. Breyn. III. p. 30. t. 20. f. 1. β. floribus albis. Bradl. succ. t. 50.*

Folia confertim opposita, hinc quasi quadrifaria. Fasciculus terminalis bis dichotomus. Floribus sessilibus alternis coccineis monopetalis, limbo 5-partito. *Linn. 2-3 ped., ramo uno alterove. Flores sat magni tubulosi, tubo ad minimum pollicari. Lacinae calycis lineari-lanceolatae. In Promont. b. Spei. b.*

3. * *L. cymosa Haworth*; foliis linearibus cartilagineo-ciliatis connato-vaginantibus, caule fruticoso, cymâ terminali. *Linn. Mant. p. 222 sub CRASSULA, ut etiam Willd. Spec. I. p. 1548. et Thunb. Prodr. p. 55. Haworth Syn. succ. p. 50.*

Caules spithamaei erecti glabri annui radice perennante. Folia opposita glabra margine cartilagineo-squamosa. Cyma parva

densa bifida squamosa. Cor. laciniis revolutis. *Linn. In Prom. b. Spei. h.*

Obs. *Cr. capitata* fol. linearibus acutis cartilagineo-ciliatis connato-vaginantibus, caule fruticoso, capitulis congestis subternis terminalibus *Lam. Enc. meth. II. p. 171.* forte eadem, si quid e brevi nimia, et diagnosi contraria, descriptione a *Linnaeo* data augurari licet. Planta *Lamarckiana* 6-7 poll., ramis pluribus rectis simplicibus fere glabris praecipue apice, utrinque sulcatis, pilis ad sulcorum marginem brevibus. Folia plana acuta, subinde concava, glabra praeter marginem, 6-8 lin. Flores in capitulis parvis congestis, 2-3 in ramo singulo. Petala quidquam angusta, apice fere linearia. *Sonnerat* retulit e *Prom. b. Spei.* In *Cr. cymosa*, fol. linearibus cartilagineo-ciliatis connato-vaginantibus, cyma composita terminali, *Berg. Cap. 84, Lam. Enc. meth. II. p. 177, Petiv. gazoph. t. 89, f. 6.* licet pro synonymo *Cr. cymosae* *Linn.* et *Willd. Spec. I. c.* habeatur, caules herbacei teretes simplices glabri longissimi; folia acuta utrinque glabra patentia 2 poll., flores in cyma bifida densa squamosa terminali; diversa ergo videtur a planta *Linnaeana*.

4. * *L.?* *flava* *Haworth*; foliis planis connato-perfoliatis laevibus, floribus corymboso-paniculatis. *Linn. Mant. p. 60* sub *CRASSULA*, ut etiam *Willd. Spec. I. p. 1548.* *Haw. Syn. succ. p. 51.* *Burm. afr. p. 38. t. 23. f. 2.* *Pluk. alm. p. 340. t. 314. f. 2.*

Caulis erectus *L. coccineae* perfoliatus, foliis non ciliatis. Flores fasciculati, sed singuli pedicellati petalis flavis erectis. *Linn. 6-7 poll.,* superne ramis 2-3, basi fere nuda, articulata. Folia erecta basi subvaginantia, approximata, fere imbricata, 1 1/2 poll. Cal. lacinae lineares acutae. Petala erecta calyce parum longiora. *Lam. Enc. II. p. 170.* *In Prom. b. Spei. h.*

5. *L.?* *odoratissima* *Haw.*; foliis linearibus planis cartilagineo-ciliatis, basi connato-vaginantibus, floribus terminalibus sessilibus. *Willd. Enum. H. berol. p. 341* sub *CRASSULA*, ut etiam *Andrews Repos. t. 26.* *Pers. Syn. I. p. 339. n. 47.* et *Jacq. Hort. Schönbr. p. 4. t. 434.* *Haworth Syn. succul. p. 51. n. 5.* **DIETRICHIA odoratissima** *Tratt.*

Folia lineari-lanceolata. Flores capitati. *Haworth l. c.* Caulis ramosi teretes carnosi; folia obtusa; flores capitati subsessiles sessilesve; foliola calycina lanceolata subciliata; corolla pallide flava, petalis linearibus conniventibus apice reflexis; capsulae oblongae compressae acuminatae. Odor *Polyanthis.* In *H. Schönbr. l. c.* petala rubella. *Ad Prom. b. Spei. ♂. Willd. 4. Haworth.*

Obs. Anas haec *Cr. flava* β , foliis margine cartilagineo crenulatis *Lam. Enc. II. p. 170.* Sed, afric. umbellatum majus, foliis hirsutis limbriatis, *Pluk. Alm. p. 340. t. 314. f. 5.* quae foliis lanceolatis concavis, corymbo magis congesto, petalis pulchre flavis non longioribus calyce describitur. *Sonnerat* haec attulit e *Prom. b. Spei. h.*

6. L? *fascicularis*; foliis lineari-lanceolatis cartilagineo-ciliatis, basi vaginantibus, floribus fasciculatis sessilibus, limbo parvo stellato. *CRASSULA fascicularis* Lam. *Enc. meth.* II. p. 171.

Affinis coccineae floribus, sed multo minoribus. Folia erecta, vaginâ laxâ et quasi ventricosâ, 3 lin. Flores 8-10, basi foliis floralibus cincti, 9 lin. Stam. longitudine tubi antheris ovato-oblongis. Cal. corollâ duplo brevior, laciniis lanceolatis acutis ciliatis. Lam. l. c. In *Prom. b. Spei*. *Sonnerat.* h.

1256. CRASSULA. *)

- a. Frutescentes, foliis subulatis. (1-10.)
- b. — foliis latioribus laevibus. (11-13.)
- c. — foliis latioribus distantibus subciliatis. (14-19.)
- d. — foliis latioribus densissime imbricatis. (nonnullae herbaeae) (20-30.)
- e. Foliis latis, nec subulatis, alte perfoliatis. (31-37.)
- f. Foliis petiolatis. (38-43.)
- g. Herbaceae, scapis radicalibus. (44-54.)
- h. Annuae seu hiennes. (55-78.)
- hh. Tillaeaceae corollis quadrifidis. (79-82.)
- i. Corollae petalis inaperto-erectis, apice globulum cerinum ferentibus. GLOBULEAE. (83-86.)
- k. Dubiae sectionis. (87-90.)

*) Sequimur hic recentissimam eli, *Haworthi* dispositionem; attamen neglectam nimis diu a praedecessoribus nostris illustris *Thunberg* syntaxin hic, de quo, post 42 annos! negligere non amplius possumus. Ills. *Thunberg* in *Nov. Act. Phys. Med. Acad. Caesar. Natur. Curios.* T. VI. p. 328. suas 28 species CRASSULAE novas, quas e *Promont. b. Spei* retulit, sequenti schemate disposuit:

a. Foliis petiolatis:

1. CR. *cordata*, 2. CR. *spathulata*.

b. Foliis sessilibus connatis:

α. scapo subnudo:

3. CR. *tecta*. 4. CR. *hemisphaerica*. 5. CR. *montana*. 6. CR. *barbata*. 7. CR. *Cotyledonis*. 8. CR. *tomentosa*. 9. CR. *cephalophora*. 10. CR. *spicata*.

β. caule foliis imbricatis tecto.

11. CR. *deltoidea*. 12. CR. *corallina*. 13. CR. *vestita*. 14. CR. *columnaris*. 15. CR. *pyramidalis*. 16. CR. *alpestris*. 17. CR. *turrata*. 18. CR. *rupestris*. 19. CR. *argentea*.

γ. caule foliis sparsis remotioribus:

α. foliis planis:

20. CR. *retroflexa*. 21. CR. *perforata*. 22. CR. *thyrsiflora*. 23. CR. *capitella*. 24. CR. *crenulata*.

β. foliis teretibus vel triquetris:

25. CR. *pubescens*. 26. CR. *mollis*. 27. CR. *tomosa*. 28. CR. *adscondens*.

CRASSULAS omnes gaudere foliis oppositis monuit vir illustris l. c.

a. *Frutescentes foliis subulatis:*

1. * *C. perfoliata*; foliis lanceolato-subulatis sessilibus connatis canaliculatis subtus convexis. *Linn. Hort. Cliff.* p. 116. *Willd. Spec.* 1. p. 1550. *Haw. Syn. succ.* p. 510. *Decand. pl. gr.* t. 13. *Mill. Ic.* t. 108. *Kniph. C. X.* n. 31. *Dill. Elth.* 114. t. 96. f. 113. *Comm. prael.* p. 74. t. 23. a. floribus coccineis. β. floribus albis.

Petalorum ungues minimi, stamina receptaculo inserta. *Hofer Act. helv.* II. p. 18. 3-5 ped. et ultra, glauca, subsimplex. Folia decussata rigida patentia 3-6 poll., 1 1/2 ad basin lata. Flores albi parvi in corymbo glomerato, pedunculo 4 poll. subnudo, lanato, apice in ramos aliquot breves diviso. Petala obtusa oblonga calyce duplo longiora. *Lam. Enc.* II. p. 172. Folia connata, nec, re verà, perfoliata. *In Prom. b. Spei.* h.

2. *C. ramosa Ait.*; fruticosa, foliis subulatis supra planis connato-perfoliatis laevibus patentissimis, pedunculis elongatis, floribus cymosis. *Ait. Hew.* I. p. 390. *Willd. Spec.* 1. p. 1551. Cr. foliis connatis tereti-subulatis integris remotis, caule frutescente, ramoso, erecto, corymbo composito. *Thunb. Prodr.* p. 55. *Haw. Syn. succ.* p. 51. Cr. *dichotoma Linn. Suppl.* p. 188.

Caulis frutescens filiformis inferne ramosus foliosus glaber, pedalis. Rami alterni longi sensim attenuati glabri rufescentes. Folia fastigiata opposita, tereti-subulata, internodiis longiora, unguicularia, glabra patula, superiora sensim minora. Corymbus coarctatus. *Thunb. Nov. Act. Ac. Nat. Cur.* VI. p. 341. n. 27. *In Prom. b. Spei. in Carro prope Swartskoppsrivier.* h.

3. * *C. tetragona*; foliis subulatis incurvis obsolete tetragonis patentibus, caule erecto arborescente radicante. *Linn. S. V.* p. 252. *Willd. Spec.* 1. p. 1551. *Haw. Syn. succ.* p. 51. *Decand. pl. grass.* t. 19. *Cotyledonoides africanum Bratl. succ.* p. 5. t. 11. f. 41.

Caulis radicat fibris, erectus. Folia crassitie pennae anserinae, sursum laeviter arcuata. Pedunculus terminalis nudus teres. Cyma trifida ramosissima fastigiata. Corollae albae antheris purpureis. *Linn.* 2-4 ped., caule laevi rufescente, ramis rectis foliosis; folia acuta quadrifariam imbricata, internodiis longiora 12-15 lin. Flores albi parvi. *Lam. Enc.* II. p. 172. *In Prom. b. Spei.* h.

Est tamen antiquissima *Linnaei Cr. alternifolia*. CRASSULAS hanc fors SEMIS vel COTYLEDONIBUS junxit, cum in T. II. Fl. capent. dedit CRASSULAE, saltem in abstro exemplari.

Obs. *Zuccagni* in *Cent. I. Obs. bot. n. 58* ad *CR. tetragonam* movet differre hanc a congeneribus: calyce monophyllo brevi 5-fido, laciniis semiteretibus obtusis persistentibus; Cor. monopetalâ 5-partitâ persistenti, laciniis lanceolatis acutis, dorso carinatis; defectu squamularum 5 nectariferarum ad basin germinis, ita, ut nisi habitu cum *Crassulis* conveniret, ad novum genus foret reducenda.

4. * *C. mollis*; foliis semicylindraceutis acutis subtus gibbis laevibus suberectis, cymis terminalibus compositis. *Ait. Kew. I. p. 391.* *Willd. Spec. I. p. 1551.* *Haw. Syn. succ. p. 52.* *CR. fol. connatis tereti-triquetris glabris mollibus, caule simplici erecto, corymbo trichotomo supra composito.* *Linn. Suppl. p. 189.* *Thunb. Prodr. p. 55.*

Caulis frutescens angulatus rufescens tenuissime tomentosus articulatus, calami fere crassitie, pedalis. Folia acuta, subinde tenuissime subtomentosa, mollia, patula, unguicularia, inferiora magis approximata, superiora remotiora. Corymbus subfastigiatus. Pedunculi pollicares, pedicellis sensim brevioribus. Bracteae sub pedunculis et pedicellis 2 oppositae, foliis similes, sed minores. *Thunb. Nov. Act. Nat. Cur. VI. p. 340. n. 26.* *In Prom. b. Spei. juxta introitum ad Cannaland in Longe-Kloof. h.*

5. *C. acutifolia Lam.*; foliis connatis tereti-subulatis patentibus, cymâ pauciflorâ longissime pedunculatâ, caule fruticoso decumbente. *Willd. Enum. H. berol. p. 342.* *Lam. Enc. meth. II. p. 175.* *Pers. Syn. I. p. 339.* *Haw. Syn. succ. p. 52.* *Decand. pl. grass. t. 2.* *CR. subulata quorundam.*

Diversa a *C. ramosa*, cui caulis erectus adscribitur. Caules herbaei procumbentes ramosi glabri perennes. Folia atro-viridia, inferiora saepe reflexa. Pedunculus cymae erectus, bracteis 2 connatis. Cal. minutus campaniformis. Petala obtusiuscula parva alba. Squamae parvae rubescentes. Antherae nigricantes. Dissert a *subulata* floribus pedunculo nudo insidentibus. *Decand. l. c.* Caules teretes 3-ped. Folia acutissima carnosâ glabra saepe incurva, 6-7 lin. Pedunculus terminalis 2 poll. Cyma parva saepe dichotoma e floribus 12-18 parvis. Foliis affinis tetragonae. *Lam. l. c.* *In Prom. b. Spei. h.*

6. * *C. pruinosa*; foliis subulatis pruinoso-scabris, floribus corymbosis (paniculatis *Thunb.*), caule fruticoso. *Linn. Mant. p. 60.* *Willd. Spec. I. p. 1548.* *Thunb. Prodr. p. 55.*

Frutex pedalis dichotomus, ramulis teretibus sanguineis adspersis, uti tota planta, pruinâ crystallinâ. Folia opposita linearia carnosâ, supra plana, longitudine internodiorum obsolete connata. Corymbi terminales inaequales parvi. Petala alba lanceolata patentia. *Linn.* *In Prom. b. Spei. h.*

Obs. Hanc et sequentes ad arborescentem usque els *Haworth* non recepit.

7. * *C. fruticulosa*; foliis oppositis subulatis acutis patentissimis subrecurvatis, caule fruticoso. *Linn. Mant. p. 61.* *Willd. Spec. I. p. 1550.* CR. fol. connatis trigonis glabris reflexis, caule frutescente. *Thunb. Prodr. p. 55.* *β. caffra*, caule suffruticoso, foliis oppositis subulatis recurvatis. *Linn. Mant. p. 222.*

Caulis fruticosus pedalis subdivisus laevis crassitie digiti, interdum radicans. Folia foliis juniperi non majora, opposita, sessilia, subulata, carnosa, teretia, utrinque convexa, supra magis, patentissima, laevia, mucronata, senioribus recurvis. Pedunculi terminales filiformes solitarii, foliis multo longiores, pari uno alterove foliorum, subumbellati, bracteis oppositis minutis. Flores parvi albi campanulati. Cal. 5-partitus ovatus erectus corolla dimidio brevior. Petal. alba, oblongo-ovata, sessilia, concava, acuta. Antherae 5 sanguineae s. fuscae. Pistilla alba, germinibus scabris. *Linn. In Prom. b. Spei. h.*

8. * *C. pubescens*; foliis connatis ovatis acutis villosis, caule ramoso, floribus corymbosis. *Linn. Suppl. p. 190.* CR. fol. connat. ovato-subulatis, floribus paniculatis. *Thunb. Prodr. p. 55.* *Willd. Spec. I. p. 1548.*

Rad. perennis. Caulis filiformis frutescens erectus ruber glaber spithamaeus. Rami subverticillato-terni, ramulosi, pubescentes. Folia tereti-subulata carnosa crassa patentia longitudine internodiorum, lineam longa, supra planiuscula, subtus gibba. Corymbus compositus trichotomus. *Thunb. Nov. Act. Ac. Nat. Car. VI. p. 340. n. 25.* *In Prom. b. Spei. in Carro prope Cannaland. h.*

9. *C. muricata Thunb.*; foliis connatis trigonis ciliato-scabris, ramis tetragonis, caule frutescente. *Thunb. Prodr. p. 55.* *Willd. Spec. I. p. 1552.*

In Prom. b. Spei. h.

10. *C. ascendens Thunb.*; foliis connatis triquetris integris patulis, caule procumbente, ramis erectis, superne filiformibus subnudis, corymbo composito. *Thunb. nov. Act. Ac. N. Car. VI. p. 341. n. 28.*

Caulis suffruticescens, decumbens, teres, ramosus, glaber. Rami alterni, cauli similes, erecti, apice elongati, nudi, filiformes. Folia in caule et inferiore parte ramorum glabra integra acuta internodiis longiora unguicularia approximata. Corymbi castigiati, terminales. *Thunb. l. c.* *In Carro prope Swarthoppsrivier. h.*

Obs. Non recepta ab illustri auctore sub hoc nomine in *Prodromo.*

b. *Frutescentes, foliis latioribus laevibus:*

11. **C. arborescens*; foliis subrotundis acutis glaucis car-
 nosis punctatis, cymâ trichotomâ, caule arborescente. *Willd.*
Enum. H. berol. p. 343. Spec. I. p. 1554. Haw. Syn.
succ. p. 52. Bot. Mag. t. 384. CRASS. Cotyledon
Jacq. Misc. II. p. 295. t. 19. Syst. Veg. ed. XV. p. 324.
COTYLEDON arborescens Mill. COTYLEDON punctata H.
Paris.

Planta absque floribus COTYLEDONI *hemisphaericae* simillima, sed
 foliis punctatis rubroque marginatis diversa. Flores duplo
 minores quam in *portulacacea*. *Willd. Enum. l. c.* Baro flo-
 ret, floresque *Sedi*, rubellos, profert. — „Affinis CRASS. *orbi-*
culatae caule erecto crasso arboreo 2 ped. et ultra. Rami te-
 retes carnosii glabri grisei vel rufescentes. Folia glauca sub-
 tus convexa, 1 1/2 poll. in diametro. *Lam. Enc. Folia alia*
obtusissima, alia mucrone minimo. Cymae saepe dichotomae
pedunculis compressis. Flores odori. Cal. parvus glaucus,
laeniis apice ferrugineo-rubris. Pet. magna, lanceolato-acu-
ta plana, principio alba, demum rosea. Jacq. II. p. 173.
In Prom. b. Spei. h.

12. *C. obliqua Ait.*; foliis oppositis ovatis obliquis in-
 tegerrimis acutis distinctis margine subcartilagineis. *Ait.*
Hew. p. 393. Willd. Spec. I. p. 1553. Pers. Syn.
I. p. 338. n. 20. Haw. Syn. succ. p. 52. et hoc teste:
CR. portulacea caule arboreo crasso, foliis oppositis ovalibus
 glabris lucidis punctatis, floribus paniculatis. *Lam. Enc.*
meth. II. p. 172. n. 12. Persoon Syn. I. p. 338. n. 19.
Decand. pl. grass. t. 79. CR. Cotyledon Mill. dict.
(Sic Hort. Hew. ed. 2. II. p. 192.) COTYLEDON lutea
H. Paris.

Planta *Lamarcki* habitu similis PORTULACARIAE *afrae*, sed ma-
 jor, 4-pedalis, caule arboreo, basi brachii crassitie et ultra,
 superne ramis teretibus glabris carnosis paniculatis foliosis.
 Folia nitidula e flavo virentia, 1 1/2 poll. et ultra, poll. lata,
 saepe sursum incurva. Flores sat magni pallide rubri, in
 cyma terminali pedunculata. Cal. brevis; pet. lineari lanceo-
 lata, 4 lin., patentia in stellam. Germina apice hirsuta.
Lam. Enc. II. p. 173. In Prom. b. Spei. h.

Obs. *Willdenow* in *Enum. H. berol. p. 343* CR. *portulacaceam* fo-
 liis obovato-cuneatis acutiusculis supra punctatis, cymâ trichotomâ,
 caule arborescente distinguit, laudat *Decand. t. 79*, nec *obliquam* e
 suis speciebus instar synonymi habet. Huc quoque videtur, saltem tan-
 quam varietas, spectare CR. *articulata H. Florent.*: foliis ovatis acu-
 minatis connato-vaginantibus punctatis, caule ramisque articulatis. *Sy-*
nops, H. Florent. no. 1793. Zuccagn. Cent. obs. bot. n. 59., ad
 quam CR. *obliquam Ait.* cum? duxit. Huic caulis crassissimus, errec-
 tus teres articulatus, articulationibus coalitis, scaber, ad basin ramosus,
 ramis alternis divaricatis articulatis. Folia crassa basi attenuata, mar-

gine cartilagineo purpureo cincta, supra infraque punctata, micisque argenteis ob epidermidis desquamationem adspersa. Pedunculus terminalis simplex trichotomus, bracteis binis ovato-oblongis, connato-vaginantibus ad basin corymbi, aliisque minimis scariosis sub quovis florum pedicello. Flores corymbosi pedicellati. Cal. monophyllus ut plurimum 5-fidus. Cor. 5-partita, petalis lineari-lanceolatis roseis. Antherae 5 purpureae. Pistilla alba, germina ovata, squamis vel callis 5 lunulatis ad basin obvallata. Patria? *SEDUM arboreum Ortega* eadem videtur planta cum *CR. portulacacea*.

13. *C. lactea Ait.*; caule fruticoso, foliis ovatis basi attenuatis connatis integerrimis intra marginem punctatis, cymis paniculaeformibus. *Ait. Kew. I. p. 496. 2. ed. II. p. 193. Willd. Spec. I. p. 1554. Haw. Syn. succ. p. 53. Decand. pl. grass. t. 37. Jacq. Schönbr. t. 430. Smith exot. Bot. I. p. 63. t. 33. Sims bot. Mag. t. 1771. CR. foliis obovatis subciliatis albo-punctatis, paniculâ trifidâ. Thunb. Prodr. p. 56?*

Caules cylindrici ramosi 4-5 poll. inferne tortuosi grisei. Folia decussata acutiuscula duriuscula, lente punctis minimis albis, nudo oculo ad margines per series. Flores thyrsoides pedunculis decussatis, bracteatis, trifurcatis, pedicellis ramosis sub-5-floris, bracteatis. Cal. profunde 5-partitus, laciniis lanceolato-linearibus, corollâ multo brevioribus. Petala alba oblonga acuta patentia. Squamae 5 breves latae albae. Antherae lilacinae. Caps. trigonae acutae. Flos centralis cujusvis cymae saepe 1/6 addit. *Decand. l. c. In Prom. b. Spei. h.*

c. *Frutescentes, foliis latioribus distantibus subciliatis:*

14. * *C. ciliata*; foliis oppositis ovalibus planiusculis distinctis ciliatis, corymbis terminalibus. *Linn. Hort. Cliff. p. 496. Willd. Spec. I. p. 1558. Haw. Syn. succ. p. 53. Decand. pl. grass. t. 7. Dill. Elth. p. 98. f. 116.*

Rad. gracilis fibrosa. Caulis brevis (6-7 poll.) divisus in ramos aliquot foliosos, quorum quidam in ramulos abeunt teretes debiles 9-10 poll., foliis remotioribus tectos. Folia obtusa plana crassiuscula viridia utrinque glabra, ciliis albis sat longis. Flores parvi flavicantes in corymbos 2-5 parvos congesti. *Lam. Enc. II. p. 175. In Prom. b. Spei. 4. Linn. h. Haw.*

15. *C. undulata Haw.*; foliis connatis ovatis expansis cartilagineo-crenatis, summis ovato-ellipticis undulato-incurvis, caule dichotomo suffruticoso. *Haworth Miscell. natural. p. 176. n. 3. Syn. succ. p. 53. n. 10.*

Hab. ad Cap. b. Sp.

16. * *C. scabra*; foliis oppositis patentibus connatis sca-

bris ciliatis, caule retrorsum scabro. *Mill. dict. n. 5.*
Willd. Spec. I. p. 1549. *Haw. Syn. succ. p. 53. n. 11.*
Dill. Elth. p. 117. t. 99. f. 117. *Mart. Cent. t. 24.*
 β. squamis cartilagineis et rotundatis undique scabra, foliis
 brevioribus. *Lam. Enc. meth. II. p. 171.*

Habitus *Mesembryanthemi*, caule tuberculis pilisve cartilagineis
 reflexis. Folia oblonga acuta, subinde reflexa. Flores e viri-
 di-flavescentes terminales cymosi. Antherae croceae. In β.
 caulis tortuosus lignosus ramosus, 5-6 poll. *Lam. l. c.* Cau-
 lis diffusus spithameus. Folia lineari-lanceolata plana. Co-
 rymbi breves, bifidi. Corollae lacinae revoluta-patentes.
In Prom. b. Spei. h.

17. *C. biconvexa Haw.*; foliis linearibus obtusis vagi-
 nantibus utrinque convexis cartilagineo-ciliatis, floribus cy-
 mosis, caulibus decumbentibus. *Haworth Miscell. natural.*
p. 176. 2. Syn. succ. p. 53. n. 12.

Ad Prom. b. Spei. h.

18. *C. dejecta Jacq.*; caule fruticoso ramisque dejectis,
 foliis oblongis planis cartilagineo-ciliatis basi connato-vagi-
 nantibus, cymâ terminali compositâ. *Jacq. H. Schönbr.*
t. 433.

Caules glabri ramosissimi ramis tortis; folia decussata, lanceo-
 lata oblongave pollicaria, 1/2 poll. lata. Flores numerosissimi
 inodori. Foliola calycis glabra lanceolata acuta. Petala alba
 patentissima calyce duplo longiora. *Jacq. Cls. Haworth*
non recepit. In Prom. b. Spei. h.

19. *C. squamulosa Willd.*; foliis lanceolatis cauleque
 papuloso squamulosis, floribus capitatis. *Willd. Enum. H.*
berol. Suppl. p. 15.

Tota planta papulis diaphanis obsita. Flores albi minuti corym-
 boso-capitati terminales. *Willd. An scabrae β Lam.? An*
tecta? Haworth non recepit. Habitat in Tepid. Bero-
lin. h.

d. *Frutescentes, foliis latioribus densissime imbricatis:*

(Nonnullae herbaceae.)

20. * *C. columnaris*; caule pollicari, foliis rotundis im-
 bricatis, fasciculo subrotundo terminali. *Linn. Suppl. p. 191.*
Willd. Spec. I. p. 1557. *Haw. Syn. succ. p. 54.*
 Cr. fol. connatis orbiculatis ciliatis hemisphaerice imbricatis,
 caule erecto, floribus capitatis. *Thunb. Prodr. p. 57.*
Euphorbium aphyllum Burm. afr. p. 19. t. XI. f. 2.

Caulis herbaceus erectus simplicissimus. Folia subrotunda ob-
 tusissima carnosae horizontalia. Fasciculus florum sessilis. Cor.

monopetala tubulosa, limbo quinquesido lineari patente. Stam. 5 longitudine corollae. Germina 5 approximata. Linn. An ergo CRASSULA? Anne potius COTYLEDON? Caulis teres glaber totus foliis tectus. Folia glabra unguicularia. Flores terminales copiosissimi albi. Capitulum hemisphaericum. Rad. fibrosa Thunb. in Nov. Act. Acad. N. Car. VI. p. 355. n. 14. In Prom. b. Spei in Onderste Roggeveld in Bockland. h.

21. *C. imbricata* Ait.; foliis ovatis acutis quadrifariam imbricatis laevibus, floribus axillaribus sessilibus. Ait. Kew. p. 393. Willd. Spec. I. p. 1552. Haw. Syn. succ. p. 54.

Caules numerosi subramosi 8-10 poll., perquam fragiles. Folia parva carnosae arcte caulem tegentia. Dumont Cours. Bot. Cult. III. p. 193. qui huc CRASS. *lycopodioidem* Lam. Enc. meth. II. p. 173. n. 15 ducit (a Poiret Suppl. II. p. 385 ad *muscosam* L. laudatam), plurimis sane cum *imbricata* quadrantem. Caules crassitie pennae anserinae, folia dorso convexa, marginem versus planiuscula, viridia, foliolis minoribus axillaribus. In Prom. b. Spei. h.

22. * *C. deltoides*; *) foliis connatis deltoideis patulis acutis, caule tecto, floribus corymbosis. Linn. Suppl. p. 189. Thunb. Prodr. p. 56. Willd. Spec. I. p. 1563.

Figura foliorum ut in MESEMBRYANTHEMO *deltoideo*. Linn. Caulis herbaceus carnosus teres erectus semidigitalis, inferne nudus, superne foliosus ramosus. Folia alternatim opposita, terminalia, imbricata, apice patula, integra, pulverulento-glaucis, semiunguicularia. Flores terminales. Corymbus compositus subfastigiatus. Thunb. Nov. Act. Ac. N. C. VI. p. 354. n. 11. In Prom. b. Spei. Carro prope Olyfantsrivier, Hantum.

23. * *C. corallina*; foliis connatis deltoideis obtusis, caule tecto, floribus umbellatis. Linn. Suppl. p. 188. Thunb. Prodr. p. 56. Willd. Spec. I. p. 1549.

C. vestita et *corallina* mire structuram foliorum similes, corallinis Zoophytorum. Linn. Rad. fusiformis, fibrosa, perennis. Caules radicales plures filiformes dichotome ramosi erecti pollicares. Rami alterni ramulosi erecti fastigiati. Folia in ramis et ramulis fastigiatim opposita sessilia distincta suborbiculata, carnosae, apice incrassata, integra, basi viridia apice pulverulenta, alba, punctis impressis, quadrifariam exstantia, frequentia, internodiis longiora, lineam longa. Flores ex apicibus ramulorum plurimi terminales erecti; pedunculi filiformes glabri unilori foliis vix longiores. Planta corallinam marinam refert, sed major. Thunb. Nov. Act. Ac. N. C. VI. p. 354. n. 12. In Prom. b. Spei. siccis prope Hantum inter Daanis et Roggefelsberg. h. Linn. & Thunb.

*) Species hic sequentes e secundo ordine II. phalengia huc posuimus. Haworth non recepit.

24. * *C. vestita*; foliis connatis deltoideibus obtusis, caule tecto, floribus terminalibus capitatis. *Linn. Suppl. p. 188.*
Willd. Spec. I. p. 1549. *Thunb. Prodr. p. 56.*

Rad. fusiformis repens fibrosa perennis. Caulis erectiusculus ramosus palmaris basi nudus. Rami et ramuli alternatim sparsi, foliis tecti, pollicares. Folia alternatim opposita, connato-perfoliata, deltoidea s. ovata subtus valde gibba integerrima, superiora frequentissima pulverulento alba, punctis minutis viridibus, inferiora emarcida, quadrifariam imbricata. Flores in ramis terminales aggregati sessiles flavi. Capitulum florum caule cum foliis vix grandius. *Thunb. Nov. Act. Acad. Nat. Cur. VI. p. 355. n. 15.* *In Prom. b. Spei lapidosis siccissimis in Onderste Roggefild. 4.*

25. * *C. pyramidalis*; foliis connatis ovatis obtusis quadrifariam incumbentibus, capitulis sessilibus. *Linn. Suppl. p. 189.*
Thunb. Prodr. p. 56. *Willd. Spec. I. p. 1557.*

Planta pulchra quadrangularis, foliis arcte approximatis incumbentibus. *Linn.* Caulis flexuoso-erectus ramosus, totus foliis tectus, palmaris, ramis alternis. Folia integra marginata lineam longa glabra. Flores in ramis terminales. Capitula solitaria piso majora globosa. Similis *CR. muscosae*, sed differt caule crassiori, floribus capitatis. *Thunb. Nov. Act. Ac. Nat. Cur. VI. p. 356. n. 15. t. V. b. f. 3.* *In Prom. b. Spei. juxta orientalem Olyfantsrivier ad thermas. 4.*

26. * *C. alpestris*; foliis ovatis connatis acutis quadrifariam imbricatis, capitulis pedunculatis, caule folioso. *Linn. Suppl. p. 189.*
Willd. Spec. I. p. 1562. *Thunb. Prodr. p. 55.*

Rad. fibrosa. Caulis teres glaber erectus inferne ramosus, ante florescentiam totus foliis tectus, dein excrescens, palmaris, purpurascens. Rami radicales, 1-2, breves. Folia acuminata concava integra unguicularia viridi-purpurascens. Capitula plura terminalia piso majora. Pedunculi semiunguiculares purpurascens. Differt a valde simili *montana* foliis magis acuminatis, nec ciliatis, caule crassiore foliis tecto, capitulis et floribus majoribus. *Thunb. Nov. Act. Ac. N. Cur. VI. p. 356. t. V. b. f. 4.* *In Prom. b. Spei in rupibus Houde Bockefeld, Boeckland, Roggefild.*

27. * *C. turrita*; foliis connatis quadrifariam imbricatis ovato-oblongis acutis ciliatis. *Linn. Suppl. p. 189.*
Willd. Spec. I. p. 1562. *Thunb. Prodr. p. 55.*
Jacq. H. Schönbr. t. 52.?

Rad. fibrosa, annua. Caulis herbaceus teres debilis erectus articulatus foliis tectus glaber palmaris. Rami, si ulli, axillares, brevissimi. Folia alternatim opposita carnosae cartilagineo-ciliata crassa glabra rubra, inferiora oblonga, supra concava, subtus convexa, pollicaria; superiora ovata, supra plana,

subtus convexa, semiunguicularia, suprema sensim minora, et magis approximata. Flores nunquam vidi. *Thunb. Nov. Act. Ac. N. Car. VI. p. 557.* An ergo *Jacquini* planta eadem, cui: Caules erecti simplices pedales; folia inferiora valde imbricata numerosa patentia sessilia 2 poll. et ultra; superiora breviora, magis remota glabra crassa acuta. Flores subsessiles parvi agglomerati in axillis foliorum superiorum spicam longam simplicem rectam efformantes. Cal. glaber crassus. Cor. calyce parum longior pallida, apice rubella. *Jacq.?* In *Prom. b. Spei. Carro prope Olyfantsrivier.* © *Thunb. 4 Jacq.*

28. * *C. rupestris*; foliis connatis ovatis integris glabris, corymbo supradecomposito, (caule tecto). *Linn. Suppl. p. 189.* *Willd. Spec. I. p. 1554.* *Thunb. Prodr. p. 56.*

Rad. fibrosa ramosa. Caulis teres ramosus erectus palmaris et ultra. Folia alternatim opposita acuta, supra plano concaviuscula, subtus convexo-carinata, approximata, internodiis longiora, subunguicularia, viridia, margine rufescente, erecto-patula. Corymbus trichotomus fastigiatus. Pedunculi et pedicelli glabri, albo-purpurei. Bractea sub singulo pedicello ovata, minuta, alba. *Thunb. Nov. Act. Ac. N. Car. VI. p. 557. n. 18.* In *Prom. b. Spei in rupibus onderste Roggefild, fronte montis Bockland, montibus Hexrivier.* 4.

29. * *C. argentea*; foliis connatis ovatis integris argenteis, caule tecto, corymbo supradecomposito. *Linn. Suppl. p. 188.* *Willd. Spec. I. p. 1549.* *Thunb. Prodr. p. 56.*

Caulis ramosus fruticosus pedalis et ultra. Rami teretes glabri. Folia suborbiculata patentia-erecta carnosae crassa glabra sessilia obtusa cum acumine, margine acuto, pollicaria. Corymbus terminalis, ovatus. *Thunb. Nov. Act. Ac. N. Car. VI. p. 557. n. 19.* Ad *Prom. b. Spei. culta in Hortis Societ. ad Cap et Rondebosch.*

30. *C. Agardhiana*; foliis radicalibus ovatis imbricatis, caulinis remotis alternis, floribus terminalibus subpaniculatis, caule frutescente tortuoso ramoso, ramis lignosis nudis.

Cls. Agardh benigne nobiscum CRASSULAM, e Hispania meridionali sibi missam nomine *SEDI arborei*, communicavit, et CRASSULAM esse nec SEDUM recte monuit. Flos enim omnino CRASSULAE, nec SEDI, cujus folia. Similis illi CRASSULAE, quam passim in hortis nomine *tortuosae* coli vidimus, quae vero SEDUM. Caulis in specimine nostro digitali basi crassitie pennae anserinae, cortice nitente griseo fusco. Rami lignosi crassitie fili emporii, toti nudi, apice strobilo ovato foliorum imbricatorum ovato-oblongo, 5-4 lin. Foliorum structura et forma vix 1 1/2 lin. longorum, in strobilis hisce exsiccatis peritius explicari nequit. Rami, strobilo hocce destituti, spinam quasi terminantur. Flores in apice ramorum pedunculis simplicibus

et divisis, tenuibus, glabris, pedicellis subinde foliis sparsis: pedunculi passim basi serie duplici foliorum imbricatorum. Cal. corollâ triplo brevior, laciniis ovatis obtusis. Petala, quae videntur fuisse albo-rubella, oblonga, obtusa alia, alia acutiuscula, extus nervo carinata. Capsulae immaturae glabrae. Affinis videtur, e definitione scilicet, *SEDO nudo Ait.* In *Hispania meridionali.* h.

e. *Foliis latis nec subulatis alte perfoliatis:*

31. *C. perfoliata Scop.*; foliis connato-perfoliatis cordatis punctatis. *Scop. Del. insubr. III. p. 12. t. 6. C. Pers. Syn. 1. p. 338. n. 23.* *Haw. Syn. succ. p. 54* et hoc teste: *Cr. perfossa* fol. conn. perf. approximatis cord. punct. glaberrimis, margine purpureo. *Lam. Enc. meth. II. p. 173. n. 14.* *Jacq. Hort. Schönbr. t. 432.* (fide *Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 385.*) *Dec. pl. gr. t. 25.* *Cr. punctata Mill. dict. ed. 8. et H. Paris.* (fide *Lam.*) *Cr. connata Donn's Cat. ed. 6. p. 79. 5.*

Caules lignosi tenues diffuso-prostrati, undique foliis glaucis vix distantibus, horizontalibus, perfoliatis, subtus convexis. Harissime variat foliis alternis perfoliatis. *Haw.* Caulis inferne suffruticosus fragilis procumbens, ramis longis, griseo-rubentibus. Folia decussata patentia punctata griseo-virentia. Flores arcte paniculati, pedunculo communi gracili, bracteis 4-6 oppositis connatis. Cal. parvus rubescens. Petala parva ovata parum patentia albicantia. Squamae minimae luteae obtusae. Antherae fusco-rubentes. Germina flavicantia. Differt a *punctata* foliis nec ovatis nec ciliatis, a *cordata* foliis non in petiololum desinentibus. *Decand.* Caules 6-10 poll. Folia glauca. In *Prom. b. Spei.* h.

Obs. Licet et cli *Haworth* et *Decandolle* *Cr. perfoliatam* foliis subrotundis, in medio a caule perfoliatis, approximatis, rubro-punctulatis *Scop. insubr. t. 12* laudassent ad *perfossam Decand.*, descriptio tamen *perfoliatae* a *Scopoli* data haud convenit. „Caulis“ plantae *Scopolianae* „fruticosus tenues mox supra radicem ramis paucis et saepius simplicibus, copiâ et pondere foliorum depressus. Folia carnosae, subtus convexa, supra planiora, in corpus subrotundum unicum centro a caule perforatum connata, adeo vicina, ut vix lineâ distent, punctis creberrimis rubris exiguis, margine attenuato rubentia, ad lentem exiguo quasi tomento. Racemus densus terminalis biuncialis, ramis primis oppositis, ex vagina parva, dichotomis, ramulis squamulis ovatis adpressis alternis viridibus. Flores sessiles alterni. Cal. semiquinquefidus. Cor. pentapetala, in latae campanae formam disposita, luteola, aetate rufo-rubra. Antherae demum concolores. Styli rubentes stigmatibus reflexis. Squamae nectariferas nondum vidi. In *H. argentoratensi* erat nomine *Cr. punctatae.*“

32. * *C. perforata*; foliis connato-perfoliatis ovatis ciliatis remotis, caule erecto, thyrsifloro. *Thunb. Prodr. p. 56.*

CR. fol. opposito-perfoliatis ovatis, caule simplici, floribus pedunculato-subverticillatis. *Linn. Suppl. p. 190. Lam. Enc. II. p. 176. Willd. Spec. I. p. 1550. Pers. Syn. I. p. 338. n. 10.*

Caulis teres articulatus sensim attenuatus foliosus glaber pedalis. Folia fastigiatis opposita acuta carnosae cartilagineo ciliata patentia unguicularia longitudine internodiorum, viridia, subtus margineque supra rufescentia. Flores spicato-paniculati, thyrsis interrupto spithamaeo composito subsecundo incurvo. Pedunculi et pedicelli filiformes. *Thunb. Nov. Act. Ac. Nat. Cur. VI. p. 338. n. 21. In Prom. b. Spei. prope Swart-Ropp's Zoutpan.*

*Obs. Willdenow in Enum. H. berol. p. 342 duxit CB. perfossam Dec. s. perfilatam Scop. ad hanc perforatam Linn. fil. et Thunb., atque definitiones Linnaei et Thunberg mutavit in sequentem: „CR. foliis connato-perfoliatis ovatis punctatis, paniculam elongatam, ramis oppositis dichotomis“ quae neque cum definitione Scopoli et Lamarck et Decandolle, neque cum descriptione data a Linnaeo convenit, licet et haec abluat ab illa Thunbergiana, supra adducta. Est enim sequens descriptio Linnaei: „Caulis simplicissimi teretes rubicundi 1 1/2 ped., nudiusculi. Folia opposita cordata s. ovata acutiuscula, margine aequali laevia, superne sensim minora, radicalia approximata. Racemus terminalis longus. Flores parvi in pedunculis communibus oppositis quasi verticillis pedunculatis.“ *Haworth* hanc plantam Linnaei nullibi addaxit, nec Thunbergi. Fors. utraque distincta. Etiam Scopoli monuit in sua *perfilata* caules non esse simplicissimos, nec flores glomeratos.*

33. *C. umbella Jacq.*; caule simplicissimo, foliis caulinis 1-2, subrotundis convexis repandis centro perforatis, racemis axillaribus geminis. *Jacq. Coll. IV. p. 172. Icon. rar. t. 352. Trattinn. tabular. t. 253.*

Rad. disformiter subrotunda, unciam plus minus crassa nigra. Caulis unus alterve teres carnosus basi calamum crassus spithamaeus erectiusculus subpellucidus pallide nitidus carneus. Folia radicalia nulla, caulina 1-2 carnosae fragilia supra radiis pallidis et ad lentem punctata, subtus purpurascentia, majora diametro triuncialia. Racemi oppositi erecti graciles 1-2 unc., pedicellis inferioribus oppositis, interdum verticillatis umbellatisve. Flores parvi inodori. Cal. profunde 5-partitus punctatus, foliolis lanceolatis. Petala late lanceolata acuta calyce duplo longiora reflexa, intus albida, foris carnea. Filamenta alba longitudine petalorum. Antherae ochroleucae. Nectaria fusca. Saepius hexandra hexagyna. *Jacq. l. c. Nemo praedecessorum nostrorum recepit. In Prom. b. Spei.*

34. * *C. punctata*; foliis oppositis ovatis punctatis ciliatis, inferioribus oblongis. *Linn. Spec. p. 406. Willd. Spec. I. p. 1553. Hort. Kew. 2. ed. II. p. 193 (excl. syn. Mill. potius ad perfilatam spectante monente Haw. Syn. succ. p. 54.)*

Caulis teres simplex laevis. Folia disticha carnosae subtus con-

vaxa. Corymbi axillares brevissimi fastigiati. Cor. campanulata alba limbo reflexo. Antherae purpureae. *Vitm. Summ. pl. p. 222. In Prom. b. Spei. h.*

35. *C. marginalis Ait.*; caule fruticoso, foliis cordatis perfoliatis acuminatis planis patentibus intra marginem punctatis. *Ait. Hew. I. p. 396. Willd. Spec. I. p. 1553. Haw. Syn. succ. p. 55. Jacq. H. Schönbr. t. 471.*

Caules 2-ped. ramosissimi diffusi carnosii teretes. Folia basi conniventia rotundata mucronata margine purpurascencia subtus glauca. Flores umbellati. Petala sordide alba lanceolata acuta calyce duplo longiora. *Jacq. In Prom. b. Spei. h.*

36. * *C. pellucida*; caule flaccido repente, foliis oppositis. *Mill. dict. p. 10. Lam. Enc. meth. I. p. 176. n. 32. Willd. Spec. I. p. 1564. Haw. Syn. p. 55.*

CR. fol. subpetiolatis ovato-lanceolatis, floribus subumbellatis, caule filiformi diffuso pellucido. *Thunb. Prodr. p. 54. Jacq. Fragm. t. 131. Dill. Elth. t. 100. f. 119.*

Caules teretes glabri laete rubri, 1/2-1-ped. Folia acutiuscula carnosia succulenta laete viridia obsolete denticulata. Florea terminales breviter pedunculati, solitarii bini ternive ex albido purpurei. *Lam. In Prom. b. Spei. h.*

37. * *C. thyrsiflora*; foliis perfoliatis ovatis ciliatis patulis, corymbo composito attenuato (spicato *Thunb.*) *Linn. Suppl. p. 190. Thunb. Prodr. p. 55. Willd. Spec. I. p. 1559.*

Caulis teres herbaceus erectus spithamaeus glaber. Folia connata obtusa erecto-patula internodiis breviora glabra seminaugularia. Flores thyrsoides albi. Thyrsus sensim attenuatus, decompositus, palmaris. Bracteae sub pedunculis et pedicellis oppositae, similes foliis sed minores. *Thunb. Nov. Act. Ac. N. Cur. 339. n. 22. In Cat. H. Gorenk. occurrit CR. thyrsiflora nomine OROSTACHIS thyrsiflorae: an eadem cum planta Thunbergiana? Haworth non recepit. In Prom. b. Spei inter Soendags et Vischriwier.*

f. Foliis petiolatis:

38. *C. spathulata Thunb.*; foliis petiolatis cordato-subrotundis acutiusculis crenatis, corymbis paniculaeformibus. *Ait. Hew. I. p. 395. Willd. Spec. I. p. 1555. CR. fol. petiolat. spathulatis crenatis, corymbo decomposito trichotomo. Thunb. Prodr. p. 58. Nov. Act. Acad. C. Nat. Curios. T. VI. p. 331. n. 2. Haw. Syn. succ. p. 55. Decand. pl. grass. t. 49. CR. lucida Lam. Enc. meth. II. p. 173. n. 16. (fide *Poiret Enc. Suppl. II. p. 385.*)*

Rad. perennis. Caulis herbaceus tetragonus laxus procumbens glaber ramosus spithamaeus vel ultra. Rami alterni simplices

fastigiati diffusi cauli similes. Folia cordato-spathulata subcucullata obtusa patentia glabra, internodiis breviora, subungicularia. Petioli sensim dilatati subreflexi foliis breviores. Pedunculi et pedicelli divaricati glabri. Bractea sub singulo pedicello subulata, brevissima. *Thunb.* Convenit sane plurimis descriptio *lacidae* data a *Lamarck* l. c.; sed folia monet esse *ALSINES mediae*; petit folia supra plana sulco laevi per petiolum excurrente, 6 lin. lata; flores subcymosos parvos patententes intus albos, extus, demumque totos, purpurascens, petala angusta acuta calyce multo longiora. *In Prom. b. Spei. h. 4. Thunb. qui in sylvula juxta exitum Zeekorivier.*

39. * *C. cordata*; caule fruticoso, foliis petiolatis cordatis obtusis integerrimis, cymis paniculaeformibus. *Ait. Kew. I. p. 396. Willd. Spec. I. p. 1553. Haw. Syn. succ. p. 55. (?) C. fol. petiol. cord., floribus solitariis Thunb. Prodr. p. 57. (?) Decand. pl. grass. t. 121. Jacq. Hort. Schönbr. t. 431.*

Haworth l. c. citat *Willdenow*, qui *Linn. Suppl.* et *Thunb.* l. c. laudat, simulque ad suam ducit *Decandolle*, qui *Linnaeum* et *Thunb.* excludit jure. Caules in planta *Decandolli* lignosi carnosii teretes, 7-8 poll., rufescentes vel flavicantes, ramis patentibus oppositis. Folia parum petiolata, superne punctata, subtus pruina glaucâ; flores parvi, albido-rubelli, cymâ e racemis laxis gracilibus oppositis, foliolo ad basin. *Decand. In Prom. b. Spei. h.*

Obs. *Cr. cordata Thunb.* est sane longe alia species, ut cuique patet facile.

40. *C. neglecta*; foliis petiolatis cordatis, floribus solitariis, (caule herbaceo, radice annua.) *Cr. cordata Thunb. Crassulae in Nov. Act. phys. med. Acad. caes. Nat. Cur. T. VI. p. 330.*

Caules debiles sensim tenuiores, inferne foliosi, superne ramosi, carnosii, teretes, erectiusculi, palmares. Rami supremi oppositi capillares patenti-erecti, glabri. Petioli semiungicularia. Folia caulina fastigiatim opposita cordato-rotunda, integra, reflexo-patentia, crassa, carnosia, viridia, margine punctisque rufis, frequentia, unguicularia; ramea similia, sed multoties minora et tenuiora, viridia, circulo punctorum intra marginem. Flores terminales solitarii, pedunculis capillaribus lineam longis. *Thunb. Prope Swarthopps Zoutpan in sylvula, in Prom. b. Spei. ©.*

Obs. Hanc et sequentes duas *Haworth* non recepit.

41. *C. crenata Desf.*; herbacea, caulibus adscendentibus, inferne repentibus, foliis oppositis obovato-rotundatis crenatis, floribus cymosis secundis. *Desfont. Annal. d. Mus. T. XI. p. 445. t. 46. Anacampseros orient. folio subrotundo minori, eleganter crenato. Tournef. Cor. p. 19.*

Simile SEDO *hybrido*, sed folia, praeter characteres generis, opposita. Caules teretes vix ramosi 4-6 poll., tuberculis exiguis exasperati. Folia glabra carnosae basi in petiolum brevem attenuata, 10 lin., 5 lin. lata. Flores in corymbo terminali sessiles unilaterales. Lacinae calycis profundae angustae acutae. Pet. 5 alba ovato-lanceolata acutissima. Stam. corollae breviora. *Desf. In Armenia.*

42. * *C. pinnata*; foliis pinnatis, caule arboreo. *Linn. Suppl. p. 191. Willd. Spec. 1. p. 1554., et hoc teste: Lour. Fl. Cochinch. p. 131.*

Frutex rufescens, laevis, ramis alternis. Folia pinnata cum impari alterna. Foliola petiolulata cordata integerrima acuta laevia 7-9. Petioli basi crassiusculi. Panicula ex alis foliorum, foliis brevior, rubicunda. Flores rubri. *Linn. Colitur nunc in urbe Gent, monente Dum. Courset. In China. b.*

Obs. Utrum *CR. pinnata Lour. l. c.* eadem cum planta *Linnaeana*, et, si minus, utrum utraque hujus generis, judicent lectores ad sequentia *Loureiri*: „Radix lignosa magna verticalis, saepe indivisa. Caulis fruticosus crassus erectus 6-ped; ramis assurgentibus rectis. Folia imparipinnata multijuga; petiolis longis tenuibus erectis connato-vaginantibus rubro-fuscis; foliolis oblongis obtusis integerrimis crassis sessilibus subtus tomentosus superius nitidis. Flos rubro-fuscus parvus; racemis compositis erectis subterminalibus; calyce 5-partito minimo. Corollae petala 5 infera oblonga carnosae. Filamenta subulata pilosa rubra; antheris subrotundis. Nectarium squamis 10 oblongis luteis. Stigmata sessilia. Capsulae 5 parvae 2-spermae, introrsum dehiscentes. *Lour.* In locis arenosis Cochinchinae. Foliola ibi non sunt cordata, nec petiolata, nisi petiolo communi, prout de *chinensi* (quam non vidi) *Linnaeus*, asserit. *Suppl. H. p. 191.*“

43. *C. minima Thunb.*; foliis petiolatis subrotundis integris, pedunculis unifloris. *Thunb. Prodr. p. 57. Willd. Spec. 1. p. 1561.*

In Prom. b. Spei.

g. *Herbaceae scapis radicalibus:*

44. * *C. tomentosa*; villosa-scabra, foliis connatis lanceolatis villosis ciliatis, caule subnudo terminato, spicâ verticillatâ. *Linn. Suppl. p. 190. Willd. Spec. 1. p. 1563. Haw. Syn. succ. p. 56. CR. fol. ut supra, caule subaphyllo, floribus verticillatis. Thunb. Prodr. p. 56.*

Folia radicalia oblongo-lanceolata obtusiuscula hirsuta imbricata pollicaria: caulina 3 parium, minora. Caulis angulatus erectus villosus pedalis. *Thunb. Nov. Act. Acad. N. C. V. p. 555. n. 8. In Prom. b. Spei. in Hantum. b. Haw. Thunb. silet.*

45. *C. linguaeformis Haw.*; foliis infimis distinctis oppositis linguaeformibus ciliatis pubescentibus, floribus verticilla-

tis confertis sessilibus caule folioso. *Haworth Miscell., natural. p. 175. 1. Syn. succ. p. 56.*

Forte mera *tomentosae* varietas, at foliis minus villosis-scabris, scapoque valde folioso. *Haw. Hab. ad Cap. B. Sp. 2.*

46. * *C. Cotyledonis*; foliis connatis oblongis tomentosis ciliatis, caule subnudo, floribus corymbosis aggregatis. *Linn. Suppl. p. 190. Syst. Veg. ed. XV. p. 326. Thunb. Prodr. p. 56. Willd. Spec. I. p. 1558. Haw. Syn. succ. p. 56.*

Caulis simplex erectus herbaceus subtetragonus aphyllus tomentosus, crassitie pennae, pedalis. Folia radicalia, plura fastigiatis opposita, confertissima, ovalia, obtusa, carnosae, supra plana, subtus convexa, integra, tenuissime ciliata, subtomentoso mollia, pollicem lata, digitalia, erecta: caulina trium parium minora. Bractee in pedunculis fastigiatis oppositae conato-vaginantibus ovatae obtusae appressae, lineam longae, tomentosae. Flores albi pedicellati. Pedunculi trichotomi. Corymbus decompositus. *Thunb. Nov. Act. Acad. N. Cur. VI. p. 352. n. 7. In Prom. b. Spei. prope Swartkops Zoutpan in sylva. 4? Haw.*

47. * *C. orbicularis*; foliis oblongis obtusis cartilagineo-ciliatis cespitosis, sarmentis radicalibus, scapo paniculato, ramis oppositis cymosis. *Willd. Enum. H. berol. p. 344. Cr. sarment. radicalibus determinate foliosis, foliis patentissimis imbricatis. Linn. Mant. p. 361. Lam. Enc. II. p. 176. Willd. Spec. I. p. 1563. Haw. Syn. succ. p. 56. Decand. pl. grass. t. 43. Dillen Elth. t. 100. f. 118.*

Folia radicalia rosulas formantia ovata carnosae gibbae laevia acutiuscula, retrorsum ciliata, ciliis cartilagineis tenuissimis. Filia lateralia radice filiformia decumbentia, propagines apice formantia. Scapus vix foliis longior erectus aphyllus. Spicae brachiato-verticillatae floribus parvis. Petala rubro-albicantia. Stigmata purpurea. *Linn. Folia radicalia pallida, in scapo 4-5-pollicari minima 4-6. Petala calyce duplo longiora. Caules erecti 4-5 poll. In Prom. b. Spei. 4.*

48. * *C. tecta*; *) foliis connatis ovatis obtusis cinereo-lamellosis, scapo nudo, capitulo terminali. *Linn. Suppl. p. 190. Thunb. Prodr. p. 56. Willd. Spec. I. p. 156a.*

Caulis subnullus. Folia subradicalia frequentissima imbricata subtus convexa supra concava, crasso-carnosae, pulvere cinereo instar squamarum Lepidopterorum tecta, basi nuda, cartilagineo-ciliata unguicularia, superiora minora. Scapus filiformis pollicaris. Flores plures sessiles minuti in capitulum collecti. *Thunb. Nov. Act. Acad. Caes. N. Cur. p. 331. n. 3. In Prom. b. Spei in Carro trans Hartequas Kloof.*

*) Sequentes e primo ordine II. phalangis *Thunb.* huc posuimus.

49. *C. hemisphaerica* Thunb.; foliis connatis subrotundis ciliatis hemisphaerice imbricatis, caule aphylo thyrsifloro. Thunb. Prodr. p. 57. Willd. Spec. I. p. 557.

Folia radicalia plurima alternatim opposita mollia cartilagineo-ciliata deorsum carnosae tenuia pollicaria, superioribus sensim minoribus pallida rufo-punctata. Scapus e centro foliorum simplex carnosus albidus palmaris. Flores spicato-paniculati. Thyrsus compositus. Thunb. Nov. Act. Acad. Nat. Cur. 351. n. 4. In Prom. b. Spei. in Roggefeld in Carro prope Olyfantsrivier. ☉.

50. * *C. montana*; foliis connatis ovatis acutis ciliatis, caule subnudo, floribus aggregatis. Linn. Suppl. p. 189. Willd. Spec. I. p. 1562. Thunb. Prodr. p. 1562.

Folia radicalia, frequentissima, concava, tenuia, patula, glabra, vix semiunguicularia, viridi-purpurascens, caulina 3 circiter parium, consimilia, sed minora remota. Caulis filiformis erectus digitalis purpurascens. Flores capitati sessiles. Capitula plerumque solitaria raro duo lateralia simul. Thunb. Nov. Act. Acad. N. C. VI. p. 332. n. 5. In Prom. b. Spei. in summo monte Bockland.

51. * *C. barbata*; foliis connatis articulatis (orbiculatis Thunb.) barbatis hemisphaericis (hemisphaerice Th.) imbricatis, caule subrotundo, (subnudo Th.) floribus verticillatis. Linn. Suppl. p. 188. Thunb. Prodr. p. 57. Willd. Spec. I. p. 1558.

Rad. fibrosa. Folia radicalia plurima suborbiculata aggregata tenuia glabra margine fasciculato-pilosa subpollicaria; caulina 2 parium consimilia, sed longe minora, remota. Caulis subangulatus erectus glaber spithameus crassitie fere calami. Thunb. Nov. Act. Acad. N. C. VI. p. 332. n. 6. In Prom. b. Spei, in rupibus montium Hantum prope villam Grootrivier in Roggefeld. ♂.

52. * *C. cephalophora*; foliis connatis lineari-oblongis obtusis integris, capitulis lateralibus pedunculatis. Linn. Suppl. p. 190. Thunb. Prodr. p. 55. Willd. Spec. I. p. 1562.

Folia radicalia, erecta, subtomentosa, digitalia, caulina nulla. Caulis teres erectus subtomentosus, spithameus. Capitula opposita pedunculata magnitudine pisi. Thunb. Nov. Act. Acad. N. C. VI. p. 335. n. 9. In Prom. b. Spei.

53. * *C. spicata*; foliis connatis lineari-subulatis, scapo subnudo, spicâ verticillatâ, verticillis inferioribus remotioribus. Linn. Suppl. p. 189. Thunb. Prodr. p. 55. Willd. Spec. I. p. 1559.

Folia radicalia, fastigiatis opposita, erecta, supra concava, subtus convexa, glabra, digitalia, confertissima; caulina opposita minora. Caulis teres herbaceus erectus glaber spithameus

Verticilli approximati sessiles multiflori. *Thunb. Nov. Act. Acad. N. C. VI. p. 334. n. 10.* *In Prom. b. Spei. in Carro.*

54. *C. sylvatica Lichtenst.*; caule herbaceo dichotomo foliisque obovato-oblongis margine basique strigoso hirtis, floribus terminalibus axillaribusque solitariis. *Lichtenst. Spicil. Fl. cap. MS.*

In Prom. b. Spei. Duivelshoek prope Zwellendam.

h. *Annuae, s. biennes:*

55. * *C. retroflexa*; foliis connatis oblongis remotis planis. caule simplici, cyma composita, pedicellis retrofractis. *Linn. Suppl. p. 183.* *Thunb. Prodr. p. 55.* *Willd. Spec. I. p. 1555.* *Haw. Syn. p. 57.*

Variat flore rubro et luteo. *Linn.* Rad. fibrosa. Caulis filiformis, flexuoso-erectus, digitalis, glaber, purpurascens. Folia caulina 2-4, ovato-lanceolata, obtusa, patentia, integra, semiunguicularia. Cyma erecta, subdichotoma. Pedunculi et pedicelli retrofracti, capillares. Bracteae sub iisdem oppositae, foliis similes, sed minores. Varietas triplex: 1. Floribus aurantiacis major. 2. Floribus luteis mediocris. 3. Floribus albis minor et tenerior. *Thunb. Nov. Act. Acad. Nat. Car. VI. p. 338. n. 20.* *In Prom. b. Spei in Swartlandbay, Saldanhabay, Helenabay, prope Bergrivier, in Rode-Sand montibus prope Winterhoek. ☉.*

56. *C. lineolata Ait.*; caule herbaceo, foliis cordatis sessilibus, pedunculis subterminalibus axillaribus approximatis umbelliformibus. *Ait. Kew. I. p. 331.* *Willd. Spec. I. p. 1555.* *Haw. Syn. succ. p. 57.*

In Prom. b. Spei. ♂.

57. * *C. centauroides*; caule herbaceo dichotomo, foliis sessilibus oblongo-ovatis cordatis planis, pedunculis axillaribus unifloris. *Ait. Kew. I. p. 332.* *Willd. Spec. I. p. 1555.* *Haw. Syn. succ. p. 57.* *Sims bot. Mag. p. 1765.*

Caulis palmaris teretiuseculus brachiatus, (non erat dichotomus) subpubescens. Folia sessilia, saepius opposita, ovata, carnossa, acuta, lucida, supra punctis excavatis. *Linn.* Caules prostrati, (3-4 poll.) glabri pallide rubri superficie pellucida, centro opaco, ramis inferioribus rectangulis vel brachiatis, superioribus dichotomis. Folia opposita plana amplexicaulia margine rubra, subtus subdenticulata. Pedunculi solitarii demum reflexi. Cal. persistens laciniis 5 acutis. Corolla *Centaurei minoris*, petalis ovatis acuminatis, lacte kermesinis, basi albidis. Filamenta viridia, receptaculo sub germine, nec unguibus petalorum inserta, cum petalis alterna. Antherae luteae.

Germina 5 cohaerentia. Styli divaricati. *Sims. In Prom. b. Spei.* ☉. vel ♂.

Obs. Olim *Linnaeus Amoen.* VI, p. 85 de *Cr. centauroide* dixit: caulis herbaceus palmaris. Folia opposita amplexicaulia sessilia laevia. Caulis superne dichotome corymbosus, ex axillis flores pedunculati, ramis breviores. Similes *Cr. dichotomae*, sed folia latiora floresque minores.

58. * *C. dichotoma*; caule herbaceo dichotomo, foliis sessilibus ovato oblongis canaliculatis recurvatis, pedunculis axillaribus unifloris. *Ait. Hew.* I. p. 392. *Willd. Spec.* I. p. 1555. *Haw. Syn. succ.* p. 57. *Linn. Amoen.* VI. p. 86. *Herm. lugd.* p. 550. t. 553.

Affinis *centauroidi*, sed folia minus lata, flores multo majores. Caulis 4-5 poll. Gracilis teres, pallide virens. Petala patentia, intus crocea, extus rubra, singulum basi maculâ cordatâ sanguineâ. *Lam. Enc.* II. p. 174. *In Prom. b. Spei.* ☉.

59. * *C. strigosa*; caule herbaceo erecto dichotomo, foliis obovatis strigosis, pedunculis unifloris. *Linn. S. V.* p. 252. *Willd. Spec.* I. p. 1557. *Amoen. Acad.* VI. fr. 9.

Rad. annua. Caulis spithamaeus, herbaceus subhispidus. Folia opposita obovata obtusa lineata integerrima, inferiora saepe petiolata. Rami dichotomi. Flores dichotomi, ad apices ramorum plures, pedunculati, uniflori. Calyces strigosi. Petala ovata, longitudine calycis. *Linn. Amoen.* l. c. Folia subcarinosa. Flores versus apicem ramorum. Calyces parum carnosissimi. *Lam. Enc.* II. p. 174. *In Prom. b. Spei.* ☉.

Obs. Cl. *Haworth* non recepit; sed *dichotomae* et *glomeratae* affinis videtur.

60. * *C. glomerata*; caule herbaceo (valde) dichotomo caebro, foliis lanceolatis (lanceolato-linearibus), floribus ultimis fasciculatis. *Linn. Mant.* p. 60. *Lam. Enc. meth.* II. p. 174. *Ait. Hew.* I. p. 392. (excl. β.) *Willd. Spec.* I. p. 1556. (excl. β.) *Haw. Syn. succ.* p. 57. *Decand. pl. grass.* t. 67. *C. scleranthoides Barm.* *Prodr.* p. 8.

Caulis palmaris erectus teres purpurascens. Folia opposita lanceolata carnosissima sessilia patentissima acutiuscula. Flores e dichotomia solitarii subpedunculati, magnitudine *Polycarpi*. Flores terminales ramulorum conferti in capitula, ut in *VALERIANA Locusta* aut *Sclerantho*. Cal. 1-phyllus, 5-partitus, foliolis ovatis convexis acutis erecto-patulis. Petala ovata alba calyce triplo minora adeoque minuta. Stamina 5 petalis dimidio minora antheris luteis. Styli vix ulli. Stigmata 5 staminibus breviora. Folia passim basi subciliata. Planta adulta rufescens exceptis petiolis. *Linn.* *In Prom. b. Spei.* ☉.

61. *C. glabra Haw.*; caule dichotomo pubescente, foliis lineari-lanceolatis, floribus ultimis fasciculatis. *Haw.*

Syn. succ. p. 58. CRASSULA *glomerata* β . *Ait. Kew. l. p. 392.* *Willd. Spec. l. p. 1556.*

A semine crescit sine variatione. *Haw. In Prom. b. Spei. ©.*

62. *C. pulchella* *Ait.*; caule herbaceo dichotomo, foliis ovato-oblongis carnosis reflexis, floribus in dichotomiis pedunculatis, pedunculis turbinatis. *Ait. Kew. l. p. 392.* *Willd. Spec. l. p. 1556.*

Affinis *glomeratae*, a qua differt, foliis brevioribus, pedunculis germen inferum mentientibus, calycibus obtusis, corollis calyce fere longioribus (praeter characteres datos.) *Ait. Cls. Haworth non recepit. In Prom. b. Spei. ©.*

63. *C. Alvoidea* *Ait.*; foliis ovatis acutis distinctis ciliatis, caule simplici pilosiusculo, racemo composito, ramis paniculaeformibus. *Ait. Kew. l. p. 394.* *Willd. Spec. l. p. 1558.* *Haw. Syn. succ. l. p. 58.*

Caulis vix spithamaeus. Folia carnosae glabra, punctis impressis minutis adpersa uncialia. Racemus terminalis. Pedunculi distantes patentes subdivisi in cymas trichotomas. Calycis foliola glabra lineam longa. Petala calyce duplo longiora alba inferne virescentia. Nectaria lutea. Filamenta alba. Antherae subrotundae parvae. *Ait. l. c. In Prom. b. Spei. ♂.*

64. * *C. capitella*; foliis oblongo-lanceolatis acutis connatis ciliatis; caule laevi, racemo elongato, floribus fasciculatis subsessilibus. *Ait. Kew. l. p. 394.* *Willd. Spec. l. p. 1558.* *Haw. Syn. p. 58.* *Linn. Suppl. p. 190.* *Thunb. Prodr. p. 55.*

Rad. fibrosa. Caulis teres glaber erectus spithamaeus crassitie calami, superne interdum ramosus. Folia remota, internodiis longiora, pollicaria, glabra. Flores verticillati albi. Verticilli sessiles multiflori approximati. *Thunb. Nov. Act. Ac. N. Car. VI. p. 339. n. 23.* *In Prom. b. Spei. ♂.*

65. *C. crenulata*; foliis connatis lanceolatis punctato-crenulatis, caule folioso, corymbo decomposito. *Linn. Suppl. p. 189.* *Thunb. Prodr. p. 56.* *Willd. Spec. l. p. 1563.*

Caulis herbaceus erectus teres articulatus glaber, viridis, lineolis albis variegatus, crassitie pennae, pedalis. Folia fastigiata opposita sessilia subconnata, lineari-lanceolata, obtusa, supra concava, subtus convexa, serie punctorum intra marginem crenulata, carnosae glabra, internodiis longiora, digitalia, erecta, apice patula: superiora sensim minora et remotiora. Flores albi. Corymbus trichotomus fastigiatus. Bracteeae 2 oppositae sub singulo pedicello minutae. Pedunculi pollicares. Pedicelli sensim breviores. *Thunb. Nov. Act. Ac. N. Car. VI. p. 340. n. 24.* *In Prom. b. Spei prope Lurisrivier.*

Obs. Ill. *Thunberg* posuit post *capitellam*: cl. *Haworth* non recepit.

66. * *C. rubens*; foliis fusiformibus subdepressis, cymâ quadrifidâ foliosâ, floribus sessilibus, staminibus reflexis. *Linn. S. V. p. 253.* (excl. syn. *Fl. Dan. in Edit. Murr.* et in *Lam. Enc. meth. II. p. 176.*) *Willd. Spec. I. p. 1559.* *Haw. Syn. succ. p. 59.* CR. fol. sparsis semicylindricis glabris, floribus lateralibus solitariis subsessilibus, ramis villosis. *Ait. Kew. I. p. 397.* *Decand. pl. grass. t. 55.* *SEDUM rubens Spec. pl. II. p. 619.* (descr. exclus. synonym. plerisque). *Hall. Hist. n. 960.* *Magnol. monsp. t. 237.* *Scheuchz. It. I. p. 48. t. 6. f. 3-4.* *Lachenal act. Helv. VII. p. 331. t. 11.*

„Flores albi subtus rubentes carinâ. Stam. 5, ceterum SEDO annuo simile staturâ.“ *Linn. S. V.* Caulis digitalis simplex pilis raris viscosis. Folia sparsa patentia oblonga obtusa carinosa, inferiora quaterna. Cyma 3-4-fida, ramis recurvis. Flores sessiles. Cor. alba valde mucronata carinâ villosâ purpurascens. Stam. 5 mox recurvata. Germina subpilosa. Fructus purpurascens. CRASSULAM dicerem ob stamina, sed petala omnino SEDI et habitus. *Linn. Spec. I. c.* Caulis teres pubescens decumbens ramosus (3-4 poll.). Rami adscendentes villosi digitales. Folia sparsa sessilia glabra crassitie pennae gallinae, versus apicem parum attenuata ibique rubicunda, inferiora fere uncialia, superiora sensim breviora. Flores in ramis inter folia sparsi remoti solitarii brevissime pedunculati. Calycis foliola carnosâ, extus convexa villosiuscula lineam longa. Petala calyce triplo (duplove) longiora alba carinata, carinâ villosiuscula rubicundâ. Nectaria alba minima. Filamenta petalis paulo breviora. Antherae subrotundae parvae rubicundae. *Ait. l. c.* *In Europa australi. ☉.*

67. *C. Magnolii Decand.*; foliis alternis ovalibus obtusis crassis glabris, caule subramoso paucifloro glabriusculo. *Decand. rapp. voy. II. p. 79.* *Catal. H. monsp. 1813. p. 98.* *Fl. fr. Suppl. p. 522,* et, hoc teste: CR. *rubens* β. *Fl. fr. n. 3604.* *TILLAEA rubra Gouan Hort. p. 77.* *TILLAEA erecta Sauv. monsp. p. 129.* *Sedum annuum minimum stellatum rubrum. Magnol. bot. p. 238 et 237 l. c.* *TILLAEA erecta Linn. H. Ups. p. 24?* CR. *verticillaris* *Linn. Mant. p. 261.* CR. *cespitosa Balb. Misc. alt. 13.* *Lois. not. 50.*

Caulis gracilis erectus solitarius simplex bifidusve vix digiti longitudine; folia erecta pingua; flores subsessiles solitarii ad axillas foliorum floralium; petala 5 acuta. Folliculi maturi divergentes rubri stellatim patentes. Non est TILLAEA ob flores quinaros, nec SEDUM ob stamina 5. Soli CR. *rubente* affinis, sed notis indicatis sat distincta. *Dec. Cat. l. c.* *In saxosis apricis circa Monspelim ad lacum Gramontianum, antrum Mirivallis; etiam circa Antibes.*

68. *C. andegaviensis Decand.*; foliis inferioribus oppositis, superioribus alternis, ovatis, obtusissimis, erectis, carnosissimis, caule trichotomo, floribus in dichotomia perque ramos sparsis. *Decand. Suppl. Fl. fr. p. 522.* SEDUM atratum *Bastard Essai p. 167.* (excl. syn.)

Plantula parva habitu *SEDI atrati*, sed multo magis *CR. Magnoli* propinqua: at folliculi maturi dimidio breviores, erecti, nec divergentes et in stellam patentis. Tota glabra, atro-virens, calycibus fructibusque fere totis atris. Caulis erectus gracillimus basi simplex. Flores parvi ex albo rubentes. Petala ovata acutiuscula. *In muris et ad rupes schistosas circa Angera Bastard.* ☉.

69. * *C. verticillaris*; caule herbaceo, foliis patentibus, floribus verticillatis aristatis. *Linn. Mant. p. 261.* Willd. *Spec. I. p. 1561.* Haw. *Syn. succ. p. 59.* TILLAEA erecta *Hort. Ups. p. 24.* Sauv. *monsp. p. 129.* (Non esse CRASSULAM diffusam *Fl. Gall. 722. 2* monet *Lam. Enc. meth. II. p. 177.*)

Caulis ramosissimus diffusus opposite ramosus, longitudine digiti. Folia opposita conferta oblongo-ovata sessilia gibba, minutissime papulosa, apice scabra, patentia. Flores axillares sessiles minutissimi. Cal. longitudine corollae subulatus. Petala 5, calyce breviora, lanceolata, acuminata, ut fere aristata, medio rubra. Stamina brevissima apice, uti stigmata, rubra. *Linn.* Caulis non dichotomus. Folia acuta. Calyces aristati. *Willd.* *In Europa australi.* ☉.

Obs. *In Edit. XV. S. V. p. 324,* ut in *III. p. 230* et in *Mant. 361.* citatur *Sed. ann. minim. stellat. rubr. Magn. monsp. t. 237.* cum TILLAEA erecta *Hort. ups. p. 24.* Sed *Magnoli* synonymon excludendum esse in *verticillari* monuit *Aiton.* Ergo etiam *Sauvages* excludendus, et TILLAEA erecta s. SEDUM rubens β , utpote eadem.

70. *C. cespitosa Cav.*; caule subdiviso, foliis globoso-subrotundis (quadrifariam) imbricatis, floribus terminalibus sessilibus (cymâ subtriflorâ, floribus sessilibus). *Willd. Spec. I. p. 1560.* Cav. *Icon. I. p. 50. t. 69. f. 2.* M. a *Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 257.*

Planta vix 3 lin.; caules rubelli numerosi cespitosi; folia viridia sessilia apice rubella, demum tota rubra. Cal. carnosus 4-5-fidus. Pet. 4-5 alba lanceolata acutissima carinâ rubrâ, ut germina. Caps. 4-5, oblongae acutae. Semina ovata nigricantia. *Cav.* Variare saepius numero partium quaternario *M. a Bieb. l. c.* *Cl. Loiseleur* citat *CR. cespitosam Cav.* ad *cespitosam Balbis*, quae *CR. Magnoli Decand.*, sicut etiam sua; attamen planta *Cavanilles*, quae quoque non laudatur a *Decandolle* ad *CR. Magnoli*, distincta videtur. *In Hispania, in Tauria.* ☉.

71. *C. microcarpa Smith*; foliis oblongis, caule in-

crassato, capsulis angulatis punctatis muticis. *Smith Prodr. Pl. gr. I. p. 217. n. 754.*

In insulae Cypri rupibus. ☉.

72. *C. exposita Ait.*; foliis semicylindrico-subulatis supra canaliculatis, patentibus, pedunculis axillaribus solitariis unifloris, caulibus dichotomis. *Ait. Kew. I. p. 590. Willd. Spec. I. p. 1561. Haw. Syn. succ. p. 59.*

In Prom. b. Spei. ☉.

73. *C. sparsa Ait.*; foliis alternis subspathulatis acutis integerrimis, racemo composito. *Ait. Kew. I. p. 595. Willd. Spec. I. p. 1563. Haw. Syn. succ. p. 59.*

In Prom. b. Spei. ☉ ♂. Hort. Kew. ed. 2.

74. *C. diffusa Ait.*; foliis oblongis basi attenuatis remote crenatis, pedunculis oppositifoliis axillaribusque solitariis. *Ait. Kew. I. p. 595. Willd. Spec. I. p. 1564. Haw. Syn. succ. p. 59.*

In Prom. b. Spei. ☉.

75. *C. moschata Forst.*; caule herbaceo procumbente, foliis connatis oblongis acutis, pedunculis axillaribus unifloris, floribus tetrandris. *Willd. Spec. I. p. 1561. Forst. Comment. Soc. gott. IX. p. 26. Cr. moschata fol. lineari-lanceolatis carnosis, floribus tetrandris. Haw. Syn. succ. p. 60.?*

A TILLAEIS nectario distincta, licet numero quaternario conveniat, forte etiam a CRASSULIS distincta ob singularem filamentorum situm. *Willd. l. c.* Caules teretes urticulati palmares vel spithamaei rubicundi subramosi, articulis inferioribus pollicaribus. Folia opposita petiolata elliptica carnosae utrinque convexiuscula supra sub lente punctis elevatis subtus laevia patentia exigua. Petioli breves connati vaginantes. Pedunculi filiformes brevissimi. Cal. turbinatus 4-partitus, foliolis subulatis concavis persistentibus. Petala 4 distincta oblonga acutiuscula alba. Nectaria 4 spathulata purpurea calyce dimidio breviora, e receptaculo inter petala et germina. Filamenta 4 subulata longitudine calycis e receptaculo cum petalis alternantia, nec eorum unguibus inserta. Germina 4 subtriquetra convexiuscula. Styli 4 patentis. Stigmata obtusiuscula. Capsulae 4 stylis acuminatae ovatae subtriquetrae uniloculares. Sem. 3-4. TILLAEIS adnumerasset nisi adfuissent Nectaria. Singularem tamen staminum situ a Crassulis differt. *Forster l. c. In rupibus praecipitibus Insular. Novi Anni.*

Obs. *Cls. Haworth* ad suam *Cr. moschatam* plantam *Willdenowii* l. c. non nisi cum? adduxit, licet plurimis conveniant, facie *Tillaeae*. Caules seniores fere 1/2 ped., tenues, ramis numerosis, saepe patulis, plerumque oppositis. Folia tenuiter perfoliata, horizontalia, 2-3 lin., viridia vel indies plus minus rufa. Pedunculi axillares uniflori fas-

iculatim verticillati, primo perbreves, dein folio longiores, capillares effusi. Cetera non examinavi „ait.“ Forsan TILLAEAE propria species, vel potius genus proprium.“ In *Molina Saggio s. stor. nat. del Chili* 2. ediz. p. 284. CR. *moschata Willd.* regno Chili quoque adscribitur.

76. * *C. muscosa*; caule herbaceo prostrato, foliis oppositis ovatis gibbis imbricatis, floribus sessilibus solitariis. *Linn. Amoen. acad.* VI. p. 86. (excl. syn. *Herm.*) *Lam. Enc.* II. p. 175. n. 22. *Willd. Spec.* I. p. 1557. *Thunb. Prodr.* p. 54.

Caules filiformes, rarius ramosi, foliis tecti minimis sessilibus carnosiusculis, in exsiccatis sub foliorum margine ordo punctorum. Flores ex alis omnium minutissimi, longitudine foliorum. *Linn. In Prom. b. Spei.* ☉.

Obs. *Cls. Poiret* in *Enc. Suppl.* II. p. 385 *muscosae* L. synonymon dicit *CRASSULAM lycopodioidem Lam. Enc. meth.* II. p. 173. n. 15. At tamen ipse *Lamarck* l. c. monet sub *muscosa*, hanc sibi videri diversam a *lycopodioidem*, quia annua, et quod *Linnaeus* sileat de foliis quadrifariam imbricatis. *Cls. quoque Dumont. Courset Bot. Cultiv.* III. p. 193. *CRASS. lycopodioidem* rectius, ut nobis saltem videtur, duxit ad *CR. imbricatam Ait.* Hanc et sequentes hujus sectionis *Haworth* non recepit.

77. * *C. subulata*; *) foliis subulatis teretibus patentibus, caule herbaceo. *Linn. Mant.* p. 360. *Willd. Spec.* I. p. 1559. *CR. fol. perfoliatis tereti-subulatis ciliatis patulis, caule ramoso, floribus capitatis. Thunb. Prodr.* p. 55. *Petiv. gaz.* t. 89. f. 8. *Herm. lugd.* p. 555. t. 552. *CR. subulata Berg. cap.* 83 (sed floribus coccineis, cum *Petiv.* et *Herm.* flores albos petant.)

Caulis (dodrantalibus bifidus) tectus vaginis foliorum truncatis ciliatis. Folia linearia (uncialia alterna) carnosiuscula cartilagineo-ciliata. Spicae capitatae terminales subsessiles, involuero imbricato. *Linn.* Caulis erectus 6-7 poll., ramis 2-3. Folia longitudine internodiorum, utrinque plana, pollicaria circiter. *Lam. Enc.* II. p. 175. *In Prom. b. Spei.* ☉.

78. *C. dentata Thunb.*; foliis petiolatis cordatis dentatis. *Thunb. Prodr.* p. 57. *Willd. Spec.* I. p. 1561. *In Prom. b. Spei.* ☉.

hh. Tillaeaceae: corollis quadrifidis.

79. *C. natans Thunb.*; foliis lineari-lanceolatis, floribus quadrifidis, caule simplici. *Thunb. Prodr.* p. 54. *TILLAEA capensis Linn. Suppl.* p. 129. *Willd. Spec.* I. p. 721.

*) Hanc et sequentes *Cls. Haworth* non recepit.

Radices capillares copiosae. Caulis pollicaris herbaceus dichotomus. Folia opposita oblongiuscula subcarnosa. Flores pedunculati solitarii. Cal. 4-partitus, patens, foliolis ovalibus. Petala 4 ovalia alba, calyce duplo longiora. Nectaria purpurea triangularia. *Linn.* In *Prom. b. Spei.* ☉.

80. *C. inanis* *Thunb.*; foliis perfoliatis ovatis, (corymbis terminalibus), floribus quadrifidis, caule simplici. *Thunb. Prodr. p. 54.* *TILLAEA perfoliata* *Linn. Suppl. p. 129.* *Willd. Spec. l. p. 721.*

Caules gracillimi; corymbi parvi terminales. *Linn.* In *Prom. b. Spei.* ☉.

81. *C. umbellata* *Thunb.*; foliis subpetiolatis ovatis obtusis integris, caule capillari erecto, floribus umbellatis. *Thunb. Prodr. p. 54.* *TILLAEA umbellata* *Willd. Spec. l. p. 721.*

Folia subcarnosa utrinque glabra. *Linn.* In *Prom. b. Spei.* ☉.

82. *C. Thunbergiana*; foliis subulatis, petalis calyce brevioribus. *TILLAEA decumbens* *Willd. Spec. l. p. 721.* *CRASSULA decumbens* *α. Thunb. Prodr. p. 54.*

Distincta a *CRASS. decumbente*. Caules parvi gracillimi. Folia sessilia glabra, subcarnosa. In *Prom. b. Spei.* ☉.

i. *Corollae petalis inaperto-erectis, apicē globulam cerinum ferentibus. GLOBULEAE Haw. **)

83. * *C. cultrata*; foliis obovato-ellipticis acutis oblique flexis connatis, paniculâ elongatâ ramis oppositis dichotomis divaricatis, floribus congestis. *Willd. Enum. H. berol. p. 343.* *CR. fol. oppositis obovatis subcultratis obliquis connatis integerrimis. Ait. Kew. l. p. 393.* *Willd. Spec. l. p. 1352.* *Sims bot. Mag. p. 1940.* *Trew. pl. rar. p. 2. t. 12.* *GLOBULEA cultrata* *Haw. Syn. succ. p. 60.* *Dill. Elth. p. 115. t. 97. f. 114.*

Flores non explicantur. *Linn.* Similis quoad folia *portulacae*, sed haec sunt longiora, oblique flexa, basi connata. *Willd. l. c.* Caules teretes subarticulati apice foliosi parum ramosi debiles decumbentes nunc, nunc erecti, pedales et ultra. Folia planiuscula nitentia, decussata, crassa, $1\frac{1}{2}$ poll., 9 poll. lata. Rami paniculae breves. Flores parvi albi. *Lam. Enc. ll. p. 172.* In *Prom. b. Spei.* ☉.

84. *C. obvallata*; foliis oblongis connatis obtusis subfalcatis margine cartilagineo-ciliatis, paniculâ elongatâ, pedun-

*) Flores corymbosi demum capitulati. Folia crassa inferne convexa, altero margine longe tenuiore acieformi; inde cultrata.

culis oppositis conferto - cymosis. *Willd. Enum. H. berol.*
p. 342. Spec. I. p. 1552. Decand. pl. grass. t. 61.
Trew pl. rar. II. p. 1. t. 11. Cr. obfulcata Hortul.
Cr. obvallaris Hortul. GLOBULEA obvallata Haw. Syn.
succ. p. 61.

Simillima *cultratae*, et crassioribus ob flores maxime affinis:
 petala alba spathulata apice arista globo, ut in *cultrata* nec
 unquam explicanda; sed differt caule palmari brevioris paten-
 te, foliis duplo longioribus majoribusque, minime basi con-
 tractis, magis oppositis, confertissimis nec spatio remotis, mar-
 ginibus inprimis recentiorum, tenuissime crenulatis, minime
 obliquis, ut in *cultrata*. *Linn.* Folia omnia radicalia decus-
 satim imbricata ciliata crasse cultriformia, altero margine lon-
 go attenuata. *Haw.* Caulis statim a basi ramosus, 3-4 poll.
 Folia juniora pubescentia, 2-poll., 5-6 lin. lata. *In Prom.*
b. Spei. b.

85. *C. canescens*; foliis omnibus radicalibus decussa-
 tim imbricatis ciliatis lorato - (?) lanceolatis flexis cultratis
 pubescenti - canescentibus. *GLOBULEA canescens Haw. Syn.*
succ. p. 61.

Simillima *obvallatae*, at folia longiora angustiora, valde flexa,
 canescentia, praecipue juniora. *Nudicauli* nimis forte affinis.
Haw. In Prom. b. Spei. 4.

86. * *C. nudicaulis*; foliis subulatis radicalibus, caule
 nudo. (?) *Linn. Hort. Cliff. p. 116. Lam. Enc. II. p.*
176. Willd. Spec. I. p. 1562. Dec. pl. gr. t. 155.
Kniph. C. 3. n. 34. GLOBULEA nudicaulis Haw. Syn.
succ. p. 61. Dill. Elth. p. 116. t. 99. f. 115.

Folia radicalia numerosa 5 poll. et ultra, semiteretia; in rosu-
 las expansa, pallida, succulenta, e quorum centro caulis 6
 poll. et ultra, verticillis 2-5 e foliolis parvis 3-4. Flores
 parvi coloris herbacei, parum patentis, in capitula sat densa
 conglomerati versus apicem subverticillata et terminalia. *Lam.*
l. c. In Prom. b. Spei. 4.

k. *Dubiae sectionis:*

87. *C. prostrata Thunb.*; decumbens, pellucida, foliis
 lanceolatis acutis. *Thunb. Prodr. p. 54. Willd.*
Spec. I. p. 1564.

In Prom. b. Spei.

88. *C. marginata Thunb.*; foliis connatis ovatis mar-
 gine membranaceis, pedunculis unifloris, caule debili. *Thunb.*
Prodr. p. 56. Willd. Spec. I. p. 1562.

In Prom. b. Spei.

89. * *C. alternifolia*; foliis serrato - dentatis alternis,

caule simplicissimo, floribus pendulis. *Linn. Hort. Cliff.*
p. 497. Burm. afr. 58. t. 24. f. 1.

Caules ramive simplices laxi rubentes hirsuti foliosi 2 ped. Fo-
 lia ovato-lanceolata acutissima. Flores axillares subpeduncu-
 lati. Cal. magnus laxus. Cor. flava. *In Prom. b. Spei.*

90. *C. alba Forsk.*; foliis oppositis vaginantibus lan-
 ceolatis. *Forsk. aegypt. p. 60.*

Caulis spithamaeus simplex. Folia conferta 1 1/2 poll, plana, viridia,
 margine cartilagineo-ciliata, papillis hyalinis, filiformibus, ap-
 proximatis, unius seriei, fere perpendicularibus ad folium.
 Pedunculus terminalis simplex basi rufescens, squamatus di-
 chotomus, articulatus, bracteis 2 lineari-lanceolatis sub qua-
 vis dichotomia. Flores corymbosi pedicellati. Cor. alba, 5-
 partita, squamae vel calli lunulati flavi 5 ad basin germinum,
 quae 5, stylis totidem. *In montibus Hadie et Boka.*

Obs. Cr. alba Cat. H. Taurin. 1813, 15, Cat. H. Schwetzing.
1813 alius videtur speciei, alioque nomine salutanda.

Quorsum:

C. puberula Salt. it. abyss. ed. germ. I. p. 476. sine
definitione.

C. calycina, calycibus maximis. Floruit olim. in *H. pa-*
risino, non amplius ibidem existens. *Poiret Enc. meth.*
Suppl. II. p. 385. Attamen occurrit adhuc in tableau de
l'École 1815.

Quid: *C. livida Catal. H. Erford. 1808?*

1257. G I S E C R I A.

1. *G. pharnacioides*; foliis elliptico-lanceolatis. *Linn.*
Mant. p. 562. Lam. Enc. II. p. 721. Willd.
Spec. I. p. 1547. Roxb. Coromand. II. p. 43. t. 183.
ROELREUTERA molluginodes Murr. Comm. nov. gott. T. 3.
p. 67. t. 2. f. 1.

Caules herbacei decumbentes glabri teretes, exarati latere supe-
 riore lineâ, pedales, geniculis remotis. Rami baseos alterni.
 Herba ILLECERRI *ficoidei*. Folia opposita petiolata integerrima
 obtusa laevia patentia. Pedunculi axillares solitarii teretes nu-
 di. Umbella simplex multiflora. Flores extus virides, intus
 albi, deorsum penduli, excepto die floreseentiae. *Linn. In*
India orientali. ☉.

2. *G. occulta*; foliis cuneiformi-oblongis. PHARNAQUEUM
occultum Forsk. Fl. aegypt. arab. p. 59. Gmel. S. V.
I. p. 506.

Planta adeo pusilla, ut nequidem PH. *umbellati*, vix supra terram eminentis, attingere possit magnitudinem. Difficilis ergo descriptio. Visa est mihi sine calyce petalis 5 viridibus totidemque staminibus, germinibus et stylis. *Forsk. l. c. Lohajae in solo argillaceo.*

1258. V I S E N A.

V. indica. VISENIA indica Houtt. Linn. Pfl. Syst. VI. p. 287. t. 46. f. 3. Gmel. Syst. Veg. p. 515.

Ramus vel pedunculus in icone bifidus, apice corymbosus. Folium longe petiolatum cordatum acutum serratum scabrum. Cal. persistens laciniis acutis. Petala ovata, basi unguiculata, calyce multo longiora. Filamenta ex annulo glanduloso lata plana. Styli longitudine petalorum. Caps. singula basi incrassata monosperma pilosa. *Houtt. l. c. In India orientali unde nomine Wiseno tulit div. Houttuyn.*

1259. S C H R A N C H I A.

S. quinquefaria Scop. introd. gen. p. 1334. Gmel. Syst. Veg. p. 515.

Habitat — — — ?

1260. L I N U M.

a. *Foliis alternis:*

a. *corollis caeruleis rubrisve:*

1. * *L. usitatissimum*; foliolis calycinis ovatis acutis trinerviis, petalis crenatis, foliis lanceolatis, caule subsolitario. *Smith Brit. I. p. 342. Engl. bot. t. 1357. Linn. Spec. p. 397. Willd. Spec. I. p. 1533. Roth germ. I. p. 139. II. p. 370. Hall. Helv. n. 836. Parsh Fl. Sept. Amer. I. p. 210. Gmel. Sib. IV. p. 115. Curt. Fl. lond. fasc. 5. t. 22. Mart. Fl. rust. t. 153. St. Hilaire p. 28. t. 2. Trattinn. tabular. t. 744. Sturm Deutschl. Fl. 26. Fasc. L. arvense Neck. Gallobat. p. 159. β. *L. sativum* Bauh. pin. p. 214. Blackw. t. 160. Plench t. 243. Knorr delic. Hort. II. t. L. 9. γ. *humile* calycibus capsulisque mucronatis, petalis emarginatis, foliis lanceolatis alternis, caule ramoso. *Mill. dict. n. 2. δ. L. sativum latifolium africanum, fructu majore. Tournef. Inst. p. 339. e. L. usitat. multicaule plur. Hortor. z. usit. grandiflorum H. Gorenk.**

Calycis margines interiores subciliati. *Linn.* Rad. fibrosa annua. Caulis erectus, basi simplex, superne paniculatus, teres,

glaber, foliosus. Folia acuminata integerrima trinervia glabra. Flores pedunculati erecti cyanei. Folia calycina acuminata, glabra, margine membranacea et subciliata. Petala obovata, obsolete crenata vel erosa, lineata. Stamina basi connata. Stigmata clavata obtusa. Capsula acuminata. Semina elliptica, nitidissima. *Smith.* Variat culta, caule altiori, humiliori, foliisque latioribus: et nimis e seminibus constant hae varietates, quam ut, quod hucusque factum est, negligantur. *Inter segetes Europae, Sibiriae, Americae borealis.* ☉.

2. *L. marginatum Poir.*; calycibus albo-marginatis capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis alternis linearilanceolatis reflexis. *L. angustifolium Willd. Enum. H. berol. p. 333.* *Hornem. H. R. Havn. l. p. 299.* *L. affine Panzer MS.*

„Non est *reflexum* (*Ait.*), cui folia ovato-lanceolata acuminata mucronata, capsulae obtusae et flores magni. Nostra planta *L. usitatissimo* est simillima, sed differt: radice perenni, foliis angustioribus reflexis, et flore minore.“ *Willd. l. c.* Nec est *angustifolium Smithi*, unde nomen specificum mutatum a *elo. Poir.* *Enc. Suppl. III. p. 443.* *Dietr. Nachtrag. IV. B. p. 429.* et a *D. Panzer.* *Habitat?* 4.

3. *L. nervosum Waldst. Kit.*; foliolis calycinis foliisque lanceolatis subulato-cuspidatis, 3-5-nervibus, glabris, caulibus apice ramiferis. *Waldst. Kit. pl. rar. Hung. II. t. 105.* *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. l. p. 254.* *L. narbonense Pall. ind. Taur.* *L. sylvestre lato acuto folio, flore amplo. Barrel. Ic. p. 1009.* An: *L. orient. altiss. latifol. patul. Tournef. Cor. p. 24.?* quaerit exc. *M. a Bieb. in Suppl.*

Rad. pallide fusca, ramosa, superne crassitie calami et tuberculata. Caules plures fere 1 1/2-ped., stricti, simplices teretes glabri, basi pilosi. Folia erecta stricta rigidiuscula, atomis minimis inspersa, margine albido-scabra, infima imbricatim congesta. Panicula ramosa, pedunculis oppositifoliis, calyce duplo longioribus, rigidulis, teretibus. Calycis foliola marginibus albidis denticulato-serrata. Cor. magna caerulea, striis 7 saturatoribus, ungue pallide fusco, petalis emarginatis vel apiculatis, subcrenatis. Filamenta ciliata, basi denticulis interjectis. Antherae caeruleae. Styli albi nudi, stigmatibus incrassatis. Caps. globosa, saturis 10 prominentibus, mucrone brevissimo. *Waldst. Kit.* *In Italia: Gallia, Pannonia, Caucaso et Tauria, et in collibus herbidis apricis Ucrainae.* 4.

4. * *L. perenne*; foliolis calycinis obovatis obtusis subquinquenervibus glabris, caulibus numerosis adscendentibus. *Smith. Fl. Brit. p. 343.* *Engl. bot. t. 0.* *Linn.* *Spec. l. p. 397.* *Willd. Spec. l. p. 1534.* *Schult.* *Fl. austr. 2. ed. l. p. 524.* *Bertolon. Amoen. ital. p.*

352. *Linn.* sylvestre angustifolium IV. *Clus.* pann. p.
 303. *Zann.* ed. *Monti* t. 107. *Gmel.* Sib. IV.
 p. 115. *Mill.* dict. t. 166. f. 2. *Kniph.* C. II. n. 41.
Mart. Fl. rust. t. 134. *St. Hilaire* p. 30. t. 2. *L.*
alpinum *Decand.* Fl. fr. IV. p. 799. (ex ipso Auctore).
L. laeve *Scop.* Carn. I. p. 231. t. 11. β . procumbens.
L. sylvestre caeruleum perenne procumbens, flore et capitulo
 minore. *Raj angl.* III. p. 362. *L. alpinum* β . *Lam.* Enc.
 III. p. 521.

„Caules plantae sibiricae erecti, anglicanae decumbebant; an semper?“ *Linn.* „Rad. lignosa multiceps. Caules plurimi patentes, (in β procumbentes „(qualis etiam in insulis danubialibus))“ teretes glabri, apice parum ramosi, ramis racemosis. Folia linearilanceolata, acuminata, subrecurva, uninervia, glauca, glabra, integerrima. Flores erecti cyanei „(etiam albi)“, usitatissimo parum minores. Foliola calycina subinde mucronulata, apice albida, basi 5-nervia. Petala emarginata. Stamina longitudine stylorum vel duplo breviora. Stigmata capitata obtusa. Caps. obtusiuscula (calyce longior). *Smith.* Differt ab *austriaco* petalis emarginatis minoribus, calycibus 5-nervibus: levi sane differentiâ. *In Sibiria et Cantabrigiae, in Austria; Pannonia.* 4.

Obs. *Cl. Decandollius*, dum me monuit de identitate *LINI alpini* sui cum hoc nostro, tradidit quoque illud esse *L. austriacum* (*Flor. franc.* VI. n. 4448); sed *L. austriacum* biennis est, nec radice lignosa perennat, habituque longe elatiori (in perenni caules subpedales) gaudet. *Bertolon.* Interea tamen *L. austriacum* radice perennante gaudere, *Jacquin Fl. austr.* t. 418 affirmat, et nos novimus *austriacum* esse perenne. *L. perenne Lumnitzeri* *Fl. poson.* a *Linnaei* et *Smithii* perenni diversum esse, fide specimenis a *Lumnitzer* secum communicati, nos div. *Kitabel* paucis ante obitum diebus monuit. Caulis teres striatus glaber laevis apice ramosus. Folia lanceolata, basi angustata, acuta, integerrima, trinervia, glabra, laevis. Calycis foliola ovata acuminata margine membranacea, non ciliata sub-5-nervia, nervis lateralibus obsoletis.

5. *L. grandiflorum* *Desfont.*; caule basi ramoso, foliis angustolanceolatis, floribus laxè paniculatis, capsulis 10-valvibus mucronatis. *Desfont.* atl. I. p. 278. t. 78. *Poir.* *et Enc. meth. Suppl.* III. p. 442. *L. pyrenaicum* *Poir.* *et Act. tolos.* III. p. 322. (fide *La Peyrouse* *Abr. d. Pyren.* *Suppl.* p. 45; a *Decandolle* *Fl. fr.* IV. p. 799 ducitur ad *L. tenuifolium* a *Lamarck* vero ad *alpinum*.)

Caules plures teretes erecti vel decumbentes basi, pedales. Folia sessilia glabra, inferiora linearia, superiora majora lanceolata, acuta, margine scabra, circiter pollicis. Flores solitarii terminales pedunculati; calycis foliola ovata acuminata, petala maxima ovata subrotunda integerrima rosea. Caps. globosa grandis. *Poir.* *et ad Herb. Desfont.* Circa *Mascar;* in *Salvaneire vallis d'Eynes, et in Bagneres de Luchon.*

6. *L. squamulosum* Rud.; calycibus ovatis acutis, margine membranaceis; foliis alternis linearibus, inferioribus minoribus imbricatis confertissimis. *Willd. Enum. H. berol. p. 538.* *Ledeb. in Schrad. Neu. Journ. IV. p. 65.* *Hornem. H. r. Havn. I. p. 300.*

Caules plures, erecti, debiles, striati, 1-1 1/2 ped.; folia lanceolato-linearia, margine tenuissime serrulata, acuminata, rigida, vix trinervia, utrinque squamulis furfuraceis parvis obtecta. Flores sub anthesi erecti, stricti, cyanei, subinde apetalii, pedunculis capillaribus, inferioribus calyce triplo vel quadruplo brevioribus; calycis foliola obtusa cum acumine, 5-7-nervia, squamosa, carinata, nervis et carinâ albo virentia, margine membranaceo-diaphana. Petala obovata, crenata. Stamina calyce duplo longiora. Capsula globosa obtusa. *Rud. Variat corollis albis et cyaneis. In Caucaso et ad Volgam. 4. Exc. Marsch. a Bieberst. non recepit.*

7. * *L. viscosum*; calycibus acuminatis, foliis (inferioribus) pubescentibus quinque-(superioribus tri-) nervibus, in margine glandulosis. *Willd. Spec. I. p. 1534.* *L. fol. lanceolatis pilosis 5-nerviis. Linn. Spec. I. p. 398.* *Lapeyr. Abreg. d. Pyren. p. 171. (delet. β. brachiato) Suppl. p. 45.* *Bertolon. Amoen. ital. p. 139.* *L. sylvestre Scop. Carn. n. 383. t. 11. (hanc iconem laudat etiam Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 215.)*

Caulis teres erectus, 1-2 ped., villosus, simplex, summitate ramosus. Folia sessilia integerrima villosa sparsa stricta, inferiora crebriora, elliptica, latiora, obtusa, superiora successive angustiora, ut summa lanceolato-acuminata, in vegetioribus omnia 5-, in macrioribus cuncta trinervia. Racemi terminales dichotomi patuli. Flores solitarii secundi distichi, inter se se et cum foliis floralibus alternantes, ideo non axillares, ampli, calyce plus duplo longiores, rubidi, foecum vini colore, ut pro floribus malvaceis haberes. Cal. foliolis lanceolatis acutis, 2 exterioribus paullulum majoribus. Germen globosum striatum, apicem versus pubescens, caeterum glaberrimum. Caps. 10-locularis. Superior plantae pars, calyx et folia vero ad marginem paginae inferioris pilis apice glandulosis. *L. sylvestre Scopol. t. II. hoc nostrum videretur, ut jam innuit Jacquin Fl. Austr. I. p. 21, sed meum non habet folia ullo puncto serrulata, nec pedunculos gerit axillares. L. hirsutam L. Jacq. t. 31. differt hirsutie aut saltem pubescentiâ albidâ, pilis simplicissimis nec glandulosis, foliis minoribus trinerviis, floribus duplo majoribus, calycibus 1/3 saltem longioribus, foliolis lanceolatis longe acuminato-subulatis. An L. nervosam Waldst. Hit. reverâ distinctum? Bertolone. Huc videtur spectare L. hirsutam β. Lam. Enc. III. p. 520. In montibus hononiensibus (et ligurinis, sub lo Sperone) Samano, in Carinthia? Carniolia? Augustae Vindelicor? Ingolstadt? Linn.*

Obs. Descriptio *L. sylvestris Scopol.* l. c. sane diversa. „Caulis 2-ped. viscoso-pubescent, uti folia unciâ longiora denticulata, oris undique glandulis stipitatis; rami umbellati; pedunculi florum intervallo unciali et ultra ex alis foliorum rameorum; calyces acuminati; petala in breve acumen sensim convergentia; styli 5-6; capsulae heteromallae supra medium villosae (reflexo-acuminatae). *L. nervosum* W. K. omnino distincta species.

8. * *L. hirsutum*; calycibus hirsutis acuminatis sessilibus alternis, foliis alternis rameis oppositis. *Willd. Spec.* 1. p. 1534. *Linn. Spec.* 1. p. 398. *Scop. Carn. ed.* 2. n. 382?? *Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.* 1. p. 253. *Smith Prodr. Fl. graec.* 1. p. 215. *Jacq. anstr.* t. 31. *Siphth. Fl. graec.* 4. 302. *LIN. viscosum Habliz Taur.* p. 150. *Moris. Hist.* II. p. 573. S. 5. t. 26. f. 5. *L. sylvestr. latifolium* J. *Clns. Hist.* p. 317. *L. sylvestre latifolium hirsutum caeruleum. Tournef. Inst.* p. 339. β . *elatius caucasicum*, foliis acutis evidentius trinervibus ad *L. viscosum* accedens *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl.* p. 254 et, hoc teste: *L. hypericifolium* foliis sessilibus oblongo-ovatis alternis suboppositisque 5-nervibus punctatis margine pilosis, stylis staminibus brevioribus basi coalitis, stigmatibus clavatis. *Bot. Mag. p.* 1048. *Salisbury parad. Lond. p.* 79. *Ait. Kew.* 2. ed. II. p. 185. *L. venustum Bot. Repos.* VIII. p. 477.

Simillimum *L. nodifloro* (?), sed caulis teres; folia ciliata s. hirsuta latiora. Flores sessiles alterni. Calyces foliacei longi. Folia ramea seu floralia et calyces ciliati, setis brevissimis glandulosis, praesertim versus apicem. *Linn. Rad. lignosa, multiceps. Caules simplices hirsuti, inferne saepe glabri, totique foliosi. 1-2 ped., erecti, ramis floriferis corymbosis. Folia lanceolata ovatave acuminata sessilia, margine imprimis nervisque dorsalibus pilosa, quandoque etiam ferme glabra. Flores brevissime pedunculati, non ipsis de alis, sed paulo altius. Calycis foliola lanceolata acuminata, corollâ duplo breviora. Petala caerulea, lineata, marginibus inferne sibi firmiter incumbentia mentiuntur, etiam delapsa, corollam 1-petalam infundibuliformem. Antherae pallidae (flavicantes). Germen hirsutum. Caps. glabra, 10-locularis, 5-valvis: line non fui ausus citare *L. hirsutum Scop.*, qui suae plantae stylos 4 et capsulam 4-locularem tribuit. Folia nostrae plantae nunc manifestius, nunc obscure trinervia. Pili simplicissimi, nec capitato-glandulosi. *Jacq.* In β . caulis erectus teres pilis mollibus. Corymbus terminalis. Bractee lanceolatae ciliatae. Calycis foliola ovato-acuminata, 2-exteriores. Corolla fere malvacea, carnea, petalis cuneiformibus obtusissimis integerrimis, crispatulis, fortiter venosis, unguibus flavis. Antherae purpureo-violaceae. Germen globoso-conicum villosum, stylis staminibus dimidio brevioribus, stigmatibus cuneatis. *Sims. In Austriae, Panoniae, Ucrainae et Ta-**

tariae editioribus asperis apricis, in Tauriae collibus calcareis siccioribus. β in Caucaso subalpino et alpino. 4. β ♂ ?

Obs. Cls. *Decandolle Fl. fr. Suppl. p. 616.* monet suum *L. hirsutum* esse omnino idem cum *hirsuto Allion., Savi, Bieberst.,* et ut videtur *Linnae;* a *Willdenow, Bertolone, Loiseleur* vero videri nomine *viscosi* indicatum; differre vero *viscosum* a *Do. Nestler* lectam circa *Ebersberg in Austria:* foliis inferioribus glabris obtusis, nec acutis hirsutis; floribus in capitulo denso, nec solitariis vel in cyma laxa. Hoc sibi videri *L. hirsutum* a *Lapeyrouse viscosum* dictum. *Smith* in *Prodr. l. c.* dicit, in herbis montis *Olympi Bythyni* et *Cypri* insulae campestribus inveniri hanc speciem flore caeruleo et rubro, et hanc varietatem, (rubram?) in *Cypro* lectam, pro *L. viscoso* ex errore forsitan sumpsisse divum *Sibthorp.* Anne haec fors *L. hirsutum β M. a Bieb. l. c.,* foliis latioribus et acutioribus; cujus synonymon: *L. orient. sylv. latifolium hirsutum, flore suave rubente vel roseo Tournef. Cor. p. 24. L. hirsutum* in clivis arenosis *Ungariae* variare foliis caulinis glabris angustioribus eglandulosis monuit nos div. *Kitabel.* Videtur ergo divus amicus aequae, ac doctiss. *de Vest* in litteris pilos in *hirsuto* suo glandulosos vidisse cum *Scopolio,* quem nec *Jacquin* citare ad suum audet, nec *Host. Scopoli,* laudatā scilicet diagnosi *Linnaeanā,* flores tetragynos petit totumque germen *hirsutum* et capsulam 4-locularem; radicem pallidam descendantem, caules teretes vix pedales hirsutos aetate rufescentes. Folia hirsuta absque glandulis 1/2 poll., 2 lin. lata; e summo caule ramos breves corymbosos; calyces hirsutos sessiles, marginibus foliorum glandulosis, glandulis flavis et stipitatis; cor. caeruleam; petala obtusissima, 8 lin. longa, unguibus flavicantibus; filamenta glabra, basi plana et latiora, germen acuminatum. Quae sane descriptio *hirsuto Linnaei* propior quam *Jacquini,* et etiam *hirsuto D. de Vest,* qui in litteris *hirsutum* distinguit a *viscoso:* caule tereti, superne bifido; foliis lanceolatis caule paulum latioribus, glabriusculis, alternis, 1/2 poll.; floribus spicatis, calycibus acuminatis, corollā pollicari caeruleā quadruplo brevioribus, cum *viscosum* totum villosoglandulosum viscosum, foliis lanceolatis caule quadruplo latioribus, corollā longioribus, floribus racemosis, foliolis calycinis non acuminatis, corollā rubrā basi collo compresso.

9. *L. ascyrifolium Sims;* calycibus hirsutis acuminatis, floribus subspicatis, spicis revolutis, foliis alternis cordato-ovatis pubescentibus, superioribus suboppositis. *Sims bot. Mag. t. 1087.* et, hoc teste, *L. latifol. sylvestre l. et II. Clus. Hisp. p. 316* (auctoritate *Sims;* sed *L. sylvestre latifol. II.* hujus tantum loci) *Bauh. pin. p. 214. Moris. Hist. II. p. 573. n. 6.*

Descriptio e *Clusio l. c.* sequens: „Caules pedales graciles lanuginosi, terni quaterni; folia latiuscula trinervia ad *Ascyriformam* fere accedentia nec multum a *L. sylvestr. I. (L. hirsuti)* foliis discrepantia, lanuginosa; extremi cauliculi in binos aut ternos ramulos divisi, et instar *Heliotropii majoris* quodammodo circumflexi, pleni sunt floribus, qui ab imo aperti incipiunt, *Linii* florum divisurā, sed majoribus, superiori aequalibus, candidis, quos multae purpureae venae intersecidunt. Se-

men et capitula Lini similia. Rad. perennis crassiuscula, longa, candicans, raris fibris. Caulis in icone SIMSIANA rubellus, ramosus. Petala alba, fauce flavicante, sesquipollicaria crenulata. An cum *hypericifolio* varietas *hirsuti*? In Lusitania, prope Coimbram. 4.

Obs. Div. Jacquin in *Fl. austr.* I. p. 21 in synonymia ad *L. hirsutum* laudat *L. sylvestre latifolium* I. Clusii, in textu vero ejusdem *L. sylv. latifol.* II.

10. * *L. narbonense*; calycibus acuminatis, foliis lanceolatis sparsis strictis scabris acuminatis, caule tereti, basi ramoso. *Linn. Spec.* I. p. 398. *Willd. Spec.* I. p. 1535. *Decand. Fl. gall.* IV. p. 799. *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc.* I. p. 294. *Hall. Helv.* n. 837. et hoc teste: *L. montanum* foliis tenuibus erectis flore amplo. *Zanon.* p. 177. 147.

Calyces magni lanceolati, latere membranacei, apice exquisitissime acuminati et quasi mucrone subulato instructi. Filamenta basi coalita. *Linn.* Caulis fere 2 ped., gracilis, apice foliosus et ramosus. Folia lanceolato-lineararia, acutissima, omnia fere cauli approximata, rigidiuscula, laete viridia. Flores magni, eleganter caerulei, pedunculati, terminales. *Decand.* Affine austriaco, sed folia latiora, minus conferta, calyces acuti longitudine capsularum. *M. a Bieb.* l. c. In pratis editioribus Galloprovinciae, Monspelii (unde *Burserus* attulit *C. Bauhino*), Hispaniae *Dafour*, Croatiae et in Promontorii caucasici campis herbidis. 4. *Dec. et H. Kew.* 4 et ♂ *M. a Bieb.*

11. *L. reflexum* *Ait.*; calycibus acuminatis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis reflexis laevibus, filamentis connatis. *Ait. Hew.* I. p. 387. 2. ed. II. p. 1535 (excl. syn. *L. sylvestre caeruleum* folio acuto. *Bauh. Prodr.* p. 107. pin. 214.)

Caules erecti glabri subramosi. Folia mucronata. Flores caerulei sat magni. Capsulae obtusae. In Europa australi. 4.

12. * *L. tenuifolium*; calycibus acuminatis, foliis sparsis lineari-setaceis, retrorsum scabris. *Linn. Spec.* I. p. 398. *Willd. Spec.* I. p. 1356. (excl. ε. 2.) *Scop. Carn.* I. p. 230. *Roth germ.* I. p. 139. II. p. 371. *Gmel. bad.* I. p. 756. *Hall. Helv.* n. 838. *Jacq. anstr.* t. 215. *L. sylvestre* v. *angustifolium.* *Clus. Hist.* I. p. 318. β. *L. sylvestre angustifolium*, flore magno intense caeruleo. *Tournef. Inst.* p. 340. γ. *L. sylvestre angustifolium*, flore magno violaceo. *Tournef. Inst.* p. 340. δ. *L. sylvestre angustifolium*, flore magno lincis purpureis distincto. *Tournef. Inst.* p. 340? ε. *L. sylvestre*, angustis et densioribus foliis, flore minore. *Bauh. pin.* p. 214. L. te.

tenuifolium η Willd. Spec. 1. c. *L. tenuifolium* i Linn Spec. 1. p. 399.

Calyces ovati valde acuminati, uti folia aculeis minutissimis serrati. Linn. Rad. lignosa ramosa pallens, demum multiceps. Caules plures basi adscendentes hinc erecti, teretes, glabri, annui, 1 1/2 - 1-ped., superne ramosi ibidemque minus foliosi. Folia angusta, acuminata firma nitida pollice plerumque breviora sessilia, ad lentem spinulis albidis sursum arcuatis ciliata. Flores subpaniculati. Foliola calycis ovato-aristata acuminata, rigidula, basi pallide virentia campanulata, dein patula, purpurascens, sub lente oris pilis capitatis albidis ciliata. Petala rosea, purpurea albave, calyce duplo ferme longiora. Fructus subrotundo-acuminatus glaber. Jacq. Decandolle Fl. fr. IV. n. 4459. nullam e *Tourneforti* varietatibus laudat, atamen novam addit, suum β , caule pubescente. In Italiae, Galliae, Helvetiae, Germaniae Caucasi aridis herborosis. 4.

13. *L. bicolor*; caule simplicissimo, foliis margine scabris, corollâ luteâ, fundo caeruleâ, striis purpureis. Schousb. Maroc. p. 135. Pers. Syn. 1. p. 335. *L. tenuifolium* δ Willd. Spec. 1. p. 1536.? *L. tenuifolium* β *bicolor* Pers. Syn. 1. p. 335. *L. sylvestre angustifolium*, flore magno, lineis purpureis. Tournef. Inst. p. 340.

Folia magis, quam in reliquis varietatibus, congesta, magisque angusta et scabra. In imperio Maroccano prope Tanger. ©.

14. *L. angustifolium* Huds.; foliolis calycinis ellipticis subtrinervibus capsulisque acuminatis, foliis lineari-lanceolatis trinervibus, caulibus numerosis. Smith Fl. Brit. 1. p. 344. Huds. p. 134. Engl. bot. t. 381. Decand. Fl. franc. IV. n. 4449. Bertolon. Amoen. ital. p. 240. *L. tenuifolium* ζ . Linn. Spec. p. 399. (fide Smith.) *L. alpinum* Lam. Enc. III. p. 521. α . (fide Decand. sed Lamarck idem ζ cum Linnaeo ad *tenuifolium* tanquam β laudat.)

„*L. tenuifolio* vero Linn. toto coelo diversum, atque primo intuitu distinguitur calycibus nequaquam glandulose ciliatis. Habitus perennis, sed caules pauciores suberecti. Folia integerrima glabra, subinde 5-nervia. Ramuli paniculati vix racemosi. Flores dilute purpurei. Folia calycina obsolete trinervia, nervis lateralibus post florescentiam praecipue manifestis. Petala integra vel subemarginata. Stamina brevissima. Styli subclavati, vix capitati.“ Smith, qui in Prodromo Fl. graec. 1. p. 215 *L. tenuifolium* ϵ Linn. et Willd. dicit *L. angustifolii* α , seu idem cum Engl. Bot. t. 381., *L. tenuifolium* δ Linn. vero, quod ζ apud Willdenow, ejusdem *angustifolii* β , quod illi species fors distincta, floribus duplo minoribus, foliis latioribus quam in α . In pascuis arenosis vel calcareis praecipue maritimis Angliae. et Italiae, Genuae, Bononiae. 4. Confer grandiflorum.

Obs. Clo. *Link* hujus videtur loci: *L. agreste Brot.*; foliis calycibusque lanceolatis mucronatis trinerviis glabris, capsulis mucronatis ad dissepimenta lanuginosis, caulibus subcespitosus obliquis, *Brot. Fl. lusit.* p. 481. *L. sylvestre latifolium lanuginosum flore candido purpureis lineis striato Clusii Joh. Bauhin. Hist.* III. p. 454. („nulli alii speciei quam isti, sed rarissime latifolium, nec lanuginosum, nisi in capsulae dissepimentis.“ *Brotero.*) Differt tamen descriptio. „Rad. 3 poll., obliqua, 1 - 1 1/2 lin. lata, inferne radiculis albidis. Caules 2 - 5, saepius prostrati, raro erectiusculi, annui, teretes, glabri, 1 - 1 1/2 ped., paulo infra medium aut superne ramulis vagis patulis glabris. Folia omnia alterna, 6 - 8 lin., 1 - 1 1/2 lin. lata, margine integerrima, nec nisi sub lente punctis hyalinis tenuissime serrulata, sessilia. Pedunculi striati angulati glabri, terminales et laterales folio longiores. Calyx foliolis ovato lanceolatis, acuminatis, margine scariosis, ad lentem obsolete ciliatis, demum patentibus, capsulâ paulo brevioribus. Cor. patens, diametro 9 - 10 lin., petalis cuneatis, ex albido purpurascens, cinereis, raro albis, ad unguis 5-nerviis, nervis caeruleis, orâ obsolete crenulata. Antherae sagittatae, caerulescentes. Stigmata subpurpurea. Germen ovatum acuminatum glabrum. Caps. obsolete angulata, ut in *L. usitatissimo*, valvulis apice dehiscentibus mucronatis subaristatis, dissepimentis minoribus conduplicatis connexis, majoribus inferne lanuginosis. Sem. 10 ovali compressa, fusco-rufa, nitida. Nimis affrue *usitatissimo* et forte varietas. Circa *Canimbricam*, ☉, in humidis ♂ et triennis!

15. *L. decumbens Desfont.*; caule adscendente filiformi, foliis sparsis erectis subulatis laevibus mucronatis, floribus pedicellatis, calycibus ovatis acutis. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 278. t. 79. (et his testibus: *Linn. sylvestre angustifolium floribus dilute purpurascens vel carneis. C. B. pin. p. 214. Fournes. Inst. p. 340. L. tenuifolium ε. Willd. Spec. l. c.) Hornemann H. r. Havn. I. p. 300. L. angustifolium β decumbens Pers. Syn. I. n. 535. L. sylvestre VI. angustifol. Clus. Hist. I. p. 318? L. oxyphyllum multicaule. Bocc. Mus. II. p. 169. t. 125?*

Affine *L. tenuifolio Linn.*; a quo differt: caulibus mollioribus, paniculâ minori, calycum foliis majoribus, minus acutis; corollâ roseâ, 2-3plo minore. Radices subsimplices, graciles; caules simplices, subinde decumbentes, 8-15 poll., glabri, cinerei. Folia superiora longiora. Panicula patens, pedunculis brevibus; cor. calyce duplo longior; caps. rotundata, mucronata, calyce tecta. *Poiret ad specim. Herb. Desfont.* In campis tunetanis prope *Sbibam*; in *Hispania meridionali Agardh*, ☉.

Obs. Synonymon *Bauhini* et *Tourneforti* seu *L. tenuifolium ε* *Willd. Spec.* a clo. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 215, ad *L. angustifolium* ducitur, hujusque α, seu idem cum *angustifolio Engl. bot. t. 381* dicitur. Planta tamen cli. *Desfont.* non convenit cum *L. angustifolio Smith*, sed potius propior est *L. agresti Brot.* *L. decumbens* occurrit quoque nomine *procumbentis*.

16. *L. rubrum Rafinesq.*; caule recto ramoso superne angulato, foliis sparsis linearibus acutis uninerviis glabris, pedunculis subcorymbosis striatis; foliolis calycinis ovatis acuminatis trinerviis, margine scariosis. *Raf. Schmalz Curateri p. 74.*

Differt ab *usitatissimo* foliis minoribus uninerviis, pedunculis corymbosis, staturâ humiliore, caulibus numerosioribus, floribus minoribus roseis; ab *austriaco* pedunculis striatis, et calycis foliolis minime obtusis. *Prope Trapani a Bonagia, Agrigentum, Licata.*

17. *L. alpinum*; calycibus rotundatis obtusis (vel acutiusculis), foliis linearibus acutiusculis, caulibus declinatis. *Linn. Spec. append. p. 1672. Willd. Spec. I. p. 1538. L. perenne Lois. Fl. gall. I. p. 184? (fide Decandolle qui huc etiam L. tenuifolium β . Linn. in Suppl. Fl. fr. p. 615.) Jacq. austr. I. 321. Lin. sylvestre V. angustifolium alterius generis. Clus. Hist. I. p. 318. (quod in Linn. Spec. I. p. 399. L. tenuifolium 2.) L. alpinum foliis Tithymali cupressini. Tournef. Herb. (fide La Peyr. Abr. d. Pyren. Suppl. p. 45.) β . elatius; laevissimum, calycibus ovatis obtusiusculis apiculatis diaphano-marginatis, foliis sublinearibus, acuminatis, caulibus declinatis. *Wahlenb. carp. p. 91. Lin. montanum Schleich. et Geners. Cat. scep. n. 158. (fide Wahlenb.; Decandolle montanum Schleicheri ad austriacum ducit.)**

Rad. lignosa ramosa sordide pallens. Caules plures herbacei simplices $\frac{1}{2}$ ped. et ultra, teretes, virides, dense foliosi plerumque procumbentes et adscendentes, summitate saepe divisi multiflori. Folia acuta integerrima sessilia plana, superiora erectiuscula, subsequa patentia, inferiora imbricatim reflexa, magis adhuc in calta. Flores inodori pedunculati, ratione plantae magni. Calycis lacinae oblongae obtusae vel acutiusculae, nec unquam acuminatae. Petala pallide caerulea, calyce triplo longiora. Antherae ochroleucae. Caps. subrotunda glabra 10-sperma. Semina ovata nitida compressa nigricantia. *Jacq. In alpiibus Europae mediae demissioribus; in Cretae elatioribus Sibth.; β in Carpathis. 4.*

Obs. Lamarek a Pourret nomine L. pyrenaei se alpinum tuliasse affirmat Enc. III. p. 521.

18. * *L. austriacum*; calycibus rotundatis obtusis, foliis linearibus rectiusculis acutis. *Linn. Mant. p. 359. Willd. Spec. I. p. 1538. Scop. Carn. ed. 2. n. 388. Roth germ. I. p. 140. II. p. 372. M. a Bieb. Fl. Taur. Canc. I. p. 254. Decand. Fl. fr. Suppl. p. 615. (quo teste: L. perenne Lam. Fl. fr. III. p. 66.? Lapeyr. Abreg. p. 171. L. narbonense Sutt. Helv. p. 184. L. montanum Schleich. exsicc. L. alpinum Decand. Fl. fr.*

p. 615. *Hall. Helv. n. 837.*) *Jacq. austr. t. 418.*
Sims bot. Mag. t. 1086. *L. sylvestre IV. angustifolium*
 primum. *Clus. Hist. I. p. 318.* *L. sylvestre II. Ta-*
bernaem. p. 1207. β . caulibus declinatis, foliis angu-
 stissimis maxime confertis. *M. a Bieb. l. c. L. alpinum*
Pall. ind. Taur.

Caules diffusi teretes supra ramosi, usitatissimo breviores. Fo-
 lia sparsa lanceolato-lineararia erecta glabra. Flores ante an-
 thesin nutantes. Calyx ovatus obtusus. Petala integerrima fa-
 cie *L. usitatissimi*, venis saturatoribus, subtus pallidiora. An-
 theræ albae. Pistilla reflexa extra stamina. Stigmata capitata.
Linn. E radice perenni lignosa calamum crassa sordide pal-
 lente, aliquot uncias longâ, breviter multicipite, caules herba-
 cei $\frac{1}{2}$ - $1\frac{1}{2}$ ped., simplices, superne tantum breviter ramu-
 losi, modo procumbentes, modo magis erecti. Folia latitu-
 dine variant, subsessilia, sublanceolato-lineararia, integerrima,
 erecta magis minusve. Pedunculi uniflori axillares filiformes
 solitarii in fructu penduli. Petala ampla striata, cum quadam
 purpurâ caerulea vel violacea, ungue flavo. Filamenta et styli
 caerulescunt. Antheræ pallent. Stigmata cum virore flaves-
 cunt. Fructus congenerum. Semina fusca. Tota planta gla-
 bra. *Jacq.* Calyces breves, foliolis 2 interioribus apice ro-
 tundatis obtusissimis. *M. a Bieb.* In Austria passim
 ad vias regias et in collibus, in Palatinata, Podolia, in al-
 pibus Europae mediae et australis? et in Caucaso; β in la-
 pidosis. σ *Jacq.* 4 et σ *M. a Bieb.*

19. *L. diffusum an Schrad.?*; calycis phyllis lanceolatis,
 acuminatis, capsulis foliisque lineari-lanceolatis erectis mu-
 cronatis, caule undique ramoso, ramis patentissimis. *Schult.*
Obs. bot. p. 63.

Caules plures ascendentes spithamaei; ramis copiosissimis hori-
 zontaliter patentibus. Folia in caule patentia, in ramis ap-
 pressa, subimbricata, margine scabriuscula. Pedunculi axilla-
 res in apice caulis 3-5. Calycis foliola in fructu patensissima,
 margine membranâ diaphanâ tenuissime serrulatâ; petala acuta,
 pallide lilacina crenulata, mucronata, calyce vix duplo lon-
 giora. Antheræ caeruleae. Affine *narbonensi*. *Habitat?*
 Semina hoc nomine olim Cracoviae tuli, ibique colui. 4.

20. *L. Lewisii Pursh*; foliolis calycinis ovatis acumi-
 natis, petalis cuneatis apice rotundatis, foliis sparsis lanceo-
 latis linearibus mucronatis, caulibus altis numerosis. *Pursh*
Fl. Sept. Amer. l. p. 210.

„Flores ampli, coerulei. Planta perennis, quae, culta, utilis
 fors futura. In vallibus *Hockey-mountains* et ad ripas
Missouri. *Lewis.* 4.

β . Floribus flavis vel ochroleucis:

21. * *L. gallicum*; calycibus subulatis acutis, foliis li-

neari-lanceolatis, paniculae pedunculis bifloris, floribus subsessilibus. *Willd. Spec. l. p. 1537.* *M. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc. l. p. 256.* (et hoc teste: *L. strictum Pall. ind. Taur.*) *Decand. Fl. fr. IV. n. 4442.* *Bertolon. Amoen. ital. p. 110.* *L. maritimum β. Lam. Fl. fr. III. p. 70.* *Ger. prov. l. p. 421. n. 9. t. 16. f. 1.* *Sauv. monsp. p. 53.* *L. sylvestre brevius, flosculis luteis, capitulo exiguo. Caesalp. de plant. p. 563.* *L. sylvestre minus luteum annuum, folio latiore. Tourn. Inst. p. 340.* (fide *Smith Prodr. l. p. 216.* *Sibth. Fl. graec. t. 303.*) *β. L. gallicum calycibus (sublanceolatis) subulatis cutis, foliis lineari-lanceolatis alternis, pedunculis brevissimis alternis lateralibus et terminalibus. Brotero Fl. lusit. p. 483.* *L. gallicum β, ad genicula floridum, floribus alternis distantibus subsessilibus. Lam. Enc. III. p. 523.*

Pistilla interdum 3, saepius 5, observata a *Sanvages. Linn.* Totum glabrum. Caulis teres striatus erectus vel adscendens, 1-2 ped., (4-8 poll. *Decand.*) inferne ramosus, apice laxè paniculatus. Folia acuminata sessilia sparsa. Panicula foliosa, pedunculis 1-2-floris. Flores parvi lutei, senio albi. Foliola calycina lanceolata acuminata, basin versus ciliata. *Bertolon.* Cor. vix calyce longior. Capsula parva. Semina parva, pallide rufa, nitida. *Decand.* „*β. medium gallicum inter et maritimum, at non a gallico tanquam species distinguendum, Brotero monet l. c.*“ Rad. parva 1 1/2-2 poll., filiformis. Caules solitarii, et 2-5, simplices et ramis saepius oppositis, omnibus simplicibus foliosis erectis setaceis subangulosis e carinâ foliorum, glabris, 4-8 poll., paniculato-subcorymbosis. Folia infima opposita et subopposita, decidua, minora, obtusiuscula, media longiora laxiora glabra, erecta, sessilia, sub lente serrulato-scabriuscula, 1/2-1 lin. lata, 4-6 lin. longa, demum subulata. Flores in panicula subcorymbosa parva, ramulis paucis erectis, inferioribus plus minus pollicaribus, pedunculis extremis saepe binis. Calycis foliola glabra, inferne ciliata, carinata, utrinque omnino viridia, 1 1/2 lin., 1/2 lin. lata. Petala lutea unguibus longitudine calycis aut brevioribus, laminis patentibus obtusis cum acumine obovatis, 2/3 lin. longis latisque; filamenta basi squamis 5; antherae luteae subovales. Germen subangulosum. Styli et stigmata obtusa pallida. Caps. subovata acutiuscula pentagona, angulis leviter sulcatis, calyce brevior.“ *In Gallia, Italia, Tauria, Iberia, Graecia.* *β in collibus calcareis Conimbr. ©.*

22. *L. aureum Waldst. Hit.; foliolis calycinis lanceolato-subulatis, foliis linearibus, pedunculis unifloris calyce longioribus. Waldst. Hit. pl. rar. Ung. l. 177.* (et his testibus). *L. liburnicum Scop. Carn. 2. n. 385.*

Rad. simplex, vix pollicem excedens, flexuosa, pallida. Caulis solitarius erectus spithamaeus pedalisve tenuis teres substria-

tus simplex, superne alternatim ramosus, ramis angulatis dichotome paniculatis. Folia rarissime ad dichotomiam opposita sessilia acutissima integerrima, subtus subcarinata, utrinque nuda laevia. Flores laterales omnes solitarii, bracteae subulatae oppositi, rarissime e dichotomia. Cal. foliolis laevibus utrinque subciliatis setulis aliquot brevibus, alternis trinerviis. Cor. aureo-flava, calyce longior (vix $\frac{1}{5}$ poll.) petalis oblongis emarginatis unguibus pallidioribus supra basin coherentibus. Stam. stylis longiora, corollâ breviora, filamentis antherisque flavis stylisque et stigmatibus recurvis. Caps. obsolete 5-gona 10-locularis, depresso-globosa, mucronata. Semina fusca nitida obtusa. *Waldst. Kit.* In Comitatu Sumegehensi, infra Szigeth, Croatia ad Jamniczam. ☉

Obs. *L. liburnicum Scop.* a clo. *Host* ad maritimum ducitur, sed minime convenit descriptio, ad amussim quadrante cum planta *Waldst. et Kit.*, si demis calyces brevissime pedunculatos, anne *liburnicum Scop.* potius *gallicum*? *L. gallicum* a clo. *Sieber* prope Rellimo Cretae lectum, saltem ad specimen nobiscum ab illo communicatum, ab *aureo Waldst. Kit.*, quod divo *Hitaibel* debemus, non differt.

23. * *L. maritimum*; calyceibus ovatis acutis muticis, foliis lanceolatis, inferioribus oppositis. *Willd. Spec. I. p. 1537.* *Decand. Fl. fr. IV. n. 4443.* *Jacq. Hort. Vind. t. 154.* *Kniphof C. IX. n. 56.* *Trattinick tabul. t. 579.* *Zannich Hist. p. 168. t. 78.*

Planta tota glaberrima. Calycis foliola acutiuscula. *L. gallico* affine. *Linn.* Simile *gallico*, sed differt staturâ duplo quadruplo majore, inferioribus ellipticis, (omnibus glaucis), floribus solitariis longius pedicellatis saepe oppositifoliis, corollis calyce duplo longioribus, foliolis calycis mucrone parvo, praeter characteres datos. *Decand. l. c.* „Capsula subrotunda acuta, calycis magnitudine, glabra, apice 5-dentata, superne 5-sulcata, 10-locularis, 5-valvis. Semina flavo-suscescentia.“ *Jacq.* In Europa meridionali a thermis *ba-densibus* ad *Mare mediterraneam* usque. 4.

24. *L. tenue Desfont.*; foliis linearibus acutis, ramis laxè paniculatis filiformibus, floribus pedicellatis, calyce mucronato corollis quadruplo brevioribus. *Desfont. Fl. atl. I. p. 279. t. 81.* *Poir. Enc. meth. Suppl. III. p. 444.* *Pers. Syn. I. p. 335.* *Grisl. viridar. lusit. n. 891.* *L. virgatum Schousb. I. p. 136.* *Pers. Syn. I. p. 335.* *L. melianthum* caule a basi ad apicem ramoso, foliis lanceolato-linearibus, margine scabriusculo acuto, floribus racemosis breviter pedunculatis, corollâ flavâ, calyce multo majore. *Brot. Fl. lus. p. 484.*

Differt a *L. maritimo Linn.* caule ramisque tenuioribus, foliis angustioribus, capsulâ calyce brevioribus; a *L. gallico* corollis quadruplo majoribus. Caules graciles laeves 2 ped. et ultra; folia angustissima margine subaspera; flores in racemis elongatis paniculatis, pedicellis brevissimis alternis capillaribus,

ut plurimum bracteâ parvâ subulatâ. Cal. parvus laciniis acutissimis. Cor. flava magnitudine *usitatissimi*. Caps. (10-locularis) parva globosa submucronata, calyce duplo brevior. *Poir. ad Herb. Desf.* Affine *campanulato* esse *Brotero*. In collibus *Algeriae Desfont.*, ad versuras *Provinciae Habae Schousb.*, in *Lusitania circa Thomar et in Serra da Arrabida Prof. Link.* ☉.

25. *L. salsoloides Lam.*; caulibus basi fruticulosus imbricato-foliosis, superne nudiusculis filiformibus, foliis subulatis triquetris. *Lam. Enc.* III. p. 521. β. *crispum*. *L. sylvestre fruticosum crispum hispanicum parvo flore albo, Barrel. Ic.* p. 793.

Rad. lignosa, satis crassa, caudice ascendente divisa; caules floriferi gracillimi, filiformes, subnudi, apice paniculati, 7-8 poll. Folia erecta viridia glabra, in sterilibus vix lineam longa. Capsulae parvae, globosae, acuminatae, vix longitudine calycis, cujus foliola ovata, acuminata. *Lam.* In *Hispania.* 4.

26. * *L. virginianum*; calycibus acutis alternis, capsulis muticis, caule paniculato, foliis lanceolatis, radicalibus ovatis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 339. *Linn. Spec.* p. 339. *Willd. Spec.* I. p. 1538. *Lam. Enc. meth.* III. p. 523. *L. fol. lineari-lanceolatis sparsis, rarius oppositis, summo caule paniculato, ramulis remotis alternifloris, calycibus acutis, petalis luteis. Mich. Fl. bor. Amer.* II. p. 36. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 210. *Gronov. virg.* p. 35.

Caulis filiformis pedalis. Folia radicalia ovalia integerrima laevia, caulina alterna lanceolata. Flores alterni, pedunculis brevissimis. Capsulae globosae muticae. Corollae (parvae) luteae. *Linn.* Pedunculi breves. Foliola calycis acuta. *A Novo Eboraco ad Virginiam in collibus et agris siccis, apricis.* ☉.

27. *L. luteolum M. a Bieb.*; calycibus acuminatis foliisque basi biglandulosis serrato-scabris, paniculae ramis dichotomis, caule herbaceo. *M. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc.* I. p. 256. *L. pusillum Pall. ind. Taur.* *L. minus floribus luteis in spicam congestis. Buxb. C. V.* p. 31. t. 59. *L. orientale pumilum, flore luteo magno. Tourn. Cor.* p. 24.

Differt a *L. campanulato* et *flavo* radice exili annua et foliis margine nervoque dorsali cartilagineis serrulato-scabris. Datur varietas pumila vix biuncialis, alias haud raro magnitudine *campanulati*. *M. a Bieberst.* l. c. Flores terminales et axillares solitarii pallide lutei, breviter pedunculati, pedunculis subinde bifloris. Folia calycina attenuato-elongata, margine utrinque scabra. Ramus (vel flos) plerumque e dichotomia caulis. Folia lineari lanceolata, basi trinervia, nervis lateralibus ante apicem evanescentibus. Caulis 1/2 ped. et ultra da

specimen a clo. *Sieber* communicatum. *Panzer* in litt. Non est varietas flavi ut videtur clo. *Poiret Suppl.* III. p. 445. In specimine nostro *Sieberiano* pedali omnia, ut supra cls. *Panzer*. Cor. calyce vix lineâ major. In *Tauriae* et *Iberiae* campis apricis. *M. a Bieb.*; in *Creta* *Sieber*. ☉.

28. **L. flavum*; calycibus acuminatis serrulato-scabris, foliis basi biglandulosi margine glabris, paniculae ramis dichotomis, corollis (sub) monopetalis, caule herbaceo. *M. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc.* I. p. 256. *L. calycibus subserrato-scabris lanceolatis subsessilibus, paniculae ramis dichotomis. Linn. Spec.* p. 279. *Syst. Veg.* p. 303. *Willd. Spec.* I. p. 1539. *Enum. H. berol.* I. p. 339. *Scop. Carniol.* I. p. 230. *Wahlenb. Carp.* p. 92. *Bertolon. Amoen. ital.* p. 21. *Jacq. austr.* t. 214. *Sturm Germ.* 26. *Fasc. Curt. Mag.* t. 312. *L. campanulatum* β *Decand. Fl. fr.* IV. p. 797. *Lam. Fl. fr.* III. p. 524. *L. monopetalum*, corollis monopetalis 5-fidis. *Steph. Enum. mosqu. n.* 214. *Willd. Spec.* I. p. 1539. *Pers. Syn.* I. p. 356. *L. sylvestre* III. *latifolium. Clus. Hist.* I. p. 317.

Punctum utrinque ad folia ut in *L. campanulato. Mygind.* Caulis angulatus. Petala flava lineis croceis. *Scop. Linn. L. monopetalum* exacte refert flavum, corollae vero constanter monopetalae. *Steph. L. flavum* *L.* et *Jacq.* differt a taurico caulibus altioribus, stipite baseos lignescente nullo, petalis basi connatis unguibus distinctis, unde corolla monopetala. Talis est planta austriaca a *Jacq.* descripta, cujus specimina viva in loco natali observavi, nec discrepat ruthenica, quae est *monopetalum Steph. M. a Bieb.* l. c. Caulis terminatur cymâ multiflorâ; inferne laeviusculus. Petala non lineata, ut in tab. *Jacquini. Wahlenb.* l. c. Rad. lignosa contorta multiceps fuscescens. Caules herbacei, 1/2 - 1 1/2 ped., glabri, membranis paucis breviter eminentibus, a foliorum lateribus dorsique medio, angulati, superne subdichotome ramosi. Folia sessilia anguste lanceolata acuta integerrima crassula, plus minus sescuncialia, ad caulem utrinque in ipsa origine glandulâ sessili badiâ. Flores erecti breviter pedunculati alii in ipsis dichotomiis, alii juxta ramorum longitudinem. Calycis virentis foliola acuminata, lanceolata, sub lente albide serrato-spinosa. Petala calyce triplo longiora, flava, striato-venosa, ampla, obtusissima. Filamenta flava, 5 brevissima, sterilia, fertilia calyce duplo longiora, antheris luteis. Styli flavescunt. Caps. subrotunda acuta fuscescens. *Jacq. Cls. Decandolle Fl. franc.* l. c. *L. campanulatum* *L.* non differre specie a flavo, monet; sed differt, ait *Bertolone*, a *campanulato*: „staturâ majori, foliis longioribus, virentibus, caulinis 1 1/2 poll., inferioribus obverse lanceolatis, superioribus lanceolatis sessilibus, omnibus acuminatis.“ Etiam nos et strias abesse in petalis, et ipsas quoque glandulas in foliis vidimus. In *Austriacae, Pannoniae, Carnioliae, Sueviae, Caucasi pratis siccioribus.* 4.

29. *L. capitatum* *Kitaib.*; calycum foliolis acuminatis subserratis, foliis basi utrinque glandulâ, inferioribus spathulatis margine glabris, superioribus lanceolatis acutis acuminatisque margine scabris, floribus capitatis. *Schult. Fl. austr. l. p. 523.*

Medium *flavum* inter et *campanulatum*, huic propius. Radix, vel caulis pars inferior lignescens? horizontalis. Caulis simplicissimus strictus spithamæus glaber crassiusculus teres, non nisi a nervo medio foliorum decurrente subangulatus, undique tectus foliis strictis, parum caule latioribus, radicalibus in orbem dispositis, 4-5 lin. latis, 1 1/2 poll. longis. Capitulum hemisphaericum e floribus 10-15, omnibus sessilibus. Calycum foliola lanceolata, apice setacea, corollâ anthesi proximâ vix breviora. *In alpe croatica Plissivicza. 4.*

30. **L. campanulatum*; foliorum basi utrinque punctatâ glandulosâ. *Linn. Spec. p. 400.* *Willd. Spec. I. p. 1540.* *Decand. Fl. franc. IV. p. 2. p. 797.* *L. foliis glaucis, inferioribus spathulatis obtusissimis, basi biglandulosis. Bertolon. Amoën. ital. p. 21.* *L. calycibus acuminatis serrulato-scabris, foliis basi biglandulosis margine glabris, paniculae ramis dichotomis, caule basi sublignescente ramoso. Marsch. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 255, quo teste L. flavum Habl. Taur. p. 150.* *L. arboreum? Pall. ind. Taur.* *L. sylvestre luteum foliis subrotundis Bauh. pin. p. 212.* *Tournef. Inst. p. 340.* *Magn. Char. p. 261.* *Campanula lutea linifolia montis lupi, flore volubilis. Lob. Ic. p. 414.*

Caules simplices digitales angulati, terminati saepius floribus tribus magnis pedunculatis. Calyces lanceolati acuminati. *Linn.* Caules plures ex eadem radice cespitosi erecti, etiam pedales. Folia omnia glauca, radicalia et caulina inferiora apice rotundata, quandoque medio mucrone parvo, superiora obverse lanceolata, acuminata, longiora caulinarum vix pollicaria. Distinctum a *flavo* tantum proportione partium, formâ foliorum inferiorum, herbae colore. Scabrities caulis a *Willdenow* in *Enum. H. Berol.* petita mihi obvia non fuit. *Bertolon. l. c. In Galloprovinciae montibus, Monspelii, in monte Lupi, Liguria occidua, in Russia Lepech. it. I. p. 243. Pall. it. p. 194., in Caucaso. 4. b.*

Obs. *Willdenow* in *Enum. H. berol. I. p. 339* definitionem *LINI campanulati* mutavit in sequentem: „*L. calycibus acuminatis serrulatis, foliis glaucis basi biglandulosis margine glabris inferioribus subspathulatis; paniculae ramis dichotomis, caule herbaceo basi scabro*“ et *L. campanulatum M. a Bieb.* (excl. synonym. *Linn.* et *Barrel. Ic. p. 820.*) dixit *L. tauricum* sequente definitione: „*L. calycibus acuminatis serrulatis, foliis glaucis basi biglandulosis margine glabris, paniculae ramis dichotomis, caule basi sublignescente ramoso,*“ addens: „*L. campanulatum* ab hoc est diversum, proxime accedit ad *L. flavum*, pro cuius varietate etiam habetur, mihi vero satis distinctum videtur parvitate

caulis, qui tantum digitalis vel spithameus, colore glaucos foliorum, et caule basi scabro." *Exc. vero M. a Bieberstein in Suppl. Fl. Taur. Cauc. p. 254. denuo L. tauricum Willd. Enum. suo, utpote Linnaei, campanulato addi tanquam synonymon jubet, monetque: „in collibus herbidis thermis Constantinæ montanis imminentibus observavi nuper varietatem erectam supra, radicem vix lignescentem, simillimam L. flavo Jacq., a quo meam plantam amplius non distinguo; humilio-rem basiue distortam et lignosam varietatem e loco natali rupestri vel arido provenire statuens. Petala supra unguis cohaerent in nostro, sicut in L. flavo."*

31. *L. corymbiferum Desfont.*; foliis lanceolatis confertis erectis trinervibus retrorsum asperis, ramis filiformibus corymbosis, calycibus subulato-mucronatis. *Desfont. Atlant. I. p. 279. t. 80. Poirer Enc. meth. Suppl. III. p. 444.*

Caules erecti 2-3-ped, superne ramosissimi, ramis dichotomis filiformibus, patentibus. Folia numerosa sessilia, acuminata, saepe ad basin ramorum ultimorum serrata. Flores terminales inaequaliter pedicellati, quidam sessiles. Pedunculi capillares; bracteae parvae lanceolatae acutae. Cor. flava, magnitudine *usitatissimi*, staminibus duplo longior. Capsula parva mucronata calyce brevior. *Poirer ad Herb. Desfont. In Atlante prope Maiane.*

32. *L. davuricum*; foliis inferioribus lanceolato-spathulatis confertis, caulinis lineari-lanceolatis remotis acutis obtusiusculisque margine scabriusculis, revolutis, ramis filiformibus corymbosis, calycis laciniis ovatis obtusis lanceolatisque acutis, laevibus, enervibus.

Caules in olla pedales, basi lignescentes. Rami herbacei filiformes ascendentes. Folia radicalia 1-1 1/2 poll, glabra subcarnosa, omnia sessilia. Flores terminales inaequaliter pedicellati, quidam sessiles. Bracteae nullae. Cal. corollâ quadruplo brevior. Cor. magnitudine *usitatissimi*, flava, staminibus duplo longior. Stigmata 5 capitata. Caps.? semina apud nos per 8 annos culta non perfecit, et hoc anno perit. Intermediam quasi *corymbiferum* et in *maritimum*. *In Davuria. t. Semina e Hort. Eriang.*

33. * *L. strictum*; calycibus subulatis, foliis lanceolatis strictis mucronatis margine scabris. *Linn. Spec. p. 400. Willd. Spec. I. p. 1539. Brotero Fl. lusit. p. 484. Desfont. Fl. atl. I. p. 278. Decand. Fl. fr. IV. n. 4445. Roth in Rom. Arch. I. p. 33. Nocc. et Balb. Fl. ticin. Sibth. Fl. graec. t. 304. L. sessiliflorum Lam. Enc. III. p. 523. Passerina linariaefolio. Lob. Obs. p. 224. Passerina Lobel. Bauh. pin. p. 259. Bauh. Hist. III. p. 44. L. foliis asperis, umbellatum luteum. Tourn. Inst. p. 310. *β. alternum, caule superne corymboso, floribus alternis. Lam. l. c.**

Schousb. p. 138. L. paniculatum Desvaux. Journ. H. p. 315. y. spicatum, caule simplicissimo, floribus spicatis. Lam. l. c. Pers. Syn. I. p. 336. L. lusitan. luteum Tournef. p. 340.

Planta corymbosa stricta. Calyces fructu duplo longiores. Linn. Caulis fere pedalis rigidus gracilis erectus, apice ramis corymbosis. Folia lanceolato-lineararia, parum adpressa. Flores (parvi, pallide) flavi terminales corymbosi. Foliola calycis longa acuta (subciliata. Capsula calyce brevior). Decand. β . magnitudine habituque eodem, sed folia caulina latiuscula minusque serrata; flores longitudinaliter per ramos. In γ . caulis glomerulis florum 2-3 in axillis florum superiorum, unde spica terminalis 4 circiter pollicum. Lam. In Europa australi borealique Africa et in Corsica, Archipelago, et Creta. σ . \odot Decand. et Sibth.

Obs. Lamarck l. c. ad β laudat, cum dubio licet, L. sylvestre luteum latifolium Column. Euphr. II. p. 79. t. 80, quod ad nodiflorum a Linnæo.

34. * *L. suffruticosum*; foliis linearibus acutis scabris, caulibus suffruticosis. Linn. Spec. p. 400. Willd. Spec. I. p. 1540. Lam. Enc. meth. III. p. 521. Decand. Fl. fr. Suppl. p. 4450. Hornem. H. r. Havn. I. p. 301. Cavan. Icon. II. p. 5. t. 108. L. valentina Tournef. Inst. p. 340. Barrel. Ic. p. 1231. β . fol. tenuioribus brevioribus. Barrel. Ic. p. 1004.

Caulis lignosus gracilis erectus subtortuosus, superne ramosus, cortice griseo, vix pedalis; folia fere subulata, margine aspera, in caulibus junioribus sterilibus subimbricata. Flores ad apicem caulis pedunculati subcorymbosi. Calycis foliola ovata acuminata dentibus ciliisve glandulosis. Petala sat magna, pallida, carnea, (vel alba unguibus purpureis) striis saturatioribus. Dec. In agro valentino, et in Galliae meridionalis siccis. \mathfrak{h} .

35. * *L. arboreum*; foliis cuneiformibus, caulibus arborescentibus. Linn. Spec. I. p. 400. Willd. Spec. I. p. 1540. Schreber Nov. Act. Acad. Curios. III. p. 478. Curtis mag. p. 234. Sibthorp Fl. graec. t. 305. L. arboreum Alp. exot. p. 19. t. 13. L. creticum sylvestre arboreum luteum. Tourn. Inst. p. 340.

Frutex ramis angulatis determinatis. Folia sessilia avenia glabra acuminata integerrima. Punctum glandulosum fuscum utrinque ad basin. Flores magnitudine L. usitatissimi pedunculati. Calycis foliola aristata glabra lanceolata. Petala subrotunda lutea. Caps. ovato-globosa acuminata. Schreb. l. c. In specimenibus a clo. Sieber in Creta lectis flores subsessiles, et fere sessiles in Herb. Romeriano, ubi nomine L. taurici Fischer occurrit: in utrisque folia inferiora acuta, superiora acuminata. In Creta, Italia. \mathfrak{h} .

36. *L. caespitosum* *Sibth.*; foliis obovatis acutis glaucis, caulibus fruticulosus caespitosis. *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 216. n. 750.* *Sibthorp Fl. graec. t. 306.* *L. globulariaefolium*; calycis laciniis obtusis, capsulâ brevioribus etc. *Poir. Enc. Suppl. III. p. 445.* *L. creticum fruticosum*, foliis globulariae, flore luteo. *Tourn. Inst. p. 24.*

Arbuscula parva ramosissima, ramis diffusissimis; folia ad ramorum apices, crassa, glabra, integerrima, 6 lin., fere nervia; flores terminales sat longe pedunculati; calyces laciniis ovatis obtusis. Cor. flava. Caps. globosa, vix acuta, calyce parum longior. *Poir.* *In Cretae montibus elatioribus. b.*

37. *L. rigidum* *Pursh*; foliolis calycinis ovatis acuminatis trinerviis ciliatis, petalis oblongis angustissimis, foliis rigide-erectis linearibus brevibus. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 210.*

Flores sulphurei.

Ad Missouri flaviam. D. Nuttall.

38. *L. setaceum* *Brotero*; caule dichotomo paniculato sub anthesi erecto, foliis acuminatis setaceis, subserrato-scabris, congestis, subverticillatis, calycis foliolis ovato-lanceolatis infra medium ciliatis. *Brotero Phytograph. lusit. I. n. 22. t. 6.* *Poiret Enc. meth. Suppl. III. p. 444.* *L. tenuifolium* *Schousb.* et var. δ . *Willd.*, nostrarque cum?

Caules graciles simplices subfiliformes glabri 6 circiter pollicum. Folia superiora sparsa alterna, distantia, ramis paniculatis setaceis, floribus alternis pedicellatis. Calycis foliola acutissima. Cor. albida *Poiret.* Cor. lutea *Brotero.* *In collibus calcareis prope Conimbricam, et in imperio Maroecano.*

39. *L. aquilinum* *Molin.*; foliis alternis lanceolatis, pedunculis bifloris. *Molin. Chil. ed. germ. p. 126. 2. ed. p. 284.* *Willd. Spec. I. p. 1535.* *L. perenne luteum* polygonifol. *Feuill. peruv. ed. germ. II. p. 43. t. 22.*

Radices cortice flavo; caules circiter pedales, ramis brevibus alternis axillaribus. Folia ovato-lanceolata, laete viridia, acutissima, glabra integerrima; inferiora $\frac{1}{2}$ poll. superiora breviora. Pedunculi 2 terminales inaequales, simplices, uniflori. Cal. laciniis 5 acutis. Cor. flava, petalis ovatis obtusis 4-5 lin. Caps. parva, ovata, acuta. *In montibus Chili. 2.*

Obs. Duas adhuc alias species enumerat *Feuillée l. c.*:

L. perenne album, foliis rarioribus et brevioribus, vulgo uno perian. *p. 31. t. 22, in montibus chilensibus; et*

L. perenne album, foliis rarioribus et longioribus, *ibid. p. 32. t. 22.*

40. *L. trigynnum* *Roxb.*; foliis ellipticis acutis subintegerrimis, stylis tribus, capsulis sexocularibus. *Smith exot. bot. p. 31. t. 17.* *Roxb. Hardwicke in Asiat. research. V. p. 357.* *Donn. Hort. Cantabr. p. 64.* *Carten.*

Magaz. VI. p. 244. *Sims's bot. Mag.* t. 1100. *Andr.*
Repos. p. 449.

Rami alterni, teretes, glabri. Folia petiolata, in petiolum sub-
decurrentia glabra 2 poll. et ultra, 1 1/2 poll. lata, (sub) ser-
rata. Flores in ramulis, bracteâ lanceolata ad basin pedunculorum
brevissimorum, paniculâ terminali. Calycis foliola lanceolata.
Cor. flava, 2 poll. in diametro. Petala obovata emarginata.
Stigmata globosa. *In India orient., Sirinaguræ. h.*

Obs. Willdenow in *Act. Am. N. C. Berol.* IV. p. 199 LINUM?
trigynum foliis ovatis integerrimis acutis glabris a div. Rottler ex
Ind. orient., et in *Herbario L.* *trigynum* foliis alternis oblongis petio-
latis, floribus trigynis a divo Klein, utrumque ex India orientali ha-
bet, et utrumque fors idem cum *trigyno* Roxb.

41. *L. selaginoides* Lam.; caulibus suffruticosis diffusis
procumbentibus, foliis filiformibus conferto-sparsis, floribus
sessilibus terminalibus. *Lam. Enc.* III. p. 525. *Willd.*
Spec. I. p. 1536.

Habitu simile SELAGINI *corymbosae*. Caules 5-6 poll., albidi,
nudi; rami graciles apice subcorymbosi. Folia subpatentia,
ramos ad flores usque tegentia. Flores flavi? Capsulae globo-
sae obtusae sulcatae. *Lam.* *In Monte-Video rupibus*
Commerçon. h.

42. *L. prostratum* Lam.; floribus solitariis lateralibus
brevissime pedunculatis, foliis alternis, caulibus prostratis ra-
mosissimis. *Lam. Enc.* III. p. 525. *Willd. Spec.* I.
p. 1537.

Rad. oblonga albida sublignosa. Caules numerosi, 5-6 poll., te-
nues, superne filiformes. Folia ovato-oblonga, acutiuscula,
similia POLYGALAE *vulgaris*, 5 lin. Flores remotiusculi. Flo-
res flavi? *Lam. l. c.* *In collibus siccis prope Limam Pe-*
ruviae. Dombey.

b. *Foliis oppositis.*

a. *corollis flavis albisve.*

43. * *L. africanum*; foliis lineari-lanceolatis; floribus
terminalibus pedunculatis, (caule frutescente. *Thunb.*)
Linn. Mant. p. 360. *Willd. Spec.* I. p. 1541. *Lam.*
Enc. meth. III. p. 525. *Thunb. Prodr.* p. 57. *Fl. cap.*
II. p. 243. *Jacq. Coll.* III. p. 218. *Jc. t.* 353. *Schult.*
Obs. bot. p. 63. *Cartis Mag.* I. 403.

Caulis suffruticosus strictus pedalis teres; ramis simplicibus.
Folia sessilia linearia laevia internodiis saepius breviora. Um-
brella 4-5-fida, radiis dichotomis. Petala lutea, unguibus vil-
losis, demum fulva. Calyx acuminatus margine scaber. *Linn.*
Rad. ramosa, digitum crassa; caulis 2-ped., teres, fuscescens,
inferne ramosus. Folia anguste lanceolata, acuta, sessilia, in-

tegerrima, uncialia patula, glabra, modo omnia alternatim sparsa, modo sola summa alterna, reliquis oppositis. Pedunculi communes ex alis foliorum summorum, nonnunquam valde approximati, ut umbellam mentiantur, subdichotomi, ad divisiones foliis brevioribus, plus minus triunciales, pedicellis propriis brevibus. Calycis foliola ovata acuta, ad oras per lentem cartilaginea scabra. Petala flava ungue luteo, inferne villosulo. Stamina et stylus flavent. Caps. subrotunda, glabra, fusca. Semina nitida, flavescencia. *Jacq. l. c. In Prom. b. Spei, in interioribus regionibus. h.*

44. *L. aethiopicum Thunb.*; foliis ovatis mucronatis; caule fruticoso. *Thunb. Prodr. p. 57. Fl. cap. II. p. 243. Willd. Spec. I. p. 1541.*

Radix alte descendens perennis. Caulis brevis mox ramosus. Rami dichotomi divaricato-patuli, cinerei, iterum ramulosi, ramulis erectis. Folia sessilia, integra, glabra, erecto-patentia, semiunguicularia. Flores terminales subumbellati. Corolla flava. Filamenta brevissima. Antherae subhastatae didymae flavae. Capsula 5-valvis (quot?) locularis. *Thunb. In Prom. b. Spei, in Houtniquas.*

45. * *L. nodiflorum*; foliis floriferis lanceolatis, floribus alternis sessilibus, calycibus longitudine foliorum. *Hort. Cliff. p. 114. Willd. Spec. I. p. 1541. Sibthorp Fl. graec. t. 307. L. luteum Moris. Hist. II. p. 574. s. 5. t. 6. f. 11. Column. Ecphr. p. 79. t. 80.*

Caulis angulatus laevis bi-trifidus. Folia utrinque ad basin glandula ovata fusca, caulina alterna lanceolata laevia, ramea opposita angustiora. Flores alterni sessiles. Cal. linearis, foliaceus longitudine foliorum. Cor. flavescens. Caps. globosa acuminata. *Linn. Caules pedales et ultra, debiles, tenues, ramosi, apice dichotomi: rami filiformes, vix foliosi, vel foliolo uno alterove vestiti. Panzer in litt. In Italiae pratis argillosis; in Zacyntno et Cypro. ©.*

46. * *L. catharticum*; foliis obovato-lanceolatis integerimis, caule superne dichotomo, petalis acutis. *Smith Brit. I. p. 544. Engl. bot. t. 382. Linn. Spec. p. 491. Willd. Spec. I. p. 1541. Roth germ. I. p. 139. II. p. 371. Hall. Helv. n. 839. Fl. Dan. t. 851. Curt. Lond. fasc. p. 111. t. 19. Schkuhr Handb. t. 87. Ludw. ectyp. t. 143. Kniph. C. III. n. 58. Plenck off. t. 244. Barrel Ic. p. 1161. n. 1. Loesel pruss. t. 36. Blackw. t. 363.*

Flores ante anthesin penduli. *Linn. Radix exigua. Herba glabra amara cathartica. Caules foliosi erecti, basi simplices, multiflori. Folia subelliptico-lanceolata, obtusa. Flores parvi albi. Folia calycina uninervia serrata. Stamina monadelphica. Stigmata capitata. Smith. Variat interdum floribus*

4-andr. 4-gynis. *Reich.* In *Europae septentrionalis*
(australisque) *pascuis succulentis et in Caucaso.* ☉.

Obs. „Filamenta basi coalita germen cingunt interjectis denticulis. Pet.
alba obtusa.“ *Brot. lusit. p. 485.* An eadem species?

β. *corollis caeruleis.*

47. * *L. verticillatum*; foliis verticillatis. *Linn. Spec.*
p. 402. *Willd. Spec. I. p. 1543.* *Bocc. Mus. II.*
p. 49. t. 42. *Raj Suppl. p. 524.* *Barrel. Icon.*
p. 1226.

Calyces et folia superiora villosa. *Linn.* Caulis pedalis. Pe-
tala caesia. *In Italia.*

48. * *L. quadrifolium*; foliis quaternis. *Linn. Spec. p.*
402. *Willd. Spec. I. p. 1542.* *Thunb. Prodr. p.*
57. *Fl. cap. II. p. 244.* *Houtt. Pfl. Syst. VI. p. 263. t.*
46. f. 1. *Curt. Mag. t. 431.*

Caulis brevissimus, mox a radice ramosus, herbaceus. Rami
subradicales plures, subsimplices, filiformes, flexuoso-erecti,
glabri, pedales vel ultra. Folia inferiora verticillata quaterna,
ovata, superiora bina opposita ovato lanceolata acuta, integra,
glabra, erecto-patentia, unguicularia. Flores (quantum in sicca
discernes, caerulei) in caule superne paniculato trichotome-
terminales. *Thunb.* *In Aethiopia et in Prom. b. Spei.*

Obs. *Cls. Panzer* in amplissimo Herbario suo asservat *LINUM tetra-*
phyllum Hebenstreit, quod plurimis sane cum descriptione data ab
ill. *Thunberg*, „minus vero“ monente possessore in *litt.* „cum
Houttuyni figura sive manca, sive ad specimen minus adultum, vel
fors ad speciem prorsus aliam facta quadrat. Caules in specimine *Pan-*
zeri laeves, 8-9 poll. Rami dichotomi fere aphylli, vel uno alterove
folio brevi exiguo lineari vestito. Folia ad caulis et ramorum inferiorum
ortum quaterna, ovato-lanceolata, sessilia, acuta, integerrima. Bractee
setaceae. Flores erecti paniculati, vel in ramorum dichotomia subses-
siles. Foliola calycina ovato-lanceolata acuminata. Flores luteoli.
Capsulae subrotundae vix calyce longiores.“

49. *L. striatum Walt*; foliis (oppositis sessilibus) sub-
ovatis, nervo marginibusque decurrentibus, floribus termina-
libus (paniculatis.) *Walt. Fl. Carol. p. 118.* *Gmel.*
S. V. p. 514. *Pers. Syn. I. p. 336.* *Poiret Enc.*
meth. Suppl. III. p. 443.

Distincta species foliis majusculis, brevi ovatis, erectis, *CAMP.*
hybridae fere similibus. *Pers.* Radices fibrosae; caules erecti
subtetragoni simplices pedales et ultra. Folia vix acuta inte-
gerrima glabra, 4-5 lin. Rami parvi oppositi paniculati. Flo-
res pedunculis inaequalibus. Calyces glabri laciniis ovatis
acutis. Cor. videtur fuisse caerulea. Caps. ovatae obtusiusculae.
Poiret ex Herb. Dni. Bosc. *In Carolina.*

Dubiae sectionis:

50. *L. monogynum* Forst.; foliis alternis lineari-lanceolatis trinerviis, caule suffruticoso. Forst. Prodr. n. 145. Willd. Spec. I. p. 1540.

Occurrit in Enum. H. Erlang. D. Martius p. 84 sine descriptione. Nos usitatissimum saepius hoc nomine tulimus. In Nova Zeelandia, h.

51. *L. pubescens* Russ.; foliis floriferis oppositis lanceolatis pilosis, floribus alternis subsessilibus, calycibus longitudine foliorum pilosis ciliatis, caule tereti. Russel Besch. v. Aleppo.

In Aleppo.

52. *L. Pallasianum*; calycibus glabriusculis acutis margine lacero albo, foliis linearibus acutis cano-pubescentibus. *L. pubescens* Reliqu. Willd. MS.

Rad. lignosa multiceps; folia radicalia cespitosa obtusiuscula vix pollicaria; caulis foliis triplo longior pubescens; folia caulina radicalibus similia, sed summa glabriuscula. Corollae calyce triplo majores. De Schlechtendal in litt. ad div. Römer. Nomen mutandum erat, cum jam sit *L. pubescens* Russ. In Chersoneso heracleotico. 4. Pallas.

53. *L. Broteri* Hoffmannsegg; calycibus subulatis, floribus subpaniculatis, foliis filiformibus hispidis strictis. Reliqu. Willd. MS.

In Lusitania. De Hoffmannsegg.

54. *L. oligophyllum* Willd.; calycibus ovatis acumina-
tis, caulibus ramosis striato-scabriusculis, foliis linearibus acutis squamiformibus, floribus solitariis. Reliqu. Willd. MS.

Sine patria et auctore.

-
- Quid: LINUM asiaticum Enum. H. Erlang. 1814.
 — Biebersteini Spreng. Gartenz. III. p. 133.
 — depressum Hortulan.
 — fasciculare van Geuns Cat. Turic. 1802. Erlang. 1814.
 — flexuosum Dorpat. 1819.
 — gracile H. Gorenk. 1812.
 — monadelphum Spreng. Gartenz. III. p. 133. Erlang. 1814.
 — sibiricum Dorpat 1814.
 — viscoso-hirsutum, Elenco d. piant. spont. nel terr.
 di Vicenza 1802.
-

1261. PIRIQUETA.

P. villosa Aubl. Guj. I. p. 298. t. 117.

TURNERA ru-

gosa pedunculis axillaribus aphyllis, floribus pentagynis, foliis oblongis eroso-dentatis rugosis. *Willd. Spec. 1. p. 1504. Poir et Enc. meth. VIII. p. 145.* BURCARDIA Schreb. n. 530. BURCARDIA villosa Gmel. S. V. p. 514.

Habitus TURNERAE cistoidis, a qua foliis sessilibus longioribus differt. Radices fibrosae. Caulis hirsutus 2 ped., foliis alternis scabris pilis rufescentibus, vix acutis. Pedunculus filiformis erectus foliis brevior. Cal. lacinae hirsutae. Cor. flava. Styli virentes. Sem. fusca. *Aublet l. e. In Gujanae et Cayennae arenosis maritimis.* ☉.

1262. ALDROVANDA.

* *A. vesiculosa.* *Linn. Spec. 1. p. 402. Willd. Spec. 1. p. 1543. Decand. Fl. franc. IV. p. 730. Suppl. p. 599. Mont. act. bonon. II. P. 3. p. 404. t. 12. Lenticula palustris indica. Pluk. alm. p. 211. t. 14. f. 6.*

Utriculos gerit, fere ut UTRICULARIA, sed confertos. Caulis gracilis herbaceus, subsimplex, 4-6 poll., foliis parvis 6-9 nis, verticillatim approximatis, angustis, cuneiformibus, filis 5-6, apice vesiculâ. Flores parvi solitarii axillares pedunculati, pedunculo floribus longiore. Flos parvus albus. Fructus globosus, magnitudine pisi. Caulis sub anthesi rumpitur. *In Galliae (prope monspelium), Italiae et Indiae paludosis.*

1263. DROSERA.

a. Acaules:

1. * *D. acaulis;* flore radicali e capite solitario, foliis oblongis *Linn. Suppl. p. 188. Willd. Spec. 1. p. 1543. Thunb. Prodr. p. 57. Fl. cap. II. p. 244. Ejusdem dissert. de Drosera in Diss. acad. Upsal. ed. Persoon II. p. 406. n. 1.*

Singularis flore sessili in sinu foliorum radicalium. *Linn.* Folia radicalia plura basi attenuata obovata obtusa expansa unguicularia. Flos in centro foliorum sessilis vel subpedunculatus. Corolla patens alba. Styli saepius bifidi albi patentissimi filiformes breves. Stigmata bifida vel plumulosa. *Thunb. In Prom. b. Spei, in Koude Bockeveld trans Elands Kloof locis humidis.*

b. Scapigeræ:

2. * *D. cuneifolia;* scapis radicatis calycibusque hirsutis; foliis obovato-cuneiformibus. *Willd. Spec. 1. p. 1544. D. scapis radicatis; foliis cuneato-rotundatis. Linn. Suppl. p. 188. D. foliis radicalibus ovatis; floribus racemosis. Thunb. Prodr. p. 57. Fl. cap. II. p. 245. Diss. p. 406. n. 2.*

Similis *D. rotundifoliae*, sed major. Differt: foliis sessilibus summitate rotundatis versus basin lente attenuatis. Linn. Scapi et calyces hirti. Corolla rubra. Folia reticulato-venosa crassiuscula. Willd. Radix filiformis. Folia radicalia plura sessilia imbricatim imposita, inferiora minora, obtusissima, ciliis rufescentibus, patentia, unguicularia vel vix pollicaria. Scapi solitarii vel pauci, 3 vel 4, simplices, erecti filiformes, striati, villosi-scabri, a pollicari ad spithamaeam usque longitudinem. Flores racemosi subsecundi rarissime bini, plerumque 3 usque 7, et ultra. Pedunculi uniflori simplices et divisi, cernui, unciales. Varietas triplex plerumque occurrit: a. scapo brevissimo pollicari; floribus binis; corollis albis. β. scapo longissimo spithamaeo; floribus racemosis pluribus; corollis purpureis. γ. scapo medioeri palmari; floribus racemosis pluribus; corollis albis. Diversa in multis a *D. longifolia*. Thunb. In Prom. b. Spei, prope Cap. in Swartland inque summitate Taffelberg.

3. *D. Barmanni*; scapis radicatis calycibusque glabris, foliis spathulatis sessilibus. Vahl Symb. III. p. 50. Willd. Spec. I. p. 1544. Dros. rotundifolia Linn. Fl. zeyl. p. 120. Lour. Cochinch. I. p. 232. Burm. zeyl. p. 207. t. 94. f. 2.

Simillima *cuneifoliae*, tamen valde distincta, foliis tenuioribus trinerviis, scapo brevioris glabro, floribus minoribus, calycibus glabris. Willd. A. Dr. rotundifolia distingui meretur foliis subsessilibus basi attenuatis semiunguicularibus, ciliis tenuibus aequalibus, a *cuneifolia* glabritie scapi et pedicellorum et quod triplo minor. Vahl. Folia turbinato orbiculata villosa rubra, multa, subpetiolata in orbem posita. Scapus nudus, 6 poll., teres, rectus indivisus, spicâ subsimplici terminali pauciflorâ, corollâ albâ patente. Lour. In udis Zeylonæ et Cochinchinae.

4. * *D. rotundifolia*; foliis orbiculatis radicalibus, scapo racemoso (erecto). Smith Brit. p. 346. Engl. bot. t. 867. Linn. Spec. p. 402. Willd. Spec. I. p. 1543. Thunb. diss. p. 407. Wahlenb. Fl. lapp. p. 74. Drev. u. Hayne getr. Abbild. I. t. 2. Hayne apud Schrad. Journ. 1800. 1. St. p. 36. Fl. Dan. t. 1028. Plenck t. 247. Rorella rotundifolia Allion. Ped. n. 1601. Hall. Helv. n. 834. β. Rorella rotundifolia perennis. Ray Syn. p. 356.

Rad. fibrosa. Folia radicalia petiolata, obovato-subrotunda obtusissima, integerrima, concava, supra pilis rubris viscosis tecta. Scapi plures erecti palmares teretes glabri. Racemus terminalis, plerumque solitarius recurvus simplex. Flores pedicellati erecti albi. Calycis lacinae ellipticae, obtusae. Petala obovata. Stamina petalis breviora. Styli 6. Stigmata clavata. Caps. 3 valvis, valvulis seminiferis. Quandoque caulescit. Ex Obs. D. Williams. Smith. Folia longe petiolata, plerumque

apice retusa, scapus foliis multo longior. Racemus simplex geminatusve sive dichotomus. Cor. rosea. Styli 3, profunde trifidi. Caps. 3-4 valvis. Semina arillo reticulato. *Hayne*. Cor. parva, vix MYOSOTIDE scorpioide major. *Wahlenb.* Anne hic plures fors latitant species? *Thunberg* l. c. nil, nisi: „petioli pollicares inaequales, scapus filiformis simplex, rarius 2, palmaris usque spithamaeus“ suae addidit. Dubitandum ergo, utrum: *Dr. rotundifolia*, scapis radicatis simplicibus, foliis suborbiculatis basi attenuatis, petiolis elongatis pilosis. *Pursh bor. Amer. I. p. 210. Mich. bor. Amer. I. p. 186.* re verâ hujus loci. Flores etiam in hac albi. In paludosis totius *Europae septentrionalis et mediae, et Americae?* 4.

5. * *D. longifolia*; scapis radicatis adscendentibus, foliis ovalibus (erecto-patentibus) stigmatibus emarginatis. *Roth N. Beytr. p. 183. Smith Brit. p. 347. Engl. bot. t. 868. Linn. Spec. p. 403. Willd. Spec. l. p. 1544. (excl. syn. Pollich et Roth.) Thunb. diss. p. 407. n. 4. Wahlenb. Fl. lapp. p. 75. D. intermedia Drev. u. Hayne Bilderb. p. 18. pl. 3. f. B. Hayne ap. Schrader Journ. 1800. 1 St. p. 37. Schkuhr b. Handb. t. 87. Gaertn. fruct. l. t. 61. f. exter. Plench off. p. 247. RORELLA longifolia Allion n. 1600. β. Rorella longifolia perennis. Ray Syn. p. 356.*

Folia obovata vel oblonga, obtusa. Variat stylis 9. aliquando caulescit. *Smith l. c.* Scapus basi declinatus, foliis vix longior. Folia obovata. Racemus simplex. Styli 3-9. Stigmata dentata. Germen obsolete triquetrum. Caps. 3-4 valvis. Semina obovata, glandulis elevatis obsessa, arillis destituta. *Hayne*. Petioli palmares. Scapus 1-2, simplex, filiformis, erectus, palmaris et ultra, foliis longior. Flores racemosi, subsecundi, *Thunb.* In uliginosis siccioribus.

Obs. Utrum *DROSERA longifolia*, scapis radicatis, foliis obovati-lanceolatis in petiolum subdecurrentibus *Brot. Fl. lusit. p. 491.* huc, vel ad sequentem anglicam spectet, videant qui in uliginosis de Antanhol et Cernache circa Conimbricam legunt plantam. *DR. longifoliam Geners. elench. scepus. n. 287* non esse distinctam, a *rotundifolia Wahlenb. Carp. p. 92* affirmat.

6. *D. anglica* *Huds.*; scapis radicatis erectis, foliis obverse (s. oblongo-) lanceolatis, stigmatibus clavatis. *Dr. fol. oblongis obtusis radicalibus, floribus octogynis, capsulis quadrivalvibus. Smith brit. p. 347. Engl. bot. t. 869. D. anglica Roth El. germ. I. p. 140. II. 1. p. 373. (excl. syn. Linn. Hall. Berg. Böhm.) Willd. berol. Prodr. p. 116. Bull. Fl. franc. t. 181. Lam. Enc. t. 200. l. 2. Gaertn. l. c. fig. alt. Drev. et Hayne Abbild. p. 13. t. 3. f. A. Hayne apud Schrad. l. c. p. 40.*

Scapus striatus, foliis duplo triplove longior; folia in petiolum decurrentia, plus quam pollicaria. Flores in racemo secundo simplici. Styli 3, profunde bifidi, raro 8. Caps. 4-5-valvis. Semina arillo reticulato. *Hayne.* In uliginosis *Britanniae et Continentis.* 4.

Obs. *Wahlenberg* hanc speciem *longifoliae* tantum varietatem dicit, licet agnoscat flores duplo fere majores, magnitudine fere *OXALIDIS Acetosellae*. Mirum est, *Smith* neque ad *DR. longifoliam*, neque ad *anglicam* laudasse *Berneal nat. Hist. of great Britain* II. p. 103. ex quo jam olim apud *Gmelin S. V.* p. 515 *DR. anglica*, scapis radicatis, foliis sublanceolatis, capsula quadrivalvi, quam vero tantum varietatem credit *Thunberg diss.* p. 407.

7. * *D. capensis*; scapis radicatis; foliis lanceolatis subtus scabris. *Berg. cap.* 81. *Willd. Spec.* I. p. 1545. *Linn. Spec.* p. 403. *D. caule bifido erecto; foliis lanceolatis Thunb. Prodr.* p. 57. *D. scapo diviso, foliis petiolatis ensiformibus. Thunb. Fl. cap.* II. p. 246. *Diss.* p. 407. n. 5. *Burm. afr.* p. 209. t. 75. f. 1.

Radix exserens fila spiralia. Folia subtus tuberculato-scabra. Flores violacei *Berg.* Radix teres alte descendens. Scapus compressus angulatus flexuosus erectus hirtus superne bifidus spithamaeus. Folia radicalia alternantia linearia obtusa, ciliis glandulosis, pollicaria usque digitalia. Petioli pubescentes longitudine folii. Flores racemosi secundi purpurei. *Thunb. In Aethiopia et in Prom. b. Spei, in montibus variis.*

8. *D. spathulata Labill.*; scapis radicatis supra calycibusque subhirsutis; florum stylo unico 3-5-partito. *Labill. nov. Holl.* I. p. 79. t. 106. f. 1.

Affinis *DR. longifoliae*. Folia spathulata venosa reticulata, supra et margine ciliis glandulosis. Scapus unus alterve gracilis, compressus, 3-4 poll. Racemus simplex unilateralis 6-12-florus. Laciniae calycis acutae integerrimae. Petala ovata oblonga. Germen globulosum. Stigmata capitata. Caps. ovata 3-5-valvis. *Labillard. In nova Hollandia Prom. van Diemen.*

9. *D. binata Labill.*; scapis radicatis; petiolis folio binato longioribus. *Labillard. nov. Holl.* I. p. 78. t. 105.

Folia petiolo duplo quadruplo breviora; foliolo angustissimo, fere subulato, 2 poll., subtus glabro, supra margineque ciliis numerosis glandulosis. Scapus erectus, glaber, 6-7 poll. Pannicula brevis, basi dichotoma. Laciniae calycis subciliatae, apice dentatae vel lacerae. Petala ovata, sat magna. Germen ovatum. Styli 3-5. Caps. 1-ocularis 3-5-valvis. *Labill. In Prom. van Diemen.*

10. *D. brevifolia Pursh*; pusilla, scapis radicatis simplicibus, foliis brevibus cuneatis vix petiolatis, petiolis ovalibus. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 211.

Minima generis; floribus roseis. *In paludosis arenosis Georgiae Enslen.* ☉.

11. *D. filiformis*; scapis radicatis subramosis, foliis filiformibus longissimis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 211.*
An *D. filiformis*, foliis radicalibus filiformibus, glandulis pedicellatis, caulibus apice spicatis, floribus unilateralibus. *Schmaltz Journ. de Bot. I. p. 227.?*

Radix, hybernaculum squamosum, extus ferrugineo-lanuginosum. Folia primordialis glabra, dilatato-subulata; secundaria radicalia spiraliter erumpentia angustissime linearia, subtus glabra, supra pilis rubris viscidis tecta, 9-12 pollices longa. Scapi erecti, pedales et ultra, teretes, glabri, interdum vivipari, bulbiferi. Racemus spicatus, unilateralis, recurvatus, simplex sive ramosus. Flores pedicellati, erecti, magni purpurei. Styli sex, interdum novem. *In pinetis sterilibus Novae Caesareae prope Tuckerton.* 2.

12. *D. uniflora Willd.*; scapo unifloro, foliis subrotundis. *Willd. Enum. H. berol. p. 340.*

Ad fretum Magellanicum.

13. *D. tenuifolia Willd.*; scapis radicatis, foliis filiformibus, petiolis basi lanatis. *Willd. Enum. H. berol. p. 340.*

Folia radicalia lineari-filiformia, 3-4 poll. Petioli basi dense lanâ fulvâ instructi. Scapi 6-8 poll. Calyces etiam pilis glanduliferis. *Willd. In Nova Caesarea.*

14. *D. umbellata Lour.*; scapis radicatis, foliis ovatis, floribus umbellatis. *Lour. I. p. 252.*

Caulis nullus. Folia ovalia petiolis longis circumstrata. Scapi varii nudi 5-poll., terminati umbellulâ sub-5-florâ; corollis 5-petalis. Florem recentem et pericarpium non vidi; ideoque de genere incertus maneo, quamvis habitu ad DROSERAM pertinere videtur. *Lour. In China.*

15. *D. biflora Humb. et Bonpl.*; scapo subbifloro, foliis subrotundis. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad fluvium Atabapo. 2. *Humb. et Bonpl.*

16. *D. tenella Humb. et Bonpl.*; scapo subquadrifloro, foliis subrotundis. *Reliqu. Willd. MS.*

Prope Canipe. 2. *Humb. et Bonpl.*

c. Caulescentes:

17. **D. cistiflora*; caule simplici folioso; foliis lanceolatis. *Linn. Amoen. acad. b. afr. 7. Spec. p. 403. Willd. Spec. I. p. 1546. Thunb. Prodr. p. 57. Fl. cap. II. p. 249. Diss. p. 407. n. 6. Burm. afr. 210. t. 75. f. 2.*

Breyn. Prodr. 3. t. 22. f. 3.
269. t. 46. f. 2.

Houtt. Pfl. Syst. b. p.

Florum fundus ater. Stamina nigra, longitudine calycis. Antherae luteae cordatae. Pistillum nigrum. Germen ovatum, cui circum apicem, nec in ipso apice, insident. Styli 5 nigri longitudine corollae, apice dichotomi usque in capillos. *Linn.* Radix subfasciculata vel fusiformis annua. Planta tota herbacea, glutinosa. Caulis erectus villosus, pilis brevissimis, capitatis, palmaris vel spithamaeus. Folia radicalia subverticillata; caulina alterna, sessilia, patentia, apice obliqua, integra, supra sulco longitudinali, subtus lineâ elevata, undique tecta pilis capitatis, capitulis rufescentibus, internodiis longiora, pollicaria. Flores terminales solitarii vel bini. Calyx 1-phyllus profunde 5-partitus; lacinae ovatae obtusae concavae corollâ breviores. Petala 5 lato-ovata, obtusa, excisa, patentia, basi parum angustata, concava, unguicularia. Filamenta 5 linearia, recta, nigra, longitudine fere calycis. Antherae erectae inferne bifidae ovatae fulvae. Germen superum acutum. Styli 5 rarius, saepissime 6, filiformes, deflexi, fuscii, apice pallidiores, staminibus longiores. Stigmata multifida obtusa. Capsula ovata acuta trisulca pentagona fusca glabra trivalvis unilocularis. Semina plurima. Varietas duplex utraque speciosa occurrit. α : flore albo minori basi maculato. β : flore rubro majori basi virescenti-fusco. *Thunb. In Prom. b. Spei, in collibus et campis sabulosis juxta Cap, in Swartland et alibi vulgatissima primo vere.* ☉.

18. * *D. indica*; caule ramoso folioso, foliis linearibus. *Linn. Fl. zeyl. p. 121.* *Thunb. diss. p. 408. n. 7.*
Burm. zeyl. p. 207. t. 94. f. 1. *Rheed. Mal. X. p. 39. t. 20.*

Tenella, herbacea. Caulis flexuoso-erectus, simplex et divisus, palmaris. Folia alterna sessilia filiformi-linearia. Flores racemosi cernui. *Thunb. In India, Zeylona et alibi, inque Sierra Leona Africes.*

19. *D. peltata Smith*; caule subramoso, foliis triangularibus longe petiolatis peltatis. *Willd. Spec. I. p. 1546.*
Smith in litt. ad Willd. l. c. et Exotic Bot. t. 41.
Thunb. diss. p. 408. n. 8. *Labillard. nov. Holl. t. 106. f. 2.*

Caulis longissimus flexuosus. Folia parva, ut in reliquis glanduloso-pilosa, petiolis folio triplo longioribus. Racemus longus terminalis. *Willd.* Caulis simplex, filiformis, spithamaeus vel ultra. Folia alterna orbiculata patentia. Petioli capillares unguiculares folio longiores. Flores umbellati, umbellâ proliferâ. *Thunb. In Nova Hollandia.*

20. *D. violacea Lichtenst.*; caule simplici folioso subbifloro, foliis lineari-lanceolatis. *Willd. Enum. H. berol. p. 340.*
Lichtenst. Spicil. Fl. cap. MS.

Caulis 4 poll. erectus. Folia inferiora approximata quadrilinearia latiora, superiora semipollicaria linearia distantia. Pedunculi 2 terminales. Similis *cistiflorae*, sed foliis angustioribus, inferioribus brevioribus approximatis, flore majore violaceo diversa. *Willd.* In *Talbagh. Prom. b. Spei.*

21. *D. americana Willd.*; caule simplici, foliis lineari-spathulatis. *Willd. Enum. H. berol. p. 340.* *DR. longifolia Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 186.* *D. scapis radicatis simplicibus, foliis spathulato-obovatis, petiolis elongatis nudis. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 211.* An *DR. capillaris*, scapis radicatis capillaribus paucifloris glabris, foliis spathulatis petiolatis. *Poir. Enc. meth. VI. p. 299.* (ut videtur auctori ipsi in *Enc. Suppl. IV. p. 717. 718.*)

„Simillima *D. longifoliae*, sed distincta „(praeter characteres)“ caule brevi pollicari, plerumque adscendente, in *longifolia* nullo, foliis duplo brevioribus.“ *Willd. l. c.* In *capillari* radices crassae fibrosae fuscae; folia omnia radicalia, in orbem posita, terrae adpressa, villosa, parum transparentia, margine ciliis glandulosis; petioli compressi satis longi villosi. Scapus 8-9 poll., glaberrimus, rufescens, vix pilo crassior, spicâ brevi florum erectorum, parvorum, subsessilium, glaberrimorum alternorum unilateralium. Laciniae calycis lineares obtusae, corollâ duplo breviores. *Poiret.* In *Canada. 4.* *Willd. DR. capillaris in Carolina Bosc.*

22. *D. pedata Pers.*; foliis pedatis. *Pers. Syn. I. p. 357.*

„Vidi in Herbario *Thibaut.* Foliorum laciniae longe distant, longissimae, dichotomae, glandulosae, petiolis longissimis. Flores corymbosi. An hujus generis? Crescit cum *pellata.* *Née.*“ *Pers. l. c.*

1264. MAHERNIA.

1. * *M. verticillata*; foliis verticillatis linearibus et pinnatifidis, pedunculis bifloris longissimis. *Willd. Spec. I. p. 1564.* *Linn. Mant. p. 59.* *Cavan. diss. VI. p. 324. t. 176. f. 1.* *Lam. Ill. t. 218. f. 1.* HERMANNIA *verticillata Berg. cap. p. 169. (excl. syn.)* HERMANNIA *ciliaris* fol. lanceolatis acutis integris serratisque ciliatis. *Linn. Suppl. p. 302.* *Pluk. Mant. p. 50. t. 344. f. 3.*

Caulis diffusus ramis filiformibus. Folia saepe 8-10, linearia, vix divisa aut pinnatifida. Modus fructificandi *Hermanniae*, terminalis, pedunculis saepe bifloris. Flores lutei. Nectaria demas petalis, eaque addas staminibus, habebis *Hermanniam*, quamvis paradoxam, foliis verticillatis. Mira metamorphosis generica. *Linn.* Caulis 2 ped. Foliorum laciniae plerumque ciliatae, pilisque stellatis. Flores flavi venis rubris, axillares terminalesque, pedunculis 2 poll., bractea amplexicauli incisa.

Calyx filamentaque pilosa. Caps. magnitudine pisi. *Desrousseaux* ad Herb. *Lamarck*, specimen *Sonnerat*. In *Promont b. Spei. h.*

2. **M. pinnata*; foliis pinnatifidis, pedunculis bifloris longissimis. *Willd. Spec. I. p. 1565*: (excl. syn. *Commelini*, quod *HERMANNIAE grossularifoliae* monente *Towns. Ait. H. Kew. 2. ed. II. p. 198.*) *M. fol. tripartito-pinnatifidis. Syst. Veg. p. 253.* *Cavan. diss. VI. p. 325. t. 176. f. 2.* *Curt. Mag. p. 277.* *Lam. Ill. t. 218. f. 2.* *HERMANNIA pinnata Linn. Spec. II. p. 943.* *Mill. dict. n. 6.* *Pluk. Mant. p. 50. t. 344. f. 3.*

Caules fruticulosi numerosi teretes ascendentes pedales, ramis herbaceis tenuibus adscendentibus. Folia alterna, cum petiolo duplo breviora pollicaria ovata vel ovato-oblonga, plerumque duplicato-pinnatifida, laciniis linearibus alternis glabris. Stipulae ovatae bifidae trifidaeve. Flores axillares et terminales. Pedunculi 15-18 lin., filiformes, bractea sub pedicellis parva amplexicauli dentata incisâ. Cal. ad medium usque 5 fidus, laciniis lanceolatis acutis. Cor. calyce duplo longior campanulata, petalis ovatis, basi angustatis, roseis. Antherae approximatae, fere, ut in *Solanis*, apice perforatae. Filamenta tuberculis viridibus. *Desrouss. in Enc. meth. III. p. 677.* In *Promont. b. Spei. h.*

3. **M. pulchella Cav.*; foliis pinnatifidis, laciniis (plerumque) integerrimis, pedunculis bifloris, foliis brevioribus, caule erecto. *Willd. Spec. I. p. 1565.* *Cavan. diss. VI. p. 325. t. 77. f. 3.* *HERMANNIA pulchella fol. lanceolatis pinnatifidis, pinnis integris incisisque, caule laevi. Linn. Suppl. p. 302.*

Tota glabra. Caudex adscendens crassus lignosus, unde caules fruticulosi laeves 2-3 poll. Folia alterna oblonga, laciniis oblongis brevibus obtusiusculis. Stipulae breves acutae basi dilatatae. Flores parvi, rubelli, penduli, petalis integris. Bractea ad pedicellos trifida. *Cav. In Prom. b. Spei. h.*

4. *M. diffusa Jacq.*; foliis pinnatifidis glabris, (laciniis subdentatis) pedunculis bifloris, ramulisque erectis foliis longioribus, caule procumbente diffuso. *Jacq. H. Schönbr. II. p. 40. t. 201.* *Willd. Spec. I. p. 1565.* *HERMANNIA diffusa Linn. Suppl. p. 302.*

Divo *Cavanilles* mera *pinnatae* varietas videtur, distincta petalis flavis, unguiculis in tubulum contortis: pedunculi foliis longiores, lacinae foliorum integrae dentataeque etiam in *pinnata*. *In Prom. b. Spei. h.*

5. *M. incisa Jacq.*; foliis pinnatifidis incisis hirtis, pedunculis subbifloris, caule erecto scabro. *Jacq. H. Schönbr. I. p. 28. t. 54.* *Willd. Spec. I. p. 1566.* *Curtis Mag. t. 353.*

Arbuscula ramosa 2 ped., caulibus foliisque pilis simplicibus et fascioulatis, nec stellatis. Folia subsessilia lanceolata acuta 1-2 poll., laciniis acutis. Stipulae lineari-lanceolatae integerrimae patentes ciliatae acutae. Pedunculi terminales axillaresque 1-3-flori, pedicellis brevibus inclinatis. Flores albi inodori. Cal. hirsutus purpurascens, laciniis profundis lanceolatis acutis. Petala cuneiformia erecta obtusa apice patentia, calyce duplo longiora. Filamenta antheraeque pilosa, non conniventia, medio incrassata. Antherae in conum approximatae, hastatae, apice bifidae. Germen ovatum pilosum. Stigmata simplicia, obtusa. *Jacq. Ad Promont. b. Spei. h.*

6. *M. glabrata Cav.*; foliis lanceolatis pinnatifido-dentatis, dentibus indivisis, pedunculis bifloris longissimis. *Willd. Spec. I. p. 1566. Cavan. diss. VI. p. 326. t. 200. f. 1. Jacq. Hort. Schönbr. I. p. 27. t. 53. MAH. odorata, fol. lanceolatis glabris apice dentatis, pedunculis bifloris. Andr. Repos. t. 85. (fide Hort. Kew. 2. ed. II. p. 199. Pers. Syn. II. p. 218 (excl. β.) HERMANNIA glabrata Linn. Suppl. p. 301.*

Rami subsecundi. Folia alterna acuta glabra, remota, petiolis brevibus. Stipulae breves ovatae acutae. Flores flavi penduli in pedunculis pollicaribus, oppositifoliis, pedicello altero multum breviora. Calycis lacinae acutae. Filamenta sub antheris incrassata hirsuta cordata. *Cav. Caules erecti glabri lignosi, ramis purpurascens. Folia sessilia angusta, 1-2 poll., basi attenuata apice dilatata. Stipulae integerrimae foliis duplo breviores. Flores terminales, pedicellis inaequalibus, inclinati. Cal. brevis campanulatus laciniis ovatis. Cor. flava, calyce duplo major, Jonquillam spirans. Petala oblonga subcordata. Filamenta medio incrassata. Antherae acuminatae. Germen subrotundum subpedicellatum. Andr. Ad Prom. b. Spei. h.*

7. *M. heterophylla Cav.*; foliis (verticillatis) lineari-cuneiformibus truncatis dentatis-integrisve, pedunculis elongatis subquadrifloris. *Cav. diss. VI. p. 324. t. 178. f. 1. Willd. Spec. I. p. 1566. Desrouss. in Lam. Enc. meth. III. p. 676.*

Caulis teres scabriusculus subhispidus, subflexuosus ramosus. Verticilli e foliis 6-7, altero petiolato majore ovato-oblongo subcuneiformi inciso, reliquis sessilibus linearibus integris trifidisve. Stipulae 3-4 lineares acutae angustissimae. Pedunculi erecti, subpollicares, apice bracteâ monophyllâ amplexicauli concavâ trifidâ. Cal. tomentosus laciniis acutis. Petala flava subcrenulata. Filamenta tuberculis hirsutis. *Cav. Ad Prom. b. Spei. h.*

8. *M. biserrata Cav.*; foliis oblongo-lanceolatis duplicato-dentatis, pedunculis bifloris foliorum longitudine. *Willd. Spec. I. p. 1566. Cav. diss. VI. p. 326. t. 200. f. 2. HERMANNIA biserrata Linn. Suppl. p. 302.*

HERMANIIS affinis, sed nectaria nequeunt eodem caractere combinari. *Linn.* Differt ab affini *glabrata*, praeter caracteres datos, caule scabriusculo, parum ramoso; foliis acutis, petiolo multum longioribus; stipulis lanceolatis. *Desrous. l. c. Ad Promont. b. Spei. h.*

Quid: MAHERNIA *mollis Hortor?*

1265. COMMERSONIA.

1. * *C. echinata*; (foliis oblique ovatis acuminatis serratis subtus canis.) *Linn. Suppl. p. 189. Forst. gen. n. 22. Prodr. n. 144. Lam. Enc. II. p. 69. Willd. Spec. I. p. 1566. Restiaria alba. Rumph. amb. III. p. 187. t. 119.*

Arbor. Flores minuti paniculati cani. Fructus simillimus SPARMANNIAE figurâ et superficie. *Linn.* Arbor mediocris, affinis BÜTTNERAE et quidquam TRIUMFETAE. Truncus raro crassitie hominis cortice glabro, griseo fuscoque vario, facile secedente, cymâ laxâ. Rami juniores lanuginosi, foliis alternis petiolatis subrugosis supra lucidis atrovirentibus. Paniculae axillares et terminales. *Lam. In insulis Societatis et in Moluccis. h.*

2. *C. platyphylla Bot. Repos.*; foliis cordato-ovatis acuminatis inaequaliter dentato-serratis supra scabriusculis, infra tomentosis. *Sims bot. Mag. t. 1813. Andrews's bot. Repos. 603. p. 519. Donn. Cat. ed. Pursh p. 92. (COMMERSONIA echinata Bot. Rep. p. 519 quoad iconem, nomine serius in platyphyllam mutato, a planta Forsteri diversa.)*

Frutex humilis, ramis tomentosis irregulariter flexis. Folia venosa (3-4 poll., 2 1/2-3 poll. lata). Flores parvi albi, fragrantissimi, paniculis lateralibus oppositifoliis. Bractee subulatae, solitaria ad divisionem singulam. Calycis lacinae ovatae, extus tomentosae. Petala linearia basi in lobos 2 dilatata conniventia staminaque includentia. Filamenta brevia basi petalorum affixa. Antherae bilobae, subrotundae. Nectarii lacinae erectae, margine conniventes, apice patentes, cucullo cylindrico, labio patente. Germen 5-costatum. Styli erecti approximati, stigmate capitato. *Sims. In Moluccis. h.*

1266. SIBBALDIA.

1. * *S. procumbens*; foliis ternatis, foliolis superne glabris subtus pilosis, floribus corymbosis, petalis lanceolatis acutis longitudine calycis (brevioribusque). *Willd. nov. act. am. n. c. berol. II. 1799. S. procumbens, foliis tri-*

dentatis. *Linn. Fl. lapp. p. 111.* *Willd. Spec. I. p. 1567.* *Smith Brit. p. 345.* *Engl. bot. t. 897.* *Wahlenb. lapp. p. 75.* *Pursh Fl. bor. Amer. I. p. 211.* *Fl. Dan. t. 32.* *Sturm Germ. Fasc. p. 17.* *Hall. Helv. n. 1116.* *Sibbald scot. II. p. 25. t. 6. f. 1.* (*Plukn. Almag. p. 284. t. 212. f. 3. videtur clo. Smith ad POTENTILLAM subacaulem spectare.*)

Rad. lignosa multiceps, extus nigra. Caules brevissimi foliosi. Folia longius petiolata ternata, foliolis obtusatis pilosis apice tridentatis. Stipulae binae petiolo adnatae. Pedunculi corymbosi. Flores exigui lutei. Cal. pilosus, persistens. Petala obovata integra. Stam. brevissima. Styli 5, rarius 10. sem. ovata, gibba. *Smith.* „Planta caucasica (*M. a. Bieb. Taur. Cauc. I. p. 257*) differt a sibirica (*Gmel. Sib. III. p. 186. n. 41.*) foliis utrinque pilis sericeis crebris incumbens incanis, qui pili in sibirica ita sunt rari, ut folia utrinque viridia appareant. Sibiricae petala obovata, calyce breviora; caucasicae seminiferam tantum cidi. An *S. parviflora Willd.* a nostra et a *procumbente* vere diversa? *M. a. Bieb. l. c.* Petala calyce semper multo breviora, obtusiuscula! *Wahlenb. l. c.* In alpihus Lapponiae, Helvetiae, Galliae, Scotiae, Sibiriae, in Amer. bor. ad Missouri, Nuttall 4.

Obs. Fragariae affinis sericea incana *Bauh. pin. p. 327. Prodr. p. 139.* in *Spec. pl. et Willd. Spec. I. p. 1567* et huc, et ad *POTENTILLAM subacaulem Willd. Spec. I. p. 1111.* ducitur.

2. *S. parviflora Willd.*; procumbens, foliis ternatis, foliolis utrinque strigoso-pilosis tridentatis, floribus glomerato-capitatis, petalis obovatis calyce duplo brevioribus. *Willd. act. am. n. c. berol. 1799. t. 5. f. 4.* et hoc teste: *Fragaria orientalis flore luteo minimo Tournef. cor. p. 21.*

„Differre a *S. procumbente*, cum qua cl. *Smith Fl. lapp. p. 82.* eandem conjungere videtur, abunde characteribus datis. Caulis decumbens ramosus repens, ramis brevibus foliosis. Folia pilis numerosis adpressis longis, foliolis subrotundis ovatis, terminali sessili. Petioli teretes strigoso-pilosi, connati stipulis lanceolatis membranaceis margine ciliatis connati. Capitulum pedunculatum. Calyx strigoso-pilosus nullo fultus pedunculo. Petala obtusa. *Willd. In Cappadocia. 4.*

3. * *S. erecta*; foliolis linearibus multifidis, erecta. *Gmel. Sibir. III. p. 186.* *Willd. Spec. I. p. 1567.* *Poir. Enc. VII. p. 153.* *Lam. Illustr. t. 221. f. 2.* *Amman. ruth. p. 112. t. 15.*

Caules erecti graciles teretes subhirsuti apice inprimis ramosi. Folia alterna subsessilia, ad basin usque partita in lacinias angustissimas inaequales, integerrimas acutas subhirsutas. Folia superiora sessilia, foliolis ternis solitariisque. Corymbi parvi terminales in paniculam dispositi, pedunculis filiformibus pubescentibus, in pedicellos 5 divisis bracteis subulatis fultis.

Cal. hirsutus. Cor. carnea vix longitudine calycis, petalis rotundatis. *Poir.* Rad simplex, perennis. Caulis pedalis. Folia quasi Artemisiae, radicalia longe petiolata. *De Vest in litt.* ad specim. *Herb. Joann. norici.* *In Sibiria. D. Gmelin;* ad ripas *Missouri Nuttall* apud *Fursh bor. Amer. I. p. 211. 4.*

4. *S. polygyna Willd.*; caule erecto stricto glanduloso-piloso paniculato, foliis multifidis linearibus, floribus polygynis, calycibus 5-dentatis, petalis calycem aequantibus. *Reliqu. Willd. MS.*

Proxima *S. erectae* differt: caulibus a basi ramosis et paniculatis, floribus capitato-glomeratis brevius pedunculatis, floribus 18-20-nec 5-gynis, praeter characteres datos. *De Schlechtendal l. c.* *In Sibiria. Pallas. 4.*

5. * *S. altaica*; foliis lineari-filiformibus tripartitis, erecta. *Willd. Spec. I. p. 1567.* *Linn. Suppl. p. 191.* *S. foliorum apicibus tripartitis, calycibus 5-fidis, petalis retusis Laxmann Nov. Comment. Act. Petropol. 1773. p. 526. t. VI. f. 2*.*

Folia linearia tricuspidata. Calyces cylindrici. Flores purpurei *Linn.* Caulis uncialis et ultra subnudus flore unico vel corymbo 3-5-floro. *Willd.* Rad. lignosa, caulibus foliisque cespitosis. Caules plures pollicares teretes. Folia apice dilatata tripartita, laciniis integerrimis, caulina plerumque integra. Flores solitarii magni terminales. Cal. 5-fidus, laciniis lanceolatis acutis integerrimis patentibus. Petala 5 ovata, patentissima, laete purpurea, calyce duplo longiora. Pistilla 5. *Laxm. l. c.* *In Sibiriae montibus altioribus. 4.*

6. *S. grandiflora Pall.*; caulibus adscendentibus cespitosis pubescentibus, foliis pinnatifido-digitatis trifidisque, floribus lateralibus pedunculatis decagynis, calycibus 5-dentatis, petalis calyce duplo longioribus. *Reliqu. Willd. MS.*

Rad. lignosa ramosa, crassitie pennae anserinae multiceps; caules plures palmares densumque cespitem foliorum emittens. Folia petiolata pinnatifida, pinnis laciniatis, summa trifida ad petiolum attenuata, flores ad ramificationes pedunculati, calycis laciniis ovatis acutis. Petala ovata subunguiculata striata. Stam. calyci inserta. Receptaculum dense pilosum. Semina 8-10 pilis involuta stylo laterali. *De Schlechtendal in litt.* ad div. *Römer.* *Ad Selengam Sibiriae. 4. Pall.*

Obs. Occurrit eodem nomine in *Herb. Joann. norico* ex *Herb. Pallas.* caule erecto paucifolio paucifloro corymboso, 2-3 poll.; foliis radicalibus copiosis semitridis linearibus, fere *SAXIPRAGAE cespitoseae*, sed densioribus, sessilibus; caulinis 2-4 alternis angustis linearibus planis tridibus; petalis obovatis retusis. *De Vest in litt.*

1267. ARMERIA.

1. *A. vulgaris* Willd.; scapo tereti glabro, (aspero), calycis communis foliolis exterioribus acutis, foliis linearibus planis obtusis. Willd. Enum. H. berol. I. p. 333. STATICE *Armeria* Willd. Spec. II. p. 1522, (excl. syn. Fl. suec. et β.) Gmel. Fl. bad. I. p. 753. Schkuhr bot. Handb. t. 87. Sturm Flor. Germ. Fasc. I. Drev. u. Hayne T. II. t. 2. ST. *Armeria major* H. Kew. 2. ed. II. p. 179. STAT. *capitata* Lam. Fl. fr. III. p. 63. Hall. Helv. n. 835. Caryophyll. montanus sive mediterraneus. Lob. Ic. p. 452. β. ST. *linearifolia*, fol. linearibus obtusiusculis, scapo simplici capitato, involuero obtusiusculo floribus brevioribus, calycibus hirsutis. Loisel. Fl. gall. I. p. 180. Lapeyr. Fl. pyren. p. 170. ST. *Armeria* var. δ. *tenuifolia*. Decand. Fl. fr. Suppl. p. 379.

Rad. nigrae, crassae. Scapi 1 - 2 ped., raro subpubescentes. Folia radicalia subcoriacea, 4 - 5 poll., nervosa, integerrima, glabra, 2 - 3 lin. lata, subinde etiam acutiuscula, basi attenuata in petiolum canaliculatum. Flores pallide rubelli albive in capitulo magnitudine Cerasi. Foliola calycis saepe floribus longiora. Vagina reflexa pollicaris. Calycis proprii lacinae plus minus mucronatae. In arenosis siccis sterilibus Europae continentalis et in terra Labrador Panz.

Obs. Cls. Decandolle in Suppl. I. c. (cujus et Poir. fide ST. *linearifoliam*, quam nunquam vidimus, quae vero quoad diagnosis nobis potius ad *maritimam* spectare videtur, huc retulimus) quaerit utrum *linearifolia* fors eadem cum *juniperifolia*, a qua tamen omnino diversa.

2. *A. arenaria*; scapo longo, bracteis duabus tribusve capitulo longioribus, foliis linearibus rigidulis glabris. Pers. Syn. I. p. 332. ST. *elongata* Fl. Dan. t. 1092? ST. *Armeria* β. Poir. Enc. meth. VII. p. 395. Decand. Fl. fr. III. p. 419. Suppl. p. 379.

Ab ARM. *vulgari* specie distincta videtur. Hujus loci etiam videtur STATICE *elongata* Hoffm., qui vero folia dicit hirsuta. Persoon. Vel solis bracteis capitulo duplo longioribus distinctu facilis. Folia glaberrima, scapus scabriusculus. Copiose prope Fontainebleau.

3. *A. alpina* Willd.; scapo compressiusculo glabro, calycis communis foliolis elliptico-rotundatis, foliis linearibus planis acutis, margine submembranaceis. Willd. Enum. H. reg. berol. II. p. 1523. STATICE *Armeria alpina* Hoppe. ST. *Armeria* γ. Decand. Fl. fr. III. p. 419. ST. *linearifolia* β. Loisel. Fl. gall. p. 182. ST. *montana* Mill. dict. n. 2.

Folia graminea linearia plana acutiuscula glabra trinervia margine tenui membranacea. Scapi striati. Capitula ARMERIAE *vulgaris*, majora, pulchriora. Calycis communis foliola exteriora

elliptica obtusa, interiora oblongo-ovata, margine scariosa. Flores grandiusculi violacei. *Panzer in litt.* ARMERIAE vulgaris fors varietatem esse monet *Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 255.* In alpebus Carinthiae, Tyrolis. 4.

4. *A. littoralis Willd.*; scapo tereti glabro, calycis communis foliolis exterioribus lanceolatis acutis capitulum subaequantibus, foliis linearibus planis obtusiusculis margine ciliato-hirtis. *Willd. Enum. H. berol. I. p. 333.* St. *Armeria*, fol. linearibus sublinearibusve integerrimis acutis carinatis, foliolis calycis communis externis longe acuminatis. *Brotero Fl. lusit. p. 487.*

„Foliis nimis varians linearibus et sublanceolato-linearibus, integerrimis et obsolete denticulatis, glaberrimis aut subpubescentibus; scapo 1/2 ped. et pedali. Natura in hac, fasciculata, pungente et *Pseudo-Armeria* e subcapillaribus ad usque late lanceolata folia gradatim ludit, et omnes quamvis distinctae videantur species, nonnisi unica, s. STATICE variabilis *Salisb.* fortasse.“ *Brotero.* Calycis communis foliola exteriora saepe capitulo longiora. *Willd.* Hanc fors sequentis *maritimae* varietatem esse monet *Poiret Enc. Suppl. V. p. 255.* In maritimis prope *Figueira.* 4.

5. *A. maritima Willd.*; scapo tereti pubescente, calycis communis foliolis obtusis; foliis linearibus planis obtusis basi ciliatis. *Willd. Enum. H. berol. I. p. 333.* STATICE *Armeria Linn. Fl. suec. p. 253. 269. Spec. p. 394. Smith Brit. I. p. 341. Engl. bot. t. 226. (sub pubescente). Fl. Dan. t. 1092. Pers. Syn. I. p. 332. Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 212. STATICE Armeria β Willd. Spec. I. p. 1522. St. Armeria α. Decand. Fl. fr. III. p. 419. St. Armeria β. minor H. Kew. 2. ed. II. p. 180. Caryophyllus marinus omnium minimus. Lob. Ic. p. 452. STAT. cespitosa *Poir. Enc. VII. p. 396. Suppl. V. p. 255.* St. linearifolia α. *Loisel. Fl. gall. p. 182.* St. maritima *Mill. n. 3.**

Rad. lignosa. Folia radicalia cespitosa, canaliculata glabra. Scapi erecti simplices. Flores rosei. Calyx parvus erectus. Petala obovata unguiculata. *Smith.* Folia 1-3 poll., 1/2-1 lin. lata, basi dilatata integerrima. Scapi fere filiformes. Calycis communis foliola floribus parum breviora. Vagina 6-8 lin. Cal. proprius margine subinteger, laciniis submucronatis. In maritimis limosis et in pratis irriguis alpinis *Europae et Amer. boreal.* 4.

6. *A. humilis Link*; foliis linearibus brevibus rigidiusculis; bracteis plerisque acutis, infimis obtusis. *Link ap. Schnad. Journ. 1800, p. 61., et, hoc teste: St. hispanica minima juniperi folio, majore flore. Tourn. Inst. p. 341. insp. exemplari Tournef. St. cespitosa β Poir. Enc. VII. p. 396. St. Armeria β. Pers. Syn. I. p. 332.*

An ARMERIAE vulgaris varietas? Media quasi juniperifoliam inter et maritimam. In montibus Gerez. 4.

7. *A. plantaginea* Willd.; scapo tereti (vel subcompresso) scabriusculo, calycis communis foliis exterioribus oblongo-ovatis acutis, interioribus oblongis obtusis, foliis lanceolatis planis acutis trinerviis. Willd. Enum. H. berol. I. p. 334.

Folia basi attenuata plana margine trinervia. Capitulum magnitudine *A. vulgaris*. Calycis communis foliola 5 exteriora cuspidata, longitudine interiorum obtusorum. Willd. l. c. In Europa australi. 4.

Obs. Nomen infaustum, cum fuisset antiquissima *plantaginea* Allion., quae ad *scorzoneraefoliam* laudatur, licet Allioni planta a *plantaginea* Willd. clo. Poiret Suppl. Enc. V. p. 235 vix diversa videatur, qui fors et *cephalotem* Ait. seu *Pseud. Armeriam* Murr. eandem credit cum *Decandolle* Fl. franco. III. p. 420, qui huc spectare STATICEN *Armeriam* Loisel. Fl. gall. n. 1!

8. *A. hirta* Willd.; scapo tereti scabro, calycis communis foliolis ellipticis obtusis, exterioribus minoribus, foliis linearibus planis acutis supra hirtis. Willd. Enum. H. berol. I. p. 333.

In Gibraltaria et boreali Africa. 4.

9. *A. fasciculata*; scapo tereti glabro, calycis communis foliolis ellipticis obtusis, exterioribus minoribus, foliis linearibus acutis canaliculatis (fasciculatis recurvis), caule suffruticoso. Willd. Enum. H. berol. I. p. 334. STATICE *fasciculata* Vent. H. Cels. p. 38. t. 38. Pers. Syn. I. p. 333 sub LIMONIS. Decand. Fl. fr. III. p. 420. Poiret Enc. meth. VII. p. 397. St. lusitanica fruticosa maritima magno flore. Tournef. Inst. R. H. p. 341. St. s. Caryophyll. marinus fruticans flore albo Griseb. virid. lusit. n. 1361.

Rad. fusca, fibris crassis, collo erecto tereti ferrugineo crassitie digiti, 4-5 poll. longo. Folia glabra lacte viridia. Scapus erectus simplex apice subnutans subpedalis. Flores purpureo-rosei. Cal. proprius basi parum pubescens, limbo virenti-albo plicato brevi, mucronibus 5 parvis. Petala calyce duplo longiora, subcuneiformia. Styli medio hirsuti. Vent. In Corsica prope Ajaccio, et in Lusitania. b.

10. *A. alliacea* Willd.; scapo junceo, foliis linearilanceolatis acutis planis inferne angustatis. STATICE *alliacea* Cavan. Ic. II. p. 6. t. 109. Willd. Spec. I. p. 1523. St. fol. linearilanceolatis subtrinerviibus, aristis calycinis rigidis scabris. Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 211. Fl. graec. t. 294. β. Fl. albo Hornem. Suppl. H. Havn. p. 36.

Simillima ARMERIAE *vulgari*, sed folia duplo latiora breviora acuta et basi angustiora. *Willd.* Scapi pedales glaberrimi, vagina sub capitulo vix 3 lin.; folia glabra; calycis communis squamae ovatae pallidae; calyx proprius dentibus subulatis. Cor. alba patens, petalis ovatis obtusis integerrimis. Intermedia quasi *A. vulgarem* inter et *latifoliam*: ab illa differt foliis latioribus, acutis, 3-nerviis; ab hac foliis angustioribus 5-nec 9-nerviis, capitulis minoribus, squamis oblongis obtusis capitulo brevioribus, appendiculis in margine calycis mucrone brevi subpungente. *Cav.* Latitudine foliorum variat. *Smith.* In *Hispaniae montibus Engueræ, in Marocco Schousb., in Athone, Hymetto. Sibth.* 4.

11. *A. scorzonerifolia Willd.*; scapo tereti glabro, calycis communis foliolis exterioribus ellipticis (cuspidatis) mucronatis, interioribus oblongo-ellipticis obtusis, foliis lanceolatis planis acutis trinerviis. *Willd. Enum. H. berol. l. p. 334.* STATICE *Armeria* *γ.* *Linn. Spec. l. p. 394.* STAT. *scorzonerifolia Link in Schrad. Journ. III. p. 60.* ST. *plantaginea Allion pedem. n. 1606.* ST. *lusitanica scorzoneræ folio Tournef. Inst. p. 341.* ST. *lusitanica Poiret II. II. p. 173.* *Pers. Syn. I. p. 332.* β. *angustifolia Hort. Gorenk. 1812.*

Folia basi attenuata glabra, margine membranacea. Capitulum duplo quam in *vulgari* majus. Calycis foliola exteriora oblongo-elliptica obtusissima. Valde similis *A. plantagineae*, differt vero: foliis longioribus basi magis attenuatis et capitulis duplo majoribus. *Willd.* Flores coccinei. *Persoon Syn. l. c.* Clo. *Poiret A. scorzonerifolia*, suae STATICES *lusitanicae*, varietas videtur. In *Europa australi, in Lusitania prope Cabo de Rocca.* 4.

Obs. *Allioni l. c.* ad suam *plantagineam* laudat *Jacquini St. Armeriam majorem* simul cum *St. lusit. scorzonerifol. Tournef.*, qui etiam ab ipsissimo *Jacquini* ad suam *Armer. majorem* ducitur, ut ergo potius sequentis.

12. *A. latifolia Willd.*; scapo tereti glabro, calycis communis foliolis elliptico-oblongis omnibus cuspidato-mucronatis, foliis oblongo-lanceolatis planis acutis subseptem-nerviis. *Willd. Enum. H. berol. l. p. 334.* et hoc teste: STATICE *Armeria major Jacq. Hort. p. 16. t. 42. III. p. 1.* ST. *Pseud-Armeria foliis longe lanceolatis. Murr. Syst. p. 300.* ST. fol. long. lanc., integerrimis glabris trinerviis acutis mollibus, calycis communis foliolis acutis marginatis. *Brotero Fl. lusit. p. 488.* *Desfont. Fl. atlant. I. p. 273.* *Schousb. H. marocc. p. 132.* STAT. *cephalotes Ait. Kew. l. p. 383.* *Willd. Spec. l. p. 1523.* Stat. *lusitanica scorzoneræ folio. Tournef. l. R. H. p. 341* (synonymon a clo. *Link* ad *scorzonerifoliam* laudatum). *Grisl. virid. lusit. n. 1360.*

1 1/2 - 2 - ped.; folia laete viridia, 4-6 poll., 6-10 lin. lata, inferne sensim in petiolum attenuata. *Brotero*. Lacinia perianthii seta longa. *Desfont.* In maritimis Lusitaniae (prope Figueira ad Cabo de Rocca) et in Barbaria. 4.

13. *A. juniperifolia Willd.*; foliis linearibus triquetris rigidis pungentibus. *STATICE juniperifolia Vahl Symb. bot. Fasc. I. p. 25.* *Willd. Spec. I. p. 1523.* *Poir. Enc. meth. VII. p. 397.* *St. cespitosa*, scapis brevibus aggregatis, foliis acerosis. *Cavan. Ic. I. p. 38.* *Quer. Hisp. VI. p. 334. t. 15. f. 1.* *Orteg. Dec. p. 121.* *St. maritima humillima*, folio capillaceo rigido. *Tournef. Inst. p. 341.*

Cespitosa glabra. Folia apice mucrone albo pungentia 1/2 poll. Scapus foliis duplo altior striatus. Capitulum flores et reliqua ut in *virgari*, cujus si varietas, notabilis certe et maxime memoratu digna, cum per annos plures in horto culta habitum retineat, nec alibi, quantum novi, observata ad littora maris mediterranei, nisi in Hispania et Lusitania. *Vahl. In Hispaniae montibus Carpentanis et Lusitaniae littoribus maritimis.* 4.

Obs. Hanc varietatem esse *pinifoliae* suae seu potius unius ejusdemque speciei varietatem minorem *Brotero Fl. lusit. p. 486.*

14. *A. pinifolia*; foliis longissimis triquetro-setaceis rigidis subpungentibus, scapo simplicissimo capitato, calycis communis foliolis obtusis cum mucrone. *STATICE pinifolia Brotero Fl. lusit. p. 486.* (ex auctoritate *P. Link*). *St. capillifolia Poir. Enc. meth. VII. p. 397.* *St. lusitanica capillaceo folio*, major *Tournef. J. R. H. p. 341.*

Rad. caulescens supra terram parum elevata foliata quasi suffruticosa. Folia 4-6 poll., glabra erectiuscula, basibus latiusculis membranaceis imbricatis. Scapi 3-4 et ultra erecti, 1-2 ped. *Link.* Capitulum magnitudine Cerasi. Calycis communis squamae et limbus partialis purpurascens. *Poir. ad Herb. Juss.* Ad ripas Sadão prope Setubal. 4. *P. Link.*

Obs. *Cl. Link* *STATICEN cephalotes Ait.* trahit ad suam *St. lusitanicam*, caule fruticoso, foliis longissime capillaceis rigidulis, bracteis inferioribus mucronatis, superioribus obtusis apud *Schrad. Journ. 1800 p. 60*, additque: *St. lusitan. capillaceo folio majore Tournef. Inst. p. 341*, monens: in stirpe sylvestri folia esse angustiora, in culta latiora. E synonymo *Tourneforti St. lusitanica* haec eadem videtur cum *pinifolia; cephalotes Ait.* vero certo *Pseud-Armeria Jacq.*

15. *A. pungens*; foliis anguste lanceolatis integerrimis glabris rigidis apice subpungentibus, scapo simplicissimo capitato, calycis communis foliolis omnibus obtusissimis marginatis. *STATICE pungens Brotero Fl. lusit. p. 487.* *St. fol. lineari-lanceolatis carinatis carnosus subnervibus ri-*

gidis, bract. obtusissimis. *Link* ap. *Schrad. Journ.* 1800. l. p. 60. An *Stat. lusit. fruticosa maritima magno flore*, *Tournef. I. R. H. p. 341.* quaerit *Brotero*; a *Ventenat* haec vero ad *fasciculatam* ducitur.

„Media inter *S. Armeriam* (*A. vulgarem*) et *Pseudo-Armeriam*. (*A. latifoliam*). Rad. caulescens et quasi suffrutescens; scapi 3-4 ex eadem radice, 1/2 ped. aut paulo altiores; folia subglauca s. ex albo-viridia, nervis obsolete, minora quam in *Pseudo-Armeria* (*latifolia*) cui nimis affinis. *Brot.* Folia longiora quam in *vulgari*, et crassiora, latiora, rigida, glauca. An varietas *St. juniperifoliae Vahl?* *Link* l. c. In maritimis inter *Porto Brandao* et *Albafeira*, et inter hanc paludem et promontor. barbaricum valgo *Cabo de Espichel*. 4. *P. Link.*

16. *A. denticulata Berol.*; glaberrima; scapo simplici capitato, foliis linearibus planis, primoribus latioribus denticulatis, reliquis subintegris, involucri foliolis ovato-lanceolatis, acuminatis. *Bertolon. Amoen. acad. p. 77.* *Decand. Cat. monsp. p. 7.* *Willd. Enum. berol. Suppl. p. 15.* *Hornem. Hort. r. Hafn. I. p. 296.* *STATICAE denticulata Bertol. rar. ital. Dec. 2. ed. I. p. 34. n. 4.* *Balb. Catal. Taur. 1813. p. 75.* β . fol. subintegerrimis. *Hornem. Suppl. p. 41.*

Rad. lignosa, fusiformis, crassa, fusca, intus rubella, rosulis foliorum plurimis ad collum, densissime approximatis. Folia omnia radicalia carnosula linearia acuminata glaberrima. Scapi solitarii pluresve e singulo foliorum cespite teretes erecti, etiam 1 1/2 ped., glaberrimi, infra punctis scabriusculi. Flores carnei suaveolentes. Involucrum polyphyllum, foliolis ovato-lanceolatis acuminatis margine scariosis, dorso interdum rubellis. Petala oblongo-ovata, apice rotundata, interdum subacuta, patentiuscula. Stam. corollâ breviora, antheris oblongis viridibus, demum luteis. Styli albi plumosi longitudine staminum. Calyculus proprius tubulosus, striis pilosis, limbo infundibuliformi radiis 5 coloratis membranâ conjunctis pellucidâ, elongatis in setam lineam usque longam. Palea major obovata obtusissima scariosa pellucida, flosculis 2-3, exteriori pedicellato. *Bertolon.* In *Sarzanæ rupibus montanis à la Nada e Brina di Bonzano*. 4.

Obs. Candidissimus *Balbis* in *Cat. H. Taur. App. I. 1813* nostram *elongatam*, i. e. *arenariam Pers.* eandem dicit cum *denticulata*; sed utraque characteribus datis diversa.

17. *A. scabra Pall.*; scapo tereti scabriusculo, calycis foliolis exterioribus oblongis mucronatis, interioribus obtusis, foliis linearibus supra subpilosus. *Reliqu. Willd. MS.*
In *Asia boreali. Pall.* 4.

Quid: *ARMERIA pubescens* Hayne?
 — — *grandiflora* Schwetzing. (quæ videtur
STATICE grandiflora Hort. Vilm. 1811.)

1268. S T A T I C E.

1. *S. graminifolia* Ait.; ramis triquetris, foliis linearibus canaliculatis. *Ait. Kew. l. p. 333.* *Willd. Spec. l. p. 1523.* *Enum. H. berol. l. p. 335.*

Folia angusta fere *ARMERIAE vulgaris*, sed mucronata, crassiora, basi angustata, canaliculata. Scapus fere ut in *St. tatarica*. *Willd. Enum. l. c.* Calyces apice nivei, laciniis obtusis. Cor. eleganter kermesino-rubra, calyce 1/3 longior. *Ad Wolgam. 4.*

2. * *S. Limonium*; scapo paniculato tereti, foliis margine undulatis oblongis glabris obtusis subtus mucronatis (laevibus enervibus). *Willd. Spec. II. p. 1523.* *Smith Brit. I. p. 341.* *Engl. bot. t. 102.* *Roth germ. I. p. 147. II. p. 375.* *Brotero lusit. p. 488.* *Desfont. atl. I. p. 273.* *Fl. Dan. t. 315.* *Kniph. Cent. IV. n. 86.* *STATICE maritima* a *Lam. Fl. franc. III. p. 64. n. 701.* *LIMONIUM vulgare* *Mill. dict. n. 1.* β . *L. minus.* *Raii Syn. n. 202.* γ . *L. anglicum minus*, caulibus ramosioribus, floribus in spicis rarius sitis. *Dill. in Raii Syn. p. 202.* *Lim. humile* *Mill. n. 3.* δ . foliis angustioribus, paniculâ minus ramosâ, floribus congestis. *Poiret Enc. meth. VII. p. 398.* *Poir. Voy. II. p. 142.*

Rad. lignosa. Herba magnitudine maxime varians, laevis. Folia obovato-lanceolata, sub apice mucronulata, integerrima, avenia. Scapus alternatim ramosus, ramulis corymbosis. Flores cyanei, speciosi bracteati. *Smith.* Variat etiam floribus albis, δ humilior ramis crassioribus firmioribus. *In maritimis coenosis totius Europae, et Japoniae. 4.*

Obs. *St. Limonium* *Broet. Fl. lusit. p. 488* nonnullis abluat. In hac caulis 1/2 - 2 ped. undique e medio vel paulo infra medium usque ad apicem brachiatus, ramis demum recurvis, subdivisis, ramulis infimis sterilibus. Folia leviter undulata, integerrima, in petiolum decurrentia, ultra 1/2 ped., 1/2 poll. lata. Anne hoc neglectum illud ab omnibus *LIMONIUM narbonense* *Mill. n. 2*, olim in *H. Paris. l. maritimum majus alterum serotinum* dictum. Apprime quadrat descriptio a *Miller* data cum illa cl. *Brotero*?

3. *S. caroliniana* *Walt.*; scapo tereti, paniculâ divaricato-ramosissimâ, calycibus acutis, foliis lanceolato-oblongis obtusiusculis glabris margine planis. *Pursh Fl. Sept. Amer. I. p. 212.* *Walt. Carol. p. 118.*

Flores caerulei. *In paludosis a Nova Caesarea ad Carolinam. 4.*

Obs. „Fide eli. *Sprengel Neue Entd.* I. p. 206 eadem cum *Limonio*; sed utraque species haud parum nobis differre videtur.“ *Panzer in litt.*

4. *S. Gmelini Willd.*; scapo paniculato pubescente, foliis ellipticis subtus mucronatis glabriusculis. *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 250.* *Willd. Spec. I. p. 1524.* *Poir. Enc. meth. VII. p. 398.* *St. Limonium Pall. ind. Taur. Gmel. Sibir. II. p. 220. t. 90. Amm. ruth. p. 128.*

Simillima *St. Limonio*; sed folia firmiora, margine non plicato-undulata, obovata, mucro magis dissitus, flores duplo minores magis conferti et habitus totius scapi diversus distinctam suadent esse speciem. *Willd.* Scapus in hac non magis quam in *latifolia* et *scoparia* angulosus; in omnibus margo foliorum cartilagineus; panicula minus, quam in *latifolia* et *scoparia*, ramosa, flores vero copiosiores densius congesti. Haec videtur *St. Limonio* Europae occident. proxima; an vere distincta? *M. a Bieb. Cls. Schrader N. Journ. IV. p. 185* culturam hanc speciem distinctam haud immutari plurium annorum observatione evicit. Flores etiam saturatius caerulei quam in *Limonio*. Hujus varietas *altaica* colitur in *H. Schwotzing.* In *Pannoniae et Sibiriae salsus a Jaico ad Angaram. 2.*

5. *S. scoparia Willd.*; scapo paniculato ramosissimo foliisque ovato-oblongis obtusis subundulatis subtus mucronatis glabris. *M. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc. I. p. 249.* *Willd. Spec. I. p. 1524.*

Simillima sequenti *latifoliae*, sed non pilosa, folia minora et scapi fere *Limonii*. Margo foliorum videtur crenatus, at attente observatus est tenuissime undulatus. Pagina inferior punctis parvis elevatis lente tantum conspicuis tecta. Nomen scaporum ab usu triviali dedit ill. *Pallas. Willd.* Differt a *latifolia* plenario pilorum in caule et foliis defectu, foliis aliquanto latioribus, calycum limbo nonnihil latiore, lacinulis brevissimis et obtusissimis subtilissime crenulatis. Non cedit *L. latifoliae* foliorum magnitudine; nec puncta minima foliorum sub lente quidquam ad speciem definiendam faciunt, quippe quae non in hac solum sed in plerisque *Staticibus* observantur. *M. a Bieb. In campis argillosis salsis caucasico-caspicis, inque Sibiria. 2.*

6. *S. latifolia Smith*; scapo paniculato ramosissimo scabro, foliis pubescentibus, pilis fasciculato-stellatis. *Smith Act. Soc. Linn. Lond. I. p. 250.* *Willd. Spec. I. p. 1524.* *Poir. Enc. meth. VII. p. 399.* *Hoffm. Comm. gotting. p. 12. A. 1796. t. 1. (fide M. a Bieb. Suppl.)* *St. coriaria* fol. oblongis obtusis subtus mucronatis etc. *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 249. Suppl. p. 250.* *Pall. ind. Fl. Taur. St. coriacea Hortor. St. caulenudo ramoso una cum foliis scabro. Gmel. sibir. II. p. 219. n. 15. Linn. orient. latifol. flore minimo. Tournef. Cor. p. 25.*

Folia radicalia oblonga integerrima undulata. Scapus pubescens, ramis racemosis teretibus. Bracteae parvae concavae acutae, binae ad singulam dichotomiam. Cal. membranaceus albicans angulis 5 viridibus. Cor. calyce longior, caerulea. Antherae flavae. *Smith l. c.* Habitu ad *Limonium* accedit, sed folia longiora latioraque; scapi ramosissimi, ramis divaricatis filiformibus, et, quod potissimum hanc speciem ab omnibus affinis distinguit, pilis stellatis uti folia tecti. Rami inferiores saepe steriles ut in *reticulata*. *Willd.* Folia interdum 1/2 ped.; flores ad ramulorum extremitates recurvas paniculati secundi, plerumque gemini bracteis iisdem basi obvoluti. Calycis limbi parum ampli laciniae triangulares acutiusculae. Corollae azureae. *M. a Bieb.* Corolla pallidior quam in *Limonio*. *Gmel.* Ad *Tanaim prope Asoph, Gerber, et in Caucasi campis demissioribus (Kormeck dicta)* 4.

Obs. „Haec, sicut *St. scoparia* et *Gmelini*, pube foliorum caulis atque calycum, ramositate, racemulorum longitudine et densitate, denique foliorum magnitudine et formâ ita variant, ut limites aegre inveniantur, forsitan omnes pro unius ejusdemque polymorphae speciei varietate habendae: glabrioribus minus ramosis racemulis abbreviatis densis *St. Gmelini*, glabrioribus unaque longius et laxius racemosis *St. Scopariam Pall.*, denique valde pubescentibus itidemque ramosis *St. coriariam Pall.* constituentibus. *M. a Bieb. Suppl. l. c.*

7. * *S. purpurata*; caule subfoliato (foliato. *Thunb.*); foliis obovato-cuneatis trinerviis mucronatis. *Linn. Mant. p. 59.* *Willd. Spec. I. p. 1528.* *Poir. Enc. meth. VII. p. 399.* *Thunb. Prodr. p. 54. Fl. cap. II. p. 243.* *St. peregrina Berg. cap. p. 80. (fide Willd., tacente Thunb.)*

Folia radicalia obovato-lanceolata laevia, petiolata, obtusa, mucrone terminali; caulina pauca. Scapus subnudus ramosus. Calyces purpurascens, radiis 5 sanguineis. Corollae purpurascens. Simillima *St. Limonis*, sed folia obtusiora. Flores duplo majores colorati. Folia in scapo supra radicem nonnulla. *Linn.* Caulis erectus fruticosus foliosus orgyalis. *Thunb.* *Poiret* ad specimen *Herb. Lam.* caulem 8-10 poll. petit, herbaceum, dichotomum, tuberculatum; folia radicalia coriacea 1 1/2 poll.; reliqua conveniunt. *In Prom. b. Spei, ad littora maris in Saldanabay prope Compagniepost et in aliis regionibus arenosis.* 4.

8. *S. bellidifolia Sibth.*; scapo paniculato tereti, foliis obovato-spathulatis retusis laevibus, calyce mucronato obtusiusculo. *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 211. n. 233.* *Sibthorp Fl. graec. t. 295.*

Ad littora maris in Archipelagi insulis. In Rhodo. 4.

Obs. Utrum *STATICE bellidifolia Decand. Fl. fr. p. 431* scapis pluribus erectis repetito-dichotomis tuberculatis teretibus; foliis oblongis spathulatis obtusis, floribus parvis ad apicem ramorum corymbosis, bracteis brevibus scariosis laevibus obtusis, calyce exteriori scarioso 5-dent.

tato, non ultra lineam longo, floribus albido-caeruleis, ad hanc *bellidifoliam Sibth.* spectet, ob descriptionis brevitatem dici nequit, eo magis, cum *St. oleifolia, cordata, et reticulata* eodem nomine *bellidifoliae* illi venisset undique. *Cls. Decandolle* plantae in *Suppl. Fl. gall. p. 379.* addit varietatem β *divaricatam*, distinctam caulibus crassioribus, ramis patentissimis, saepe declinatis, bracteis longioribus, floribus paucioribus. Ad *Decandollei* plantam spectat omnino, momente *Poir. et Enc. meth. VII. p. 402*: *STATICE Limonium var. γ , bellidifolia* foliis obovatis *Gouan. Monsp. p. 231., Boccon. Mus. t. 103,* et *Limon. maritim. parv. bellidis minoris folio Magnol. bot. Monsp. p. 155., Hort. p. 119., Tournef. Inst. p. 342.*

9. *S. graeca Poir.*; caule fruticoso repente dein subrecto simplici folioso, foliis ovato-spathulatis, pedunculis axillaribus ramosis spiciferis. *Poir. Enc. meth. Suppl. V. p. 237.* Limonium graecum, bellidis folio minori et lanceolato. *Tournef. Cor. p. 24.*

Differt ab affini *bellidifolia* habitu et inflorescentiâ. Radicis colum lignosum crassum nodosum, e quo caules breves, basi repentes, foliis numerosis sparsis vix pollicaribus, 3 lin. latis, crassis obtusiusculis glabris integerrimis in petiolum attenuatis; pedunculi glabri filiformes, ramulis parum attenuatis basi articulatis bractea minimâ albidâ scariosâ acutâ. Spica laxa subsecunda. Flores parvi oblongi subcylindrici: bracteae et calyces fusco-nigrescentes, corollae albae. *Poir. ex Herb. Desfont. In Graecia. h.*

10. *S. ocimifolia Poir.*; foliis ovato-spathulatis crassis cinereo-farinaceis apice subintegris; caule fruticoso aphylo; floribus corymbosis secundis. *Poir. Enc. Suppl. V. p. 238.* Limonium graecum minus ocimifolio *Tournef. Cor.*

Tota tecta pulvere farinoso fugaci. Radices durae crassae; caules erecti teretes sublignosi cinerei 8-10 poll., ramosi. Folia omnia radicalia, subinde apice emarginata, cinerea, pollicaria, basi in petiolum attenuata. Corymbus ramis rigidissimis teretibus, floribus spicatis parvis sessilibus. Calyces et bracteae scariosae, apice fusco-flavescentes, corolla albida. *In Oriente. Poir. ad Herb. Desfont.*

11. *S. globularifolia Desf.*; scapo paniculato tereti; ramulis fastigiatis, foliis obovato-spathulatis mucronulatis laevibus, calyce acuto. *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 211. n. 734. Sibthorp Fl. graec. t. 296.* St. fol. acuminatis horizontalibus, paniculâ laxâ, racemis terminalibus secundis. *Desfont. Atlant. I. p. 274; ex descr. St. ramosissima Poir. It. II. p. 142. Enc. meth. VII. p. 404. Gmel. Syst. Veg. I. p. 514. Limonium medium globulariae folio. Barrel. Ic. t. 793. 794.*

Caules erecti pedales graciles tenues glabri substriati, ramis flexilibus alternis basi squamâ ovatâ acutâ brevissimâ. Folia

membranacea glabra petiolata, spathulata nunc, nunc acuminata, pollicaria et ultra, $1\frac{1}{2}$ poll. lata decurrentia in petiolum pollicarem. Flores in racemis unilateralibus terminalibus, saepissime fasciculatis inter bracteas parvas ovatas imbricatas margine albidas obtusiusculas. Calyces corollaeque albiae, bracteis parum longiores. *Poir.* *Ad thermas prope Bona, Desf. et Poir.*; in *Sicilia Smith*. 4. In *Gallia meridionali Decand. Fl. franc. Suppl.* p. 379, qui vero © dicit.

12. *S. oleifolia Poir.*; scapo paniculato tereti; ramis inferioribus sterilibus, foliis oblongo-spathulatis obtusis laevibus submuticis. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 212. n. 735. *S. oleueifolia Poir.* in *Herb. Linn. fl.* *S. oleaeifolia Willd. Spec.* I. p. 1525? excluso Scopoli synonymo, quae ad *S. auriculaeifoliam Pourretii*, et forsitan *Broteri Fl. lusit.* V. I. p. 489 spectat. *Leon: Lob. Ic.* p. 295. f. 2.

In maritimis Graeciae ex *Herb. Sibth.* 4.

Obs. Haec illustr. *Smith* l. c. Licet vero pace tanti viri observare, divum *Scopoli* ad finem descriptionis *STATICES oleaeifoliae* suae in *Delic. insubr.* I. p. 24. t. 10. apertis verbis dixisse: „Hanc ipsam plantam sub nomine *STATICES oleaeifoliae* misit clariss. *Pourret*“, ut nullam ergo dubium superesse possit, *ST. oleaeifoliam Scop.* esse eandem cum *oleaeifolia Pourret*, licet non negabimus, *Limonium minus oleaeifolio πολύκλαδον*, *Barrel Ic.* t. 790, a divo *Scopoli* erronee pro synonymo habitum fuisse, cum *els. Smith* itidem ad *ST. dichotomam* laudet. Cur denique de synonymo *Willdenowi Spec.* dubitet *els. Smith*, non videmus, cum tota *Willdenowi oleaeifolia* soli plantae *Scopolianae*, quam cum omni synonymia, etiam falsâ, recepit, innitatur, licet diagnosis a *Scopoli* datam. „*ST. foliis lanceolatis subaristatis, margine albo, caulibus dichotomiis flexuosis subnudis*“ mutasset in sequentem: „*ST. scapo paniculato, ramis angulato-statis, foliis lanceolatis mucronato-cuspidatis margine cartilagineis*“ quae, utut diversa a diagnosi *Scopoliana*, cum hac tamen planta magis quam cum diagnosi *Smithiana* convenit. *ST. oleaeifolia Scopoli*, porro, sine dubio, tanquam Synonymon laudatur ad *ST. oleaeifoliam*: fol. spathulato-lanceolatis obtusiusculis pone apicem subaristatis glabris obsolete trinerviis, scapo flexuoso paniculato ramisque erectis, petalis emarginatis *Broter. Fl. lusit.* p. 489, ab ipso *Brotero*, laudatur etiam a *Decand. Fl. franc.* III. p. 422, *Poir. Enc. meth.* VII. p. 401., quibus omnibus et *oleifolia* et *auriculaeifolia Pourret* nota est. *Scopoli oleaeifoliam* suam describit: „radice lignosâ fuscâ defundente; folia integra plana in petiolum decurrentia acumine rigidulo parvo, sublente lineolis punctulisque albis variegata in pagina superiore, evidentioribus; caules erecti teretes glabri nudi aut folio unico prope basia; flores in ramis ultimis dense spicati secundi, ternati, medius primiflorus, bractea ad florem singulum lateralem. Cal. basi virescens lineis 5 rubellis, superne membranaceis, segmentis ovatis. Cor. rubra, petalis cohaerentibus monopetala, limbo ovato emarginato. Stamina non ultra corollam elata, antheris luteolis polline albo. Semen fuscum, subovatum“ Et cum hac descriptione illa, praecipuis, quam de *oleifolia* *els. Bro*

tero, etiam, licet minus, illa quam *Poiret* dedit, qui flores nunc albos, nunc subviolaceos petit, folia nunc acuta, nunc obtusa, conveniunt. Utrum *Lim. oleaefolium* *Mill.* n. 3. hujus loci?

13. *S. Willdenowiana* *Poiret*; foliis obovato-spathulatis, acutis, tri- seu quinquenerviis, margine cartilagineis; scapo ramoso paniculato, floribus secundis. *Poiret Enc. Suppl.* V. p. 256. *St. spathulata* *Willd. Hort. berol.* t. 63. (excl. syn. *Desfontaines.*) *St. auriculaefolia* *Poir. Enc.* VII. p. 401. n. 16 (nec *Vahl*, monente ipso *Poiret Suppl.* l. c.) *St. auriculae ursifolia* *Pourr. Act. Acad. tolos.* III. p. 330. *Limon. minus oleaefolio* *supino alterum. Barrel. Icon. rar.* t. 789.

Rad. perennis ramosa rufescens. Folia radicalia sempervirentia cespitosa 1 1/2 - 2 poll., utrinque viridia subtus pallidiora, glabra, 5-5-nervia margine cartilaginea, exsiccata glauca, margine membranaceo nullo. Scapi pedales et altiores, teretes, glabri, ramis divaricatis ramulisque alternis. Bractea ovata ad basin cujuslibet rami et floris. Flores violacei sessiles in spica unilateralis. Cal. basi tubulosus, superne explanatus membranaceus diaphanus 5-plicatus, striis 5. Petala 5 obovata emarginata patentia, basi cohaerentia. Filamenta petalis inserta, calyce breviora. Antherae flavae. *Willd.* l. c. qui sub *auriculaefoliae* nomine tulit. Folia omnia radicalia cespitosa mucrone brevi; panicula patens, bracteis ovatis vaginatis; *Poiret* l. c. Confer *tataricam.* In *Gallia meridionali.* 4.

14. *S. auriculaefolia* *Vahl*; scapo simplici tereti, spicis lateralibus terminalibusque secundis, foliis spathulatis acutis. *Vahl Symb.* l. p. 25. *Willd. Spec.* l. p. 1525. *Brotero Fl. lusit.* p. 489? *Poiret Enc. meth.* VII. p. 401. n. 16. (excl. descript. monente *Poiret Enc. Suppl.* V. p. 257.) *Lim. lusitanicum auriculae ursi folio.* *Tournef. Inst.* p. 342 (*Vahl* fid. *Herb. Tournef.*)

Rad. superne divisa ut in congeneribus. Folia omnia radicalia, plura, crassa, enervia, mucrone rigido, 1/2 poll. Scapus erectus laevis spithameus. Rami nulli, nisi pedunculi simplices teretes patentis laterales et terminales. Spicae solitariae, interdum binae oblongae pedunculatae patentis. Flores confertissimi erecti duplici serie, 4 a totidem bracteis inclusi. Bractee inaequales: 2 exteriores breviores ovatae, interiores majores, omnes glauco fusciscentes, margine membranaceo splendente lineaque marginali purpurascente. Praeterea adhuc bractee binae tenerrimae ad basin flosculi singuli *Vahl* „Media *Limonium* inter et *oleifoliam.* Folia fere formâ et magnitudine *PRIMULAE Auriculae* crassa, glabra, subglauca spathulata evenia, nec conspicue nervosa, mucrone rigidiusculo. Scapus 1/2 ped. et ultra. Flores conferti, secundi. *Brotero.* In herbis et adis maritimis ad *Tagum salsum* inter *Alfeite* et *Seixal.* 4.

Obs. Aliam communicavit Dr. *Broussonet* in Hispania lectam, foliis latioribus brevioribus, scapo digitali, pedunculis fastigiatis, specie vero vix diversam. A *STAT. cordata* discrepat, cui folia apice rotundata vel retusa absque mucrone, scapus ramosus, spicae alternae erectae, teretes, plures in pedunculo communi, flores alterni solitarii intra squamas. Affinis *St. oleaeifoliae Scop.*, tamen diversa! *Vahl* l. c.

15. * *S. incana*; scapo paniculato; foliis lanceolatis trinerviis subundulatis apice mucronatis, paniculae ramis triquetris. *Linn. Mant. p. 59. 513. S. V. p. 300. Vahl Symb. I. p. 25. Willd. Spec. I. p. 1525.* *St.* scapo ramoso divaricato, ramis triquetris, floribus distantibus, foliis lanceolatis acutis, apice mucronato-undulatis. *M. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc. l. p. 251. St. speciosa Forsk. Cat. aegypt. p. 65. n. 192. St. rubella Gmel. II. II. t. 34. Gmel. S. V. I. p. 512.*

Folia radicalia elliptico-lanceolata incana. Scapus teres. Cal. albus, acutus, striis 5 viridibus cinctus: bracteis 3-4 subulatis patulis brevibus. Flores albi. *H. Ups.* Bractee ovato-acuminatae, amplexantes, margine membranaceae. Glumae 4 oblongae acuminatae inaequales concavae, apice patulae, margine membranaceae, intima trifida, laciniis linearibus acutis. Planta *Forsk.* in omnibus consentit cum specimine, quod ab ill. *Linne* habui. *Vahl.* Facies *St. tataricae*: differt foliis angustis acutis undulatis et colore glauco. *M. a. Bieb.* Variat floribus albis et roseis; priorem nomine *trigonoidis* saepius tulimus. Gluma infima trifida in *tatarica* et *graminifolia*, ut in hac. *In Aegypto, Arabia, Sibiria, et Cumania.* 4.

Obs. Utrum *St. incana*, caule subaphyllo, subdichotome paniculato, paniculae ramis triquetris, foliis radicalibus lanceolato-spathulatis mucronatis *Schrank München. Akad. Denkschrift 1816-17. p. 175* hujus loci, dici nequit, licet synonyma a *Vahl* adducta laudentur, ob descriptionem imperfectam. Folia ad radicem numerosa, variae longitudinis, maxima vix a poll., lanceolato-spathulata, mucronata, trinervia. Haec inter caulis spithamam non multo excedens, teretiusculo-compressus, subdichotomus. Rami trigoni iterato-ramosi, ramulis alternis. Folia nonnisi ad ramificationes semiamplexicaulia acuta lanceolata brevia. Differt a simillima *spathulata* pubescentia, incana enim, cum illi folia utrinque glabra; foliis denique oblongo-spathulatis, in illa obovatis. *Cls. de Vest* in litt. specimen sibiricum adumbrat quod illi diversum videtur a *St. incana* arabica. Rad. perennis. Folia oblonga petiolata trinervia crassiuscula glabriuscula cuspidata. Scapus teres crassitie pennae tenuioris dichotome et patenti-ramosus; stipula subovata ad ramificationes, e qua ala decurrit angusta, unde quasi bialatus scapus, ramique subtriquetri. Flores conferti in spicis numerosis secundis brevibus. Bractee 2, una trifida trimucronata, altera bifida, calycis exterioris fere longitudine. Lacinae calycis lanceolatae petaloideae essertae.

16. *S. spathulata Desf.*; foliis radicalibus spathulatis obtusis glaucis integerrimis longe petiolatis, scapo tereti, floribus racemosis secundis. *Desfont. Fl. atl. I. p. 275.*

Poir. Enc. meth. VII. p. 402. Sims bot. Mag. t. 1617.
St. cordata Poir. Voy. in Barb. II. p. 142. St. spatulata (glauca) Pers. Syn. I. p. 333.

Scapus superne ramosus, pedalis et ultra, ramis paniculatis. Folia margine tenui membranaceo, utrinque punctis elevatis scabra, 2 poll., petioli fere longitudine, demum caeruleo-tescens, coriacea, crassa. Rami inferiores steriles. Stipulae lanceolatae breves, margine scariosae. Flores plerumque solitarii remoti, sat magni, serie duplici secundi; cal. albus striis rubris. Cor. petalis obcordatis laete purpureis, calyce parum longioribus. *In littore Barbariae prope Lacallé. Desf. in Creta. Sieber. 4.*

17. * *S. cordata*; scapo paniculato, foliis spathulatis retusis. *Linn. Spec. I. p. 394. Willd. Spec. I. p. 1526. Desfont. atl. I. p. 173. Sauvag. monsp. p. 15. All. Nicaeens. p. 163. LIMONIUM cordatum Mill. dict. n. 10. Barrel. Icon. p. 305. St. obtusa Dum. Cours. I. p. 660. STAT. maritima β . Lam. Fl. fr. III. p. 64. Boccon. sic. p. 64. t. 34. f. A. B.*

Caulis 6-7 poll., erectus, rigidus, teres, glaber, ramosus. Rami dichotomi angulati, raro steriles. Folia omnia radicalia cespitosa firma glabra, margine tenui albo cartilagineo, in petiolum plus minus longum decurrentia, apice rotundata vel retusa, obsolete trinervia, nervis lateralibus ante apicem evanescentibus. Flores caerulei in summis ramis spicati alterni, in inferioribus solitarii remoti secundi. *Panzer in MS. In β folia duplo majora. Nobis potissimum foliis oblongo-lanceolatis spathulatis a *spathulata* differre videtur, cui folia ovato-spathulata. Cur nomen *cordatae* huic impositum, non vidimus, cum folia rarissime obcordata. Ad maris mediterranei littora, in Creta Sieber. 4.*

18. *S. emarginata Willd.*; foliis spathulatis emarginatis, scapo erecto paniculato, ramis superioribus simplicibus, inferioribus bifidis, floribus secundis. *Willd. Enum. H. berol. I. p. 335.*

Differt a *St. cordata* (et *spathulata*, cui similis) foliis spathulatis emarginatis, nec lineari-cuneatis retusis, ramis inferioribus scapi non sterilibus, floribus multo majoribus. *Willd. In Gibraltaria. 4.*

19. *S. caspia*; foliis spathulatis obtusis subretusis (glabris); scapo erecto ramosissimo scabro, ramis sterilibus pectinatim ramosis, floribus confertissimis, bracteis membranaceis diaphanis. *Willd. Enum. H. berol. p. 336. Catal. Hort. Gorenk. A. 1812. p. 18. Poir. Enc. meth. Suppl. V. p. 236. St. reticulata M. a Bieb. Flor. Taur. Cauc. n. 623 (excl. syn. Linn. et Boccon. monente ipso auctore in Suppl. Fl. Taur. Cauc. p. 253.) Gmel. jun. II. IV.*

p. 14. *Str.* caule nudo dichotomo, floribus summitates versus racemosis, foliis radicalibus verticaliter ovatis. *Gmel. Sib. II. p. 219. t. 89. f. 2.*

Habitus *aureae* et altitudo; cauliculi molliores, et quidam ex ultimis ramulis herbacei, aliquanto scabri. Folia apice latissima $\frac{1}{3}$ poll. lata, obiter excissa, basi attenuata. Squamae parvae. Calyces albi. Flores? *Gmel. Sib. I. c.* Bracteae breves obtusissimae, haud omnino membranaceae, sed dorso foliaceae, margine lato albo membranaceo cinctae. *M. a Bieb. Suppl. I. c.* Corollae fide speciminis ab amiciss. *Besser. Odessae* lecti calyce parum majores, dilute caerulescenti-violaceae, laciniis integris. *Communis in plagis lutosis humidis ad lacus salsos et littora marina. 4.*

20. *S. scabra Thunb.*; foliis subradicalibus obovato-oblongis obtusis; ramis scabris. *Thunb. Prodr. p. 54. Fl. cap. II. p. 241. Willd. Spec. I. p. 1526.*

Caulis herbaceus mox a radice ramosus flexuoso-erectus spithameus vel subpedalis. Rami teretes flexuosi, papillis cavis, fusco-purpurei. Ramuli reticulati. Folia sulcata integra subrugoso-scabrida unguicularia usque pollicaria. Flores in ultimis ramulis secundi sessiles caerulei. *Thunb. In Prom. b. Spei, ad oras maritimas in littore prope urbem Cap rarius; in Houtniquis vulgaris in collibus montium.*

21. *S. tetragona Thunb.*; caule paniculato tetragono; foliis obovatis. *Thunb. Propr. p. 54. Fl. cap. II. p. 242. Willd. Spec. I. p. 1526.*

Caulis fusco-purpurascens glaber erectus ramosissimus bipedalis. Rami sparsi dichotomi tetragoni purpurei; ramulis virgatis similibus. Folia radicalia inferne longe attenuata in petiolos lineares, obtusa, integra, glabra, avenia, tripollicaria. Flores alterni sessiles remoti. *Thunb. In Prom. b. Spei.*

22. * *S. reticulata*; foliis lanceolatis cuneatis obtusis, scapo decumbente ramoso paniculato, ramis floriferis elongatis, floribus secundis, bracteis margine membranaceis. *Willd. Enum. H. berol. I. p. 336. Spec. I. p. 1526. (excl. β . γ .; ut etiam in) Poir et Enc. VII. p. 403. n. 21. Linn. Spec. p. 394.*

Str. scapo paniculato prostrato flexuoso, ramis inferioribus sterilibus, foliis cuneiformibus muticis. *Smith Brit. I. p. 342. Engl. bot. t. 308. Str. echioides Hortor. LIMONIUM reticulatum Mill. n. 9. Plukn. Alm. p. 221. t. 42. f. 4. Bocc. sic. p. 82. t. 44. f. L.*

Scapo decumbente jam satis distincta. Rami steriles paniculae subdichotomi reflexi. Bracteae coriaceae margine membranaceae. *Willd. l. c.* Rad. lignosa. Folia spathulata acuta nec aristata. Scapi ramosissimi, ramulis divaricatis teretibus. Flores terminales fasciculati caerulei, bracteis obtusis suffulti. *Smith.* Caulis quidem tuberculatus, praesertim aetate, ut in *echioide*, attamen folia vix tuberculata et bracteae nunquam. Flores longiores quam in *bellidifolia*, subinde etiam dilute cae-

ruleae, et bracteae minus scariosae. *Poiret.* In *Anglia et Gallia, Italia, Hispania, Sibiria.* 4.

23. *S. dichotoma Cav.*; scapo paniculato; ramis punctato-scabris inferioribus sterilibus multifidis capillaribus, foliis obovatis laevibus. *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 212. n. 736.* St. caule aphylo dichotomo, fol. spathulatis glabris, petiolis basi coalitis. *Cavan. Ic. I. p. 37. t. 50.* St. fol. spathulatis obtusis, scapo erecto ramoso paniculato, ramis sterilibus subdichotomis divaricatis, floribus remotiusculis, bracteis margine membranaceis. *Willd. Enum. H. berol. I. p. 336.* St. *reticulata* β . *Willd. Spec. I. p. 1526.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 403.* Limonium minus oleae folio, πολύκλαδον. *Barrel. Ic. t. 790.* (quod ab aliis ad *oleifoliam*.)

Calyx albus, nitidus, obtusiusculus, muticus. In *maritimis Graeciae et Hispaniae* ex herb. *Sibth.* 4.

Obs. Varietatem sistere tantum intermediam *auriculae-foliam* inter et *reticulatam*, illi foliis, licet minoribus, huic ramis repetito bifurcatis proxima. *Poiret l. c.*

24. *S. virgata Willd.*; foliis lanceolatis cuneatis acutiusculis, scapo erecto scabriusculo ramoso paniculato, ramis floriferis subbifidis, floribus secundis, calycibus margine membranaceis. *Willd. Enum. H. berol. I. p. 336.* St. *reticulata* γ *Willd. Spec. I. p. 1526.* St. *echioides Hort.*

Folia radicalia elliptica in petiolum attenuata scabra, apice acuta, margine tenuissime crenulata. Scapi adscendentes, teretes, basi vaginati, 1 1/2 ped., ramosi, ramis inferioribus sterilibus, superioribus floridis elongatis virgatis dichotomo-paniculatis. Flores solitarii secundi remoti. *Willd. l. c.* Cor. caerulea sat magna. Tylimus nomine *dichotomae et minutae!!* In *Hispania, Sicilia.* 4.

25. *S. viminea Schrad.*; scapo paniculato-tereti, foliis lanceolatis punctatis basi attenuatis apice obtusis mucronulatis, ramis floribusque distantibus. *Hornem. H. reg. Havn. Suppl. p. 97.*

Habitat? 4.

26. *S. palmaris Sibth.*; punctato-scabra pruinosa, scapo paniculato tereti strictiusculo, foliis spathulatis obtusis. *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 213. n. 737.* *Sibthorp Fl. graec. t. 297.*

In *Asiae minoris littoribus maritimis.* 4.

27. * *S. echioides*; punctato-scabra pruinosa, scapo paniculato, tereti, articulato, ramosissimo flexuoso divaricato, foliis spathulatis. *Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 213. n. 738.* *Sibth. Fl. graec. t. 298.* *Linn. Spec. p. 394.* (excl.)

syn. *Magnol.* monente *Smith*; hinc etiam in) *Willd. Spec. I. p. 1527.* et in *Poir. Enc. meth. VII. p. 403.* *Desfont. Fl. atl. I. p. 374.* *St. sibirica Dum. Cours. 2. ed. I. p. 661.*

Folia lingulato-cuneiformia, obtusiuscula, non perfecte laevia, Scapi paniculâ articulata, articulis divaricatis subtuberculatis bifariâ, ramis dichotomis. Calyces parvi acuti. Petala emarginata, pallide caerulea striâ purpureâ. *Linn.* In *Cretae Cypri et Meli maritimis, etiam inter Scalam novam et Smyrnam; an in Gallia meridionali?* ♂ *Linn. & Smith.*

28. *S. aristata Sibth.*; scapo paniculato tereti punctato; ramulis laxe racemosis, foliis obovatis scabris, calyce aristato. *Smith Prodr. Fl. gr. I. p. 213. n. 739.* *Sibthorp Fl. graec. t. 299.* Limonium minus annum, bullatis foliis, vel echioides. *Magn. Monsp. 157, cum icone. Tourn. Inst. p. 342.*

In insulae Cypri et Cretae maritimis et in Gallia australi; inque Hispania *Dufour.* ☉.

Obs. *St. echioides*, foliis spathulatis obtusis muricato-scabris, scapo paniculato, ramis simplicibus, floribus distantibus secundis, calycis dentibus uncinatis, *Willd. Enum H. Berol. I. p. 336* fors hujus potius loci, cum ☉ dicatur a divo *Willdenow*, et descriptio ab illo l. c. data; „rad. filiformis, divisa; folia petiolata, 3 lin., obtusa, muricato-scabra, scapi teretes erecti solitarii digitales vel parum longiores simpliciter paniculati, bractee scabrae uti folia, flores secundi valde distantes, calycis dentes aristati apice uncinati, cum diagnosi *aristatae* magis quam cum *echioidis Linn.* quadret. Huc et *St. echioides Gouan Illustr. 22 t. 2. f. 4.* spectare videtur, cui radix pariter ☉, qualem etiam petit *Decandolle* in *Fl. fr. III. p. 422* ad suam *echioidem*, quae eadem cum *aspera Lam. Fl. fr. 3. p. 64.* Huc apud *Gouan* calyces lin. 2 longi, arcuati paululum, cylindrici, rubentes, etiam granulato-scabri, et ex uno latere a basi ad apicem fissi seu hiantes. Corollae purpureae vix e calycibus erumpentes. Huc etiam LIMONIUM *echioides Mill. n. 11.*

29. *S. speciosa*; scapo ramoso tereti (subtrigono), ramis ancipitibus alatis, floribus imbricatis, foliis obovato-cuspidatis mucronatis, margine cartilagineis. *Willd. Spec. I. p. 1527. Enum. H. berol. p. 337. Linn. Spec. I. p. 395. Gmel. Sib. II. p. 221. t. 91. f. 1. Curtis Mag. t. 656.*

Variat floribus albis et roseis. Calyces etiam in hac indivisi.

Linn. Folia primo vere in orbem, supra obsolete viridia, infra purpurea, utrinque punctis minutis albis, ovata aut lanceolata, spinâ albidâ non admodum debili terminata. Caulis plus minus ramosus, nunc vix palmaris, et saepe nunc alatus, saepe etiam nudus cum membranæ vestigio, ubi cubitalis. Petala ungue flava, tum alba, limbo subrotundo emarginato purpurea, lineâ saturatiore. Antherae violaceae polline flavo. Pistilla 4-6. Cal. albus plicatus ad oras plicato-laciniatus, striis 5

viridibus. Rad. salsa, dein dulcis. *Gmel. l. c.* Folia margine albo, utrinque glabra, trinervia, coriacea. Scapus scaber pube tenui, stipulis 2-3 ovatis cuspidatis. Rami paniculato-dichotomi. *Panzer in litt.* In omni Sibiria, ad *Irtim.* ♂.

Obs. *Cls. de Vest in litt.* specimina sua foliis esse monet obsolete atque vix trinerviis, in acumen longius attenuatis; stipulis ramificationum magnis ventricosis, nec, praeter summas, decurrentibus, ut ergo scapus ramique primarii teretes, extimi tantum alati; floribus densis spicis in corymbum condensatis; calyce indiviso denticulis tantum prominulis, scarioso parum bracteas excedente.

30. *S. conspicua Sims.*; scapo subfolioso, ramis triquetris alatis, floribus aggregatis interrupte spicatis, bracteis acuminatis calyce longioribus. *Sims bot. Mag. t. 1629.* *St. speciosa Pall. MS. Herb. Lambert.*

Affinis *speciosae*, sed folia in *conspicua* angustiora, magis acuta, mucronata; scapus minus ramosus, stipulae longiores acutiores, foliaceae, nec cariosae; alae non crispatae. Cal. albus. Cor. carnea. *Sims.* Semina e Sibiria tulit *Loddiges.*

31. * *S. tatarica*; scapo dichotomo, foliis lanceolatis mucronatis, floribus alternis distantibus. *Linn. Spec. p. 395.* *Gmel. Sibir. II. p. 223. t. 92.* *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 251. Suppl. p. 253.* *St.* scapo ramoso divaricato, ramis triquetris, floribus distantibus, foliis lanceolato-obovatis mucronatis. *Willd. Spec. I. p. 1527.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 400.* *St. trigona Pall. ind. Taur. LIMONIUM tataricum Mill. Dict. n. 5.* *LIM. latifolium Mönch.* Limon. oriental. plantag. fol. florib. umbellat. *Tournef. Cor. p. 25.* *Boerh. lugd. t. 76.* Variat floribus rubris et albis.

Folia elliptico-oblonga s. lanceolato-ovata, basi in petiolum praelongum attenuata, margine tenui albo cartilagineo, saepius obliqua, nervo medio in mucronem incurvum abeunte, nervosa, glaberrima. Scapus pedalis, teres aut leviter compressus, durus glaber. Rami multoties dichotomi, extimi floriferi, ante anthesin arcuatim nutantes. *Panzer. MS.* „Corollae roseae, antherae caeruleae. Bracteae ternae, 2 brevissimae acutae carinatae, tertia major flores vaginans apice tridentata, in hac et in affini *St. incana*, sicut in *St. graminifolia* in sabuletis ad Wolgam inferiorem occurrente. Calyx parum pubescens, longemius quam in dictis affinibus. Varietatem *angustifoliam*, calyce plane glabro habitu quoque graciliore discedentem, *Podoliae austral. indigenam*, nuper mecum *Cls. Besser* communicavit, quae fortassis specie differt. *M. a Bieb. l. c.* In *Tataria*, herbidis apricis *Tauriae.* ♂. 2 *M. a B.*

Obs. *Cls. Poiret l. c.* pro hujus β habet *St. trigonoidem Pall.* sine omni notitia, et *St. rubellam Gmel.*, ad *incanam* spectantem, hac instar γ laudat, monens, plantam, hoc saltem nomine cultam in *H. Pa.*

risin. et *Vercell.*, non differre a *tatarica*, nisi foliis amplioribus, caule magis ramoso, ramis magis patentibus, magisque alatis, fere prostratis, floribus copiosissimis remotioribus rubellis. *Dumont. Cours. St. spathulatam Hort. Paris.*, *trigonoidem H. Paris.* et *auriculatofoliam* eandem esse plantam asserit, quod fors sic se habet; sed utrum, ut illi videtur, *latifolia*? *St. trigonoides*, quam nos e *Hort. Paris.* tulimus, *incana* culta est, flor. albis nunc nunc rubris. Varietatem *angustifoliam*, cujus excell. *M. a Bieberst.* supra meminit, etiam nobiscum candidiss. *Besser* communicavit, dubitans numne *graminifolia*, a qua tamen foliis oblongo lanceolatis cuspidato-acuminatis, 4-6 lin. latis, nec 1-2 lin. latis, punctis albidis utrinque exasperatis, calycis laciniis angustioribus, corollis brevioribus differt. Structura floris fere *tataricae*, ut et habitus, folia vero *tatarica* sextuplo angustiora, et his aequae ab hac, quam a *graminifolia* diversa. Si cultura perstat, distincta sane species, *Besseriana* dicenda.

32. * *S. Echinus*; caule suffruticoso folioso ramosissimo, foliis confertis subulatis pungentibus, antiquioribus retrorsum imbricatis, scapis brevissimis simplicibus. *Marsch. de Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 252. casp. p. 164. app. n. 37. Habl. Taur. p. 163.* *St.* scapo paniculato, foliis subulatis mucronatis. *Linn. Spec. p. 395. Sibth. Fl. graec. t. 300. Prodr. Fl. graec. p. 213. St. Echinus β Willd. Spec. I. p. 1528. Limonium creticum juniperi folio. Tournef. Cor. p. 25. Tragacantha tota spinosa etc. Moris. Hist. 2. S. II. app. t. 23. f. 7.*

Huc ergo spectare *St. Echinum β Linn.* ex *Smithii* auctoritate patet. *St. Echino* suo subscripsit *Linnaeus*: folia imbricata subulata supra plana margine scabra, apice mucronato-spinosa, inferiora reflexa. *Linn.* Caules vix pollicis. Calyces magni albidī, nervis 5 atropurpureis, aristā minimā. Cor. rubra. *In subalpinis Caucasi orientalis locis abruptis sterilissimis; in Tauria Habliz; in Olympo bithyno in Ida Sieber. 4.*

33. *S. acerosa M. a Bieb.*; caule suffruticoso ramoso folioso, foliis confertis subulato-pungentibus, scapis elongatis subramosis. *M. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc. I. p. 252. St.* foliis lineari-subulatis rigidis pungentibus, scapo simplici spicato. *Willd. Act. Nat. Cur. Berol. III. p. St. Echinus, Willd. Spec. I. p. 1528. (excl. Linn. Spec.) St. Echino affinis Marsch. casp. p. 165. sub nota. Limon. orientale humilius caryophylli folio angustiore non aculeato, flore spicato suave rubente. Tournef. Cor. p. 25. Limonium cespitosum fol. aculeatis. Buxb. Cent. II. p. 18. t. 10.*

Differt ab antecedente *Echino* cespitibus minoribus, ramis brevioribus, foliis duplo majoribus, scapis elongatis dodrantalibus, superne in ramos nonnullos patules haud raro subdivisis. Ab utraque discrepat huc ductum *Limonium orientale frutescens*

caryophylli folio in aculeum rigidissimum abeunte Tournef. Cor. p. 25., cui folia multo longiora et exquisite aculeata, cujus etiam respectu alterius folium ab auctore praedicatur non aculeatum. *M. a Bieb. In collibus sterilibus saxosis Iberiae; inter Tiflin et Harmozicam (Mzchete) frequens. b.*

34. * *S. flexuosa*; scapo dichotomo corymboso fastigiato, spicis capitatis, floribus imbricatis, foliis lanceolato-cuneiformibus obtusis mucronatis trinerviis. *Willd. Spec. I. p. 1528. Linn. Spec. p. 395. Poiret Enc. meth. VII. p. 403.* St. fol. ovalibus muticis nervosis, caule nudo alternatim ramoso flexuoso, corymbis terminalibus. *Gmel. sib. II. p. 217. t. 89. f. 1. mala (an hujus loci?) St. rosea Pall. It. III. p. 260 in nota.*

Folia omnia radicalia cespitosa 2-3 poll., verticaliter ovata s. oblonge elliptica obtusa cum acumine, laete viridia, reliquis speciebus tenuiora, basi 5-nervia. Scapus dodrantalis dichotomo-ramosus, apice corymboso-fastigiatus. Flores terminales in corymbum imbricatim aggregati minimi atro-caerulei. *Panzer MS. Cal. majusculus, totus candidus, squamae vero calycibus subjectae rubenti vividissimo et albo colore variae sunt. Gmel. Caules erecti nudi teretes 8-10 poll., superne dichotomi, ramis valde flexuosis. Bractee ovatae acutae fusco-nigrae; cal. subpubescens; Cor. purpurea roseave, limbo brevissimo. Poiret qui figuram Gmelini laudat ut bonam. In Sibiriae campis konkurkinensibus. 4.*

35. *S. longifolia Thunb.*; caule paniculato scabro erecto; foliis obovato-linearibus. *Thunb. Prodr. p. 54. Fl. cap. II. p. 241. Willd. Spec. I. p. 1529.*

Caulis brevissimus suffruticosus glaber scabridus ramosè divisus pedalis et ultra. Rami mox a radice alterni; ramulis dichotomis. Folia subradicalia alternantia basi latà vaginantia inde subpetiolato-teretia, sensim dilatata, obtusa mucronata integra glabra substriata costà medià elevatà, erecta, spithamæa usque pedalia. Flores in ultimis ramulis alterni sessiles secundi remoti. *Thunb. In Prom. b. Spei, in arenosis maritimis prope Cap et in Swartland, saepe inter frutices.*

36. * *S. minuta*; caule suffruticoso folioso, foliis confertis cuneatis, glabris, muticis, scapis paucifloris. *Linn. Mant. p. 59. Willd. Spec. I. p. 1529. Desfont. Fl. atlant. I. p. 275. Poiret Enc. meth. VII. p. 405. Decand. Fl. fr. III. p. 423. St. limonim var. 3. Gerard. Gallopr. p. 340. Bocc. sic. p. 26. t. 13. f. 3. et t. 34. (?) Pluk. Alm. p. 221. t. 200. f. 3.*

Plantae longitudo vix digiti. Flores pallide rubentes. *Linn.* Folia ad radicis collum cespites densos formantia, parva, spatulato-rotundata, duriuscula; caules nudi graciles ramosi, 2-3 poll., e centro cespitis; flores pauci in panicula laxa mi-

nima. *Decand.* Folia vix 1 1/2 lin., glauca, subinde obcordata. Calyx albo-rubellus, dentibus 5 brevibus obtusis. *Poir.* *Ad mare mediterraneum.* h.

37. *S. pectinata Ait.*; caule ramisque paniculatis triquetris, foliis obovatis petiolatis, spicis secundis. *Ait. hew. I. p. 385.* *Hornem. H. r. Havn. Suppl. p. 37.*

In Canariis. h.

38. * *S. suffruticosa*; caule fruticoso, superne nudo ramoso, capitulis sessilibus, foliis lanceolatis vaginantibus. *Linn. Spec. p. 369.* *Willd. Spec. I. p. 1529.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 406.* *M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. p. 253.* *Gmel. Sib. II. p. 216. t. 88. f. 2. 3.*

Caules 1/2 ped. et dodrantales, inferne ramosi procumbentes. Folia oblongo-elliptica, in petiolum vaginantem attenuata, punctis elevatis scabra, glaucescentia, (pollicaria.) Flores glomerati in capitulis alternis 2-5 terminalibus, pallide caerulei. *Panzer MS.* Caules filiformes lignosi flexuosi et subramosi aphylli. Folia versus apicem paulo dilatata, semiamplexicaulia. Capitula florum alterna sessilia nuda. Flores tubulosi angusti. Cal. dentatus. Petala lineari-lanceolata calyce breviora. *De Vest in litt.* *In subsalsis sterilissimis Tauriae.* h.

39. *S. cinerea Poir.*; caule erecto ramoso, foliis oblongis radicalibus, floribus paniculatis alternis. *Poir. Enc. meth. VII. p. 407.*

Caules teretes glabri cinerei, ramis alternis subpatentibus rugosis, ramulis rigidis subflexuosis, subangulatis, omnibus aphyllis. Folia radicalia glabra numerosa. Flores alterni sessiles in ramis paniculatis, basi bracteis 2 parvis latis obtusissimis atrofuscis, tertiâ duplo longiore subvaginante, longitudine tubi calycis, cylindrici, pubescentis, cinerei, limbo sat magno, ochroleuco, nervis 5 fuscis, dentibus totidem obtusis. Cor. calyce brevior. Flores cum bractea majore caduci. *Poiret ad Herb. Lamarck.* *In Promont b. Spei. Sonnerat. 4.*

40. * *S. monopetala*; caule fruticoso folioso, floribus solitariis, foliis lanceolatis vaginantibus. *Linn. Spec. I. p. 296.* *Willd. Spec. I. p. 1530.* *Desfont. atl. I. p. 277.* *Brotero Fl. lusit. n. 490.* *Poiret Enc. meth. VII. p. 405.* *Kniph. Cent. VIII. p. 91.* LIMONIUM siculum *Dict. n. 7.* LIMONIASTRUM articulatum *Mönch meth. p. 423.* *Bocc. sic. III. t. 17.* β. major, foliis oblongis latioribus. *Willd. Enum. H. berol. p. 337.* *St. suffruticosa Hort.* *St. scabra Hortor.* β. angustifolia *Hort. Paris.*

Radix rubra humano crure subinde proluxior; caules plures 2-3

ped., tuberculis parvis albis, rufescentes, ramosi, erecti vel prostrati. Folia petiolata oblonga integerrima obtusa rigida canescentia vel glaucescentia, punctis impressis, albidis, asperis, praecipue subtus, 1 1/2 - 3 poll., persistentia, basi petiolos vaginante: vaginae ad basin caulis aphyllae. Flores alterni solitarii sessiles spicato-paniculati. Praeter squamam vaginalem aliae 2-3 sub flore singulo bracteiformes membranaceae imbricatae mucronatae, glabrae vel tuberculatae. Cor. omnino monopetala, purpurea, tubo longo angusto, limbo plano 5-lobo. Poir. In Gallia australi, Lusitania, Sicilia, Barbaria. h.

Obs. Linnaeus nil nisi: „Gallas saepe fert ex *Phalaena Reaum. ins.* 3. t. 39. f. 1-4“ et: „Lim. hispan multifido folio *Tournef. inst.* 342 etiam monopetalum“ adjecit. Hoc vero synonymon spectat ad *St. ferulaceam*.

41. *S. axillaris Forsk.*; caule fruticoso folioso, paniculis spicatis axillaribus, foliis lanceolatis vaginantibus. *Vahl Symb.* I. p. 26. t. 9. *Willd. Spec.* I. p. 1531. *Forsk. descr.* p. 58.

Caulis erectus teres inferne tectus squamis, ramosus. Folia alterna conferta integerrima obtusa glabra crassa, sensim versus basin attenuata, pollicaria, omnino figurâ *St. monopetalae*. Pedunculus communis teres, foliis longior; pedicelli flexuosi, altero latere planiusculi. Flores minuti. Gluma 4-valvis, valvulis oblongis glabris margine membranaceis obtusis. Structura omnino *monopetalae*, diversa vero inflorescentiâ axillari. *Vahl.* Cal. ferrugineus, cor. alba. *Forsk.* In Arabia felici. h.

42. * *S. cylindrifolia Forsk.*; caule fruticoso folioso dichotomo, foliis teretibus vaginantibus, (acuminatis.) *Vahl Symb.* I. p. 26. t. 10. *Willd. Spec.* I. p. 1530. *Forsk. descr.* p. 59. *Shaw afr.* p. 369.

Caulis erectus teres dichotomus crassitie pennae anserinae, undique tectus squamis imbricatis ovatis obtusis aridis. Folia versus apices ramorum conferta cylindracea, interdum parum incurva, squamis fuscis vaginantibus insidentia, lacera, coriacea, solida, obtusissima, mucronata inaequalia, saepe pollicaria, rarius superne crassiora. Spicae paniculatae. Flores conferti. Pedunculus communis ex axillis supremis, 2-3-poll., flexuosus. Gluma trivalvis calycem involvens: valvulis inaequalibus concavis margine membranaceis, calyce brevioribus: interioribus oblongis exteriore subrotundâ. Cal. glaber albidus, radiis 5 fuscis. *Vahl.* Corollae violaceae. *Forsk.* An huc fors *LIMONIUM fruticosum Mill.* N. 12. In Arabia et in Africa boreali. h.

43. * *S. linifolia*; caule fruticoso prostrato; floribus paniculatis secundis; foliis linearibus. *Linn. Suppl.* p. 187.

Willd. Spec. I. p. 1530.
 foliisque scabris linearibus,
II. p. 243.

St. caule fruticoso ramoso fo-
Thunb. Prodr. p. 54. Fl. cap.

Caulis squamosus brevissimus. Rami subradicales teretes scabri flexuosi paniculato-ramosi spithamaei. Folia subradicalia, vel in apice caulis sessilia, utrinque attenuata, integra, scabrida, erecta, pollicaria. Flores sessiles in ultimis ramulis imbricati.
Thunb. In Prom. b. Spei, prope Swart-Koops Zout paan et alibi rarias. h.

44. * *S. aurea*; caule fruticoso folioso ramoso, foliis subulatis. *Linn. Spec. I. p. 396.* *Willd. Spec. I. p. 1531.*
Poir. Enc. meth. VII. p. 407. St. caulibus teretiusculis, foliis subulatis caulinis, floribus e corymboso-fasciculatis. *Gmel. sib. II. p. 218.* *Amman ruth. p. 132. t. 18. f. 2.*

Caules 8-10 poll. et ultra, teretes; rami graciles subcompressi patentes, apice paniculati. Folia ad basin caulis numerosa glabra, ramorum brevissima, axillaria intra squamam fuscam ovatam. Panicula terminalis subdichotoma, floribus pluribus fasciculatis corymbosisve. Bracteae plures glabrae inaequales, latae, atro-fuscae, margine albae. Cal. infundibuliformis sulphureus, tubo fusciscente, angusto; limbi lacinae breves, obtusae. Cor. calyce brevior aurea. *Poir. ad Herb. Lam. In Davuriae campis montosis nusquam nisi in montosis lacus salsi Ononensium et ad Dalai. h.*

45. *S. ferulacea*; caule fruticoso ramoso, ramulis imbricatis, paleis apice pilo terminatis. *Linn. Spec. I. p. 396.*
Willd. Spec. I. p. 1531. *Brotero Fl. lusit. p. 490.*
Desfont. Fl. atl. I. p. 276. *Decand. Fl. fr. Suppl. p. 380.*
Poir. Enc. meth. VII. p. 408. *Moris. Hist. III. s. 15. t. 1. f. 23.* *Pluk. alm. 221. t. 28. f. 4.*
Limon. hisp. multifido folio. Tournef. p. 408.

Caules teretes sublignosi nudi paleis alternis paniculati. Ramuli ramosissimi fasciculati filiformes, imbricati paleis minutissimis, apice setula terminatis. Flores subimbricati, ascendentes, secundi, lutei. *Linn.* Scapi obliqui pedales glabri ramosissimi. Rami erecti approximati, ramulis fasciculatis articulatis filiformibus; squamae alternae, singulae ad singulas juncturas, longitudine internodiorum aut ultra; ovato-acuminatae. Flores (parvi) lutescentes. *Brotero.* In speciminibus plurimis a me examinatis nunquam folia alia nisi ramulos steriles subinclinatos breves ad basin caulium ramosissimos, ramulis brevibus numerosis fasciculatis subtortuosis filiformibus subarticulatis squamis brevissimis setaceis vidi, nescius utrum alia in hac planta occurrant folia. *Poir. l. c.* *In Barbaria, Lusitania, (ad Tagum salsum et in maritimis) inque Hispania Alströmer. h; in insula St. Luciae Galliae merid. Decand. 4.*

46. *S. diffusa* Pourr.; foliis linearibus deciduis, ramis diffusis patentissimis, ramulis retroflexis. *Poiret Enc. meth. VII. p. 404.* *Decand. Fl. Jr. III. p. 423.* *Pourret Act. Tolos. III. p. 330.* *Lam. Illustr. t. 219. f. 3.*

Caules plures graciles erecti 4-8 poll.; folia ad caulis basin tantum, glabra; bracteae numerosae membranaceae albidae imbricatae amplexantes, terminatae filo ut in *serulacea*. *Decand.* Flores subulati, petala angusta albido-caerulescentia, calyce vix longiora. *Poiret.* *Ad littora maris prope Narbonnam. 4.*

47. * *S. pruinosa*; caule flexuoso ramoso furfuraceo. *Linn. Mant. p. 59.* *Vahl Symb. I. p. 26.* *Willd. Spec. I. p. 1531.* *Gmel. Syst. Veg. I. p. 511. n. 15.* *St. aphylla*, caule ramoso articulato undulato tuberculato, foliis nullis, squamis ad genicula. *Forsk. descr. p. 60.* *Gmel. Syst. Veg. I. p. 511. n. 17.*

Caulis ramis alternis, caule brevioribus, teres, furfuraceus, ut tota planta. Stipula sub singulo ramo lanceolato-subulata, laevior. Rami cauli similes, ramulis geminis obtusis geniculatis. Folia radicalia non vidi, nec fructificationem. *Linn.* (qui huc *Shaw* ducit, ad *cylindrifoliam* monente *Vahl* spectantem.) Caulis et rami articulati; articuli sub ramis in squamam oblongam fuscam glabram margine membranaceam desinentes. Ramuli ex axillis ramorum, basi simili squama instructi. Spicae paniculatae ex apice ramorum. *Vahl.* Flores numerosi parvi ad apices ramorum sparsi approximati, sub bracteis angustissimis obtusis concavis nigricantibus margine albis delitescentes. Cal. pentagonus, angulo singulo nervo atro, limbo brevi plicato sordide albo. Cor. calyce brevior *Poiret ad Herb. Juss.* *In Palaestina et in Aegypto. 4.*

48. *S. aphylla* Poir.; caule fruticoso erecto aphylo, floribus paniculato-corymbosis. *Poiret Enc. meth. VII. p. 408.*

Multum affinis *pruinosa*, caule ramisque cinereis tuberculis farinosis; sed caules teretes non flexuosi, apice in ramos alternos divisi subcompressos subflexuosos, ramis brevibus dichotomis filiformibus articulatis basi squamulis scariosis. Flores minores quam in *pruinosa* sordide albi, numerosi paniculati apice fasciculato-subcorymbosi. Limbus calycis brevissimus plicatus lobis obtusis, tubo minimo nigricante. *Poir. ad Specim. Herb. Lam. et Juss.* *In Sibiria. Patrin.*

49. *S. furfuracea* Lagasc.; caule paniculato ramosissimo villo brevissimo furfuraceo, foliis spathulatis retusis pubescentibus. *Lagasc. Gen. et Spec. nov. diagn. p. 13. n. 171.* *STATICE pruinosa Forsk. Fl. Arab.?*

Alonae juxta vias, locisque ruderatis non procul a mari. 4.

50. * *S. sinuata*; caule herbaceo ancipiti, foliis radicalibus lyratis, caulinis linearibus. *Linn. Spec. l. p. 397.*
Willd. Spec. I. p. 1531. *Desfont. Fl. atl. l. p. 276.*
Poir. Enc. meth. VII. p. 408. *Kniph. C. II. n. 90.*
Curt. Mag. p. 71. *Sibth. Fl. graec. t. 301.* LIMON-
 NIUM *sinuatum* *Mill. dict. n. 6.* *Rauwolf It. t. 314.*
Clns. Hist. t. 33. β. *Limonium* caulibus alatis, asplenii
 foliis minus asperis, calycibus acutioribus flavescentibus.
Shaw afr. p. 363. *St. sinuata* γ. *Willd. l. c.*

Differt α caule ramisque inferne teretibus, nec alatis. β. caulium alis
 membranaceis integris et bracteis obtusis glabris, nec acutis
 hispidis. *Linn.* Calyces violacei, corollae flavescentes.
Willd. Caules erecti, dichotomi plus minus pubescentes, pe-
 dales; alae in alatis subinde dentatae. Flores corymbosi in
 apice ramorum. Cal. glaber, angulatus. Petala oblonga ob-
 tusa. *In Sicilia, Graecia, Palaestina, Africa. 4.*

51. *S. Thouini* *Hort. Paris.*; caule herbaceo, foliis
 radicalibus subsinuatis, caulinis subulato-triquetris, bracteis
 triquetro-connatis, exteriori flore longiore. *Hornem.*
Hort. reg. Havn. l. p. 299. *St. sinuata* β *Linn. Spec.*
I. p. 396. Limon. africanum caule alato, foliis integris
 hirsutis, petalo pallide flavo, calyce amoene purpureo.
Mart. Cent. t. 84. LIMONIUM *africanum* *Mill.*
n. 8.

Folia inferiora pauca pilosa 2 poll., 1/2 poll. lata. Caulis pe-
 dalis et ultra, articulatus, subalatus. *Mill.* *In Africa.*
4. ♂ Mill.

52. *S. alata* *Willd.*; foliis radicalibus sinuatis, caule
 alato, foliis caulinis lanceolatis, pedunculis cuneatis trialatis
 apice folioso-trifidis, calycibus coloratis decedentatis, den-
 tibus alternis setaceis. *Willd. Enum. H. berol. Suppl.*
p. 15.

Calyces pallide caeruleoscentes 10-partitae, laciniis alternis seta-
 ceis, alternis oblongis denticulatis. Cor. pallide flava. *Willd.*
Habitat: In Frigidario berolinensi.

53. *S. spicata* *Willd.*; caule tereti aphylo, spicis al-
 ternis cylindricis, foliis sinuatis. *Willd. Spec. l. p. 1533.*
M. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc. l. p. 253. *St. lyrata*,
 caule herbaceo, foliis radicalibus lyratis, caule subnudo sim-
 plicissimo, spicis elongatis glomeratis. *Marsch. a Bieb.*
Casp. n. 38. p. 166. tabl. n. 12. *St. caule nudo simpli-*
cissimo, spicis florum sessilibus alternis, foliis radicalibus e-
sinuato pinnatis. *Gmel. Sib. II. p. 224. t. 91. f. 2.*

Rad. tuberosa. Caulis 1/2 ped. Folia radicalia runcinata. Flo-
 res in racemis spiciformibus alternis dense aggregati. Cal. et

Petala albida. *Gmel.*
casici caspici. ☉.

In argillosis subsalsis deserti Cau-

54. * *S. lobata*; foliis sinuatis, caulibus teretibus aphyllis. *Linn. Suppl. p. 187.* *Willd. Spec. l. p. 1532.*

Planta minor *S. sinuata*, sed caules ramique teretes. Bractee similes *S. sinuatae*. Calyces albi. Cor. caerulea. *Linn. In Africa.*

55. * *S. mucronata*; caule crispo, foliis ellipticis integris, spicis secundis. *Linn. Suppl. p. 187.* *Willd. Spec. l. p. 1532.* *L'Herit. stirp. l. p. 25. t. 13.* *Desfont. atl. l. p. 275.* *Tratt. Thes. t. 1.* *St. mucronata (crispa) Pers. Syn. l. p. 334.* *St. crispa Dum. Cours. 2. ed. l. p. 661.* *St. speciosa Hortor.* *Limonium africanum elatius et humile Parkins. theatr. 1235. c. icon.*

Folia radicalia petiolata elliptica integerrima valde mucronata laevia pollicaria atomis albis. Caules aphylli, palmares crispi, membranulis longitudinalibus decurrentibus ad proximam bracteam angustis undulatis, apice mucronatis, superne ramosi. Rami simplices spicati. Spicae secundae, dimidiatae, floribus confertis sessilibus glumâ exceptis. Calyces albi. Corollae rubescentes, laciniis emarginatis. Affinitas aliqua cum *sinuata*, imprimis caule crispo et floribus secundis. *Linn. In Barbaria. 4.*

56. *S. aegyptiaca Viv.*; caule herbaceo, foliis radicalibus alterne pinnatifido-sinuatis, corollae laciniis intermediis linearibus, perianthio communi bicorni. *Vivian. Hort. Dei Negro.* *Pers. Syn. l. p. 334.* *St. fol. radicalibus sinuatis lyratis, superioribus lineari-lanceolatis decurrentibus, floribus paniculatis fasciculatis, bracteis majoribus coriaceis apice bispinosis, calyce 10-denticulato, denticulis 5 alternis setaceis, corollâ inclusâ.* *Delisle descr. de l'Égypt. t. 25. f. 3.* *Poiret Enc. Suppl. V. p. 237.* *St. tripteris Hort. Paris.*

Folia radicalia runcinata, laciniis obtusis alternis, extimâ majore rotundatâ. Caulis pedalis et ultra utrinque foliaceo-alatus, scaber, ramosus. Rami elongati paniculato-dichotomi. Flores pedunculati remoti secundi, terni quaternive, perianthio communi foliaceo apice bicorni incluso. Calycis lacinae lineares cuspidati recurvi, corollâ duplo breviores. *Panz.* Folia caulina $1\frac{1}{2}$ poll., basi in petiolum attenuata, obtusa, subciliata. *Poiret.* *In Aegypto ad Mareotim.*

57. *S. squamata Poir.*; caule repente fruticoso, foliis petiolatis ovatis, ramis nudis erectis articulatis, ramulis basi squamosis, floribus glomerato-cymosis. *Poir. Enc. meth. Suppl. V. p. 237.*

Caulis, seu potius collum radice, nodosum, apice foliosum; folia longe petiolata acutiuscula 3 lin. longa, glabra, integerrima vel subsinuata; e nodis supremis rami seu potius pedunculi ramosi firmi teretes graciles cinerei; squama scariosa ovata acuta ad basin articuli singuli cyma terminati. Bracteae calycisque obtusi, scariosi apice albidi; lacinae limbi angustae oblongae aristatae. Cor. albida obtusa. *Poiret ad Herb. Desfont. Ad Mareotin legit cls. Delisle. h.*

58. *S. ovalifolia Poir.*; foliis ovatis, radicalibus mucronatis, panicula ramosissima, pedunculis cylindricis glabris, floribus obtusis, caule simplici. *Poiret Enc. meth. Suppl. V. p. 237.*

Affinis quodammodo *St. tataricae*; sed differt characteribus datis. Radices crassae erectae; caules breves crassi, basi foliis glabris crassis integerrimis 2 poll., 1 1/2 poll. latis, mucrone parvo reflexo, basi in petiolum latum planum dilatatis; panicula patens, ramis diffusis, glabris, teretibus. Flores subsecundi, bracteis calycibusque scariosis. Cor. albida, obtusa. *Poir. ad Herb. Desfont. An in regno Maroccano insulisve Canariensibus. h.*

59. *S. pubescens Decand.*; fruticosa, caule foliis calycibusque pubescentibus, foliis cordato-cuneatis, floribus subcorymbosis. *Poiret Enc. meth. Suppl. p. 300. Limonium marinum fruticosum hirsutum. Bocc. sic. p. 25. t. 13. Tournef. Inst. p. 342.*

Similis *minutae*, licet habitu et magnitudine diversa, et pube. Flores dense corymbosi, nec spicati serie duplici; caules prostrati dichotomi ramosi, ramis rosula foliorum terminatis; pedunculi dichotomi; rami inferiores steriles. *Decand. Circa Nizzam et Fréjus.*

60. *S. articulata Lois.*; ramis dichotomis basi attenuatis, floribus distantibus basi bibracteatis. *Poir. Enc. meth. Suppl. V. p. 236. Loisel. Fl. gall. II. p. 723. t. 6. Decand. Fl. franc. Suppl. p. 380.*

Collum radice lignosum, caulibus pluribus suberectis 6-10 poll., basi ramis pluribus angustato-articulatis. Flores caerulecentes remotiusculi, bracteis 2 brevibus obtusiusculis. Folia vix nota. *Poiret. In Corsica prope Ajaccio. 4.*

61. *S. arborea Brouss.*; caule arborescente, foliis ovatis obtusis mucronatis basi angustatis, panicula composita terminali, ramis paniculae alato-ancipitibus. *Willd. Enum. H. berol. I. p. 337. Poir. Enc. meth. Suppl. V. p. 236.*

Folia 1 1/2 poll., longe petiolata, ad ramorum apices conferta. Panicula corymbosa longe pedunculata, pedunculo teretiusculo

subancipiti. Rami paniculae alato-ancipites. Flores ut in *sinuata Willd.* Folia radicalia 6-8 poll., 2 1/2 poll. lata; flores in corymbo terminali paniculato longe pedunculato. Flores caerulei, Arbuscula erecta. *Poiret.* *Broussonet* dixit *arborescentem* in *Catal. Monsp.* 1804. *In Teneriffa, Brouss. h.*

62. *S. rosea Smith*; caule fruticoso, foliis ovato-oblongis acutis utrinque asperis, ramis paniculae subangulatis nudis, floribus glomeratis. *Spreng. neue Entd. p. 206.* *Rees Cycloped.*

In promont. australi Africae ad sinum St. Helenae. h.

63. *S. Taxanthemea*; scapis paniculatis angulatis foliisque laevibus spathulato-oblongis obtusiusculis petiolatis glaberrimis, radice fusiformi. *TAXANTHEMA australe R. Brown Prodr. nov. Holl. I. p. 427.*

In nova Hollandia ubique.

64. *STATICE attenuata.* *TAXANTHEMUM attenuatum Salt. it. abyss. ed. germ. p. 476. sine definitione.*

65. *S. tubiflora Delisle*; caule tereti flexuoso tuberculato scabro, ramisque brevibus horizontalibus aphylo, floribus corymbosis, terminalibus lateralibusque, squamis floralibus intimis tubulatis. *Ad specim. Sieberian. Delisle Descript. de l'Egypte t. 25. f. 2.*

Habitus Corallii. Folia in speciminibus nostris omnino nulla, ne radicalia quidem. Caulis spithamaeus crassitie fili emporii, articulis vix 3-4 lin., maxime flexuosis, ut *pruinosa* crederes. Rami ramulis teretibus, quasi vermiformibus, divaricato-flexuosis. Squama ad articulos singulos lata triangularis acuta scabra rufescens margine albicans; similis, sed ovata obtusa ad florem singulum sessilem, intra quam squama similis cylindrica, tubum calycis arcte obvestiens. Cal. infundibuliformis plicatus, laciniis obtusis crenulatis diaphanis albis, nervo rubro percursis. Cor. violacea, calycem parum excedens, petalis oblongis obtusis, longitudine staminum. Mirum, *clm. Poiret* hanc speciem non recepisse. *In desertis Aegypti; circa Alexandriam Sieber. 4.*

66. *S. ulicina Willd.*; foliis subulatis pungentibus, scapo simplici, floribus ternis quaternisque terminalibus aggregatis. *Reliqu. Willd. MS. sub synonymo: Limonium orientale caryophylli folio acutissimo, floribus velut in cespitem congestis. Tournef. Cor. p. 25.*

In Oriente. h. Desfont.

67. *S. juniperina* Willd.; foliis lanceolatis rigidis pungentibus, floribus sessilibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In Persia boreali. h. Pallas.

68. *S. glauca* Willd.; scapo paniculato tereti, foliis oblongis glabris glaucescentibus obtusis, subtus mucronatis, margine integerrimis cartilagineis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Siberia. 4. Stephan.

Se nescire quid sit et ubi crescat Limonium 'Lychnidis coronariae folio lusitanum s. Limonium maritimum villosis foliis lusitanum *Grisley et Pluk. Almag. Brotero Fl. lusit. p. 490.*

Quid: *S. auriculata* H. *Dorp.* 1810 — 14.

S. cuneata H. *Taurin.* 1810 — 12.

S. dentata H. *Pesth.* 1812.

S. echinata *Vahl* H. *Gorenk.* 1812.

S. elata *Ibid.* et *Viln.* et *Krzem.* 1814. et 1816.
Dorpat. 1810.

S. Maurocena H. *P. Dum. Cours.* 2. ed. 1. p. 661.

S. trinervia *Mont* p. 1804.

1269. AEGIALITIS.

A. annulata *R. Brown Prodr. nov. Holl.* 1. p. 426.

Frutex humilis glaberrimus. Rami teretes fragiles, annulati cicatricibus petiolorum. Folia alterna exstipulata plana coriacea, ovata integerrima, petiolo marginato, basi dilatata vaginanti. Spicae paniculatae, floribus alternis subimbricatis tribracteatis albis. *Inter Rhizophoras in nova Hollandia tropica.*

1270. SPHONDYLOCOCCA.

S. malabarica *Reliqu. Willd. MS. ex Herb. Klein.*

Caules herbacei spithamaei teretes pubescentes ramis divaricatis; folia opposita oblonga in petiolum attenuata integerrima ciliata; flores aggregato-verticillati parvi. Calycis foliola lineari-lanceolata acuminata carinata ciliata margine membranacea colorata persistentia. Petala ovata obtusa nivea. Stam. erecta. Antherae ovatae didymae. Germen globosum. Stigmata ciliata. Caps. rubra. *De Schlechtendal in litt. ad div. Rømer.* *In India, 4. Klein.*

1271. CERATOCOCCA.

C. maypurensis Humb. et Bonpl. Reliqu. Willd. MS.

Caules filiformes ramosi; flores terminales racemosi. Prope
Maypure. ☉. Humb. et Bonpl.

P O L I G Y N I A.

1272. MYOSURUS.

* *M. minimus*; foliis integerrimis. Linn. H. Cliff. p. 117.
Willd. Spec. I. p. 1568. Smith Brit. p. 348.
Engl. bot. t. 435. Decandolle Syst. nat. I. p. 229.
Roth germ. I. p. 141. II. p. 375. Hall. Helv. n. 1159.
Curt. lond. Fasc. IV. t. 26. Trattin. tabul. t. 130.
Fl. Dan. t. 406. Sturm germ. Fasc. XI. Boiss.
Fl. europ. VI. t. 237. MYOSUROS cauda muris Gilib. in
Ust. del. II. p. 421. RANUNCULUS myosurus Afzel et
Wadsb. pl. suecan. in Röm. Arch. III. p. 85.

Variat staminibus 4-20, scapis foliis brevioribus aut longioribus, foliorum calycis petalorumque numero. Decand. Ranunculis quoad florum structuram proximus. Rad. fibrosa, parva. Folia radicalia erectiuscula lineari-spathulata, obtusiuscula, integerrima subcarnosa glabra, subinde hirsuta. Scapi plures erecti simplices foliis longiores teretes superne incrassati uniflori. Flos parvus erectus flavo-viridis. Receptaculum nudum seminibus numerosissimis. Smith. Calycis foliola supra basin angustatam liberam adnata; nectaria staminiformia, nec petaliformia. Kitaib. In Europae collibus apricis aridis. ☉.

1273. CERATOCEPHALUS.

1. *C. falcatus* Pers.; pericarpiorum cornubus falcatis subascendentibus. Decand. Syst. natur. I. p. 231. (excl. syn. Crantz. et Jacq.) RANUNCULUS falcatus Linn. Spec. p. 781. R. fol. cuneiformibus tripartitis, laciniis multifidis, filiformibus, seminibus falcatis, scapo nudo unifloro. Willd. Spec. II. p. 1331. Poir. Enc. meth. VI. p. 122. Pers. Syn. I. p. 341. (omnes excl. synonym. plurim. sicut in) Decand. Fl. fr. IV. p. 900. R. lanuginoso-villosus,

foliis compositis, laciniis lineari-falcatis, scapis unifloris, pericarpis obtuse bilobis, acumine falcato mucronato multoties brevioribus. *M. a Bieberst. Suppl. Taur. Cauc. p. 386. St. Hilaire Annal. Mus. XIX. p. 463. CERATOCEPHALA spicata Mönch meth. p. 218. Moris. Hist. II. p. 440. t. 28. f. 22.*

Variat 1. herbâ fere glabrâ, aut in apricis calidioribus tomento albo; 2. scapis nunc folio brevioribus, immo fere nullis, nunc in iisdem speciminibus saepe duplo triplo longioribus. *Decand. In Europa occidentali australiore. ©.*

2. *C. orthoceras Decand.*; pericarpiorum cornubus rectis. *Decand. Syst. natural. l. p. 231. R. testiculatus Cranz austr. II. p. 97. R. lanuginoso-villosus, foliis compositis, laciniis linearibus, scapis unifloris, pericarpis obtuse bilobis, acumine subulato rectiusculo duplo brevioribus. Marsch. a Bieberst. Suppl. Fl. Taur. Cauc. p. 386. R. falcatus M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. p. 231. n. 1092. (excl. syn. praeter Jacquin austr. t. 48, Falck et Palas). R. parvulus S. G. Gmel. iter II. p. 196. it. I. p. 65. et praefat. p. VI. (sub nova specie). R. pygmaeus Gûldenst. it. I. p. 111. 193. CERATOC. falcatus rossicus. Catal hort. gorenk. a 1812. p. 48.*

Affinis quidem, sed sufficientibus notis distinctus a *R. falcato Linn.*, Europae australioris occidentalis. *M. a Bieb.* „Simillimus *falcato*, et forsan (!) mera varietas; differre videtur staturâ paulo minore, superficie totâ etiam pericarpiorum lanugine albâ constantius vestitâ et praesertim pericarpis in cornu subulatum rectum et brevius desinentibus. *Decand. l. c.* Planta austriaca, utrinque tracta, est, auctore ipso *Jacquin*, 1-4 poll., foliis primis lanceolatis integerrimis, reliquis varie multifidis, laciniis sublinearibus obtusiusculis, calyce erecto, petalis parvis vix maculâ ad unguem, ovato-oblongis, plerumque erectis, cito emarcidis. Semen respectu plantulae maximum, processu falciformi acuminato horizontaliter porrecto. *Inter segetes et in pratis arenosis Europae australis et Tauriae, Sibiriaeque australis. ©.*

1274. XANTHORRHIZA.

X. apiifolia L'Herit. Stirp. I. p. 79. t. 38. Ait. Hew. l. p. 399. Willd. Spec. I. p. 1568. wild. Baumz. II. p. 543. Mich. Fl. bor. Amer. I. p. 186. Parsh Fl. Sept. Amer. I. p. 222. Sims's bot. Mag. 1736. XANTHORRHIZA simplicissima Marsh. Arbust. p. 168.

Frutex 3. ped., ramis griseo-fuscis angulatis. Folia alterna impari-pinnata, foliolis sessilibus ovato-cuneiformibus inciso-dentatis acuminatis, terminali trilobo inciso, 2 1/2 poll., 1 1/4 poll.

latis, utrinque glabris. Panicula 6 poll. Flores atro-violacei
Willd. Rad. flava. Petioli basi utrinque membranâ vaginan-
 tes, 2-3 poll. Folia bijuga, foliolis oppositis. Racemus termi-
 nalis compositus, foliis longior, racemulis horizontalibus. Pe-
 dicelli vix lineae, bracteati. Petala triangularia acuta. Nec-
 taria glandulae duplices inter laciniâs corollae, saturatius vio-
 laceae. Antherae flavae. Styli simplices. **A Virginia**
ad Georgiam ad ripas umbrosas. h.

(Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page)

(Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page)

(Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page)

(Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page)

(Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page)

A d d e n d a.

Pag. 199. addatur EVOLVULIS:

22. *E. Mühlenbergii* Spreng.; foliis lanceolatis alternis subsessilibus margine retrorsum aculeatis ciliatis, pedunculis unifloris elongatis. Spreng. Pug. I. p. 27.

Herba videtur annua. Caulis debilis, angulis subulatis, superne ramosus, pubescens. Folia utrinque attenuata nervosa avenia dente uno alterove. Pedunculi oppositifolii villosi apiphylli. Cal. 5-phyllos, villosus, foliolis lanceolatis. Cor. campanulato-rotata, lobis 5 emarginatis. Styli 2 profunde bifidi. Caps. bilocularis 4-valvis. Spreng. l. c. Habitat?

Pag. 282. n. 24. *A. acuminato* adde: *A. hortensis* var. Marsch. casp. app. p. 121. (sive *M. a* Bieberst. Suppl. I. p. 641.)

Observationi adice: „Huic proxima occurrens in cultis per Ucraniam *A. nitens*, quae differt staturâ altiore robustiore, foliis latioribus crebrius sinuato-dentatis apice minus productis et valvulis seminalibus apicem versus magis productis, quamvis minime acutis. Praeter hanc et *A. hortensis rubra* in Ucraniae hortis quasi spontanea.“ *M. a* B. l. c.

Pag. 384. n. 29. *A. Besseri* adde in observatione:

Exc. *M. a* Bieberstein Suppl. p. 641. novam diagnosis *A. laciniati*, ad quod *A. albicans* ducit tanquam synonymon, dedit, sequentem scilicet: „*A.* caule herbaceo patulo, foliis rhombico-ovatis sinuatis subtus argenteis, calyce femineo fructus rhombico-ovato tomentoso denticulato, valvulis trinerviis, medio disco denticulis confluentibus cristatis, seminibus utrinque connexis tuberculatis.“ et addit: „Hanc, quam non distinguit a sequente *incisa*, Sodae peioris materiem praebere Tauriae incolis refert Pallas Illustr. I. p. 5.

Obs. II. Nomine ATRIPLICIS *incisae* tanquam speciem propriam exc. *M. a* Bieberst. Suppl. Taur. Cauc. p. 641. ponit ATRIPLICEM *laciniatam* Bess. galic. n. 306 secundum specimen Besseri. (excl. forte synonymo Persoon) sequente definitione: „*A.* caule patulo herbaceo, foliis rhombico-ovatis sinuatis subincisis subtus argenteis, calyce femineo fructus rhombico ovato, incano, dentato: valvulis trinerviis, disco infra medium sparsim subdenticulato, seminibus utrinque planis laevibus“; huicque, cum? tamen, tanquam synonymon jungit: *A. roseum* Linn. (apud nos p. 180. n. 16.). „Tanta“ addit hujus cum *laciniatae* affinitas, ut prius non distinxerim, quam observationibus cl. Besser ex-

pergefactus. Staturâ et foliis quam maxime variat, ut exinde diagnosis a praecedente obtineatur nullâ, quanquam haec ad eam altitudinem, quam attingit quandoque illa, nunquam exerescat, et folia minus profunde incisâ habere soleat. Pubes laminulosa argentea caulis copiosior in *A. laciniata* et diutius persistit, sicut calycis feminei seminiferi, qui in *A. incisâ* formae minus constantis est: angulis lateralibus et apice interdum valde dilatatis, denticulis ambitus vulgo paucioribus majoribusque. Semen utriusque compressum, *A. incisae* tamen magis complanatum, paullo majus, rufum, *laciniatae* saepius nec tamen constanter nigricans, superficie utrinque tuberculis seu costis parum tamen elevatis inaequali. Insignem *A. incisae* varietatem calycibus fructus amplis antice trilobis: lobo medio productione, denticulis tam ambitus quam disci paucis, in aggeribus circa portum Odessae observavi. *A. incisâ* in desertis australioribus salsuginosis magis communis *laciniatâ*, quae vero altius versus septentrionem ascendit, ideoque pro *A. laciniata* L. habenda videtur." *M. a Bieberst.* — Haec phillyria nostris jamjam impressis e gratia exc. auctoris tulimus.

Pag. 289. adde Observationi ad *A. littorale*:

A. serrata, caule herbaceo glabro anguloso, foliis lineari-lanceolatis inaequaliter serratis, superioribus integerrimis *Zuccagn. Cent. n. 97* apud *Röm. Collect. p. 159* fors eadem cum γ . Caulis 2-ped. obtuse pentagonus, atomis albis farinosis hinc inde. Folia alterna glauca petiolata, ima dentibus remotis, superiora linearia. Flores glomerati in spicas terminales erectas coadunati. *Zucc. l. c.*

I n d e x

Generum, Specierum, Synonymorum. *)

	pag.		pag.
ABELICEA.	*304	AGLAIA.	XXI
ACIPHYLLA.	*XLV	odorata.	211
squarrosa.	*554	ALDROVANDA.	LXVIII
ACTINOPHYLLUM.	LXVI	vesiculosa.	759
acuminatum.	705	ALEPIDEA.	
angulatum.	704	ciliaris.	*344
conicum.	705	ALSINE.	LXIV
pedicellatum.	705	avicularum.	*680
pentandrum.	706	graminifolia.	*682
ACTINOTUS.	*XXXI	media.	680
Helianthi.	*539	— apetala.	*680
AEGIALITIS.	LXIX	molluginea.	681
annulata.	799	mucronata.	681. *681
AEGOPODIUM.	*LX. *XXXV.	prostrata.	681. *LXIV
	*LIV	pubescens.	681
Podagraria.	*408	segetalis.	681
AETHUSA.	XXXIX. LIX. *LI	succulenta.	LXIV
Ammi.	*412	ANMI.	XLIV. LVII
Bunius.	*XXIVII. *433	acaule. v. v.	530
— capillacea.	*432	anethifolium.	530
cynapioides.	*455	Böberi.	*531
Cynapium. v. v.	454	capillaceum.	*411. *454
divaricata.	*411	eicutae-folium.	531
elata.	*455	eicutarium.	531
fatua.	455	copticum.	*XLII. *500
leptophylla.	*411	dascifolium.	*551
Meum.	*431	divaricatum.	*411
montana.	*452	glaucifolium. v. s.	529
mutellina.	*433	majus. v. v.	528. *411. *530
AGASYLLIS.		— tenuifolium.	*528
caucasia.	*451	Matthioli.	*499
salsa.	*451	meoides.	*530
		rubricaule.	531
		Visnaga. v. v.	528. *476

*) Synonyma litteris disjunctis numeroque paginae * appposito distinguuntur.

	pag.		pag.
ANABASIS.	XXII	ANGELICA.	
aphylla.	219. *221	Levisticum.	*547
Arbuscula.	223	lobata.	608
conjugata.	*224	lucida. v. s.	604. *IL
cretacea.	220	major.	*600
cretica.	*221	montana. *601. *602. *603	
Echinus.	*221	officinalis. *599. *600. *608	
florida.	220	paludapifolia.	*547
foliosa.	*235	palustris.	*600
glomerata.	223	paniculata.	*548
monandra.	223	pratensis. v. v.	605. *IL
oppositiflora.	222	pyrenaea. v. v.	607
oppositifolia.	*224	Razoulii. v. v.	602. *603
Sieversi.	223	sativa.	*599
spinosissima.	221	scotica.	*547
tamariscifolia.	222. *223	spontanea.	*599
tatarica.	*219. *221	sylvestris. v. v.	600. *IL. *601. *603. *609
ANANTHERIX.	*75	— elatior.	*600
ANACARDIUM.	*LXII	Tournefortiana.	*602
latifolium.	*643	triquinata. v. s.	604
longifolium.	*642	verticillaris.	*IL. *600. *601. *608
ANETHUM.	LIX. LI	villosa.	*601
capense.	628	ANISUM.	
dulce.	*435	officinale.	*408
Foeniculum. *XXXVII. *455.	*628. *588	vulgare.	*408
— dulce.	*434	ANONYMOS.	
— piperitum.	*435	aquatica.	*305
— romanum.	*434	repens.	*308
— vulgare. *434. *435		ANTHRISCUS.	XLIII. *LIV
graveolens. *XLVIII. *454.	*587	capensis. v. s.	526
panmorium.	628	Caucalis.	*524
Pastinaca.	*584	Cerefolium.	*521
piperitum.	*435	elatior.	*522
segetum.	*434. *588	fumarioides. v. v.	525
Sowa.	628	hispida.	527
ANGELICA.	XLVIII. LVIII. *IL.	humilis.	*523
angustifolia.	*LIV	nemorosa. v. v.	525
aquilegifolia.	*609	nodosa.	526
Archangelica. v. v. 599. *IL.	*600. *601	Scandix.	*526
atropurpurea. v. v. 603. *IL.	*601	sylvestris.	*523
Carvifolia. v. v. 606. *XLVI		taurica.	527
ebulifolia.	*602. 603	trichosperma. 525. *487.	*521
Fischeri. v. v.	605	tuberculata.	527
integrifolia.	608	vulgaris. v. v.	524. *525
laevigata.	*564	ANTHYLLIS.	*206
		APIUM.	XXXVI. LX. *LI.
		Ammi.	*528
		Anisum.	*408

	pag.
APIUM.	
bipinnatum.	*415
Carvi.	*414
Celleri.	*429
crispum.	*429
dulce.	*429
glaucum.	*388
graveolens. v. v.	429
involucratum.	430
latifolium.	*409. *429
lusitanicum.	*429
napaceum.	*429
Petroselinum. v. v.	429
prostratum. v. s.	430
pumilum.	*388
romanum.	*430
Sium.	*555
ternatum.	431
vulgare.	*429
APOCYNUM.	
cordatum.	*122. *125
filiforme.	*120
hastatum.	*119
lanceolatum.	*122. *125
lineare.	*122. *123
minutum.	*119
salicifolium.	*87
triflorum.	*122
viminale.	*113
ARALIA.	
	LXVI
acerifolia.	699
acutifolia.	697
angularis.	698
catalpaefolia.	697
chinensis.	701. *702
cochleata.	697
cordata.	697
digitata.	701
ferruginea.	701
heterophylla.	698
hispida.	705. *704
Humboldtiana	699
humilis.	705
incisa.	699
japonica	698
Maralia.	704
micans.	701
Mühlenbergiana.	704
nudicaulis.	703
obtusiloba.	699
octophylla.	700

	pag.
ARALIA.	
palmata.	700. *698. *699. *700
pennata.	*700
pentaphylla.	699
platanifolia.	699
pubescens.	704
racemosa.	702
reticulata.	699
scandens.	698
Schefflera.	699
spinosa.	701
tachenanthifolia.	698
umbellifera.	697
ARCHANGELICA.	
	LXIV
atropurpurea.	*305
officinalis.	*599
ARCTOPUS.	
	XXI
echinatus. v. s.	315
ARENARIA.	
	*LXIV. *681. *682
fasciculata.	*682
mucronata.	*682
mutabilis.	*682
saxatilis.	*682
segetalis.	*681
tenuifolia.	*681
ARMERIA.	
	LXIX
alliacea.	775
alpina.	771
arenaria.	771. *776
denticulata.	775
elongata.	*771. *776
fasciculata.	775. *776
grandiflora.	777
hirta.	775
humilis.	772
juniperifolia.	775
latifolia.	774
littoralis.	772
maritima.	772
pinifolia.	775. *775
plantaginea.	775. *773. *774
pubescens.	777
pungens.	775
scabra.	776
scorzoneræfolia.	774. *775.
	*774
— angustifolia.	*774
vulgaris.	771. *772. *775
ARTEDIA.	
	L. LVII
muricata.	*477

	pag.		pag.
ARTEDIA.		ASCLEPIAS.	
squamata. v. s.	627. *444	graminea.	81
ASA FOETIDA.	*594. *596	grandiflora.	*90
ASCLEPIAS. III. X. *X. *XI. *XII		humistrata.	*74
acanthocarpus.	*65	hybrida.	*74
acuminata	74. *82	illinoënsis.	*69
alba.	*66. *102	incarnata. 72. *69. *72. *84	82
alexica.	*81	Klaprothiana.	*57. *58
alexicaea.	81	lactifera.	*75
amoena.	75. *69	lanceolata.	*94
amplexicaulis.	74	laniflora.	84
angustifolia.	70. *72	lanuginosa.	75
annularis.	*115	laurifolia.	83. *69
aphylla. *113. *116. *117		Linaria.	*70
Apocynum.	*69	linearis.	78
arborescens. *86. *88		linifolia.	84
asthmatica.	80. *125	longifolia.	85. *105
auriculata.	79	lutea.	86
bicolor.	*71	macrophylla.	86
canescens.	82	margaritacea.	*103
carnosa.	*51	media.	76. *69
ciliata.	*89	mexicana.	85. *86
cinerea.	75	microphylla.	80
citrifolia.	72. *69	mucronata.	*105
clusiaefolia.	82	nigra.	*85
compressa.	*73	nivalis.	71. *69. *85
contorta.	*117	nivea.	74. *66
convolvulacea.	80	obtusifolia.	70. *69
cordata. *56. *75. *112		parviflora.	82
crassifolia.	*87	parvifolia.	75
crispa.	*86. *88	paupercula.	75
curassavica.	70. *69	pedicellata.	*70
cynanchoides.	86	perennis.	69
Daemia.	*113	phytolaccoides.	86
davurica.	*102	plicata.	70
debilis.	70	polystachya.	*90
decumbens.	84. *69	procera.	*69. *86. *88
exaltata.	*69	pubescens.	72. *69
ferruginea.	83	pulchra.	73. *69. *74
filiformis.	81. *70	purpurascens.	76
floridana.	*84	quadrifolia.	*109
foetida.	*62. *104	radicans.	82
Forskali.	85	repanda.	78
fruticosa.	*86. *87	rosea.	84. *69
fusca.	*111	rubra.	77
fuscata.	86	rubricaulis.	*115. *115
galioides.	77	scandens.	*86. *87. *115
gigantea.	*90. *91	setosa.	*104
glabra.	*87. *113	sibirica.	82
glaucescens.	78	spiralis.	*113. *116
Gonocarpus.	*63	stipitacea.	69
		syriaca.	

	pag.		pag.
ATRIPLEX.		ATRIPLEX.	
argenteum.	290	sagittatum.	282
astracanicum.	290	salicinum.	289
bengalense.	281	salinum.	289
Besserianum.	284. *803	semibaecatum.	290
calotheca.	*285	serratum.	*289. *803
campestre.	290	sibiricum.	281
candicans.	*278	siculum.	290
cinereum.	279	sinense.	290
coriaceum.	280	sinuatum.	*284
cristatum.	279	sulcatum.	290
decumbens.	289	tataricum.	281
diffusum.	290	Thunbergianum.	281
erectum.	288	triangulare.	285
foliolosum.	280	venetum.	285
glaucum.	278. *277	verticillatum.	287
graecum.	278	veruciferum.	277
Halimus.	276. *277	virgatum.	*288
hastatum.	285. *284. *286	viride.	*282
hortense.	282. *803	ATTALERIE.	*192
incanum.	283	AZORELLA. *XXXII. *LVI.	*554
incisum.	*803	aretioides.	*559
lacerum.	290	cespitosa.	*559. *560
laciniatum.	285. *281. *284. *285. *290. *803	Chamitis.	*560
linifolium.	278	cladorrhiza.	*561
littorale.	289. *803	complicata.	*560
lucidum.	290	compressa.	*557
macrothecum.	290	corymbosa.	*561
marinum.	*289	crassifolia.	*559
microphyllum.	*275	crenata.	*562
microspermum.	285	filamentosa.	*559. *560
molle.	278	gummifera.	*559
multifidum.	290	lanceolata.	*558
muricatum.	279	linarifolia.	*357
nitens.	282. *282. *803	linearifolia.	*557
oblongifolium.	286	multifida.	*562
oblongum.	290	ovata.	*558
obtusum.	285	pedunculata.	*561
odoratum.	*277	reniformis.	*347
oppositifolium.	287	spinosa.	*362
paludosum.	280. *279	tricuspidata.	*559. *560
parvifolium.	288	trifurcata.	*360
patulum.	286. *287. *288	BASELLA.	LIV
pedunculatum.	287	alba.	693
polygamum.	278	cordifolia.	693
portulacoides.	277. *277	japonica.	695. *695
prostratum.	285. *289	lucida.	695
pumilio.	289	marginata.	694
reniforme.	279	nigra.	*695
roseum.	280. *281. *284. *803	obovata.	694
— foliosum.	*281		

	pag.		pag.
BASELLA.		BRIGNOLIA.	
<i>obtusifolia.</i>	*695	<i>pastinacaefolia.</i>	*558
<i>rubra.</i>	692. *695	BROUSSONETIA.	
<i>trifida.</i>	695	<i>papyrifera.</i>	*308
<i>tuberosa.</i>	694	BUBON.	XLII. LVIII
BASSIA.		<i>buchtornensis.</i> v. v.	496
<i>muricata.</i>	*249	<i>eriocephalus.</i>	*497. *498
BERULA.	*XLV	<i>Galbanum.</i>	*XLVI. *565
BETA.	XXV	<i>garganicus.</i>	*492
<i>altissima.</i>	*291	<i>glabrus.</i>	499
<i>Cicla.</i> 291. *290. *291.	*292	<i>glaucus.</i> v. v.	*496
<i>crispa.</i>	292	<i>gummiferus.</i>	*XLVI. *564
<i>hortensis.</i>	*291	<i>laevigatus.</i>	*XLVIII. *598
<i>macrorrhiza.</i>	295	<i>macedonicus.</i>	*XLII. *491
<i>maritima.</i>	292. *291	<i>rigidior.</i>	*497. *498
<i>patula.</i>	295	<i>rigidus.</i> v. v.	497. *591
<i>sativa.</i>	*291	<i>roseus.</i>	499
<i>trigyna.</i>	292	<i>siculus.</i>	499
<i>vulgaris.</i>	290. *291. *292	<i>tortuosus.</i>	*XLII. *594. *494 *495
BIFORA.	XXXVIII. LIV	BUEVERIA.	
BIFORIS.	XXXVIII	<i>evolvuloides.</i>	XII
<i>dicocca.</i>	*449	BUMALDA.	XXII. *XXI
<i>flosculosa.</i>	*449	<i>trifolia.</i>	215. *211
<i>radians.</i>	*448. *449	BUNIUM.	XLII. LVIII. *LI
<i>testiculata.</i> v. v.	448	<i>acaule.</i>	*XLII. *XLIV. *550
BOLAX.	XXXII	<i>alpinum.</i>	*XLII. *XLV. *556
<i>aretioides.</i>	*559	<i>ammoides.</i>	*517
<i>cespitosus.</i> v. s.	358. *360	<i>aromaticum.</i>	499. *XLII
<i>cladorrhizus.</i>	363	<i>Bulbocastanum.</i>	*XLII. *XLIV. *517. *559
<i>complicatus.</i> v. s.	360	<i>Carvi.</i>	*414
<i>crenatus.</i>	362	<i>copticum.</i> v. v.	499. *499
<i>filamentosus.</i> v. s.	359. *559	<i>denudatum.</i>	*517
<i>glebaria.</i>	*560	— <i>pyrenaeum.</i>	*518
<i>gummifer.</i> v. s.	360	<i>Falcaria.</i>	*555
<i>lycopodioides.</i>	361	<i>ferulaceum.</i>	*559
<i>multifidus.</i>	362	<i>ferulaefolium.</i>	*XLIV. *559
<i>pedunculatus.</i>	361	<i>flexuosum.</i>	XLII. XLIII. *517
<i>prolifer.</i>	361	<i>luteum.</i>	*XLII. *XLIV. *540
<i>spinosus.</i>	362	<i>majus.</i>	*XLII. XLIII. *517
BOSEA.	XXV	<i>minus.</i>	*559
<i>cannabina.</i>	295	<i>napiforme.</i>	*559. *540
<i>Yervamora.</i>	295	<i>petraeum.</i>	*556
BOWLESIA.	XXXIII	<i>peucedanooides.</i>	*XLII. *XLIV. *540
<i>geniculata.</i> v. s.	364	<i>pilosum.</i>	500
<i>incana.</i> v. s.	365	<i>pumilum.</i>	500
<i>lobata.</i> v. s.	365	<i>pyrenaeum.</i>	*XLIII. *518
<i>palmata.</i>	365		
BRIGNOLIA.	*XLIV. *557		

	pag.		pag.
BUNIUM.		BUPLEURUM.	
rigens. v. s.	*500	nanum.	*375
saxatile.	*557	nodiflorum.	375
BUPLEURUM. xxxiii. lviii. *liv		nudum. v. s.	375
aegyptiacum.	*365	obliquum.	*376
altaicum.	*367. *368	obtusatum.	368
angulosum.	366. *368	Odontites. *xxxiv. *380. *381	
arborescens. xxxiv. *375.	*376	oppositifolium.	373
aureum. v. v. 366. *xxxiii		paniculatum.	374
baldense. v. v. 371. *xxxiv		perfoliatum.	*364
bicaule.	*xxxiv. *371	petiolare.	*370
Burserianum.	*367	petraeum. v. v. 368. *xxxiv.	
canalense.	*371	*367. *368. *374	
canescens.	*376	plantagineum. *xxxiv. *376	
— ramosissimum.	*376	Pollichii.	*372
capitatum.	*379	polyphyllum.	370
caricifolium. *xxxiv. *367		procumbens. *xxxiv. *385	
cernuum.	374	proliferum.	375
ciliatum.	*379	pyrenaeum. v. v. 366	
coriaceum. *xxxiv. *376		quinquedentatum. *380	
denticulatum.	*369	ranunculoides. *366. *367	
difforme. *xxxiv. *377		*371	
divaricatum. *380. *381		repens.	*367
exaltatum.	*371	rigidum. v. v. 370. *370	
— divaricatum. *371.		rotundifolium. v. v. 364.	
falcatum. v. v. 369. *xxxiv.	*370	*xxxiii. *365	
filicaule.	*385	— lanceolatum. *364	
filiforme.	*373	scorzoneræfolium. *369	
flavum.	375	semicompositum. *xxxiv.	
frutescens.	*377	*373. *381. *385	
frutescens. *xxxiv. *376		sibiricum.	*368
— hispanicum. *376		Sibthorpiænum. v. s. *375	
fruticosum. *xxxiv. *375		spinosum. *xxxiv. *377	
Gerardi. *xxxiv. *372. *373.	*385	stellatum. v. s. 369. *xxxiv	
gibraltaricum.	*376	striatum.	367
giganteum.	*373	subovatum v. v. 365	
glaucum.	*373. *383	tenuissimum. *xxxiv. *382	
glumaceum.	*380. *381	*385	
gramineum.	*367. *368	trifidum.	374
graminifolium. v. v. 368. *369		triradiatum. *xxxiii. *365	
humile.	*381	Turrae.	*371
incurvum.	373	vapincense.	*365
juncum. v. v. 371. *xxxiv.		verticale.	375
*369. *370. *371. *372. *373		villosum.	*319
lanceifolium.	375	virgatum.	*383
longifolium. 365. *xxxiii. *366		BURCARDA. *lxviii	
marcotium.	*373	villosa.	*359
mucronatum.	*377	BURCARDIA.	*388
		BUSELINUM.	*388
		BUTONICA.	*388

		pag.			pag.
CACHRYS.	XXXVII. LVIII. *LIV		CARUM.	XXXV. LIX. *LX	
alata. v. s.	445. *XXXVII		Buuius.	432	
alpina.	447. *XXXVII		Carvi. v. v.	414	
athamantoides.	445		simplex.	*398. *414	
callosperma.	*441		CARUNCULARIA.	*VII	
cretica. v. s.	447		pedunculata.	*47	
crispa.	445. *444		sagittata.	*47	
dichotoma. v. v.	445. *XLII		CASSINE.	LXII	
humilis.	*441		aethiopica.	666	
involuta.	447		barbara.	665	
laevigata.	*441		capensis.	664. *665	
lanata.	*488		caroliniana.	*658	
latifolia.	*XXXVIII. *451		Colpoon.	665. *665	
Libanotis. v. v.	442. *XXVII.		corymbosa.	*658	
	*441. *447		magellanica.	666	
littoralis.	*470		Maurocena.	665	
maritima. v. v.	442. *XXXVII		Peragua.	*638	
microcarpa.	445. *XXXVIII		sphaerocarpa.	666	
Morisoni. v. v.	441		xylocarpa.	666	
odontalgica. v. s.	440. *XXXVII		CAUCALIS.	XL. LVII. *LII	
panacifolia.	*XLII. *488		africana.	*486	
Panax-siculum.	*447. *488		angustifolia.	472	
pastinacea.	*488		Anthriscus.	*XLI. *482	
peucedanoides.	*441		arvensis.	*XLI. *485	
seseloides.	445. *XXXVIII		aspera.	*482. *485	
sicula. v. v.	446. *445		Cascallitra.	*470	
sphaerocarpa.	*442		Capensis.	*486	
taurica. v. v.	444. *XXXVIII		Carota.	*475	
tomentosa.	*488		daucoides. v. v.	466	
triquetra. v. v.	443		Gerardi.	475	
CALLISACE.	*IL. *LIII		glabra.	472	
davurica.	627		glochidata. v. s.	471	
ruthenica.	*IL		grandiflora. v. v.	464. *XL	
Schievereckii.	*IL		helvetica.	*485. *485	
CALOTROPIS.	IV. XI		hispanica.	472	
gigantea.	91		hispida. v. s.	471. *478	
procera.	90		humilis.	*468	
CAMPHROSMA.			infesta.	*485. *484. *485	
monspeliaca.	*244		japonica.	471	
CAMUNIUM.	*XXI		latifolia. v. v.	465. *XL. *466	
sinense.	*XXI		leptophylla. v. v.	468. *466	
CAPNOPHYLLUM.	XLII. *546		— iberica.	*468	
africanum. v. v.	501		littoralis.	*469. *470. *471	
dichotomum.	*XLIII		macrocarpa.	475	
simplex.	*501		maritima. v. v.	*468. *468. *477	
CARALLUMA.	II. VII		mauritanica. v. v.	467	
ascendens.	49		nodiflora.	*485. *486	
umbellata.	49		nodosa.	*XLI. *485	
CAROXYLON.	*251		orientalis. v. v.	469. *470	
			parviflora.	*468	
			platycarpus. v. v.	466. *470. *477	

	pag.		pag.
CAUCALIS.		CERATOCEPHALUS.	LXX
pulcherrima.	*469. *470	falcatus.	800
pumila.	*468. *469	— rossicus.	*801
Sanicula.	*359	orthoceras.	801
scandicina.	*524	CERATOCOCCA.	LXX
Scandix.	*524	maypurensis.	800
segetum.	*484	CEREFOLIUM.	*XLIV
strigosa.	473	sativum.	*521
tenella.	473	sylvestre.	521
trichosperma.	*487	CEROPEGIA.	II. VI
tuberculata.	*486	acuminata.	2. *VI
virgata.	472	aphylla.	3
CELTIS.	XXVII	biflora.	3
aculeata.	*313. *XXVII	bulbosa.	2
amboinensis.	311	Candelabrum.	1
americana.	*306	cordata.	4. *115
angustifolia.	*310. *311	dichotoma.	3
australis.	305. *307	juncea.	5
canescens.	308	longiflora.	2
caucasica.	305	mucronata.	1
Chichilea.	311	nitida.	3
cordata.	*307	obtusata.	1
cordifolia.	*307	palustris.	4
crassifolia.	307	sagittata.	*120
integrifolia.	*313. *XXVII	sinuata.	4
laevigata.	306	Stephanotis.	4
Lamarkiana.	311	tenuiflora.	*121
Lima.	310. *311	tenuifolia.	*121
macrophylla.	310	tuberosa.	3
miorantha.	308	CERVARIA.	
mollis.	309	nigra.	*550
occidentalis.	306	rigida.	*550
— tenuifolia.	307	Rivini.	*489. *550
orientalis.	307. *306. *307	CHAEROPHYLLUM.	XLIII. LIX. *LI.
pumila.	307	alpinum.	*542
rhamnoides.	*XXVII	angelicaefolium.	*509.
riparia.	309		*510
rugosa.	308	angulatum.	*522. *523
scabriuscula.	*307	Anthriscus.	*524
sinensis.	306. *306	arborescens.	523. *XLIII
Tourneforti.	306. *304	aristatum.	*512
trinervia.	310	aromaticum.	*509. *510
Willdenowiana.	306	aureum.	*511
CENTAURIUM.	*XVI	— caucasicum.	*512
malabaricum.	*XVI	australe.	*503
CENTELLA.		bifidum.	*516
glabrata.	*355	brachycarpum.	*519
villosa.	*352	bulbosum.	*511. *513. *514
CERATOCEPHALA.		cadonense.	*522
spicata.	*800		

	pag.		pag.
CHAEROPHYLLUM.		CHENOLEA.	
canadense.	*516	diffusa.	*251
capense.	*513	CHENOPODIUM.	xxiv
Cerefolium.	*521	acuminatum.	264
chilense.	*507	acutifolium.	263
Cicutaria.	*510. *511	aegyptiacum.	*238
ciliatum.	523	album. 257. *257. *258. *264	
Claytoni.	*XLIII. *508	altissimum.	*267. *268. *271
coloratum.	*515	ambiguum.	275
divaricatum.	525	ambrosioides.	260
dulce.	*508	angulosum.	*259
glaberrimum.	523	angustifolium.	276
grandiflorum.	*504	anthelminticum.	261. *261
hirsutum. *510. *511. *514		arenarium.	*244
humile.	*520	aristatum.	264
hybridum.	523	astracanicum.	276
lactescens.	*522. *525	atriplicifolium.	*274
maculatum.	*511	Atriplicis.	253
minimum.	524	— purpurascens.	*255
monogonum.	*522. *525	augustanum.	*245
nemorosum.	*XLIV. *525	australe.	275
nitidum.	*522	baryosmon.	269
nodosum. *485. *486. *527		Biebersteinianum.	267
odoratum.	*507	blitoides.	259
palustre.	*510	Bonus Henricus.	252
— glabrum.	*510	Botrys.	259
Pecten Veneris.	*502	Browneanum.	275
pracumbens.	*516	camphorataefolium.	*245
roseum.	*519	carinatum.	276
rostratum.	*502. *503	carthaginense.	254
sativum v. v.	520. *525	caudatum.	265. *255
scabrum.	*515	chrysomelanospermum.	254.
sylvestre. v. v.	521. *XLIII.		*253
	*XLIV. *522	concatenatum.	*258. *262
temulum.	*511. *514		*264
tenuifolium.	*519. *520	crassifolium.	262. *267
torquatum.	*511. *514	deltoideum.	*253
trichospermum. *487. *525		divaricatum.	276
tuberculatum.	*527.	erosum.	275. *258
umbrosum.	*525	ficifolium.	256. *258
verticillatum.	522	flavescens.	269
CHAILLETIA.	xxvi	flavum.	*255
pedunculata.	305	foetidum.	262. *260
sessiliflora.	305	fruticosum.	265. *266
CHAMITIS.	*xxxii	glaucum.	261. *258
complicata.	*360	graveolens.	261
integrifolia.	*359. *360	guineense.	255
tricuspidata.	*360	Halimus.	*276
trifurcata.	*360	hirsutum.	268
CHENOLEA.	*xxiii	hortense.	268
		lumifusum.	262

	(pag.		pag.
CHENOPODIUM.		CHENOPODIUM.	
hybridum.	259	suffruticosum.	261
— angulatum.	*259	triandrum.	251
incisum.	261	triangulare.	265. *275
laciniatum.	*281	trigonon.	275
lanceolatum.	264. *264. *275	trigynum.	268
lanuginosum.	*247	trilobatum.	*260
laterale.	264	trilobum.	*260
leiospermum.	*257	tumidum.	276
lineare.	*246	urbicum.	252
linifolium.	271	variegatum.	276
macrocarpum.	272	vesitum.	*278
marginatum.	263	villosum.	*245. *247
maritimum.	272. *265. *270.	virgatum.	274
	*271. *275	virginicum.	*264
microphyllum.	274. *266	viride.	*257. *258
mucronatum.	252	Vulvaria.	*262
multifidum.	260	CHLORA.	*XVI
murale.	255	dodecandra.	*XVI
olidum.	*265	perfoliata.	—
oppositifolium.	*222	quadrifolia.	—
opulifolium.	258	CHIRONIA.	*XVII
Pallasianum.	271	Centaurium.	*XVII
parvifolium.	266	Gerardi.	*XVII
patulum.	263	Vaillantii.	*XVII
Payco.	260	CICUTA.	XXXIX. LIX. *L
petiolare.	258	Amomum.	*407
polyspermum.	263. *263	angustifolia.	*452
populifolium.	*257	bulbifera. v. s.	453
portulacoides.	*277	Cynapium.	*455
prostratum.	272	daurica.	453
pumilio.	276	maculata. v. v.	453. *545
punctulatum.	253	major.	*545
purpurascens.	*253	perennans.	*454
Quinoa.	255	sinensis.	454
— chilensis.	*256	venenata.	*598
radiatum.	274	virosa. v. v.	452
rhubifolium.	256	CICUTARIA.	*452
rubrum.	253	aquatica.	*453
sagittatum.	*252	maculata.	*XV
salsum.	270. *224. *272	CIMINALIS.	*152. *XV
— americanum.	*270	acaulis.	*152
Schraderianum.	260	grandiflora.	*152
scoparia.	*246	longiflora.	*146
sepium.	262	Pneumonanthe.	XIX
sericeum.	*246	CLADOSTYLES.	199
serotinum.	256. *257	paniculata.	*LIV
setigerum.	272	CLAYTONIA.	*684
sinense.	*251. *265	Portulacaria.	
sinuatum.	*281		
spicatum.	271		
strictum.	264		

	pag.		pag.
CNIDIUM.	xxxvi. *LI	CORIANDRUM.	
alsaticum. v. v.	417. *561	Cynapium.	*455
apioides.	*xxxvi. *552	latifolium.	*532
atropurpureum.	418	maculatum.	*545
canadense. 415.	*xxxvi. *604	sativum. v. v.	448
confertum.	*415	testiculatum.	*xxxviii. *448.
Fontanesii.	*555		*449
Monnierii. v. v.	414. *552	CORNULACA.	xxiv
myrrhifolium.	*551	monacantha.	251
pyrenaicum. v. v. 416.	*443. *610	muricata.	*249
silaus. v. v.	416. *417	CORNUS.	
trifoliatum.	*459	davurica.	*632
COGSWELLIA.	xlviii	CORRIGIOLA.	lxiv
villosa.	588	capensis.	684
COILANTHA.	*xv	littoralis.	683. *683. *684
purpurea.	*157. *xv	telephiifolia.	683
COMMERSONIA.	lxix	COTINUS.	
echinata.	768. *768	Cogygia.	*663
platyphylla.	768	COTYLEDON.	*716
CONDYLOCARPUS.	*xl. *liii	arborescens.	*713
apulus.	*460	lutea.	*713
CONIOSELINUM.	*il. *li. *605	punctata.	*713
tataricum.	*605. *xlviii	CRANTZIA.	
CONIUM.	xlv. lvii. *liv	lineata.	*555
africanum.	*xlh. *501	CRASSULA.	lxvii
croaticum.	*545. *546	acutifolia.	711
dichotomum.	*xlh. *446	ascendens.	712. *709
maculatum. v. v.	545. *xlv.	Agardhiana.	718
nodosum.	*546	alba.	735
rigens.	*xlh. *500	alvoides.	728
Royeni.	466	alpestris.	717. *709
rugosum.	546. *501	alternifolia.	734. 710
sibiricum.	*546	andegaviensis.	730
strictum.	*546	arborescens.	713
suffruticosum.	*501. *546	argentea.	718. *709
tenuifolium.	*544. *545	articulata.	*713
CONNARUS.	*669	barbata.	725. *709
CONVOLVULUS.		biconvexa.	715
alsinoides.	*194	calycina.	735
Falkia.	*209	canescens.	734
gangeticus.	*194	capitata.	*708
linifolius.	*196	capitella.	728. *709
nummularius.	*193	centaproides.	726
COPROSMA.	xxi	cephalophora.	725. *709
fœtidissima.	210	cespitosa.	730. *729
hirtella.	211	ciliata.	714
lucida.	210	coccinea.	*lxvii. *707
CORIANDRUM.	xxxviii. lix. *liii	columnaris.	715. *709
Cicuta.	*452. *545	connata.	*719
		corallina.	716. *709

	pag.		pag.
CRASSULA.		CRASSULA.	
cordata.	722. *709. *722	perfoliata.	719. *720
Cotyledon.	. . . *715	perfoliata.	. . . 710
Cotyledonis.	. . . 724. *709	perforata.	719. *709. *720
crenata.	. . . 722	perforata.	. . . *719. *720
crenulata.	. . . 728. *709	pinnata.	. . . 723
cultrata.	. . . 733	portulacacea.	*715. *714
cymosa.	. . . *707. *708	Portulacaria.	. . . *684
decumbens.	. . . *733	portulacea.	. . . *713
decussata.	. . . *707	prostrata.	. . . 734
dejecta.	. . . 715	pruinosa.	. . . 711
deltoides.	. . . 716. *709	puberula.	. . . 735
dentata.	. . . 732	pubescens.	. . . 712. *709
dichotoma.	727. *710. *727	pulchella.	. . . 728
diffusa.	. . . 731. *750	punctata.	. . . 720. *719
expansa.	. . . 731	pyramidalis.	. . . 717. *709
falcata.	. . . *707	ramosa.	. . . 710. *709
fascicularis.	. . . *709	retroflexa.	726. *707. *709
flava.	. . . *708	rubens.	. . . 729
fruticulosa.	. . . 712	rupestris.	. . . 718. *709
— caffra.	. . . *712	scabra.	. . . 714. *715
glabra.	. . . 727	scleranthoides.	. . . *727
glomerata.	. . . 727. *728	sparsa.	. . . 731
hemisphaerica.	. . . 725. *709	spathulata.	. . . 721. *709
imbricata.	. . . 716. *732	spicata.	. . . 725. *709
inanis.	. . . 733	squamulosa.	. . . 715
lactea.	. . . 714	strigosa.	. . . 727
lineolata.	. . . 726	subulata.	. . . 732. *711
linguaefolia.	. . . 725	swellingrebliana.	. . . *707
livida.	. . . 735	sylvatica.	. . . 726
lucida.	. . . *721	tecta.	. . . 724. *709
lycopodioides.	*716. *732	tetragona.	. . . 710
Magnoli.	. . . 729	Thunbergiana.	. . . 733
marginalis.	. . . 721	thyrsiflora.	. . . 721. *709
marginata.	. . . 734	tomentosa.	. . . 723. *709
microcarpa.	. . . 730	turrita.	. . . 717. *709
minima.	. . . 723	Umbella.	. . . 730
mollis.	. . . 711. *709	umbellata.	. . . 733
montana.	. . . 725. *709	undulata.	. . . 714
moschata.	. . . 731. *732	verticillaris.	. . . 730. *729
muricata.	. . . 712	vestita.	. . . 717. *709
muscosa.	732. *716. *717		. . . XIX
natans.	. . . 732	CRESSA.	. . . 206
neglecta.	. . . 722	arabica.	. . . 207
nudicaulis.	. . . 734	arenaria.	. . . 207
obfalcata.	. . . *734	australis.	. . . 206. *206
obliqua.	. . . 713. *707. *713	cretica.	205. *206. *296. *297
obvallaris.	. . . *734	humifusa.	. . . *206
obvallata.	. . . 733	indica.	. . . 207
odoratissima.	. . . *708	multiflora.	. . . 207
orbicularis.	. . . 724	sericea.	. . . 207
pellucida.	. . . 721	truxillensis.	. . . 206

	pag.
CRITAMUS.	*XXXIX. *L
dauricus.	*453
CRITHMUM.	*LVIII
canariense.	*377
latifolium.	*XXXIV. *377
maritimum.	*XXXVII. *442
pyrenaicum.	*495. *551
CUMINUM.	XLIV. LVIII. *LII
Cuminum.	551
CURTISIA.	*LXI
CUSCUTA.	XIX
africana.	201
americana.	201. *201
australis.	203
carinata.	203
chinensis.	202
corymbosa.	200
cymosa.	205
Epithimum.	201. *199
europaea.	199. *201
filiformis.	*201
floribunda.	200
fotida.	204
fusiformis.	205
grandiflora.	205
graveolens.	204
Gronovii.	205
hyalina.	203
lupuliformis.	202. *202
major.	*199
minor.	*201
monogyna.	202. *202
obtusiflora.	204
odorata.	201
popayensis.	200
reflexa.	203
scandens.	*199
surinamensis.	*201
tetrandra.	*199
umbellata.	203. *205
CUSSONIA.	XXII
spicata.	217
thyrsiflora.	217
thyrsoides.	*217
CYMOPTERUS.	*XXXVI
CYNANCHUM.	IV. XII
acuminatum.	111
acutum.	96
altissimum.	*65

	pag.
CYNANCHUM.	
angustifolium.	111
arboreum.	109
Arghel.	*109
barbatum.	*105
bicolor.	*113
Bonplandianum.	98
Brownianum.	97
capense.	102
carolinense.	*59. *62. *66
chinense.	97
cirrhosum.	111
clausum.	*114. *115
cordifolium.	*5. *115
crassifolium.	101
crispiflorum.	*59. *60
crispum.	106
denticulatum.	110
discolor.	*63
erectum.	*55
erubescens.	97
excelsum.	96
extensum.	*113
filiforme.	107. *66
fimbriatum.	105
floribundum.	97
fotidum.	104
funale.	108
fuscum.	111
grandiflorum.	*59. *61
hastatum.	108. *111
Heyneanum.	101
hirsutum.	110. *59
hirtum.	*64
Humboldtianum.	105
inodorum.	110. *107
Ipecacuanha.	*80. *125
laeve.	*62. *66
lanceolatum.	111. *98
leucanthum.	66
longiflorum.	107
macrophyllum.	*62
maritimum.	*59
mauritianum.	*127
medium.	105
melanophleum.	111
melanthos.	108
microphyllum.	99
monspeliacum.	97. *96
mucronatum.	99
nigrum.	105. *59. *61
obliquum.	*59. *64

	pag.		pag.
CYNANCHUM.		DAUCUS.	
obtusifolium.	*101	alatus.	*477
odoratissimum.	*54	aureus. v. s.	479
oleaeifolium.	109	bicolor.	*474. *475
parviflorum.	*120	Carota. v. v.	475. *474. *475.
pauciflorum.	98		*476. *477
pedunculare.	109	copticus.	*500
pedunculatum.	*97	crinitus.	*480. *487
pendulum.	108	cuminojdes.	482
pictum.	110	divaricatus.	*411
pilosum.	100	Gingidium. v. v.	476. *474.
planiflorum.	*59. *60		*475. *476
planifolium.	*60	glaberrimus.	481
prostratum.	*59. *64	grandiflorus.	481. *465
pyrotechnicum.	*115. *116	gummifer.	475. *476. *477
racemosum.	*59. *62. *105	guttatus. v. s.	478
radians.	109	hispanicus.	*476. *477
reticulatum.	107. *111	hispidus. v. v.	480
roseum.	102	involucratus.	*474. *475
rostratum.	*59. *61	leptophyllus.	*466
serpyllifolium.	100	littoralis. v. s.	479
sibiricum.	104. *96	lucidus.	*476. *477
suberosum.	*59. *65. *106	macrocarpus.	482
tenellum.	106	maritimus.	*469. *474. *480
tomentosum.	108	mauritanicus.	*475. *475.
undulatum.	*59. *64		*477
verticillare.	*107	— lucidus.	*476
villosum.	103	maximus.	*476
Vincetoxicum.	102	meifolius. v. s.	480
viminale.	*115. *117	meoides.	*550
virginicum.	*65	montanus.	482
viridiflorum.	*61	muricatus. v. v.	477. *XLI. *468.
vomitorium.	*125		*478
DAEMIA.	v. XIII	parviflorus.	481
cordata.	112	polygamus.	*474. *475. *480
extensa.	113	pusillus.	*474
Forsk. ali.	113	rigidus.	482
glabra.	115	setifolius.	481
DANAA.	*XXXIX	siculus.	628
aquilegifolia.	*456	sylvestris.	*475
DASYSTEPHANA.	*XV	Visnaga.	*XLIV. *529
adscendens.	*143	vulgaris.	*474
algida.	*145		*XX
asclepiadea.	*141	DEMIDOFIA.	*208
auriculata.	*169	repens.	
glauca.	*152	DIAPHYLLUM.	*XXXIII. *LIV.
punctata.	*139		*365
triflora.	*147	aureum.	*XXXIII
DAUCUS.	XLI. LVII. *LII	longifolium.	*XXXIII
		triradiatum.	*XXXIII
		DICHONDRA.	LIX

	pag.		pag.
DICHONDRA.		DROSERA.	
argentea.	208	tenuifolia.	765
carolinensis.	208	umbellata.	763
caroliniana.	*208	uniflora.	765
cymbalariaefolia.	209	violacea.	764
repanda.	209	DRUSA.	XXXIII
repens.	207. *208	oppositifolia. v. s.	365
— peruviana.	*207	DRYPIS.	LXIV
— sericea.	*207	spinosa.	680
sericea.	*207	DUVALLIA.	*VII
DIETRICHIA.	*LXVII	cespitosa.	*44
coccinea.	*707	compacta.	*46
odoratissima.	*708	deflexa.	*46
DIOSMA.		elegans.	*44
cuspidata.	*218	glomerata.	*46
deusta.	*218	Jacquiniiana.	*45
DIPLOLEPIS.	IV. XII	laevigata.	*46
Menziesii.	95	radiata.	*45
DISCHIDIA.	III. IX	reclinata.	*43
Nummularia.	57	tuberculata.	*46
DITASSA.	V. XII	ECHINOPHORA.	XXXI. LVII
Banksi.	112	spinosa. v. s.	358
DONDIA.	XXXI. *LIV	tenuifolia. v. s.	358
Epipactis. v. v.	341	trichophylla.	358
DREPANOPHYLLUM.	*XLV. *L	ELAEODENDRON.	
agreste.	*535	Argan.	*650
palustre.	*532. *XLV	ENCHYLAENA.	XXIV
DROSERA.	LXVIII	paradoxa.	252
acaulis.	759	tomentosa.	251
americana.	765	ERICOILA.	*XVI
anglica.	761	altaica.	*153. *XVI
biflora.	763	aquatica.	*160. —
binata.	762	bavarica.	*157. —
brevifolia.	762	cruciata.	*142. —
Burmanni.	760	Iirasekii.	—
Capensis.	762	nivalis.	*160. —
Capillaris.	*765	prostrata.	*158. —
cistiflora.	763	pumila.	*154. —
cuneifolia.	759	pyrenaica.	*154. —
filiformis.	763	utriculosa.	*159. —
indica.	764	verna.	*155. —
intermedia.	*761	verticillata.	—
longifolia.	761. *762. *765	ERIGENIA.	
pedata.	765	bulbosa.	*355
peltata.	764	ERIOCALIA.	XXXI
rotundifolia.	760. *760. *761	major. v. s.	359
spathulata.	762	minor. v. s.	359
tenella.	765		

	pag.		pag.
ERYNGIUM.	xxx. lvi	ERYNGIUM.	
albovillosum.	337	nudicaule.	319
alpinum.	323. *333	oderatum.	*324. *325. *327
americanum.	337	Oliverianum.	*324
amethystinum. v. v.	335. *319.	ovalifolium.	*328
	*332. *333. *334	palustre.	337
aquaticum. v. s.	316. *327	paniculatum.	317
aquifolium.	326	parviflorum.	*335
asperifolium.	321	pentechinum.	*335
astrale.	*334	Phyteumae.	329
azureum.	337	Phyteumatis.	*329
Billardieri.	336	planum.	319. *320. *322
Bocconi.	*320	proteaeorum.	318
Bonplandi.	329	purpuratum.	*334
Bourgati. v. v.	332	pusillum. v. v.	324. *325.
brometifolium.	317		*326. *337
caeruleum.	*321. *322	rigidum.	*324
campestre. v. v.	333	rostratum.	336. *337
Carlinae.	330	scariosum.	336
carthamoides.	321	serratum.	330
Cervantesii.	329	Spina alba.	*324. *333
comosum. v. v.	336	stellatum.	331
corniculatum. v. v.	326	suaveolens.	*326
cornutum.	*326	subacaule.	331
creticum.	334. *335	syriacum.	*321
cyanum.	*335	tenue. v. v.	325
cymosum.	318	ternatum.	319
dichotomum. v. v.	321. *322.	tricuspidatum.	320. *332
	*337	triquetrum.	331. *320. *332
dilatatum.	334. *333. *334	vesiculosum. v. s.	329.
dubium.	*335	virgatum.	327
ebracteatum.	319	virginianum. v. s.	327
falcatum.	*321. *322	viviparum.	*329
fetidum. v. s.	328. *333	vulgare.	*333
galioides.	*325. *327	yuccaeifolium.	*316
giganteum. v. v.	322	Zanonii.	*320. *321
glomeratum.	335		*xvi
gracile.	330	ERYTHRAEA.	*xvi
gramineum.	317	Centaurium.	
Humboldti.	317	EUPHORBIA.	
humile.	331	viminalis.	*115
jamaicense.	337		*xvi
ilicifolium.	*322. *323	EURYTHALIA.	*xvi
integrifolium.	*328	Amarella.	
laeve.	337	campestris.	*168. —
lateriflorum.	337	germanica.	*164. —
longifolium. v. s.	316	nana.	*172. —
maritimum. v. v.	322. *326	septemfida.	*141. —
— tauricum.	337		v. xiii
monocephalum.	318	EUSTEGIA.	
multifidum.	335. *335	filiformis.	120
nasturtiifolium.	328	hastata.	119

	pag.
EVOLVULUS.	XVIII
acapulcensis.	199
alsinoides.	194. *195
angustissimus.	198
arbuscula.	199
argenteus.	198. *198
Commersoni.	197
cuspidatus.	197
debilis.	196
decumbens.	198
emarginatus.	194
filiiformis.	*196
gangaticus.	194
hirsutus.	194. *194
holosericeus.	198
incanus.	197
lanceolatus.	*195
linifolius.	196
macrophyllus.	199
Mühlenbergi.	803
nummularius.	195
Nuttallianus.	198
sericeus.	196. *197. *198
veronicaefolia.	193
villosus.	195
virgatus.	*198
EVONYMUS.	
Colpoen.	*665
EXOACANTHA.	XXX. LVII
heterophylla.	338
FALHIA.	XX
repens.	209
FERULA.	XLVIII. LVIII. *568
Asa fœtida.	596
Besseriana.	*567
brevifolia, v. s.	592
caehroides.	*595. *595
campestris.	*591. *592
canadensis.	*415. *604
capillaris, v. s.	589. *591. *626
caspica, v. s.	595
communis, v. v.	588. *589. *592
Ferulago, v. v.	589. *567. *590. *591
fœniculacea.	*XLVIII. *587
gigantea.	599
glauca, v. v.	588
laevigata, v. s.	598
longifolia, v. s.	595

	pag.
FERULA.	
meoides, v. s.	594. *627
nodiflora, v. s.	591. *498. *590. *591. *592
nuda, v. s.	595
nudicaulis.	*587
obtusifolia, v. s.	596
Opopanax, v. v.	597
orientalis, v. s.	594
persica, v. s.	594
peucedanifolia, v. s.	592
pubescens.	598
pumila.	598
rablensis.	*XLVI. *560
rigida.	599
ruthenica.	*567
sibirica, v. v.	592. *591. *592
songarica.	598
stricta, v. s.	592
sulcata.	*591
sylvatica.	*592
tatarica.	*592
thyrsiflora.	589
tingitana, v. v.	595
verticillata.	599
villosa.	598
FISCHERIA.	II. VII. *XXXII
scandens.	50
FOENICULUM.	*XXXVII. *LI.
azoricum.	*434
officinale.	*433
rigidum.	*435
vulgare.	*433
FRAGOSA.	*XXXII. *XXXIII
cladorrhiza.	*362
corymbosa.	*361
crenata.	*362
multifida.	*362
reniformis.	*347. *348
spinosa.	*362
GENTIANA.	XIV. *XVI. *XVII
acaulis.	152. *XV. *XVII. *153
acuta.	176
acutiflora.	*156
adscendens.	*XV. *XVII. *145. *146
aestiva.	156. *XVII
algida.	144. *XV. *XVII
alopecuroides.	165
alpina.	153. *XVII. *145

	pag.		pag.
GENTIANA.		GENTIANA.	
altaica.	153. *XVI. *XVII. *155	cruciata.	142. *XVI. *XVII
Amarella.	165. *XVI. *XVII.	decumbens.	143
	*150. *164. *166. *167.	detonsa.	176. *XVII
	*168. *169.	dianthoides.	180
amarelloides.	*150	dichotoma.	171. *XVII
— kentuckensis.	*150	diffusa.	182
angulosa.	159	dubia.	185
angustifolia.	170. *152	elongata.	*XVII. *155
aphylla.	*XVII	exacoides.	*XVII
aquatica.	160. *XVI. *XVII. *162	exaltata.	*XVII
— caucasica.	*162	filiformis.	*XVII
asclepiadea.	141. *XV. *XVII	fimbriata.	175. *148. *175
aurea.	150. *XVII. *151	flava.	165
auriculata.	169. *XV. *XVII	floribunda.	185
barbata.	175	foliosa.	180
bavarica.	157. *XVI. *XVII. *155.	frigida.	144. *XVII. *145
	*156. *158. *159. *176	gelida.	145
biloba.	159	germanica.	164. *164. *166.
brachyphylla.	*155		*168
Burseri.	140. *139	glacialis.	170. *171
— gigantea.	*140	glauc.	151. *XV. *XVII
Busseri.	*140	gracilis.	178
Cachalahuan.	XVII	graminea.	178
calycina.	186	grandiflora.	*152. *155
campanulata.	139. *XVI. *156.	guttata.	*146
	*157	heteroclita.	*XVI. *XVII
— immaculata.	*159	humilis.	162. *161
campanuloides.	184	hybrida.	156. *140
campestris.	168. *XVI. *XVII.	hyssopifolia.	182
	*164. *165. *166. *167. *171	japonica.	174
carinthiaca.	172	Irasekii.	*XVII
carpathica.	157	imbricata.	157. *XVII *157
Catesbaei.	*XVII. *148	incarnata.	187
caucasica.	168	involuta.	*XVII. *150
caulescens.	*152	islandica.	*XVII. *171
Centaurium.	*XVI. *XVII	Koenigii.	*171
cerastoides.	179	lancifolia.	*165
cernua.	179	limoselloides.	177
cespitosa.	185	linearifolia.	*146
chelonoides.	185	linearis.	146
chimboracensis.	185	liniflora.	161
Chirayita.	142	linifolia.	184
eiliata.	174. *XVI. *XVII. *175.	longiflora.	*154
	*176	lutea.	135. *XV. *140. *150
cistiflora.	184	macrophylla.	145. *XVII
coarctata.	184	maritima.	*XVI
collina.	*168	minima.	*160
congesta.	184	mitznofana.	186
connata.	184	montana.	142. *XVII
corymbosa.	181. *179	nana.	172. *XVI. *XVII. *170
crinita.	175	nigricans.	186

	pag.
GENTIANA.	
nivalis. 160. *xvi. *xvii. *170.	*172
obtusifolia. 167. *xvii	
ochroleuca. 149. *136	
pallens. 187	
paniculata. *130	
pannonica. 137. *xvi. *138.	*139. *140
peduncularis. 185	
plicata. *xvii. *184	
Pneumonanthe. 145. *xv. *xvii.	*143. *146. *147
Porphyrio. *xvii. *170	
pratensis. 167. *165	
prostrata. 158. *xvi. *xvii	
Pseudo-Pneumonanthe. 146	
puberula. *147	
pulchella. *xvii	
pumila. 154. *xvi. *xvii. *156	
punctata. 138. *xv. *xvi. *137.	*138. *140. *145
— lutea. *140	
punicea. *137	
purpurea. 136. *xv. *xvi. *137.	*138. *139. *140. *170
pyrenaica. 154. *xvi. *xvii.	*154. *155
quinqueflora. 150	
quinquefolia. *xvii. *150	
rapunculoides. 185	
rivularis. 187	
rotata. 173. *173	
rupicola. 177. *184	
Saponaria. 148. *xvii. *149	
saxifragoides. 178	
saxosa. 147. *xvii	
scandens. 186	
scilloides. 163. *xvii	
sedifolia. 183	
septemfida. 140. *xvi. *xvii	
serpyllifolia. *157	
serrata. 176. *xvi. *155. *176	
sessilis. *xvii	
sexfida. *xvii. *156	
spathacea. 183	
spicata. *xvii	
squarrosa. *160	
stricta. 185	
sulcata. 173. *174	
tenella. *xvii. *170. *171	
tergloviensis. *xvii. *156	

	pag.
GENTIANA.	
tetragona. *165. *170	
Thomasii. *136	
triflora. 147. *xv. *xvii	
uliginosa. 166. *166. *169	
umbellata. 151	
uniflora. 164. *155. *159	
utriculosa. 159. *xvi. *xvii.	*159
verna. 155. *xvi. *xvii. *155.	*156. *157. *159
— angulosa. *159	
verticillaris. *xvii	
verticillata. *xvi. *xvii	
villosa. *xvii. *149	
viscosa. *xvii	
GENTIANELLA.	*xvi
ciliata. *174	
serrata. *176	
GINGIDIUM.	*xlv
montanum. *552	
GISECKIA.	lxvi ¹
occulta. 735	
pharnacioides. 735	
GLEICHENIA.	*xxvii
GLOBULEA.	
canescens. *734	
cultrata. *733	
nudicaulis. *734	
obvallata. *734	
GLOSSOPETALUM.	*lxvi
glabrum. *706	
tomentosum. *706	
GLYCERIA.	
repanda. *350	
GOMPHOCARPUS.	iii. x
arborescens. 86	
crispus. 88	
fruticosus. 87	
setosus. 87	
GONOLOBIUM.	
hirsutum. *65	
laeve. *66	
macrophyllum. *62	
obtusifolium. *66. *74	
GONOLOBUS.	ii. ix
albus. 66	

	pag.		pag.
GONOLOBUS.		GYNOPLEURA.	^o LXIV
altissimus.	65	linearifolia.	*680
aristolochoides.	67	tubulosa.	*679
barbatus.	68	HAENSELERA.	XXXIX
carolinensis.	62	danaeformis.	*456
crispiflorus.	60	HALENIA.	*XV
diadematus.	67	sibirica.	*150
discolor.	63	HASSELQUISTIA.	XXXIX. LVII
filiformis.	65	aegyptiaca. v. v.	458
grandiflorus.	61	cordata. v. v.	458
hirsutus.	63	HEDERA.	
hirtus.	64	Sciodaphyllum.	*705
laevis.	66	HEMIDESMUS.	v. XIII
macrophyllus.	*62	cordatus.	126
maritimus.	59	indicus.	126
niger.	61	HERACLEUM.	XLVII. LVI. *LIII
obliquus.	64	absinthifolium. v. v. 582.	*XLVII
obtusifolius.	66	alpinum. v. s. 580.	*577. *581
planiflorus.	60	amplifolium.	*576. *578.
prostratus.	64		*579. *581.
racemosus.	62	angustifolium. v. v. 573.	*572.
riparius.	68		*573. *574. *575. *576
rostratus.	61	asperum.	*578. *581
suberosus.	59	aureum. v. s.	583
undulatus.	64	austriacum. v. v. 581.	*575.
uniflorus.	67		*581
viridiflorus.	61	basvicum.	583
GONOSTEMMA.	*VII	Branca ursina.	*572
divaricata.	*28	Carmeli.	583
pallida.	*28	caucasicum.	577
GOTHOFREDA.	*93	decipiens.	*579
cordifolia.	*92	elegans.	*572. *573. *580
GRAMMICA.		flavescens.	*573. *574. *575.
aphylla.	*203		*576
GRISELINIA.	LXI	giganteum.	*580
lucida.	641	grandiflorum.	*580
GUMILLAEA.	XIVr	gummiferum.	*578. *579
auriculata.	297	humile.	583
GUPIA.	LXVI	laciniatum.	*579. *580
glabra.	706	lanatum. v. s.	580
tomentosa.	706	ligusticifolium. v. v.	581
GYMNANTHERA.	v. XIV	longifolium.	*XLVII. *572.
nitida.	129		*573. *574. *577. *579
GYMHEMA.		marginatum.	*579
geminatum.	III. IX	minimum.	*XLVII. *571
lactiferum.	58	montanum.	*582
sylvestre.	57	palmarium.	*578
trinerve.	57	palmatum.	*574
	58	Panaces. v. v. 576.	*577. *578

	pag.
HERACLEUM.	
peregrinum.	583
platyphyllum.	*578
proteiforme.	*572
pubescens.	576. *580
pumilum.	*XLVII. *571
pyrenaicum. v. v.	577. *576.
	*578. *579. *580. *581
— caucasicum.	*579
roseum.	*574. *575
setosum.	*576.
sibiricum. v. v.	575. *XLVII.
	*576
speciosum.	*577. *578.
	*579
Sphondylium. v. v.	572. *573.
	*574. *575. *576. *580. *581
tauricum.	*576
testiculatum.	*581
tomentosum. v. s.	582
Tordylium.	*461
tuberosum.	583
villosum. v. v.	579. *579. *580
HERMANNIA.	*LXIX
biserrata.	*767
ciliaris.	*765
diffusa.	*766
glabrata.	*767
glossulariaefolia.	*766
pinnata.	*766
pulchella	*766
verticillata.	*765
HERMAS.	XXXIV
australis.	*380 *215
capitata.	379
ciliata.	379
depauperata.	*379
gigantea. v. s.	378
quinquedentata.	380
villosa. v. s.	378
HERNIARIA.	XXVI
alpestris.	*294. *295
alpina.	295 *296
annua.	295
cinerea.	295
erecta.	*297
fruticosa.	295. *294. *295.
	*296.
glabra.	294. *294
hirsuta.	294. *296

	pag.
HERNIARIA.	
incana.	295. *296
— capensis.	*296
Joanneana.	297
lenticulata.	296. *296
macrocarpa.	297
maritima.	*296
millegrana	*296
Payco.	297
polygonoides.	297
HEUCHERA.	XXII
americana.	215
caulescens.	216
Cortusa.	*215
glabra.	216
hispida.	216
pubescens.	216
villosa.	216
viscida.	*215
HEWENIA.	*VII
HIPPION.	*XVII
aestivum.	*156. *XVII
alpinum.	*153. —
altaicum.	*153. —
amarella.	*164. —
aphyllum.	—
aqualicum.	*160. —
aureum.	*150. —
auriculatum.	*168. —
	*169. —
axillare.	*165. —
bavaricum.	*157. —
cachalahuan.	—
campestre.	*168. —
ciliatum.	*174. —
cruciatum.	—
detonsum.	*174. —
dichotomum.	*171. —
elongatum.	—
exacoides.	—
filiforme.	—
gentianella.	*164. —
heteroclitum.	—
imbricatum.	*165. —
involutratum.	—
islandicum.	—
longipedunculatum.	—
	*170. —
macrophyllum.	*145. —
maritimum.	—

	pag.		pag.
HIPPION.		HYDROCOTYLE.	XXXII. LVI
<i>nanum.</i>	*172. *XVII	<i>acutifolia.</i>	*357
<i>nivale.</i>	*160. —	<i>ambigua.</i>	356
<i>obtusifolium.</i>	*167. —	<i>americana. v. s.</i>	346. *346.
<i>Porphyrio.</i>	*170. —	— <i>flexicaulis.</i>	*346
<i>prostratum.</i>	*158. —	— <i>gracilis.</i>	*346
<i>pulchellum.</i>	—	<i>asiatica. v. s.</i>	348. *349. *351
<i>pumilum.</i>	*154. —	<i>bipinnata.</i>	*355
<i>pusillum.</i>	*156. —	<i>bonariensis.</i>	*345. *346
<i>pyrenaicum.</i>	*154. —	<i>capitata.</i>	356
<i>quinquefolium.</i>	*150. —	<i>chinensis. v. s.</i>	355
<i>scilloides.</i>	*165. —	<i>citriodora.</i>	350
<i>sessile.</i>	—	<i>composita. v. s.</i>	355. *356
<i>sexfidum.</i>	*156. —	<i>cordata.</i>	*350
<i>spicatum.</i>	—	<i>cuspidata.</i>	356
<i>tenellum.</i>	*171. —	<i>cymbalarifolia.</i>	*349
<i>utriculosum.</i>	*159. —	<i>erecta.</i>	*347
<i>vernum.</i>	*155. —	<i>ficarioides.</i>	*350
<i>verticillare.</i>	—	<i>glabra.</i>	*352
<i>verticillatum.</i>	—	<i>glabrata. v. s.</i>	352
HOLOSTEMMA.	IV. XII. *XXXII	<i>globiflora.</i>	*347
<i>Ada-Kodien.</i>	95	<i>gracilis.</i>	*345. *346
HOLOSTEUM.	8	<i>gummifera.</i>	*359. *360.
<i>Alsine.</i>	*680		*361. *XXXII
HORTENSIA.	*639	<i>hirsuta. v. s.</i>	347. *352
HOSTEA.	*X	<i>Humboldti.</i>	356
<i>viridiflora.</i>	*68	<i>incrassata.</i>	350
HOYA.	III. VIII	<i>interrupta.</i>	*345
<i>carnosa.</i>	50	<i>inundata.</i>	*356
<i>cochinchinensis.</i>	52	<i>javanica.</i>	354
<i>viridiflora.</i>	51	<i>lineata.</i>	*355
HUANACA.	*XXXVI	<i>linifolia.</i>	355
<i>acaulis.</i>	*428	<i>lunata.</i>	351
HUERNIA.	II. VI	<i>moschata. v. s.</i>	351. *347
<i>barbata.</i>	8	<i>multifida.</i>	356
<i>campanulata.</i>	5	<i>multiflora.</i>	*346
<i>clavigera.</i>	9	<i>natans.</i>	346. *350. *351
<i>crispa.</i>	8	<i>pinnatifida.</i>	356
<i>guttata.</i>	7	<i>plantaginea. v. s.</i>	352
<i>humilis.</i>	7	<i>quinqueloba.</i>	*347
<i>lentiginosa.</i>	6	<i>ranunculoides.</i>	349
<i>ocellata.</i>	9	<i>reniformis. v. s.</i>	351. *350
<i>reticulata.</i>	5	<i>repanda. v. v.</i>	349. *351
<i>tubata.</i>	8	<i>saniculaefolia.</i>	*357
<i>venusta.</i>	6	<i>sibthorpioides.</i>	*349
YDRANGA.		<i>Solandra.</i>	*355. *357
<i>hortensis.</i>	*654	<i>Spananthe.</i>	*356
		<i>spicata.</i>	351
		<i>Thunbergiana. v. s.</i>	353
		<i>tomentosa. v. s.</i>	*345
		<i>tribotrys.</i>	

pag.

pag.

HYDROCOTYLE.

ISOPHYLLUM.

tridentata. 354. *357
 triflora. *349
 triloba. 354
 umbellata. v. s. 345
 umbellulata. *345
 verticillata. *345
 villosa. v. s. 352
 virgata. v. s. 355
 vulgaris. v. v. 344. *346

Gerardi. *XXXIV
 junceum. —
 petraeum. —

JUGLANS.

petrocarpos. *645

KALI.

inermis. *237
 rosacea. *228
 Soda. *225. *257
 Tragus. *226

HYDROLEA. XVIII

KANAHIA.

kannah. IV. XII
 94

caroliniana. *192
 congesta. 192
 crispa. *190
 dichotoma. 192
 inermis. 193
 mollis. *190
 quadrivalvis. 192
 spinosa. 191
 trigyna. *191. *192
 urens. *189
 zeylanica. 192

KOCHIA.

aphylla. XXIII
 247
 arenaria. 244
 — rubra. *244
 — dasyantha. *244
 atriplicifolia. *274
 brevifolia. 247
 dasyantha. 244
 dentata. *274
 eriophora. 250
 hyssopifolia. 247
 — caucasica. *247
 — diffusa. *248
 — triandra. *247
 nuricata. 249
 platyphylla. *274
 prostrata. 245
 scoparia. 246
 sedoides. 248. *250
 — taurica. *248
 — ucranica. *248
 sericea. 250
 spinifex. 250

JASIONE.

capensis. *345

ILLECEBRUM.

suffruticosum. *297

IMPERATORIA. XLIX. LIX

alba. *609
 angustifolia. 609
 caucasica. 609
 Chabraei. v. v. 609. *400
 flavescens. *602
 major. *608
 montana. *605
 nodiflora. *548. *600
 Ostruthium. v. v. 608
 palustris. *XLVIII. *605
 Razoulii. *602
 Seguierii. v. s. 610
 sylvestris. *600
 verticillaris. v. v. 608. *605

ISAURA.

allicia. *VI
 *4

ISOPHYLLUM.

baldense. *XXXIII. *L
 *XXXIV
 bicaule. —
 caricifolium. —
 falcatum. —

KOELREUTERA.

molluginoides. *LXVII
 *735

KRUBERA.

leptophylla. *XXXVII. *XXXVIII.
 *LIV
 *446. *XXXVIII

LACHNOSTOMA.

tigrinum. IV. XI
 93

LAGOECIA.

cuminoides. XXX
 *414

	pag.		pag.
LAROCHEA.	LXVII	LASERPITIUM.	
<i>coccinea.</i>	707. *LXVII	<i>polygamum.</i>	*IL. 614
<i>cymosa.</i>	707	<i>pruthenicum. v. v.</i>	625. 622.
<i>falcata.</i>	707		*625
<i>fascicularis.</i>	709	— <i>glabratum.</i>	*625
<i>flava.</i>	708	<i>pubescens.</i>	*617
<i>odoratissima.</i>	708	<i>scabrum.</i>	626
LASERPITIUM.	XLIX. XLII	<i>selinoides.</i>	*606. *625
<i>Aciphylla.</i>	*554	<i>silaifolium.</i>	*XLV. *552
<i>alpinum.</i>	*618. *619	<i>Siler v. v.</i>	619
<i>angustifolium.</i>	*620. *621	<i>simplex.</i>	*XLV. *555
<i>angustissimum.</i>	*625	<i>thapsiaeforme.</i>	*612
<i>aquilegifolium.</i>	*450.	<i>thapsioides.</i>	*IL. *615
	*618. *619	<i>trifoliatum.</i>	*620
<i>Archangelica.</i>	621. *457. *622.	<i>trifurcatum.</i>	*625
	*625	<i>trilobum. v. v.</i>	618. *XXXVIII.
<i>asperum.</i>	*617		*450. *619
<i>Athamantae. v. v.</i>	624	<i>triquetrum.</i>	*XIXVII. *445
<i>atlanticum.</i>	*555	<i>verticillatum.</i>	*XLV. *548
<i>aureum. v. s.</i>	626	LEPTADENIA.	II. VII.
<i>eapense.</i>	627	<i>spec. 5. innom.</i>	50
<i>carniolicum.</i>	*618	LERCHEA.	*238. *267
<i>caucasicum. v. s.</i>	624	LEUCOLAENA.	627
<i>Cervaria.</i>	*617	LIBANOTIS.	*489. *495
<i>Chironium.</i>	*XLVIII. *597.	<i>cretensis.</i>	*495
	*617. *621	<i>Daucoides.</i>	*488. *490
<i>cuneatum.</i>	*625	<i>hirsuta.</i>	*495
<i>daucoides.</i>	*472	<i>montana.</i>	*489
<i>dauricum.</i>	*XLV. *553	<i>Riviniana.</i>	*490
<i>ferulaceum.</i>	*XXXVII. *445	<i>rupestris.</i>	*492
<i>Fontanesi.</i>	*555	LIGUSTICUM.	XLV. LVIII
<i>formosum.</i>	*625	<i>Aciphylla. v. s.</i>	554
<i>gallicum. v. v.</i>	624. *625. *614.	<i>aetaeifolium.</i>	555
	*625	<i>Ajawain.</i>	556
<i>glabrum.</i>	*617	<i>alatum. v. v.</i>	551
<i>gummiferum.</i>	*612	<i>apioides. v. v.</i>	552
<i>Halleri.</i>	*626	<i>aquilegifolium.</i>	*456
<i>hirsutum. v. v.</i>	625	<i>athamantoides. v. v.</i>	550
<i>hispidum.</i>	*622. *625	<i>austriacum.</i>	*XXXIX. *457
<i>latifolium. v. v.</i>	616. *617	<i>balcaricum.</i>	*XLIV. *557
<i>Libanotis.</i>	617	<i>barbinode.</i>	*615
<i>lucidum.</i>	*555	<i>bulbosum.</i>	555
<i>luteum.</i>		<i>candicans.</i>	554
<i>marginatum. v. s.</i>	617	<i>capillaceum.</i>	*451
<i>meoides.</i>	626	<i>Carvi.</i>	*414
<i>montanum.</i>	*620	<i>caucasicum.</i>	*457
<i>mutellinoides.</i>	*555	<i>Cervaria. v. v.</i>	550
<i>Panax.</i>	626	<i>cicutaeifolium.</i>	*552
<i>peucedanoides. v. v.</i>	620. *XLV.	<i>Cicutarium.</i>	*549
	*555		
<i>pilosum. v. v.</i>	622. *623		

	pag.		pag.
LIGUSTICUM.		LIMONIUM.	
cornubiense. *xxxix.	459.	narbonense.	777
	456	oleae-folium.	788
cyprium. v. s.	554	reticulatum.	785
decussatum.	610	siculum.	791
diffusum.	555	sinuatum.	795
dubium.	556	tataricum.	788
ferulaceum. v. v.	553. 416	vulgare.	777
Foeniculum.	454	LINCONIA.	xxii
Fontanesi.	555	alopecuroides.	218
garganicum.	619	cuspidata.	218
Gingidium. v. s.	552	peruviana.	219
Gmelini.	457	thymifolia.	218
Gouani.	611	LINUM.	lxviii
Levisticum. v. v.	547	aethiopicum.	756
Lobelii.	552	affine.	737
longifolium.	567. 568	africanum.	755
lucidum.	416	agreste.	744
luteum.	591	alpinum. 745. 738. 743. 745.	746
Meum.	431		746
minus.	415	angustifolium. 743. 737. 744	744
Mutellina.	433	— decumbens.	744
nodiflorum. v. v.	548	aquilinum.	754
nodosum.	570	arborescens.	753. 751
obtusifolium.	550	arvense.	736
peloponnense.	549	ascyrifolium.	741
peloponnesiacum. v. v.	548	asiaticum.	758
peregrinum. *xxxv.	409	aurum.	747. 748
Phellandrium.	425	caucasicum. 745. 738. 745	745
Podagraria.	408	bicolor.	745
pusillum.	555	Biebersteini.	758
pyrenaicum.	416. 611	Broteri.	758
pyrenaicum. *xxxvi.	415	campanulatum. 751. 750. 751	751
scoticum. v. v.	547	capitatum.	751
Seguierii.	416. 553	catharticum.	756
Silaus.	417	cespitosum.	754
simplex. v. v.	553	corymbiferum.	752
splendens.	557	davuricum.	752
Sprengelii. v. v.	549	decumbens.	744
tenuifolium. *xlv.	557	depressum.	758
ternatum.	555	diffusum.	746
vaginatum.	489	fasciculare.	758
LIMONIASTRUM.		flavum.	750. 751
articulatum.	791	flexuosum.	758
LIMONIUM.	*lxix	gallicum.	746. 747
africanum.	795	globulariaefolium.	754
cordatum.	784	gracile.	758
echioides.	787	grandiflorum.	738. 745
fruticosum.	792	hirsutum.	740. 739. 742
humile.	777	humile.	736
latifolium.	788	hypericifolium.	740. 742

	pag.		pag.
LINUM.		LINUM.	
laeve.	*738	virgatum.	*748
Lewisii.	746	virginianum.	749
liburnicum. *747.	*748	viscoso-hirsutum.	758
luteolum.	749	viscosum. 739. *740.	*741
marginatum.	737	— brachiatum. *739	*739
maritimum. 748. *747.	*748	LOBADIUM.	*652
melianthum.	*748	LOEFFLINGIA.	
monadelphum.	758	indica.	*691
monogynum.	758	LOMATIUM.	*XLVIII
monopetalum.	*750	villosum.	*588
montanum.	*745	LONICERA.	
narbonense. 742. *737.	*739.	mongolica.	*632
	*745	MACROSCEPIS.	IV. XI
nervosum.	737	obovata.	94
nodiflorum.	756. *753	MAHERNIA.	LXVIII
oligophyllum.	758	biserrata.	767
Pallasianum.	758	diffusa.	766
paniculatum.	*753	glabrata.	767
perenne.	737. *745	heterophylla.	767
procumbens.	*744	incisa.	*766
prostratum.	755	mollis.	*768
pubescens.	758. *758	odorata.	*767
pusillum.	*749	pinnata.	766
pyrenaicum. *738.	*745	pulchella.	766
quadrifolium.	757	verticillata.	765
reflexum.	742. *737	MALABAILA.	*XLVIII. *LII
rigidum.	754	graveolens.	*584
rubrum.	745	pimpinellifolia.	*585
salsoloides.	749	MALESHERBIA.	LXIV
selaginoides.	755	linearifolia.	680
sessiliflorum.	*752	thyrsiflora.	679
setaceum.	754	MARALIA.	*LXVI. *704
sibiricum.	758	MARATHRUM.	*406
spicatum.	*753	MARSDENIA.	III. VIII
squamulosum.	739	cinerascens.	53
striatum.	757	clausa.	53
strictum.	752. *747	erecta.	53
suffruticosum.	753	rostrata.	54
sylvestre.	*739. *740	suaveolens.	53
tauricum. *751. *752.	*753	tinctoria.	53
tenue.	748	velutina.	53
tenuifolium. 742. *738.	*743.	viridiflora.	53
	*744. *745. *754	MATELEA.	III. IX
— bicolor.	*743	latifolia.	69
tetraphyllum.	*757	palustris.	68
trigynum.	754	MAUROCENIA.	*566
usitatissimum.	756. *758	Frangularia.	
— grandiflorum.	*756		
— multicaule.	*736		
Venustum.	*740		
verticillatum.	757		

	pag.		pag.
MELANOSELINUM.	XLVI.	MULINUM.	
<i>decipiens.</i>	LIII. *565	<i>proliferum.</i>	*361
MELODINUS.	XIV	<i>spinosum.</i>	*362
<i>scandens.</i>	129	MUNTINGIA.	*309
MERCURIALIS.		MURRAYA.	*XXI
<i>afra.</i>	*352	MYAGRUM.	
MERTENSIA.	XXVII	<i>rugosum.</i>	*LXVIII
<i>iguanea.</i>	312	MYOSURUS.	LXX
<i>integrifolia.</i>	313	<i>Cauda muris.</i>	*800
<i>laevigata.</i>	311	<i>minimus.</i>	800
<i>pubescens.</i>	312	MYRICA.	
<i>rhamnoides.</i>	313	<i>trifoliata.</i>	*652. *653. *654
<i>zizyphoides.</i>	312	MYRRHIS.	XLIII. CLIV
METAPLEXIS.	IV. XII	<i>ammoides.</i> v. s.	517
<i>mucronata</i>	112	<i>angelicaefolia.</i>	509
<i>Stauntoni.</i>	111	<i>aristata.</i> v. s.	512
METASTELMA.	V. XIII	<i>aromatica.</i> v. v.	509
<i>parviflorum.</i>	120	<i>aurea.</i> v. v.	511
MEUM.	XXXVII	<i>australis.</i>	*503
<i>athamanticum.</i> v. v.	431. *494.	<i>bifida.</i>	*516
	*495	<i>brevipedunculata.</i>	*508
<i>fatuum.</i>	*455	<i>bulbosa.</i> v. v.	513. *514
<i>Foeniculum.</i> v. v.	453	<i>Bunium.</i> v. s.	517
<i>heterophyllum.</i> v. v.	452. *387	<i>canadensis.</i> v. v.	516
<i>intundatum.</i> v. v.	455	<i>capensis.</i> v. s.	513
<i>Mutellina.</i> v. v.	455. *543	<i>Chaerophyllea.</i>	*524
<i>piperitum.</i>	455	<i>Cicutaria.</i>	*510
<i>sibiricum.</i> v. v.	455. *568	<i>Claytoni.</i> v. s.	508
MICROLOMA.	V. XIII	<i>colorata.</i> v. v.	515
<i>lineare.</i>	121	<i>gilanica.</i>	520
<i>sagittatum.</i>	120	<i>hirsuta.</i> v. v.	510. *511. *514
MICROSTENMA.	II. VII	<i>humilis.</i>	519
<i>tuberosum.</i>	50	<i>millefolia.</i>	519. *519
MICROTEA.	XXVI	<i>odorata.</i> v. v.	507
<i>debilis.</i>	293	<i>Pecten Veneris.</i>	*502
MINUARTIA.		<i>procumbens.</i> v. s.	516
<i>montana.</i>	*682	<i>pyrenaea.</i>	518
MOLLUGO.		<i>rosea.</i> v. s.	519
<i>pentandra.</i>	*691	— <i>elatior.</i>	—
<i>racemosa.</i>	*690	<i>scabra.</i>	515
<i>spergula.</i>	*686	<i>sulcata.</i>	520
<i>stricta.</i>	*686	<i>temula.</i> v. v.	514. *511
MULINUM.	XXXII	<i>tennifolia.</i>	520
<i>acaule.</i>	*359	<i>ternata.</i>	*516
<i>microphyllum.</i>	*360	<i>torquata.</i>	514
		NAMA.	XVII. *XVIII
		<i>convolvuloides.</i>	189
		<i>jamaicensis.</i>	187

	pag.		pag.
NAMA.		OENANTHE.	
<i>origanifolia.</i>	188	<i>nodiflora.</i>	428
<i>sericea.</i>	189	<i>patens.</i>	*422
<i>subincana.</i>	189	<i>peucedanifolia.</i> v. v.	422. *421
<i>undulata.</i>	187	<i>peucedanoides.</i>	*421. *422
OBESIA.	*vii	<i>Phellandrium.</i> v. v.	425
<i>decora.</i>	*45	<i>pimpinelloides.</i> v. v.	419. *419.
<i>geminata.</i>	*42		*420. *421. *422
<i>punctata.</i>	*9	— <i>Rarania.</i>	*420
OBIONE.		<i>Pollichii.</i>	*422
<i>sibirica.</i>	*281	<i>prolifera.</i> v. s.	423
OCHROXYLUM.	*LXI	<i>purpurea.</i>	*455
<i>punctatum.</i>	*LXI	<i>rhenana.</i>	*419. *420
ODONTITES. xxxiv. *xxxiii. *liv		<i>rigida.</i>	*586
<i>glauca.</i>	385	<i>silaifolia.</i>	*422
<i>gracilis.</i>	382	<i>stylosa.</i>	*425
<i>luteola.</i> v. v.	380. *371	<i>Tabernaemontani.</i>	*419
<i>procumbens.</i>	383	<i>tenuifolia.</i> v. s.	426
<i>semicomposita.</i> v. v.	381	<i>virgata.</i> v. v.	422
<i>tenuissima.</i> v. v.	382	OLIVERIA.	xli
OENANTHE. . . . xxxvi. lvii. *L		<i>decumbens.</i> v. v.	487
<i>ambigua.</i>	*421	OPULUS.	*LXI
<i>apiifolia.</i>	*424	<i>glandulosus.</i>	*655
<i>approxinata.</i>	421	ORBEA.	*vii
<i>aquatica.</i>	*425	<i>anguina.</i>	*41
<i>australis.</i>	428	<i>bisulca.</i>	*37
<i>capensis.</i>	*426	<i>bufonia.</i>	*40
<i>carolinensis.</i>	*427	<i>clypeata.</i>	*40
<i>chaerophylloides.</i>	*420	<i>conspurcata.</i>	*59
<i>crocata.</i> v. v.	424. *420	<i>Curtisii.</i>	*58
<i>daucifolia.</i>	*425	<i>maculosa.</i>	*56
<i>diffusa.</i>	*424	<i>marginata.</i>	*39
<i>dubia.</i>	*422	<i>marmorata.</i>	*40
<i>exaltata.</i>	428	<i>mixta.</i>	*56
<i>ferulacea.</i>	427	<i>normalis.</i>	*39
<i>filiformis.</i>	427	<i>orbicularis.</i>	*40
<i>filipenduloides.</i>	*422	<i> picta.</i>	*41
<i>fistulosa.</i> v. v.	418	<i>planiflora.</i>	*58
<i>glauca.</i>	428	<i>quinquenervis.</i>	*37
<i>globulosa.</i> v. v.	425. *420	<i>retusa.</i>	*41
<i>gymnorhiza.</i> v. v.	421. *420	<i>variegata.</i>	*57
<i>Huanaca.</i>	428	<i>Wendlandiana.</i>	*59
<i>inebrians.</i> v. s.	426	<i>Woodfordiana.</i>	*41
<i>interrupta.</i>	426. *544	OREOSELINUM. *xxxvi. *xlvi.	
<i>involutrata.</i>	*421		*li. *418. *559
<i>Karstha.</i>	*420	<i>album.</i>	*xlvi
<i>Lachenali.</i>	*419. *420	<i>anisoides.</i>	*565
<i>lanceolata.</i>	*419	<i>austriacum.</i>	*558
<i>megapolitana.</i>	*421	<i>caucasicum.</i>	*609
		<i>Chabraei.</i>	*418. *610

	pag.		pag.
OREOSELINUM.		PARNASSIA.	
<i>elegans.</i>	*561	<i>ovata.</i>	696
<i>latifolium.</i>	*564	<i>palustris.</i>	695
<i>legitimum.</i>	*557	<i>polynectaria.</i>	*130
<i>montanum.</i>	*558	PARONYCHIA.	
<i>nigricans.</i>	*XLVI	<i>fruticosa.</i>	*297
<i>nigrum.</i>	*557	<i>suffruticosa.</i>	*297
<i>peucedanoides.</i>	*561	PASTINACA.	XLVII. LIX. *LII
<i>podolicum.</i>	*610	<i>altissima.</i>	*597
<i>Pseudo-Carvifolia.</i>	*XLVI	<i>Anethum. v. v.</i>	587. *454
<i>pyrenaeum.</i>	*XLVI	<i>Costina.</i>	*598
<i>rablense.</i>	*560	<i>dissecta. v. v.</i>	586
ORLAYA.	*XL. *XLI. *LII	<i>divaricata.</i>	588
<i>grandiflora.</i>	*465. *XL	<i>foeniculacea.</i>	587
OROSTACHYS.		<i>glauca.</i>	*588
<i>thyrsiflora.</i>	*721	<i>graveolens. v. v.</i>	584. *XLIII
OSTERICUM.	*XLVIII. *IL. *LIV.	<i>lucida. v. v.</i>	585
<i>palustre.</i>	*605	<i>nudicaulis.</i>	587
<i>pratense.</i>	*605	<i>opaca.</i>	*584
OTARIA.	*80	<i>Opopanax.</i>	*597. *598
OXYPETALUM.	IV. XI	<i>pimpinellifolia.</i>	585. *XLVIII
<i>Banksi.</i>	91	<i>pratensis.</i>	*584
<i>Gothofreda.</i>	92	<i>rigida. v. s.</i>	586
<i>riparium.</i>	92	<i>sativa. v. v.</i>	585. *XLVIII
OXYSTELMA.	IV. X	— <i>arvensis.</i>	*584
<i>carnosum.</i>	89	— <i>gigantea.</i>	*584
<i>esculentum.</i>	89	— <i>hortensis.</i>	*584
PANAX.	XXI	— <i>hybrida.</i>	*584
<i>aculeata.</i>	212	— <i>latifolia.</i>	*584
<i>arborea.</i>	213	— <i>siamensis.</i>	*584
<i>attenuata.</i>	213	— <i>sylvestris.</i>	*584
<i>chrysophylla.</i>	213	<i>Sekakul.</i>	*586
<i>crenata.</i>	215	<i>taraxacifolia.</i>	*584
<i>fruticosa.</i>	214	<i>triquinata.</i>	*604
<i>Morototoni.</i>	*213	PENTATROPIS.	
<i>pusilla.</i>	*212	<i>eynanchoides.</i>	XII
<i>quinquefolia.</i>	211. *212	PERGULARIA.	III. VIII
<i>secunda.</i>	215	<i>angustifolia.</i>	57
<i>simplex.</i>	212	<i>edulis.</i>	56. *VIII
<i>simplicifolia.</i>	215	<i>glabra.</i>	*VIII
<i>speciosa.</i>	214	<i>japonica.</i>	56. *VIII
<i>spinosa.</i>	*214	<i>lucida.</i>	57
<i>trifolia.</i>	212	<i>minor.</i>	55. *VIII
PARNASSIA.	LXVI	<i>odoratissima.</i>	54. *VIII. *55. *113
<i>asarifolia.</i>	696	<i>purpurea.</i>	56. *VIII
<i>caroliniana.</i>	696	<i>tomentosa.</i>	*VIII. *54. *112
<i>Laxmanni.</i>	696	PERIPLOCA.	V. XIV. *X
		<i>africana.</i>	*100

	pag.		pag.
PERIPLOCA.		PEUCEDANUM.	
albicans.	128	nodosum. v. s.	570
angustifolia.	127	obtusifolium. *XLVIII.	*596
cochinchinesis.	128	officinale. v. v.	565. *566.
cordata.	*126		*567. *568. *593
emetica.	*124	palustre.	*463. *561
esculenta.	*89	paniculatum.	565
graeca.	126	parisiense.	*566
Humboldtiana.	129	pratense.	—
indica.	*126	redivivum.	*451
laevigata.	127. *127	refractum.	*566
maculata.	*126	rupestre.	572
mauritiana.	127	ruthenicum. v. v.	566. *567. *568
mucronata.	129	serotinum.	*569
oblongata.	129	sibiricum.	*XLVIII. *592
parviflora.	128. *129	Silaus.	*XXXVI. *417
pubescens.	129	tauricum.	567. *567
punicifolia.	*127	ternatum.	*565
reticulata.	*101	tenuifolium.	570. *569
Secamone.	*124. *125	verticillatum.	571
sylvestris.	*57. *58	vocontiorum. v. s.	571
tenuiflora.	*121	PHARNACEUM.	LXV
tenuifolia.	129	albens.	689. *688
tunicata.	*98	bellidifolium.	691
virgata.	128	Cerviana.	685
		cordifolium.	690
PETALOSTEMMA.		depressum.	691
Chenopodii.	XII	dichotomum.	689
PETROSELINUM. *XXXVII. *LI.		distichum.	690
	*429	galioides.	*692
PEUCEDANUM.	XLVI. LVII	glabrum.	*685
album.	572. *XLVI	glomeratum.	687
alpestre. v. v.	569. *XXXVI	Hoffmannseggianum.	692
alsaticum.	*XXXVI. *417.	incanum.	688. *689
	*561. 565. *607	Lichtensteinianum.	692
altissimum.	*565	lineare.	685
arenarium. v. v.	568. *455	— album.	*685
aureum. v. v.	570	marginatum.	686
capillaceum.	570	maritimum.	692
Carvifolia.	*610	microphyllum.	686
gallicum. v. s.	565. *566. *567	Mollugo.	688
geniculatum.	*564	mucronatum.	*755
japonicum.	571	occultum.	688
isetense. v. v.	569	quadrangulare.	687. *688
italicum.	*566	serpyllifolium.	*691
junceum.	572	spathulatum.	685
longifolium. v. v.	567. *568	sperguloides.	*692
lusitanicum.	571	suffruticosum.	686
Matthioli. v. v.	569. *569	teretifolium.	691
minus. *388. *389. *566. *610		umbellatum.	*L. *LIX
Morisoni.	*567. *568	PRELLANDRIUM.	*XXXVI. *425
		aquaticum.	

	pag.		pag.
PELLANDRIUM.		PIMPINELLA.	
Mutellina. *xxxvii. *433.		laciniata. *385. *392	
		leptophylla. . 390. *411	
PHILIBERTIA.	v. xiii	lutea. . . . 387	
solanoides. . . . 118		magna. v. v. 384. *385. *386.	
		*395	
PHYLLANTHUS.	*lxv	major. . . . *384	
lucidus. . . . *692		media. . . . *384. *387	
PHYLLEPIDUM.	xxv	minor. . . . *386	
scariosum. . . . 295		multicaulis. . . . *389	
PHYLLIS.	xxviii	nigra. *385. *386. *387	
Nobla. . . . 315		orientalis. *384. *385	
PHYLLONOMA.	xx	ovata. . . . *386	
ruscifolia. . . . 210		peregrina. *xxxv. *385.	
PHYSOSPERMUM.	xxxix. *liv	*392. *395	
cicutarium. v. s. . . 457		petraea. . *391. *395	
commutatum. v. v. 456. *xxxix		pratensis. . . . *385	
PIARANTHUS.	ii. vii	pumila. *388. *389. *390	
fasciculata. . . . 10		rotundifolia. *387. *408	
pulla. . . . 10		rubra. . . . *384	
punctata. . . . 9		Saxifraga. v. v. 386. *384.	
PIMPINELLA.	xxxiv. lx. *li	*385. *386. *387. *391	
alpestris. . . . *386		tenuis. . . . *394	
alpina. . . . *387		Tragium. *xxxv. *391. *392.	
angelicaefolia. *408		*395	
Anisum. . *xxxv. *408		villosa. . . . *394	
aromatica. *xxxv. *395		PIRIQUETA.	lxviii
bubonoides. *395. *394.		villosa. . . . 758	
*494		PLANERA.	xxvi
canescens. *391. *395		abelicea. . . . 304. *304	
capensis. . *xxxv. *411		aquatica. . . . *305	
cretica. . . . 388		Gmelini. . . . 305	
Danaa. . . . *459		Richardi. . . . 304	
dichotoma. v. v. . . 390		PLATYSPERMUM.	*xli. *lii.
dioica. v. v. 388. *xxxiv. *389.		alatum. . . . *477	
*390. *566		PLEUROSPERMUM.	xxxix
— rossica. . . . *389		austriacum. v. v. . . 457	
dissecta. *384. *385. *386.		camtschaticum. *458	
*387		uralense. . *455. *457	
— laciniata. *385		PNEUMONANTHE.	*xvi
domingensis. . . . *411		acaulis. . . . *152. *xvi	
eriocarpos. . . . *394		adscendens. *145. —	
genevensis. *386. *387		algida. . . . *145. —	
germanica. . . . 391		angustifolia. *152. —	
glauca. *xxxiv. *388. *389.		asclepiadea. *141. —	
*390		campanulata. *159. —	
hircina. . *385. *386		Catesbaei. . . . —	
hispidula. . *392. *395		exaltata. . . . —	
intermedia. . . . 391			

	pag.		pag.
PNEUMONANTHE.		POZOA.	XIXII
frigida.	*144. *XVI	coriacea. v. s.	344
glauca.	*152. —	QUERCUS.	
montana.	*152. —	cretensis.	*306
pannonica.	*158. —	RANUNCULUS.	
plicata.	*141. —	falcatus.	*800. *801
punctata.	*159. —	Myosurus.	*800
purpurea.	*157. —	parvulus.	*801
Saponaria.	*148. —	pygmaeus.	*801
saxosa.	*147. —	testiculatus.	*801
septemfida.	*141. —	REICHELIA.	*LXII
triflora.	*147. —	palustris.	*667
villosa.	*149. —	RHAMNUS.	
viscosa.	—	aphyllus.	*221
vulgaris.	*146. —	carpinifolia.	*304
PODAGRARIA.		cubensis.	*648
Aegopodium.	*408	lineata.	*648
PODANTHES.	*VII	lineatifolia.	*648
ciliata.	*31	micrantha.	*308
irrorata.	*29	pentaphylla.	*648
lepidula.	*30	tripartita.	*648
pulchella.	*50	ulmoides.	*304
pulchra.	*28	RHUS.	LXII
roriflora.	*30	aequalis.	665
verrucosa.	*30	africana.	665
POIRETIA.	*XX	alata.	648
POLYCARDIA.	*LXIX	albicans.	*655
POLYGNEMUM.		albida.	655
alternifolium.	*224	angustifolia.	658. *657. *658
brachiatum.	*224	argentea.	*658
crassifolium.	*224	aromatica.	652
glaucum.	*224	atomaria.	*656. *657
malaccophyllum.	*224	atra.	664
nuciferum.	*224	bicolor.	661
oppositifolium.	*224. *270	caecodendron.	*644
salsum.	*225. *224	canadensis.	*645
sclerospermum.	*224	caroliniana.	*646
triandrum.	*225. *294	chinensis.	650
Volvox.	*225	ciliata.	661
POLYGONUM.		cirrhiiflora.	650
aviculare.	*296	Commersoni.	646
POLYSCIA.	*700	Copallina.	647
PORANTHERA.	LXV	Coriaria.	645
ericifolia.	684	— laurica.	*645
PORTULACARIA.	LXV	Cotinus.	665
afra.	684	crataegiformis.	*662
POTENTILLA.		crenata.	655
subcaulis.	*769	cuneifolia.	654
		dentata.	655

	pag.		pag.
RHUS.		RHUS.	
denudata.	661	succedanea.	647
digitata.	649	theezans.	*659
dimidiata.	654	Thezera.	*650
dióica.	661	Thunbergiana.	651
dissecta.	654	tomentosa.	655
elegans.	646	Toxicodendron.	651. *652
elliptica.	660	— microcarpa.	*652
elongata.	*659. *660	— quercifolia.	*652
erosa.	658	— vulgaris.	651
excisa.	657	tridentata.	651
fragrans.	661. *655	trijuga.	647
glabra.	645. *646	typhina.	645
— coccinea.	*646	— arborescens.	*645
glauca.	651. *651	— frutescens.	*643
heterophylla.	662	undulata.	659
hypsolodendron.	650	Vernix.	656
javanica.	644	villosa.	656
incana.	*656	viminalis.	657. *658
incisa.	655	viridiflora.	645. *645
juglandifolia.	649	zizyphina.	665
laevigata.	659	ROCHEFORTIA.	xx
lancea.	658	brasiliensis.	210
Leucantha.	*647	cuneata.	209
lineatifolia.	648	ovata.	210
lobata.	662	RORELLA.	
lucida.	660	longifolia.	*761
Meerburgiana.	665	rotundifolia.	*760
Metopium.	648	RUMIA.	*xxxvii. *liv
micrantha.	654	microcarpa.	*445. *xxxviii
mucronata.	657	seseloides.	*445. *xxxviii
nervosa.	660. *661	taurica.	*444. *xxxviii
obliqua.	649	RUSSELLIA.	
obscura.	644	capensis.	*313
Oxyacantha.	662. *661	SAGONEA.	lxii
oxyacanthoides.	662	palustris.	667
pauciflora.	648	SALMASIA.	*lxiii
pendulina.	660	Gujanensis.	*679
pentaphylla.	650	racemosa.	*679
pubescens.	656	SALSOLA.	xxiii. *xxiv
pumila.	649. *665	alopecuroides.	245
Radaelijawel.	*665	altissima.	*267. *268
radicans.	*651. *652	annularis.	245
rigida.	665	aphylla.	*220
rosmarinifolia.	658. *659	arborescens.	240. *225
Seneb.	664	arbuscula.	255
schinoides.	649	arenaria.	*244. *245
semialata.	644	articulata.	*219
sinuata.	654		
spicata.	656		
striata.	649		
suaveolens.	653. *659		

	pag.		pag.
SALSOLA.		SALSOLA.	
atriplicifolia.	*274	indica.	259
Atriplicis.	*274	inermis.	241
baccata.	258	Kali. 225. *227. *228. *229	*229
— alexandrina.	*270	— annua.	*225
baccifera.	257. *235	— daurica.	*225
brachiata.	250	lanata.	*256
brevifolia.	259	laniflora.	236. *245. *250
buxifolia.	245	laricina.	*231. *254
camphorosmoides.	*221	latifolia.	*274
canescens.	*251	longifolia. *229. *230. *257	*257
caroliniana.	229	maritima.	*270. *272
celtifolia.	243	microphylla. 253. *231. *252	*252
chenopodioides.	*274	mollis.	240
cinerea.	*248	monandra.	*225
clavifolia.	*235	monobracteata.	*249
collina.	240	mucronata.	*221. *222
Coquimbana.	242	muricata.	*248. *249
crassa.	228. *228	nitraria.	*255
dasyantha.	*244	nudiflora.	259
decumbens.	*225	oppositiflora.	*222
dendroides.	*234	oppositifolia. 229. *225. *250	*250
depressa.	241	orientalis.	*231. *252
didyma.	243	Pallasiana.	240
diffusa.	*251	physophora.	258
divergens.	*268	pilosa.	*224. *225
Echinus.	*221	pinnatifida.	245
eriantha.	*250	platyphylla.	*274
ericaefolia.	*234	polyclonos.	259
ericoides.	234	prostrata. *231. *245. *249	*249
eriophora.	*250	radiata.	*274
farinosa.	*242	rigida.	232. *231. *253
ferox.	*251	rosacea.	228. *227. *228
ficoides.	*251	salsa. *238. *270. *271. *275	*275
flavescens.	*227. *269	sativa.	236. *270. *275
foetida.	238. *269	scoparia.	*245. *246
foliosa.	235	sedoides.	*248
fragilis.	*228	sericea.	*250
frutescens.	*228	setifera.	*272
fruticosa. *229. *234. *258.	*258.	sibirica. *220. *229.	*235
	*265. *266	Sieversiana.	*246
gemmaescens.	*254	Soda.	236
genistoides.	259	songarica.	*246
glauca.	230	spicata.	*230. *271
globulifolia.	242	spinifex.	*221. *250
glomerulata.	245	spinosa.	*226
grandiflora.	*257	spissa.	255
Helenaë.	242	stellata.	*274
hirsuta.	*269	strobilifera.	*271
Hosti.	234	Suaeda.	245
hyssopifolia.	*247	tamariscifolia.	*222
imbricata.	241	tamariscina.	227

	pag.		pag.
SALSOLA.		SARCOSTEMMA.	
tenuifolia.	*245	Swartzianum.	115
tetrandra. 242. *222. *248		viminale.	115
Tragus.	226	SAROTHRA.	LXIII
triandra.	*247	gentianoides. *LXIII. *679	
trigyna.	*268. *275	Loureiriana.	679
— triflora.	*268	SCANDIX. XLIII. LIX. *LIV	
vera.	242	aegyptiaca.	507
vermiculata. 251. *250. *252.		Anthriscus. *XLI. *XLIV.	
*253. *254. *235		*524	
verrucosa.	253	aurea.	*511
verticillata.	241	australis. v. v. 502. *XLIII.	
villosa.	252	*502. *504. *505	
SAMBUCUS. LXI		Bulbocastanum.	*539
canadensis.	640	bulbosa.	*515
Ebulus.	639	Cerefolium. *XLIII. *XLIV.	
graveolens.	641	*521	
humilis.	*639	chilensis.	507
japonica.	641	dulcis.	*508
laciniata.	*639	falcata.	504. *505
nigra.	639	fumarioides. *XLIV. *525	
pubens.	641	gilanica.	*520
racemosa.	640	glaberrima.	*525
— laciniata.	*640	glochidata.	*471
— verna.	*641	grandiflora. v. s. 504. *XLIII	
virescens.	*639	hirsuta.	*510
vulgaris.	*639	iberica.	505
SANICULA. XXXI. LVI. *LIV		infesta. *XLI. *483. *484.	
canadensis. v. s. 339. *540		*485	
critumifolia.	*444	latifolia.	*447
europaea. v. v.	339	macrosperma.	507
marylandica. v. v. 340. *540		millefolia.	*519
officinalis.	*339	nodosa. *XLI. *XLIV. *526	
SARCOLOBUS. III. IX		nutans.	*514
Banksi.	58	odorata.	*XLIII. *507
carinatus.	58	parviflora.	506
globosus.	58	Pecten. v. v. 501. *XLIII. *502.	
SARCOSTEMMA. v. XIII		*503	
annulare.	115	— minor.	*502
aphyllum.	116	petraea.	*504
australe.	115	pinnatifida. v. v. 505. *506	
Browni.	*114	procumbens.	*516
clausum.	114	Stella.	*506
cumanense.	118	temula.	*514
Forskaleanum.	117	tinctoria.	*509
glaucum.	117	trichosperma. *XLI. *487	
pubescens.	117	SCHEFFLERA. *LXVI	
pyrotechnicum.	116	digitata.	*700
stipitaceum.	116	SCHMALTZIA. *655	
		SCHOLLERA. *294	

	pag.		pag.
SCHOLLIA.		SELINUM.	
<i>crassifolia.</i>	*51	<i>decipiens.</i> v. v.	562. *XLVI
SCHRANCHIA. LXVII. *LXVIII		<i>dimidiatum</i>	*598. *564
<i>quinquefaria.</i>	736	<i>elegans.</i> *XLVI. *560.	*561
<i>rugosa.</i>	*LXVIII	<i>galbanum.</i> v. v.	565
SCHULTZIA.	XLIV	<i>glaucum.</i>	*550
<i>crinita.</i> v. v.	527	<i>gummiferum.</i> v. v.	564
SCIODAPHYLLUM. *LXVI		<i>Imperatoria.</i>	*608
<i>acuminatum.</i>	*706	<i>intermedium.</i>	*464
<i>angulatum.</i>	*704	<i>Lachenali.</i>	*607
<i>conicum.</i>	*705	<i>lactescens.</i>	*610
<i>pedicellatum.</i>	*705	<i>latifolium.</i> v. v.	564. *XLVI
<i>pentandrum.</i>	*706	<i>lineare.</i> v. v.	560. *561
SCOPOLIA. *LXI		<i>membranaceum.</i>	*606
<i>lucida.</i>	*642	<i>microphyllum.</i> *560. *561	
SCUTELLARIA.		<i>Monnieri.</i> *XXXVI. *414	
<i>secunda.</i>	*215	<i>montanum.</i> *XLVI. *558	
SECAMONE. v. XIII		<i>nigricans.</i> *XLVI. *558	*559
<i>Alpini.</i>	125	<i>nigrum.</i>	*558
<i>elliptica.</i>	125	<i>odoratum.</i>	*605
<i>emetica.</i>	124	<i>Opopanax.</i>	*597
<i>ovata.</i>	125	<i>Oreoselinum.</i> v. v.	557. *XLVI
SEDUM.		<i>palustre.</i> *XL. *465. *464.	*600. *506. *610
<i>arborescens.</i>	*714. *718	<i>paniculatum.</i> v. s.	562
<i>atratum.</i>	*730	<i>Pastinaca.</i>	*584
<i>rubens.</i>	*729. *730	<i>peregrinum.</i>	*552
SEGETELLA. *681		<i>peucedanoides.</i> v. v.	561.
SELINUM. XLVI. LVIII. *XXXII. *LI			*XLVI
<i>acaule.</i>	*559. *415	<i>Peucedanum.</i>	*565
<i>alsaticum.</i>	*417. *561	<i>podolicum.</i> *XXXV. *XLVI.	*400. *610
<i>Anethum</i>	*587	<i>polymorphum.</i> v. v.	559
<i>Angelica.</i>	*600	<i>pratense.</i>	*399
<i>angulatum.</i>	*606	<i>proliferum.</i>	*361
<i>appianum.</i>	*562	<i>Pseudo-carvisolia.</i> 564.	*606
<i>apuanum.</i>	*562	<i>pubescens.</i>	*600
<i>argenteum.</i>	*558	<i>pyrenaicum.</i> *XLVI. *607	
<i>austriacum.</i> v. v.	558. *XLVI	<i>rablense.</i>	*560
<i>baicalense.</i> v. v.	559	<i>rigidulum.</i> v. s.	562
<i>Bellardi.</i>	*560. *561	<i>scabrum.</i>	565
<i>canadense.</i>	*415	<i>Schiwerekii.</i> *IL. *463.	*464
<i>cantabrigiense.</i> *IL. *465.	*464	<i>Seguierii.</i> *XLII. *IL. *416.	*552. *610. *611
<i>Carvisolia.</i> *XLVI. *XLVIII.		<i>sibiricum.</i> v. s.	559. *XXXVI
*550. *561. *606. *610		<i>spinosum.</i>	*362
<i>caucasicum.</i> *XLVI. *IL. *609		<i>sylvestre.</i> *XL. *465. *464.	*600
<i>Cervaria.</i>	*550. *561	<i>Thysselium.</i>	*465
<i>Chabraei.</i> *IL. *558. *610		<i>uliginosum.</i>	*621
<i>collinum.</i>	*560	<i>venetum.</i> v. v.	561. *418

	pag.
SEMECARPUS.	LII
Anacardium.	642
latifolia.	642
SESELI.	XXXIV. LIX
Argopodium.	*408
alatum.	*395
alpinum.	*598. *399
ammoides. v. v.	404. *405. *499
Amomum.	*407
annuum. v. v.	398. *399. *401. *414. *564
arenarium.	*401
aristatum.	*XXXVI. *416
articulatum.	*400
bienne.	*398
Bunius.	*432
Carum.	*414
Carvi.	*414
carvifolium.	*398. *399
cervariaefolium. v. v.	405
cespitosum. v. s.	402
chaerophylloides.	402
coloratum.	*398
corsicum.	406
cuneifolium.	*499
curvifolium.	*399
dichotomum.	*XLII. *497
— tauricum.	*407
dioicum.	*389
divaricatum.	406
dubium. v. v.	399
elatum. v. v.	395. *396. *397. *398. *452
Falcaria.	*535
ferulaefolium.	*416
filifolium.	*427
foeniculifolium.	*412
fragile.	406
glabratum.	406
glaucum. v. v.	396. *389. *397. *398. *401. *550
— caucasicum.	*407
— tauricum.	*407
gracile. v. v.	403
graveolens.	*429
gummiferum.	*497
Hippomarathrum. v. v.	400
hispidum.	407
juncum.	*397

	pag.
SESELI.	
leucospermum. v. v.	403
Lobelianum.	407
Meum.	*451
montanum. v. v.	397. *396. *398
multicaule.	*397
nodiflorum.	*554
osseum.	*396
Pallasii.	406. *569
patens.	*401
petraeum.	*XLII. *496
peucedanifolium.	*398. *497. *498
pimpinelloides. v. v.	400
pratense.	*417
proliferum. v. v.	402
pumilum.	*388. *389. *390
pusillum.	*404. *405
pyrenaeum.	*XLVIII. *607
quinquefolium.	407
rigidum.	*XLII. *497. *498
Saxifragum.	*395. *387. *399. *452
selinoides.	*399. *417
striatum. v. s.	402
tortuosum. v. v.	401. *398. *399. *406. *495
— caucasicum.	*407
— tauricum.	*407
triternatum.	405
Turbitum.	*XLII. *404. *492 *493
varium.	407
venosum.	*399
verticillatum. v. s.	404. *405 *412. *495
SIBBALDIA.	LXIX
altaica.	770
erecta.	769
grandiflora.	770
parviflora.	769
polygyna.	770
procumbens.	768
SIBTHORPIA.	
evolvulacea.	*207. *208
SICYOS.	
glandulosa.	*363
SILVAUS.	*XXXVI
alpestris.	*XXXVI
pratensis.	*XXXVI

	pag.		pag.
SILER.	xxxviii	SIUM.	
alpinum.	*618	Berula.	*552. *555
aquilegifolium. v. v.	449. *618.	Bulbocastanum. v. v.	538
	*619	bulbosum. v. s.	541. *542
caucasicum. v. v.	450	canadense.	*516
lancifolium.	*620	Cicuta.	*452
montanum.	*620	cicutaefolium.	*455
salsum. v. v.	451	decumbens.	544. *542
trilobum.	*450	erectum.	*555
SISON.	xxiv. lviii. *xliv	Falcaria. v. v.	535. *xlv
alpinus.	414	falcatum.	*535
Ammi. v. v.	412. *404. *405	ferulaefolium. v. s.	539
Amomum. v. v.	407. *414	filifolium.	544. *427
Anisum. v. v.	407	graecum.	542
arvensis.	413	grandiflorum.	544
aureus. v. v.	410	graveolens.	*429
bulbosus.	*355. *542	Hippomarathrum.	*400
canadensis.	*516	hispidum.	*xliv. *526
capensis. v. s.	411	japonicum.	544
capillaceus. v. s.	411. *591	intermedium.	*541
crinitus.	*xliv. *527	inundatum.	*456
divaricatus. v. s.	411. *404	lancifolium.	532. *xlv. *535
flexuosus.	412	latifolium. v. v.	531. *xlv.
integerrimus. v. v.	410		*455. *532. *555
inundatus.	*xxxvii. *456	— sulcatum.	*532
marginatus.	*586. *587	— ucranicum.	*555
nodiflorus.	*554	lineare. v. s.	538
peregrinus. v. v.	409	longifolium.	*538
Podagraria. v. v.	408	lunifolium.	*555
pumilus.	413	luteum. v. s.	540
pusillus.	*411	minimum.	*555
rotundifolius. v. v.	408	nanum.	*534
salsus.	*xxxviii. *451	napiforme.	539
segetum. v. v.	409. *414	Ninsi.	*556. *557
sylvaticus.	*456	nodiflorum. v. s.	534. *555
Thomasii.	412	nudicaule.	*451
trifoliatus.	*xxxvii. *458	ochreatum.	*334
	*615	oppositifolium.	536
verticillato-inun-		paniculatum.	543
datus.	*541	patulum.	543
verticillatus.	*451. *541	peucedanoides. v. s.	540
SIUM.	xliv. lviii	repens. v. v.	534. *542
Ammi.	*404	rigidius. *xlvii. *586.	*587
amomum.	*407		*432
angustifolium. v. v.	533. *552.	Saxifragum.	*409
	*534	segetum.	*558
— incisum.	*555	siculum. v. v.	537. *417
annuum.	*398	Silans.	536. *xlv
Apium.	*429	Sisarum. v. v.	*538
aromaticum.	*407	suave.	*421. *558
asperum.	543	tenuifolium.	*599
		tortuosum.	541. *xliv
		verticillatum. v. v.	541. *xliv

	pag.
SIUM.	
villosum.	543
virescens. v. v.	542
SMYRNIUM.	xxxvii. lix
acuminatum.	*410
aegyptiacum.	440
apiifolium.	440
atropurpureum.	*xxxvi. *418
aureum.	*xxxv. *410
barbinode.	*615
cichtarium.	*xxxix. *457
cordatum. v. v.	438. *418. *615
Dioscoridis. v. v.	457
Dodonaei. v. s.	437
heterophyllum.	*407
integerrimum.	*xxxv. *410
laterale. v. s.	439
nodiflorum.	*548
nudicaule. v. v.	459. *xlvii. *456. *587
Olusatrum. v. v.	436
perfoliatum.	*457. *438
rotundifolium.	*457
trifoliatum.	*438
— atropurpureum.	*418
SOLANDRA.	
capensis.	*555
SPANANTHE.	xxxii
paniculata. v. v.	356
saniculaefolia. v. s.	357
sinuata.	357
SPATHELIA.	lxii
simplex.	667
SPERGULA.	*681
segetalis.	*681
SPHONDYLIIUM.	*xlvii. *lxi.
asperum.	*578
austriacum.	*581
Branca.	*572
Branca ursina.	*572
decipiens.	*580
giganteum.	*580
marginatum.	*580
pubescens.	*577
speciosum.	*578
subvillosum.	*577. *580
villosum.	*577. *579. *580

	pag.
SPHONDYLOCOCCA.	LXX
malabarica.	799
SPINACIA.	
fera.	*284
SPONIA.	
andaresa.	*307
STACHYD.	LXII
monogyna.	667
STAPELIA.	II. VII. *VI
acuminata.	21
adscendens.	*49
ambigua.	13. *12. *14
anguina.	41
anonymos.	*48
aperta.	22
arida.	23
articulata.	26. *12
Asterias.	16. *12
barbata.	*8. *12
beffoniana.	*49
bifolia.	*49
bisulca.	37
brevirostris.	*49
bufonia.	40. *12
campanulata.	*VI. *5. *12
canescens.	26
caudata.	48
cespitosa.	44. *12
chinensis.	51
ciliata.	51
clavata.	49
clavigera.	*9. *12. *26
clypeata.	40. *12
cochinchinensis.	*52
comata.	18. *12
compacta.	46
concinna.	20. *21
conspurcata.	59. *12
cordata.	26
crassa.	*8
crispa.	*8
Curtisii.	58
cymosa.	*49
decora.	42
dellexa.	46. *12
dentata.	*49
depressa.	55. *12
divaricata.	27. *12
duodecimfida.	*8. *12
elegans.	44

	pag.		pag.
STAPELIA.		STAPELIA.	
fasciculata.	*10	pulsa.	*VII. *10
fissirostris.	20 *12	pulvinata.	19
geminata.	42 *12	punctata.	*VII. *9
gemmaflora.	31. *13	quadrangula.	48
glandulifera.	21. *21	— ramosa.	*48
glanduliflora.	21. *12 *21	quinquenervis.	37
glauca.	34. *12	radiata.	45. *12. *45
glomerata.	46	ramosa.	22
Gordonii.	25	reclinata.	45. *12
grandiflora.	11. *12. *13	reflexa.	15. *46
Guttata.	*VI. *7	replicata.	45. *13
hamata.	17. *12	reticulata.	*5. *12
hirsuta.	32. *12	— deformis.	*5. *12
hirtella.	17. *12	retusa.	41
hirtella.	26. *12	revoluta.	34. *12
hispidula.	21	roriflua.	30. *12
humilis.	*7	rufa.	18
Jacquiniana.	45	rugosa.	33. *12. *39
incarnata.	23	Sakelghorab.	*48
irrorata.	29	serrulata.	47. *12
Juvenula.	15. *12	Simsii.	33
laevigata.	46	sororia.	14. *12. *15
lentiginosa.	*6	spectabilis.	15
lepida.	30. *12	stellaris.	17. *12
lucida.	15	stygia.	32
maculosa.	36. *12	subulata.	48
mammillaris.	25	tridentata.	*49
marginata.	39. *38	trisulca.	37
marmorata.	40. *12	tubata.	*8. *12
Massoni.	16	tuberculata.	46
mixta.	36. *12. *35	variegata.	37. *12. *38. *41
moschata.	32	venusta.	*VI. *6. *12
multangula.	48	verrucosa.	29. *12. *28
multiflora.	18	verticillata.	*49
normalis.	39. *12	vetula.	32. *12. *16. *33
obliqua.	35	virgata.	*49
Ophiuncula.	27	Wendlandiana.	39
ocellata.	*9. *12	Woodfordiana.	41
orbicularis.	40		LXIII
pallida.	*8	STAPHYLEA.	
paniculata.	34	heterophylla.	668
papillosa.	*49	occidentalis.	668
parviflora.	24	pinnata.	667
patula.	15. *12. *14	trifolia.	668
pedunculata.	46. *12. *47		
pieta.	41	STAPHYLODENDRON.	*668
pilifera.	24	pinnatum.	*LXIX
planiflora.	38. *12		LXIX.
pruinosa.	35	STATICE.	
pulchella.	30. *28	acerosa.	789
pulehra.	28	aegyptiaca.	796
		alata.	795
		alliacea.	*775

	pag.
STATICE.	
aphylla.	794. *794
arborea.	797
arborescens.	*798
aristata.	787
Armeria. *771. 772. *773.	*774
— alpina.	*771
— major. *771. *774	*774
— minor.	*772
— tenuifolia.	*771
articulata.	797
aspera.	*787
attenuata.	798
aurea.	793
auriculaefolia. 782. *781. *782.	*789
auriculae ursifolia. *782	*782
auriculata.	799
axillaris.	792
bellidifolia. 779. *780	*780
capillifolia.	*775
capitata.	*771
caroliniana.	777
caspia.	784
cephalotes. *773. *774. *775	*775
cespitosa. *772. *775	*775
cinerea.	791
conspicua.	788
cordata. 784. *780. *784	*784
coriacea.	*778
coriaria. *778. *779	*779
crispa.	*796
cuneata.	799
cylindrifolia. 792. *794	*794
dentata.	799
denticulata.	*776
dichotoma. 786. *781. *786	*786
diffusa.	794
divaricata.	*780
echinata.	799
Echino affinis.	*789
Echinus. 789. *789	*789
echioides. 786. *785. *786. *787	*787
elata.	799
elongata.	*771
emarginata.	784
fasciculata.	*773
ferulacea. 793. *792	*792
flexuosa.	790
furfuracea.	794
glauca.	799

	pag.
STATICE.	
globulariaefolia.	780
Gmelini. 778. *779	*779
— altaica.	*778
graeca	780
graminifolia. 777. *789	*789
grandiflora.	*777
incana. 783. *788. *789	*789
juniperifolia. *771. *775. *776	*776
juniperina.	799
latifolia. 778. *789	*789
Limonium. 777. *778. *780	*780
— bellidifolium.	*780
linearifolia. *771. *772	*772
linifolia.	792
lobata.	796
longifolia.	790
lusitanica. *774. *775	*775
lyrata.	*795
maritima. *771. *772. *777.	*777.
	*784
Maurocena.	799
minuta. 790. *786	*786
monopetala.	791
— angustifolia. *791	*791
— major.	*791
montana.	*771
mucronata.	796
— crispa.	*796
obtusa.	*784
ocimifolia.	780
oleifolia. 781. *780. *781.	*781.
ovalifolia.	797
palmaris.	786
pectinata.	791
peregrina.	*779
pinifolia.	*775
plantaginea. *773. *774	*774
pruinosa. 794. *794	*794
Pseudo-Armeria. *773. *774.	*774.
	*775
pubescens. 797. *772	*772
purpurata.	779
pungens.	*775
ramosissima.	*780
reticulata. 785. *780. *784. *786	*786
rosea. 798. *790	*790
rubella. *783. *788	*788
scabra. 785. *791	*791
scoparia. 778. *779	*779
scorzoneræfolia. *775. 774	774
sibirica.	*787

	pag.		pag.
STATICE.		SUAEDA.	
sinuata.	795. *795	salsa.	*271. *275
spathulata.	785	sedifolia.	*248
— glauca.	*784	sedoides.	*256
speciosa. 787. *785. *788. *796		vera.	*242
spicata.	795	vermiculata.	*242
squamata.	796	SUSERTIA.	XIV. *XV. *XVII
suffruticosa.	791. *791	asclepiadea.	154
tatarica.	788. *782. *789	brevicornis.	152
— angustifolia.	*788	carinthiaca.	*XV. *172
Taxanthema.	798	corniculata.	150. *XV. *150.
tetragona.	785		*151
Thouini.	795	decumbens.	150
trigona.	*788	dichotoma.	151. *XV
trigonoides. *785. *788. *789		difformis.	*XV
trinervia.	799	fastigiata.	151
tripteris.	*796	gracilis.	155
tubiflora.	798	hypericoides.	154. *155
ulicina.	798	lutea.	*156
variabilis.	*772	Michauxiana.	150
viminea.	786	parviflora.	155
virgata.	786	pauciflora.	155
Willdenowiana.	782	perennis.	129. *XV
STELLARIA.	*LXIV.	plantaginea.	155
media.	*680	pusilla.	151
STEPHANOTIS.	*VI. *4	quadricornis.	*154
STERIPHA.	*XX	rotata.	*XV. *175
reniformis.	*207	sulcata.	*175
STERIS.	*XVIII	tetrapetala.	151. *XV
aquatica.	*192	umbellata.	152
javanica.	*192	TACHIBOTA.	LXIII
SUAEDA.		gujanensis.	679
albida.	*269	TAMARISCUS.	
altissima.	*267. *268	decandra.	*673
baccata.	*258. *270	gallica.	*669
baccifera.	*257	germanica.	*673
chenopodioides.	*272	pentandra.	*669
crassifolia.	*271	TAMARIX.	LXIII
fruticosa.	*245. *266	africana.	670
hortensis.	*268	articulata.	670
hyssopifolia.	*247	canariensis.	670
linifolia.	*271	chinensis.	671
microphylla.	*266	davurica.	674
mollis.	*240	dioica.	674
monoica.	*265	ericoides.	672
muricata.	*249	gallica. 669. *669. *670. *671.	*672
physophora.	*258		*669
pinnatifida.	*243	— canescens.	
prostrata.	*241. *272		

	pag.		pag.
TAMARIX.		THASPIUM.	
<i>germanica.</i>	673. *674	<i>atropurpureum.</i>	*418
— <i>caspica.</i>	*673	<i>aureum.</i>	*410
— <i>decandra.</i>	674	<i>barbinode.</i>	*L. *615
— <i>subherbacea.</i>	*673	THUJA.	
<i>gracilis.</i>	671	<i>aphylla.</i>	*671
<i>herbacea.</i>	673	<i>orientalis.</i>	*671
<i>hispida.</i>	669	THYSSELINUM.	XL. *LIII
<i>indica.</i>	670	<i>palustre. v. v.</i>	463
<i>laxa.</i>	672	TILLAEA.	
<i>longifolia.</i>	673	<i>capensis.</i>	*732
<i>pentandra.</i>	*669	<i>decumbens.</i>	*733
<i>songarica.</i>	672	<i>erecta.</i>	*719. *730
<i>taurica octandra.</i>	*672	<i>perfoliata.</i>	*732
<i>tetrandra.</i>	671. *672	<i>rubens.</i>	*729
TAXANTHEMA.	*LXIX	<i>umbellata.</i>	*732
<i>attenuatum.</i>	*798	TINUS.	*LXI
<i>australe.</i>	*798	TORDYLIUM.	XL. LII. *LIII
TELEPHIUM.	LXIV	<i>absinthifolium.</i>	*582
<i>alternifolium.</i>	*683	<i>aegyptiacum.</i>	*459
<i>Imperati.</i>	682	<i>Anthriscus.</i>	*XLI. *42. *484
<i>oppositifolium.</i>	683	<i>apulium. v. v.</i>	60. *XL
<i>repens.</i>	*683	<i>austriacum.</i>	462
TENORIA.	XXXIV. *XXXIII	<i>cordatum.</i>	*458
<i>arborescens. v. v.</i>	375	<i>grandiflorum.</i>	*460
<i>canariensis. v. s.</i>	377	<i>humile.</i>	*461
<i>coriacea. v. s.</i>	376	<i>latifolium.</i>	*465
<i>difformis. v. s.</i>	377	<i>lusitanicum.</i>	462
<i>frutescens. v. s.</i>	376	<i>magnum.</i>	*4. *462
<i>fruticosa. v. v.</i>	375	<i>maximum. v. v.</i>	461
<i>plantaginea.</i>	376	<i>nodosum.</i>	*II. *485
<i>romana.</i>	*434	<i>officinale. v. v.</i>	460. *4. *462
<i>spinosa. v. v.</i>	377	<i>peregrinum.</i>	*XXXVII. XXXVIII.
THAPSIA.	XLIX. LIX		*446
<i>altissima.</i>	616	<i>Secacul.</i>	*586
<i>apulia.</i>	*614	<i>segetum.</i>	*484
<i>Asclepium. v. v.</i>	613. *626	<i>siifolium.</i>	*31. *582
<i>decussata.</i>	*611. *612	<i>suaveolens.</i>	462
<i>foetida.</i>	612	<i>syriacum. v. v.</i>	459
<i>garganica. v. s.</i>	614	TORILIS.	*LI. *LII
<i>glomerata.</i>	*415	<i>africana. v. s.</i>	486
<i>gummifera. v. s.</i>	612	<i>Anthriscus. v. v.</i>	82. *483
<i>Laserpitii. v. s.</i>	613	<i>crinita. v. v.</i>	487
<i>polygama.</i>	614	<i>helvetica. v. v.</i>	85. *484
<i>tenuifolia.</i>	*612	<i>infesta.</i>	*484
<i>transtagana.</i>	*615	<i>macrocarpa.</i>	*526
<i>trifoliata. v. s.</i>	615. *439	<i>neglecta.</i>	484
<i>villosa. v. v.</i>	611	<i>nodosa. v. v.</i>	485. *527
THASPIUM.	*555	<i>rubella.</i>	*483
<i>actaeifolium.</i>	*555		

	pag.		pag.
TORILIS.		TRIDENTEA.	*VII
<i>scandicina.</i>	*524	<i>depressa.</i>	*53
<i>trichosperma.</i> v. s.	487	<i>gemmiflora.</i>	*32
<i>tuberculata.</i>	486	<i>hircosa.</i>	*32
<i>tumida.</i>	*527	<i>moschata.</i>	*32
<i>ucranica.</i> v. s.	485	<i>paniculata.</i>	*34
TOXICODENDRON.		<i>rugosa.</i>	*33
<i>altissimum.</i>	*647	<i>Simsii.</i>	*33
<i>arborescens.</i>	*664	<i>stygia.</i>	*32
<i>arboreum.</i>	*664	<i>vetula.</i>	*33
<i>crenatum.</i>	*653	TRINIA.	*XXXV. *LI
<i>glabrum.</i>	*652	<i>glaberrima.</i>	*589
<i>magnum.</i>	*664	<i>Henningii.</i>	*389. *590
<i>pinnatum.</i>	*646	<i>hispida.</i>	*589
<i>pubescens.</i>	*652	<i>Hoffmanni.</i>	*389. *590
<i>serratum.</i>	*664	<i>Kitaibeli.</i>	*390
<i>volubile.</i>	*652	TRISANTHUS.	*XXIII
<i>vulgare.</i>	*652	<i>cochinchinensis.</i>	*348
TRACHYMENE.	XXXII	TRISECUS.	LXI
<i>compressa.</i> v. s.	357	<i>frangulaefolius.</i>	641
<i>incisa.</i>	358	TROMOTRICHE.	*VII
<i>lanceolata.</i> v. s.	358	<i>glauca.</i>	*35
<i>linearis.</i> v. s.	357	<i>obliqua.</i>	*35
<i>ovata.</i> v. s.	358	<i>pruinosa.</i>	*35
<i>Rudgii.</i>	*627	<i>revoluta.</i>	*34
TRAGANUM.	XXIII	TURGENIA.	*XLI. *LII
<i>nudatum.</i>	245	<i>latifolia.</i>	*465. *XL
TRAGIUM.	XXXV. *LII	TURNEVA.	LXIII. *LXVIII
<i>aromaticum.</i> v. s.	393	<i>acuta.</i>	678
<i>Broteri.</i> v. v.	395. *494	<i>angustifolia.</i>	*674
<i>canescens.</i>	*391	<i>aspera.</i>	677
<i>Columnae.</i> v. v.	391	<i>brasiliensis.</i>	678
<i>depressum.</i>	392	<i>cistoides.</i>	676
<i>eriocarpos.</i>	394	<i>corchorifolia.</i>	678
<i>peregrinum.</i> v. v.	392. *395	<i>cuneiformis.</i>	675
<i>Schousboi.</i>	394	<i>diffusa.</i>	679
<i>tauricum.</i>	394	<i>elegans.</i>	675
<i>tenuifolium.</i> v. s.	393	<i>frutescens.</i>	676. *674
<i>villosum.</i>	*394	<i>gujanensis.</i>	676
TRAGOSELINUM.		<i>hirta.</i>	678
<i>angelica.</i>	*403	<i>integrifolia.</i>	679
<i>magnum.</i>	*384	<i>odorata.</i>	678. *675
<i>majus.</i>	*384	<i>paniculata.</i>	678
<i>minus.</i>	*386	<i>peruviana.</i>	679
<i>pumilum.</i>	*389	<i>pinnatifida.</i>	677
<i>Saxifragum.</i>	*386	<i>Pumilea.</i>	675
TRICEROS.	LXV	<i>racemosa.</i>	677
<i>cochinchinensis.</i>	685	<i>rugosa.</i>	*758
		<i>rupestris.</i>	676

	pag.		pag.
TURNEVA.		ULMUS.	
<i>sidoides.</i>	676	<i>sativa.</i>	*298. *299
<i>tomentosa.</i>	678	<i>scabra.</i>	*298
<i>ulmifolia.</i>	674	<i>stricta.</i>	*300
<i>virgata.</i>	678	<i>suberosa.</i>	298. *298
TURPINIA.	*655	<i>tetrandra.</i>	*298
TYLOPHORA.	III. VIII	<i>transbaicalensis.</i>	*305
<i>barbata.</i>	52	<i>vulgaris.</i>	*299
<i>flexuosa.</i>	52	UROSPERMUM.	XLIII
<i>grandiflora.</i>	52	<i>Claytoni.</i>	*508
<i>paniculata.</i>	52	VABLIA.	XVII
ULMUS.	XXVI	<i>capensis.</i>	315
<i>abelicea.</i>	*304. *306	VELEZIA.	XXI
<i>acuminata.</i>	*300	<i>rigida.</i>	215
<i>alata.</i>	299	VIBURNUM.	LXI
<i>alba.</i>	300. *301	<i>acerifolium.</i>	654
<i>americana.</i>	300	<i>alnifolium.</i>	*656
<i>campestris.</i>	298. *298. *299. *300. *304	<i>americanum.</i>	*656
<i>chinensis.</i>	305	<i>cassinoides.</i>	658. *357. *658
<i>ciliata.</i>	*300	<i>cuspidatum.</i>	656
<i>crispa.</i>	301	<i>davuricum.</i>	652
<i>effusa.</i>	300. *299. *301	<i>dentatum.</i>	(32. *655
<i>erosa.</i>	302	— <i>acuminatum.</i>	*652
<i>fulva.</i>	301	— <i>glabellum.</i>	*652
<i>fungosa.</i>	*299	— <i>longifolium.</i>	*652
<i>glabra.</i>	*299. *300	— <i>lucidum.</i>	*652
<i>grandifolia.</i>	*299	— <i>pubescens.</i>	*652
<i>hollandica.</i>	*299. *300	— <i>rotundifolia.</i>	*652
<i>humilis.</i>	*302	<i>dilatatum.</i>	656
<i>inflexa.</i>	*300	<i>edule.</i>	656
<i>integrifolia.</i>	302	<i>erosum.</i>	655
<i>laevis.</i>	*300	<i>glabrum.</i>	659
<i>latifolia.</i>	*298. *299. *300	<i>hirtum.</i>	654
<i>microphylla.</i>	*303	<i>laevigatum.</i>	658
<i>mollifolia.</i>	*301	<i>lanceolatum.</i>	*659
<i>montana.</i>	*298. *300	<i>Lantana</i>	655
<i>nemoralis.</i>	*304	— <i>canadense.</i>	*654
<i>nuda.</i>	*298	— <i>europaeum.</i>	*655
<i>oblongata.</i>	*300	— <i>grandifolium.</i>	*654
<i>octandra.</i>	*300	<i>lantanoides.</i>	655
<i>parvifolia.</i>	302. *299. *305	<i>latifolium.</i>	*650
<i>pedunculata.</i>	*300	<i>lauriforme.</i>	629
<i>pendula.</i>	*301	<i>Lentago.</i>	657
<i>polygama.</i>	*304	<i>lobatum.</i>	*655
<i>pubescens.</i>	305	<i>lucidum.</i>	629
<i>pumila.</i>	302. *299. *305	<i>macrophyllum.</i>	656
<i>pyramidalis.</i>	*299	<i>molle.</i>	656
<i>rotundata.</i>	*300	<i>nitidum.</i>	658
<i>rubra.</i>	*301	<i>nudum.</i>	651

	pag.
VIRURNUM.	
obovatum.	637. *638
Opulus.	635. *LXI. *636
— americanum.	*635
— edule.	*636
— europaeum.	*635
— Pimina.	*635
— roseum.	*635
orientale.	635
Oxycoecos.	635
plicatum.	633
prunifolium.	631
pubescens.	632
punicifolium.	*637
pyrifolium.	631
Rafinesquianum.	630
rigidum.	*630
rugosum.	629
scanders.	630
serratum.	*639
squamatum.	637
strictum.	*630
tinoides.	629
Tinus.	629. *LXI. *629
— hirtum.	*629. *630
— latifolium.	*630
— strictum.	*629
— virgatum.	*629
tomentosum.	634. *633
trilobum.	*636
villosum.	630. *630
virens.	*630
VINCETOXICUM.	
acanthocarpus.	*63
gonocarpus.	*62
officinale.	*103
VISENA.	LXVII
indica.	736
VISENIA.	*LXVII
indica.	*736
VISNAGA.	
daucodes.	*529

	pag.
VITEX.	*XXI
pinnata.	*XXI
WALLROTHIA.	XLV
splendens.	557
tuberosa. v. s.	556
WENDIA.	*XLVII. *LIII. *582
Chorodanum.	*572. *574
WIGANDIA.	XVIII
caracasana.	190
crispa.	190
urens.	189
WILLEMETA.	*XXIV
arenaria.	*244
lanata.	*247
WYLIA.	*XLIII. *LIV
australis.	*503. XLIII
grandiflora.	*504. *XLIII
iberica.	*505
radians.	*504
XANTHORRIZA.	LXX
apiifolia.	801
simplicissima.	*801
XANTHOSIA.	XXVIII
pilosa.	314
XYLOPHYLLA.	LXV
obovata.	692
ramiflora.	692
XYSMALOBIUM.	IV. XI
grandiflorum.	90
undulatum.	89
ZANTHOXYLON.	
trifoliatum.	*212
ZIZYPHUS.	*XXXVII
aculeata.	*313
commutata.	*315
iguanea.	*312
ZOSIMA.	*XLVII. *LIII.
orientalis.	582

C o r r i g e n d a .

Pag.	V.	lin.	8	DOEMIA lege: DAEMIA.
—	VII.	lin.	ultima post inter	lege: et
—	VIII.	—	penultima post Linn.	pinge: .,
—	X.	—	17	<i>ab infra</i> sistens lege: sistente
—	XVI.	—	5	5 si lege: 4 si
—	XVIII.	—	5	<i>ab infra</i> LEACERUM lege: LEACEARUM.
—	XIX.	—	1	CLADOSTYLES lege: CLADOSTYLIS.
—	—	—	22	<i>ab infra</i> circumscissa ante basi dele.
—	XXII.	—	10	— parsistentibus lege: persistentibus.
—	XXVI.	—		ILLOCEBRUM lege: ILLECEBRUM
—	XXVIII.	—	5	5 lege: s.
—	XXIX.	—	20	<i>ab infra</i> ARALICIS lege: ARALIEIS
—	—	—		ultima: opposito lege: apposito.
—	XXXII.	—	4	<i>ab infra</i> generibus lege: genericus.
—	XXXIII.	—	18	— nulla lege: nullus.
—	XXXV.	—	4	nullius lege: nullus.
—	XXXVI.	—	20	setacea — setaceo.
—	XXXVIII.	—	11	<i>ab infra</i> nullo lege: nullus.
—	XXXIX.	—	12	soliti lege: solidi
—	XL.	—	17	dorsa lege: dorso.
—	XLIII.	—	5	CANDICINAE lege: SCANDICINAE.
—	—	—	7	<i>ab infra</i> nulla lege: nullo.
—	XLIV.	—	18	— AMMI lege: AMMIA
—	XLVII.	—	25	— dele: clavulatis
—	XLVIII.	—	3	nullis lege: nullus.
—	—	—	24	ante COGSWELLIA ginge: C
—	—	—	5	<i>ab infra</i> denudata lege: denudata.
—	XLIX.	—	10	— lateali lege: laterali.
—	LIII.	—	19	— nullae — nullum.

Pag.	2	lin.	6	janceo lege: junceae
—	8	—	10	oetuse — obtuse
—	9	—	17	faetida — foetida
—	10	—	7	<i>ab infra</i> genuiae lege: genuinae
—	14	—	8	crossulo lege: crassulo
—	16	—	2	vellas — velles
—	25	—	5	<i>ab infra</i> mamilaris lege: mamillaris
—	31	—	10	— TRIDENTAE — TRIDENTEAE.
—	53	—	22	— vetula lege: simsii.
—	54	—	11	aerrataevae lege: serrataeve
—	56	—	3	tridentae — tridentatae.
—	59	—	22	bidentatis — bidentatis.
—	45	—	14	capu — caput
—	47	—	22	aredis — aridis
—	53	—	20	<i>ab infra</i> petiola lege: petiolata.
—	—	—	—	einerascens lege: cinerascens.

CORRIGENDA.

Pag.	60	lin.	16	Folio lege: Folia
—	64	—	7	pinge signum: (post acuminatis, et dele post linearibus.
—	65	—	12	rupra lege: supra.
—	67	—	23	ab infra Musae lege: Massae
—	69	—	11	nimon lege: nymon
—	70	—	6	ab infra Nec lege: Nos
—	72	—	7	Taur. lege: Monsp.
—	75	—	14	ab infra solitaria lege: solitaria
—	79	—	20	peetagonum lege: pentagonum.
—	80	—	3	ab infra ASCLEPIADEM lege: ASCLEPIADUM
—	82	—	7	— parviflora lege: parvifolia
—	85	—	20	— Forsk. lege: Forskâliana
—	86	—	12	ellipitico lege: elliptico
—	94	—	10	ab infra laxiflora lege: laniflora.
—	107	—	9	— abortivum lege: abortivus.
—	109	—	13	Fetiolus lege: Petiolus.
—	116	—	17	ASCIEPIAS lege: ASCLEPIAS.
—	121	—	21	ab infra inclaudens lege: includens.
—	128	—	23	— glaber lege: glabri
—	131	—	21	— subrotundaa lege: subrotunda
—	133	—	17	— caulibus — caulinis
—	143	—	7	aniffis lege: affinis
—	146	—	17	annullatae — annulatae
—	152	—	13	in dentro — in centro
—	155	—	7	Tyrolio — Tyrolis
—	165	—	1	obovataa — obovata.
—	166	—	4	ab infra lacinae lege: lacinae
—	168	—	9	— Allg. lege: Allion.
—	169	—	24	— purpureis lege: purpureus.
—	170	—	2	— dichotoma — dichotomo
—	173	—	8	ENDOTRIHAE lege: ENDOTRICHAE
—	178	—	22	Filimenta lege: Filamenta
—	179	—	16	ab infra obovatâ lege: obovato-
—	183	—	16	aequaticae lege: aquaticae
—	187	—	7	foyaneo lege: cyaneo
—	193	—	13	coatitis — coalitis
—	197	—	17	angustissimo lege: angustissimo
—	203	—	13	4-spermae ab infra lege: 4-spermae
—	208	—	7	remiformibus lege: reniformibus
—	209	—	8	moeniis lege: moenia
—	213	—	9	Barreri — Barrere
—	224	—	2	expungi — expunge
—	225	—	16	appendiculos lege: appendiculas
—	—	—	7	ab infra calycia lege: calycis
—	227	—	23	post solo dele:
—	228	—	17	post cit pinges)
—	229	—	16	Utramque lege: utraque
—	233	—	15	Calycem — calycem
—	—	—	16	Stam. lege: stam.
—	238	—	11	negyptiacum lege: aegyptiacum
—	241	—	5	internodiia lege: internodiis
—	—	—	6	folis lege: folia

CORRIGENDA.

Pag.	241	lin.	21	<i>ab infra</i> sessiles lege: sessiles
—	244	—	16	appendiculos lege: appendiculas
—	246	—	9	molla lege: mollia
—	265	—	5	post <i>Smith</i> pingē: punctam.
—	—	—	13	<i>ab infra</i> ramis lege: racemis
—	266	—	8	gidi lege: gifi
—	271	—	4	queritur lege: quaeritur
—	279	—	3	omnes Atriplices polygamae lege: omnia Atriplicia polygama.
—	286	—	17	<i>ab infra</i> fiborsa, lege: fibrosa.
—	—	—	8	— Abunde — abunde.
—	289	—	20	aussumus lege: ausi sumus.
—	290	lin.	ult.	<i>astranicum</i> lege: <i>astracanicum</i>
—	299	—	23	<i>ab infra</i> ULMUM etc. lege: ULMUS.
—	—	—	16	— ferugineae lege: ferrugineae.
—	300	—	16	<i>Rech.</i> lege: <i>Relh.</i>
—	—	—	18	<i>ab infra</i> rectiusculus lege: rectiusculus.
—	303	—	4	— ellipticoa- lege: elliptico-a
—	308	—	10	huic lege: huc
—	311	—	16	2 lege: e
—	313	—	19	<i>campensis</i> lege: <i>capensis</i>
—	315	—	9	<i>Arctop.</i> — <i>Arctop.</i>
—	—	—	20	<i>imbicata</i> — <i>imbricata</i>
—	317	—	5	<i>poll.</i> — <i>ped.</i>
—	319	—	7	<i>Tornef.</i> — <i>Tournef.</i>
—	326	—	9	longiores etc. lege: longioribus etc.
—	—	—	13	longioros — longiores
—	329	—	5	pappulosis — papulosis
—	331	—	22	<i>himili</i> lege: <i>humili</i>
—	333	—	18	post E dele punctum
—	—	—	25	Rotundata lege: rotundata
—	335	—	22	Huc lege: huc
—	—	—	2	<i>ab infra</i> dele:) post <i>Smith</i> et pingē p. 336 ad finem lin. 4.
—	337	—	8	dele:) post <i>nota</i> , et pingē ad finem lineae ultimae hujus paginae.
—	—	—	15	tes lege: tos
—	339	—	5	AETINOTUS lege: ACTINOTUS
—	343	—	21	Ante <i>Obs.</i> pingē: (
—	—	—	27	post expungendum pingē:) Sch.
—	352	—	6	ausralem lege: australem
—	—	—	22	<i>ab infra</i> CONTELLA lege: CENTELLA
—	356	—	17	ante <i>Minas</i> pingē: (
—	—	—	9	<i>ab infra</i> pingē:) Sch.
—	359	—	13	— duabur lege: duabus
—	361	—	8	— <i>Descado</i> lege: <i>Deseado</i>
—	367	—	21	— <i>angustifoilam</i> lege: <i>angustifoliam</i>
—	371	—	14	— scribus lege: serius
—	374	—	16	— post <i>caulis</i> , scribe: ,, <i>Brot.</i>
—	—	—	4	— pantaphyllis lege: pentaphyllis
—	375	—	8	dele post 1812:) Sch., et pone lin. 10 post desertis?
—	378	—	25	<i>ab infra</i> ante: <i>Caulis</i> dele: (

CORRIGENDA.

Pag.	387	lin.	14	E lege: ε
—	388	—	24	Orcoselinum lege: Oreoselinum
—	392	—	11	Bieber lege: Sieber et pinge: (post :
—	399	—	21	proximam lege: proximum.
—	—	—	24	ab infra carvifoliam lege: curvifolium
—	400	—	22	— Her. lege: Ger.
—	401	—	18	— femina lege: semina
—	408	—	12	Sittae lege: Vittae
—	410	—	19	ab infra reconoscunt lege: recognoscunt
—	416	—	16	— Seguff. lege: Seguiet.
—	—	—	5	— involucella lege: involucella.
—	437	—	17	— ante Caulis pinge: (
—	441	—	19	— Aust. lege: Auct.
—	443	—	23	fuscescentis lege: fuscescentes
—	446	—	10	lepiophylla lege: leptophylla
—	449	—	22	foetit lege: foetet
—	—	—	24	BIFOBA lege: BIFORA
—	—	—	25	D. — B.
—	461	—	5	hins — hinc
—	487	—	17	Delit — Delisle
—	493	—	20	parciale — partiale
—	506	—	13	stigmatibus lege: stigmatibus
—	519	—	9	post Vieweg pinge: punctum.
—	524	—	21	ab infra post 312 adde: Fl. dan t. 863. De cand. Fl. fr. IV. p. 334, CHAEROPHYLLUM Anthriscus Lam. Enc. I. p. 685, (Bro- tero lusit. p. 400 reliqua () insere, et repetita dele.
—	527	—	10	confluentia lege: confluentia
—	533	—	2	ab infra -culis lege: -culos
—	534	—	18	post 1432 pinge (
—	537	—	2	planta lege: plantae
—	539	—	8	ab infra Simili lege: Simile
—	543	—	10	— Invulucra lege: Involucra
—	551	—	10	— umbellulis — umbellulas
—	561	—	6	δ lege: S.
—	—	—	16	carvifoliam lege: carvifolium
—	571	—	20	ab infra Vocontirum lege: Vocontiorum
—	584	—	—	ultimâ tam lege: tum
—	589	—	15	post caduca adde: Spr. l. c.
—	590	—	6	ab infra subquinia lege: subquinia
—	597	—	8	— ante Plenck pinge: (
—	600	—	13	— dele: SELINUM sylvestre Crantz etc.
—	603	—	12	dortus lege: doctus
—	606	—	20	post 322 pinge: (, et, ad finem lineae 27,).
—	—	—	32	floris lege: foris
—	608	—	—	ultimum vertilla - lege: verticilla
—	610	—	24	ab infra foetum lege: foetum
—	—	—	8	— Neron. — Veron.
—	619	—	4	galli lege: Galli
—	623	—	13	Carvasiae lege: Cervariae
—	—	—	20	enumeratus — enumeratur
—	624	—	20	ab infra prathenicae lege: prathenico